CONSILIORVM,

SIVE

RESPONSORVM.

PETRI ENRIQVEZ I.C. HISPANI,

PATRITII GRANATENSIS.

Equitis Sancti Lazari Hierosolymitani.

Et pro Catholico Rege Philippo II. in Regni Neapolitani Prouincia Principatus vltra Auditoris, & Regij Consiliarij,

Opera omnia in duas Partes diuisa.

In quarum Prima, Consilia iuris omnigena collecta sunt. In Secunda verò, Opuscula septem, quæ in prima eiusdem partis pagina indicantur.

Omnibus tàm Profitentibus, quàm in foro versantibus vtilissima.

Quibus adiuncta sunt Consilia Hieronymi Filij, Sacræ Theologiæ & Iuris Vtriusque Doctoris, & in almæ Vrbis Gymnasio legum publici Professoris.

CVM INDICE ARGVMENTORVM, ET SENTENTIARVM tàm ex Consilijs omnibus, quàm ex Opusculis.

Cum Licentia Superiorum, & Priuilegijs.



VENETIIS, MDCV.

Apud Hæredem Damiani Zenari.

PHILIPPO III.
HISPANIARVM REGI
CATHOLICO
ORTHODOXAE FIDEI
DEFENSORI.

PHILIPPI II. FILIO, AMPLISSIMORVM Regnorum, Excellentissimarum tum Paternarum, tum Auitarum virtutum Haeredi vnico.

HIERONYMVS ENRIQVEZ
PETRI HISPANI F.

Paterna Monumenta Principi suo Optimo, Maximoq.

Pro iusta animi deuotione Dedicat, Consecratque.

AVTHORVM PROTESTATIONES.

OMNIA quæcumque scripta sunt libenter subiicimus censuræ Catholicæ fidei, vt si quid illi aut bonis moribus aduersetur, delendum magis, quàm imprimendum: Deletumque magis quàm impressum desideremus.

GLI Eccellentissimi Signori Capi dell'Illust. Consiglio di X. infrascritti. Hauuta fede dalli Signori Riformatori dello Studio di Padoua per relatione delli due à ciò deputati, cioè del R. Padre Inquisitore, & del Circospetto Secretario del Senato Giouanni Marauiglia, con giuramento, che nel Libro intitolato Petri Enriquez I.C. Hispani, Patritij Granatensis Equitis, & opera omnia, quibus adiuncta sunt Consilia Hieronymi Filij, non si troua cosa alcuna contra le leggi, & sono degne di Stampa, concedono licentia, che possino esser stampate in questa Citta.

Dat. di 3. Iulij, 1604.

D. Francesco Emo.
D. Benedetto da Cà Taiapiera. } Capi dell'Eccellentissimo Consiglio di X.
D. Giustinian Contarini.

Illustris. Cons. X.

Secret. Leonardus Othobonus.

1604. adi 7. Luglio Registrato in Libro.

Antonius Lauredanus Offic. contra Blaphemia Coadiutor.

ELENCHVS ARGVMENTORVM, IN QVIBVS VELVT IN CERTIS, AC PRAEDEFINITIS SEDIBVS, CONSILIA OMNIA

Edita fuerunt ab Authoribus.

A

B

C

D

V

ELEN-

ELENCHVS ARGVMENTORVM, OPVSCVLORVM EORVM, EX QVIBVS DIGNVM FVIT EA ASSVMERE: CAETERA LECTA EX SE

præbent argumenta legentibus.

ELENCHVS SENTENTIARVM OMNIVM, QVAE IN VNIVERSO HOC OPERE, EIVSQVE PARTIBVS CONTINENTVR.

A

INDEX

Bona

INDEX

Con-

I N D E X

spatium

INDEX

E

Ecclesiarum

INDEX

Fideiussor

G

Indu-

Intel-

Iurisdi-

L

I N D E X

M

gendi

N

O

Offenso

P

INDEX

Q

R

Rector

INDEX

I N D E X

Scr-

fuisse

Vxor,

LAVS DEO.

FINIS.

PETRI ENRIQVEZ I. C. HISPANI EQVITIS SANCTI LAZARI HIEROSOLYMITANI.

ET REGII AVDITORIS PROVINCIAE Principatus vltra, ac Regij Consiliarij Regni Neapolitani

CONSILIA

IN QVIBVS VTILISSIMAE, & satis practicabiles materiæ, tùm criminales, tùm ciuiles pertractantur.

CONSILIVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

In nomine sanctissimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

Omne datum optimum (testante Beato Iacobo Apostolo) desursum est, descendens a Patre luminum, vt dicit tex. in c. quàm pio. 1. q. 2. & l. 2. ff. de legi. Et ideò inuocato omnipotentis Dei suffragio ad consilium deueniam infrascriptum. Amen.

IN Causa miserandæ Titiæ Hispanę vxoris Sempronij Hispani Armatę Militię Militis deprehensę in Adulterio (ut prætenditur) cum Seio, similiter eiusdem militiæ armatę milite, & amicissimo ipsius Sempronij, quorũ nomina honoris causa reticere cẽsui, hæc ueniunt considerãda, præsupponenda, & discutiẽda. Et quia prædictus Sempronius eos inuenit insimul in eius domo loquentes, & uerba lasciua, luxuriosaq. proferentes, ita quod vno tempore, nulla mora interueniente, eosdem gladio peremit, as-

sociatus cũ duobus alijs amicis eius, ad hunc effectũ coadunatis, & absconditis in domo ipsius Sempronij insimul cum quodam Beltrano eiusdem Sempronij famulo, An liceat eidem Sempronio auctoritate propria occidere, nulla facta denunciatione Curiæ; Et casu quo licuisset, An potuit conuocare prædictos amicos. Et An prædicti teneantur ad aliquam penam; Et An casu, quo fuisset prædictum Adulterium commissum, prædictus Sempronius lucratus fuisset dotem ipsius Titię. Et quia statim, quòd prædictus Sempronius interfecit eius vxorem, & prędictum Seium, se præsentauit coram Alifero eiusdem societatis, qui ipsum carcerauit; fuit per Matrem ipsius Titiæ criminaliter accusatus, & detentus, pro vt in præsentiarum in carceribus detinetur, vigore prædictæ accusationis, & informationis contra ipsum captę, & eius confessionis factæ cum hac qualitate quia ipsos inuenit in adulterio: & dato termino ad se defendendum, per quam plures testes fuit probatum matrimonium esse, & fuisse contractum inter ipsos
1 Sempronium, & Titiam prędictã, quod † in primis, & ante omnia est probandum, ad hoc vt adulterium dicatur. Vt dicit Bal. in l. ita demum De procu. & facit quod notat Bar. in l. si cui. §. 1. ff. de lega. 1. & in l. 2. §. item labeo. ff. de aqua plu. arcen. & omnes testes deponũt qualiter fuit inter ipsos contractum matrimonium, & qualiter habitauerunt insimul in vna domo, mensa, & lecto, & quòd pro maritatis habebantur, & tenebantur ab omnibus, qui eos cognoscebant, & sic se adinuicem tractabant. quo casu est probatum matrimoniũ, vt ait Bal. in c. ex transmissa de restitu. spolia. in 3. col. Bar. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, uel alie. Iur. Abb. & Felin. in c. illud de presum. De quo uide etiam Bal. in l. non ignorat. C. qui accus. poss. præterea probatum est adulterium per prędictum Beltranum, & pedissequam, & alium famulum, qui deponunt qualiter sæpe sæpius viderunt prędictum Seium osculantem prædictam Titiam, & eius mammillas tangentem, & prædictus Beltranus nunciauit prędicto Sempronio, & eum certiorem reddidit qualiter prædictus Seius cognoscebat carnaliter Titiam eius Vxorem, & viderat eos insimul al-
2 loqui, osculari, † Quę omnia antecedentia sunt, & præparatoria adulterij, vt dicit glo. in l. quod ait lex, ff. de adult. Ab istis. n. sedibus argumentum inducitur vt in Topicis Mar. Tullij, Ista quidem sufficiunt ad probationem adulterij, vt tenet Bar. in l. capite 5. ff. eodem titul. & Sali. in l. Grachus C. ad l. Iuliam de Adult. cano. in c. pręterea de test. & in c. litteris. & in c. tertio loco de præsump. And. in c. 1. qui mo. feu. amitt. nec opus est, quod maritus habeat inuenire vxore m, et adulterum tenentem virgam in vulua, sed sufficit quod eos inueniat in actibus istis venereis, vt aiunt. Doct. vbi supra, & Angel. de malefi. in suo tract. maleficiorum in vers. che mi hai adulterato la
3 mia donna, vers. visis capitulis, † vbi ait quod adulteriũ non potest probari directè etiam si viderentur nudi in lecto, nesciretur uerè quid uerè facerent. Ex istis, n. pręsumptionibus probatur adulterium, vt in d. c. præterea, & glo. & Bar. in l. 1. ff. de uarijs, & extra. crimi. quod uerum est in laicis mulieres osculãtibus.
4 In clericis † nempè secus est, nõ. n. præsumitur, quod eas animo venereo osculentur, sed charitate, & bono zelo, vt dicit glo. in c. absit xj. q. 3. Sed a tali charitate, & bono zelo, quod vxores nostræ a clericis osculentur, libera nos Domine. ita dicit Ang. in dicto uerbo, che mi hai adulterato, vers. an patri liceat nu. 9 sicuti alibi ait glo. in l. diuus. ff. plusquã l. falci. quod a tali paupertate prodesse libera nos Domine. Quæ oĩa licet prædicto Sẽpronio fuissent reuelata per prędictos eius famulos, cautius tamen uolens agere, cũ de eius honore tractaretur, & uita, & etiã eius vxoris, quam adamabat, voluit prædicta oculis inspicere, & fingens se uelle in Ciuitatem Puteolorum pro aliquibus suis negocijs agẽdis proficisci, summo mane surrexit a lecto, & se intus eius domum abscõdit in quadam inferiori camera, quæ erat contra fores ipsius domus, cum duobus Hispanis alijs, & prædicto famulo Beltrano, Et cum ita facta esset dies, post prandiũ accessit prædictus infœlix Seius, & aperto ostio ingressus domum est ipsius, & cum prædicta Titia alloqui incepit de rebus venereis, & tãdẽ clauso ostio incepit osculari eam dicens, Cor mio, & tandẽ subagitauit eã uti prædicti testes deponunt omnia prædicta uidentes, per quasdam scissuras ianuę prædictæ cameræ. Qui Sempronius vt vidit suam subagitatam vxorem a prædicto Seio, accensus dolore
5 iusto & magno, cum † difficile sit iustum tẽperare dolorem, vt in l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores ff. ad legem Iuliã de adul. egressus est, & euaginato ense interemit pluribus vulneribus prędictũ Seium, & Titiam suam vxorem, eos vulnerans, &
6 pluribus ictibus eos percutiens, quod † impune potuit facere, & occidere per cõstit. huius Regni incip. si maritus sub tit. de pęna Vxoris in adult. deprehensæ, & idem permittitur in Regno Hispaniarum per l. 1. & pęnult. titu. 7. lib. 4. for. legum, & per tex. in l. 2. tit. 15. lib. 7. ordi. regia. cum eos comprehẽderit in fraganti: non habita distintione de nobilitate adulteri, & de loco, prout est de iure communi per d. l. gracchus & in l. marito in princip. eo. titu. de iure. n. communi marito licitum erat adulterum vilem occidere, nobilem autem non, nec magistratum, occidendo tamen mitius puniur propter iustum dolorem per supra dictas leges per l. 13. tit. 17. part. 7. In legibus Hispaniarum licet Sali. in d. l. gracchus dicat, quod in totum excusatur, si occiderit eum de nocte cũ eius vxore iacentem, quia tempore noctis non est ita facilis cognitio qualitatis hominis, Patri tamen licet adulterum, & filiam adulteram deprehensos in adulterio, nulla distintione nobilitatis habita, occidere in domo in qua habitat, uel in domo uiri adulteriũ patiens, & non alibi. l. patri cum tribus sequent. ff. ad l. Iuliam de adult. Attamen, vt dictum, secus est de iure istius Regni per d. constit. si maritus & in Regno Hispaniarum per supra dictas leges superius allega-
7 tas. Et in tantum est hoc uerum, † quod maritus poterat occidere etiam Clericum in adulterio deprehensum, vt not. in c. 3. de senten. excom. vnum tamen non omittam, quod licet sit permissum marito, & patri occidere adulteros in adulterio deprehensos, tamen peccãt mortaliter, quia permissio iuris ciuilis nõ excusat a peccato, ut tenet gl. notabilis i c. iter hęc 33. q. 2. quã reputat singu. Abb. in c. interfecisti de homic.
8 Ias. in l. ubi pactũ. ff. de trãsact. De † iure. n. canonico non licet occidere adulteros, vt est tex. in c. quicunq; uxorem propriam. 33. q. 2. & d. c. inter hęc, & in §. in hoc capitulo ea causa, & licet possit fieri separatio tori pro-

ri propter adulterium in c.ex litteris de diuor. & in c. ex parte.de spon. Vnũ tamẽ notatur, quod in casu, quo quis potest occidere adulteros, potest etiam eos castrare, uel aliter ad eius libitum vulnerare per tex. not.in leg.nec in ea, ff. de adult.& per supradicta sum expeditus de primo dubio. Adde. quod etiam de Iure diuino adulter debet mori, precepit.n. Dominus Moysi dicens, si quis sponsam alterius in agro oppresserit morte moriatur, vt in Leuit. , vt dicit tex.etiam in cap.omne 27. q. 1.

Quo uerò ad secundum dubium, An licuit prędicto Sęmpronio conuocare prędictos amicos eius hispanos, & prędictos Beltranum eius famulum pro occidendo prędictos adulteros? & videtur dicendum
9 quod non, nam cui est permissa uindicta, & sic † facultas occidendi adulteros, nõ potest alicui tertio prędictam facultatem committere, tenet Salic. in l. gracchus iam alleg. Bal.in c. 1. §. Si quis uero el 1. de pace iuram. firmanda in versi. feud. & per Alex.in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. Bal. in l. accusationis. C. quod me eau. pater tamẽ potest filijs mandare per tex. in l. gracchus, & ibi Salic. & doctores, & hoc nimirum cum Pater, & Filius censeantur una, eademq; persona in l. cum scimus. C. de agric.& censib. lib. 10. in §. si quis alij Inst. de inutil. stipul. & l. fin. C. de impu. & alijs substi. Vnde
10 dixit Lud.Rom.in l. 1.ff.de in ius uocã.quod † ubi est electa industria personę, potest quis seruire per filium substitutum, imò prędicti debebant, & debent puniri de auxilio, nam associando quis malefactorem dicitur auxilium prestare, Afflict. in c. 1. versi. ut autem utilitas de pac. iuram.firm. & pęna.in vsi.feud. nu.7. Contrarium tamen dicendum est in casu nostro. imò quod nullo modo debent puniri, & quod licuit prędicto Sempronio conuocare prędictos amicos, & secum ducere. Nàm in processu constat per depositionẽ principalis, quod eos uocauit, ut essent testes tanti sceleris, quod etiam deponit Magnifi. Petrus Lopes, & ipse Beltranus: & ipsi examinati deponunt idẽ, nec apparet ipsos se immiscuisse in prędicto homicidio, nec auxilium aliud prestitisse eidem Sempronio licet ipsum associauerunt pro uidẽdo prędictos adulteros, & ut inspicerent si uera essent, ea, quę prędictus Beltranus dixerat prędicto Sempronio insimul cũ alijs eius famulis, imò omnes testes deponunt qualiter prędictus Sempronius solus egressus est cameram, in qua erant absconditi quod ipse solus prędictos occidit adulteros, & quod semper prędicti steterunt in prędicta camera, & ab ea non exierunt quousq; fuerunt prędicti interfecti. Quanto magis, quod licet sit communis opinio, quod ei cui licitum est occidere, hanc facultatem occidendi non possit alijs demandare ut supra dictum est: Attamen potest conuocare amicos, affines, & consanguineos, & eos secum ducere ad faciendam talem vindictam sine quibus illam tute facere non potuisset, & non puniuntur, sicut non pu-
11 nitur, & principalis, quia concesso vno, videtur cõcessum omne id p qd deuenitur ad illud.l.2.ff.de iuris omni iud.l.Oratio, ff.de sponi.& in terminis tenet, & firmat Paulus de castr.in l.refectionis gratia per illum tex.in ver.ego, fabriqi mei, ff.cõmunia prędiorũ per glo.singul.in l.cum fundum, ff. de vi. & vi armat. tenet Hippol.de Marsi.in l. vnica. num. 11. per plura fundamenta. C. de rap.virg. & ita dicit se obtinuisse

in contingentia facti Barth. Cepol.in cons.4. incipiẽte, querela 21. in vultim. col. idem Marsi. in sing. suo incip.concesso vno num. 175. & hæc est uera, & cõmunis opinio Docto. ut attestatur idem Marsi. in alleg. d.l.vni.ubi plures doctrinas alleg. vnde dicit Paul.de castro in cõs.192.in 2. uolum.quod licet Maritoalicuius mulieris de pudicitia attẽtatę per aliquẽ, congregare gentes, & dicere uxori, quod singat se aures prębere & dare sibi tempus, & omnia alia, ad hoc ut ueniat ad perpetrandum adulterium, & postquam uenerit, & maritus ipsum percutiat uel occidet, quod non puniatur pęna mortis, nec pęna delicti ordinaria, nec etiã tales gentes congregatę, per tex. in l. si quis ictu. C. de iur.ad quod bene facit tex. in l.si adulterium cum incestu, §. Imperatores supra alleg. & sic est expeditum hoc secundum Dubium.

12 Quo uerò † ad dubium Tertium. est dicendum, quòd propter adulterium mulier punitur hoc modo scilicet, quod uerberatur, & detruditur in Monasterium, quam infra bienniũ licet marito recipere. Biennio, uero transacto, vel uiro mortuo, tonsa adultera, habitu suscepto ibi, dum uiuit, permanet duabus partibus proprię substantię liberis, uel parentibus applicandis: tertia monasterio. si autem non habuerit liberos, nec parentes, tota substantia applicatur monasterio de iure autenticorũ per tex. in Auct. hodie. C. ad l.Iuliam de adult. licet de iure Codicis, tàm adulter, quàm adultera pęna mortis puniebantur. l.quamuis. la 2. & l. castitati. C. eo. tit. sicut etiam de iur. diuino pęna mortis puniebantur, ut Exod. cap. 20. & Deut.cap. 22. si męchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriatur, & mechus, & adultera. Plura.n.incommoda ex adulterio oriuntur, quæ referũtur in Sil.Nup.in princip.oper. Varię autẽ in diuersis mundi partibus in adulterio pęne sunt statutæ, pro
12 ut refert Tiraq. in suo tract. de leg. Connu. in lib. 12. in princip.& in hoc Regno Sycilię per constit.ll. & aspectare sub rub.de Adult. & leno. punitur adulter pęna capitis: adultera uerò; Viro traditur, vt ei incidat nasum; quam pęnam si vir imponere noluerit, servatur disp. sitio Autent. supra dictæ Hodie, & §. si quando in Aut.vt nulli Iudicum. bene tamen lenitur pœna, & tollitur circa bona, Nàm si supersunt filij legitimi, & naturales in omni eius substantia succedunt, & sic non perdunt tertiam partem bonorum. De iure, uerò, Regni Hispan. lib. 15. tit. 17. part. 7. imponit eandem pęnam quam Auct. hodie. Postea uerò, de iure moderniori, conuicti de adulterio Vxor, & adulter ponuntur in manibus, & potestate Viri ut faciat de eis, & de omnibus eorum bonis quicquid sibi placuerit, si tamen habuerit filios, hęreditabit vnusquisque bona parentis, Nõ tamen potest vnum occidere, & alterũ dimittere per l. 1. tit. 7. lib. 4. for. leg. & l.7. tit. 17. eod.lib. & l. 2. tit. 15. lib. 8. ordi. reg. Et accusata de adulterio perdit dotem, & bona
13 paraphernalia, Tex.est: & ibi glo.in c. plerisque de donat.inter. Vir.& Vxor. Sequitur Rom.in Sing.311. quod incipit. Propter Adulterium. Petrus Gitar.in sing.48.& est tex.in d.l. 1. in 4. lib. for.leg.& in d.l. 2. in ll. Hisp an. & Vir lucratur talem dotem, nisi legitimos adultera habeat filios ex eodem matrimonio, uel ex alio ut tenet Pala. Rub.in repet. c. per uestras de dona, inter vi. & vxo. fol. 26. l. cum mulier,

ff. Solut.matr.in auct. ut liceat matri, & auię. §. si de
adulterio colla.7. Et eodē modo si uidua cōmittit stu-
prū, nō poterit repetere dotes ab hęredibus viri Paul.
de Castro in cons. 121. incip. reuocatur in dubiū & in
l. sororem, C. de his quib. indig. & in l. fideicōmissum.
C. de fideicommissi. Et non solum lucratur dotē da-
tam; sed etiam promissam tex. est not. in l. si mulier,
ff. de cond. institu. Benozel. in d. c. plerumq; & in c.
fin. eod. tit. glo. Bar. Paul. & alij in l. iubemus. C.
de sacr. San. Eccles. Quod intellige, nisi maritus e-
14 tiam commisisset adulterium, Nā † tunc paria deli-
cta mutua compensatione tolluntur. c. penult. & vlt.
de adult. l. uiro, atq; uxore. ff. solut. matrim., & eodē
modo perdit vir donationem propter nuptias propter
adulterium commissum. l. consensu. §. prius. C. de
repu. in Auct. de nup. §. si igitur secundū col. 4. Sali.
in l. 1. C. de adult. Attamen in casu nostro licet præ-
dicta Titia non habuerit filios nec cum Sempronio:
nec cum alio viro, Sempronius prędictus non dotem
lucratur ipsius Titię, & ratio est quia ipsam occidit,
ne ex homicidio reportet lucrum, tex. est, & ibi Alex.
in l. si ab hostibus. §. 1. ff. solut. matrim. & Bal. in l.
hæreditas, ff. de his, quib. ut indig. Pala. Ru. in sua rep.
in rub. d. c. per uestras in 1. & 3. col. cum sequent. Et
Mathesi. in sing. 73. incip. nota vnum, & hoc etiā dispo
nit expresse, l. 82. in. ll. Tauri Hispan. Et eodē mo-
15 do maritus † propria auctoritate occidens uxorē non
succedit ei secundum formam Auth. preterea. C. vn.
vir, & uxor. Bal. in l. 1. C. eo. titu. Bal. in l. non sine
in 1. col. C. de bonis quæ liber. facit etiā pro hac parte
id, quod dicit Pala. Rube. in repe. prædicta rub. nu.
32. fol. 122. quod si maritus cui fuit facta donatio per
uxorem, eam grauiter percussisset, uel aliter ipsam
offenderet, maximè sine causa, quod per talem per-
cussionem inducitur tacita reuocatio prædictæ dona-
tionis. & quod Maritus occidens Vxorem, etiam le-
ge permittente non lucretur doté, tenēt Bal. & Ang.
in d. l. si ab hostibus & Christoph. de Nicellis in §. si
uir. d. l. si ab hostibus, & sequitur ibi Lancelot. pon-
derans ad hoc subtiliter illum tex. ad idem facit. l. in-
terdum. §. qui furem, ff. de fur. Bal. in l. Maritus, C.
de carboni. edic. & in d. l. 1. C. Vn. uir. & uxor. facit
etiam quod dicit in simili. Bal. in cons. 50. in 4. par-
16 te incip. super eo, quòd † frater substitutus per fidei-
commissum sub conditione mortis non consequitur
fideicommissum si fratrem occidendo faciat cōditio-
nem mortis existere: nè dolus ei prosit, qui. n. occi-
dit, uidetur diuertisse sua culpa per d. §. si vir, & l. con-
sensu, C. de repu. de quo uideas singulariter Campe-
gium in suo tract. de dote. 5. parte. 2. q. cum tribus se-
quent. Ex quibus obmnibus apparet prædictum Sē-
proniū propter adulteriū Titię eius Vxoris, ex quo eā
occidit non posse, nec debere lucrari dotem eius, se-
cus tamen esset si occideret eam de licentia Iudicis, nā
tunc lucraretur eius bona quod est in casu, in quo Iu-
dex tradit adulterū, & adulteram in potestate Mariti
ut de eis faciat, quod sibi libuerit, nam tunc occiden-
do bona eius lucraretur, vt disponitur in Regno Hi-
span. per supra dictas leges primam, & l. 7. lib. 4. for.
legum, & l. 2. tit. 15. lib. 8. ordi. rega.

Restat nunc respondere ad quædā obiecta per par-
tem aduersam, quæ nixa est probare aliqua, quæ verè
non obstant, vt ex infrascriptis apparebit.

Nam primò pars accusatrix, mater ipsius infœlicis
Titiæ nititur probare qualiter prædictum adulterium
non est probatum nec verificatum. Nam dicit ipsa,
quod prædictus Beltranus, Pedissequa, & alter famu-
lus sunt domestici ipsius accusati, & prædictus Bel-
tranus est mercenarius, quo casu non sunt idonei te-
stes, nec eis debet dari aliqua fides. l. etiam, C. de restit.
l. penul. ff. eod. tit. quia isti tales famuli repelluntur à
testimonio referendo in fauorem eorū dominorum,
quia sunt vilissimi, vt dicit Innoc. in c. tamen litteris
de offic. deleg. quem sequitur Bald. in d. l. etiam, Card.
in c. insinuante, eo. tit. & isti sunt famuli armigeri, qui
omnino sunt repellendi, vt in specie tenet Lanfr. de
Oriano in c. quoniam contra, in ver. testium depositio-
nes, Versi. nunc est videndum nu. 100. de probat. &
quod testes mercenarij, & domestici non probent, te-
net glos. in c. in litteris, & ibi Abb. de test. familiaris
enim affectio veritatem impedire solet 3. q. 5. c. accu-
satores, Alexan. de Imol. in cons. 98. & 99. in 3. par. &
in cons. 119. in eadem parte, & ex eo maximè, quod
prędictus Beltranus est varius, & mendax, vt dicit ip-
sa accusatrix; nàm quando examinatur dicit, qualiter
eius Dominus, & ipse se celauerunt in camera infe-
riori, & vidit patronus eius Seium eius osculari vxo-
rem, & tangere mamillas, quòd exiuit ense euaginato
contra prædictos, & quod postea venerunt alij tres
Hispani, videlicet Petrus Lopez, Alfonsus Fi-
guera, & Robelez similiter armigeri. Attamen exa-
minatus principalis Sempronius, & alij duo armi-
geri Figuera, & Roblez deponunt, qualiter ad instan-
tiam, & preces ipsius Sempronij omnes tres se cela-
uerunt in prædicta camera; & sic prædictus Beltranus
est varius, & false deponendo, quod postea venerunt,
& testi vario, & falso non creditur. l. qui varia, vel fal-
sa. ff. de restit, & debet puniri vt dicunt ibi Doct.

Præterea Pedissequa, & alter famulus sunt minores,
17 vt ex eorum aspectu apparet, & non probant; nec de-
bebunt examinari, l. 3. §. lege Iulia. ibi; qui impubes
erit. ff. de testib. & hoc propter lubricum linguæ, Mar-
sil. in l. de minore in princip. nu. 22. ff. de test. Ang. in
Auct. de test. §. sancimus. Bianc. in l. fin. nu. 346. ff. de
quæst. Et examinatus nullum faceret inditium, Flor.
in l. testimonium. ff. de testibus: & maxime Pedisse-
qua, quæ est mulier, & in causa criminali, cui non cre-
di debet, c. forus. §. mulier de verborum signific. Dicit
etiam pars aduersa, quod testimonium prædictorum
non possit coadiuuari dispositionibus prædictorum
armigerorū cum sint maxima amicitia coniuncti cum
prædicto Sempronio, & debent repelli. vt dicit Bald.
in c. cum nuntius de testibus. Vnde dicit Iacob. But-
18 tric. in l. 3. in prin. ff. de testib. quod duo valde † amici
deponentes pro amico non probant, vt dicunt Bart. &
Bald. in l. admonendi. ff. de iureiurando, quod vnus
testis valde amicus non facit semiplenam probatio-
nem; & eo maximè, quòd prædicti sunt milites eius-
dem societatis armatæ militiæ; & non verè deponunt,
qualiter viderunt prædictum Seium osculari prædi-
ctam Titiam, sed ex relatione ipsius Sempronij, licet
deponant, quod viderunt eos insimul alloquentes; &
audiuerunt proferentes verba ad inuicem libidinosa,
& amatoria; propter quam allocutionem potuisset
ipse Sempronius eos occidere iuxta tex. in Auct. si quis
ei, C. de adult. & in auct. vt liceat matri, & auiæ, §. his
quoque coll. 8. Cum non sit adimpletum, nec factum,
nec obseruatum id, quod dicitur in d. auct. & eo ma-

gis.

gis, quod est probatum, qualiter prædictus Seius tanquam amicus ipsius Sempronij conuersabatur cum eo ferè, semper in eius domo, & cum eius vxore in presentia: & in absentia ipsius Sempronij. Ita quod non erat præsumendum aliquid mali ex prædicta conuersatione solummodo cum eius vxore, quia conuersabatur tanquam amicus ipsius Sempronij, & solitus semper diu, noctuque conuersari, sine aliqua suspitione alicuius sceleris.

Quæ omnia supradicta licet substineri possint, non
19 tamen militant in casu nostro. † Nam etsi familiares, & mercenarij non sint idonei testes pro eorum dominis. attamen quando aliter ueritas haberi non potest & de his, quæ agitantur in domo, quæ non possunt verisimiliter sciri per extraneos, tunc sunt idonei testes, ita tenet Alber. in l. consensu. C. de repud. Archid. in c. plerique de off. ord. in 6. Bart. in l. si quando, C. vnd. vi. Specul. in tit. de testib. §. 1. vers. item, quia domesticus: cum ergo adulterium committatur secretè, lex contentatur eis probationibus: quæ haberi possunt arg. glos. & text. l. si cum exceptione. §. in hac, ff. quod
20 metus causa, & in eo facilius potest † Iudex procedere ad torturam, quàm in alijs criminibus, sicut dicimus in crimine falsæ monetæ, & in uenenatione. Bal. in l. 3. C. de Episc. aud. Alex. in cons. 77. in 1. volum, quia minus idonei testes in subsidium reputantur idonei. Gram. in consil. 45. & 59. nu. 12. vbi plura accumulat, & sic eodem modo minores admittuntur, quando aliter ueritas haberi non potest. Alberic. in l. testimonium. ff. de test. Io. And. in tit. de teste. in specul. super illo uerbo item excipitur, & in his, quæ à communiter accidentibus fiunt clam, & secrete, testes inhabiles, & minus idonei, & qui aliàs non admitterentur, habentur pro idoneis, & habilibus. d. c. fin. de test. cogen. not. gl. & Doct. in c. 1. vers. Auctores de testib. in 6. & consuluit Alex. in consil. 156. 4. col. in 5. vol. Bart. in l. si quis ex argētarijs, §. penult. ff. de eden. Nec potest dici, quod prædictus Beltranus est uarius, vel falsus; Nam dicendo, quod prædictus Sempronius, & ipse se occultauerunt in prædicta camera, non propterea, negat, quin, & alij Hispani etiam se occultauissent in simul; & licet dicat, quod postea venerunt, hoc potest esse, quod tempore, quo egressus est ipse Sempronius, prædicti remanserunt in camere, & postea egressi de cubiculo venerunt ad locum, vbi prędictus Sempronius erat percutiens eius vxorem, & prædictum Seium, & ipsos vulnerans, & si prędictus Beltranus, de prędictis fuisset interrogatus de quo loco venerunt prædicti Hispani, certè dixisset quod venerant de prædicta camera, in qua se per prius occultauerant insimul cum ipso Sempronio, & ipso Beltrano, & semper est curandum, quod vitetur falsitas in teste, & varietas, vt dicunt Doct.

21 Et testes sufficit concordari in eo, in quo consistit negotij principalis substantia, dato, quòd in cæteris discordet, nam ex hoc non censetur varius nec reprobari potest: Imò eo casu videtur testis melius deponere, vt ex text. not. quem ad hoc notant Bart. & Ang. in l. qui sententiam, C. de pen. & illum tex. ad hoc originaliter notat Oldra. quem refert Bald. in l. 1. in fin. C. si plures vna sententia, tenet Ioan. de Anan. in cōs. 76. visis, & consideratis attestationibus text. est, ut ibi notant Doct. in c. nihil obstat, de verb. sign. probat bene text. cum gloss. in c. dudum in vers. substantia, de conuers. coniug. & in c. cum ecclesia in verb. uacillasse de caus. poss. & propriet. & sic sufficit, quod prædictus Beltranus concordet cum alijs testibus in ipsa substantia negotij. i. adulterij commissi. dato, quod in alijs dicatur discordare, pro vt reuera, nec discordat, nec variat, pro vt dictum est. Et eodem modo respondeti potest ad illud, quod dicitur de Pedissequa, quæ est mulier, & non admittenda: nā semper in subsidium admitti debet, & eo maxime, quod de iure ciuili admittitur in testem. In causa criminali, l. ex eo, ff. de restit. Alex. in consil. 11. in prima parte, & in consil. 91. ead. par. & in consil. 64. ead. parte, & in consil. 24. & 174. in 2. parte, vbi ponit, quando veritas haberi non potest per masculum, an fœmina admittatur, & probet.

Nec obstat, quod dicitur de alijs testibus, qui sunt amici maxima amicitia coniuncti cum prædicto Sempronio, nam non est verum, quod non probent. Nam probant, licet non ita plenè, vt dicunt Doct. vbi supra, & est gloss. sing. in Auct. de Mona. in §. cogitandum coll. 1. quam sequuntur Doct. & est text. expressus, in l. sciendū, ff. de vsu. & ibi Ang. Bald. in l. eos, C. de test.

Nec obstat, quod dicitur, quod sunt similiter armigeri, sicut est prædictus Sempronius, & eiusdem societatis, & quod manent sub eodem vexillo; nam bene possunt etiam testes pro alijs similiter eiusdem societatis, sicut Monachus pro Monacho, qui manent in eodem monasterio, vt dicit gloss. not. in prædicto, §. cogitandum, & Canonicus, pro canonico, & scolaris pro scolare, qui insimul habitant, vt dicit Fœl. in c. cum. R. Canonicus, de off. deleg. & eo maximè, quod sumus in causa criminali, & ad defensam ipsius Sempronij, quo casu consanguinei, parentes, & fratres admittuntur pro consanguineis filijs, & fratribus, vt est
22 text. in l. parentes; & ibi Bald. C. de test. & ibi Doct. & Ant. de Butr. in c. cum oporteat, de accus. & ibi Fel. & in c. litteras in verb. in gloss. cum pluribus sequentibus, & in versic. vltimo, de præsu. np. & in c. litteras versic. fallit, de test. Alex. in consil. 18. & in consil. 70. in 1. par. cum pluribus alijs Doctoribus.

Nec obstat id, quod dicitur, quod prædictus Seius erat amicus prædicti Sempronij; & quod amor, & amicitia facit cessare omnē suspitionem, vt dixit gl. in l. 1. C. ad l. Corn. de Sic. Bal. in sua margarita in ver. amicitia, Cepol. in consil. 2. in 2. col. in fine, & quod conuersabatur assiduè in eius domo in presentia, &c. in absentia ipsius Sempronij, & de consensu, & voluntate, & patientia, atquè rogantis, vt accederet ad eius domum, & vt videret quid faciebat dicta Titia eius vxor; quia multum confidebat de eo, quia per probationes factas pro parte ipsius Sempronij sunt elisæ prędictę præsumptiones, cum satis probatum sit ipsum Seium verba libidinosa, & amatoria protulisse cum ipsa Titia & ipsam osculatum fuisse; & eius mammillas tetigisse; quæ facta non possunt dici veri amici; sed potius proditoris inimici, & verè habuisse animum
23 cognoscendi ipsam carnaliter, pro vt iam deposuisse eam subtus probatur, & talem animum quis habere præsumitur qualem eius facta, & verba esse demonstrant, l. labeo, ff. de superst. leg l. reprehendenda, ff. de instit. & substit. l. scire, ff. de tut. & curat. dam. ab his cum alijs similibus; & talia facta excludunt præsumptiones amicitiæ, & honestæ conuersationis, cùm vna præsumptio tollat aliam, l. non est verisimile, ff. quod

metus causa, & vna coniectura tollit, & aufert aliam Bald. in l. fin. C. de probat. c. 1. de præsumptionibus, & idem, in l. Paciuleius, ff. de hered. instit. Marsil. in sua prat. crimin. in §. diligenter num. 193. Alex. in consil. 103. vlt. col. 1. uol. Dec. in consil. 189. Gram. cons. 35. Intantum est hoc verum quod dicit Angel. in l. si hi qui, C. de adul. & in l. 2. §. fin. ff. de adult. Quod licet oscula, & amplexus sint præambula adulterij; Tamē si erant consanguinei illa præsumptio consanguinitatis tollit aliam præsumptionem adulterij: Attamen si probaretur adulterium nō obstantibus dictis præsumptionibus consanguinitatis, poterit puniri de adulterio etiam si prius fuit ex prædictis præsumptionibus absolutus, ita Ang. in d. §. fin. per text. in l. supradicta si hi qui. Et sic in proposito licet propter amicitiam videretur omnem suspitionem cessare, attamen stantib. probationibus adulterij exclusa fuit ista præsumptio amicitiæ, & confidentiæ eius mariti. Imò fuit effectus inimicus ipsius, & non solum ipsius; sed etiam eo mortuo eius hæredum, & propinquorum text. est in l. vni, C. si quacunque preditus potest. & in l. vnica, C. si rector prouin. Bald. in l. si mulier, C. de adult. & istę pręsumptiones, & probationes in genere confunduntur probationibus in specie, cum ex præualeant illis in genere; vt dicit Innoc. in c. auditis de præscriptio. Bald. in l. siue possidetis, C. de probat. Alex. in consil. 779. colum. 1. volum.

Pretetea dicit pars aduersa (vt nihil intactum relinquam) & conata est probare, quod prædictus Sempronius tempore, quo viuebat Titia eius vxor, eam verberabat, & malè tractabat, & cum accidebat ei recedere ab ipsa ciuitate ob aliqua sua negotia peragenda; parum, aut nihil ei alimentorum demittebat, & quod in ipsamet ciuitate habebat quādam adamasiam, quæ omnia, licet vera fuissent, & pars aduersa esset in probatis, prout non est; nisi per aliquos testes deponentes de auditu, & fama, & non formiter; attamen prędicta Titia nō poterat propter prædictas causas, adulterium committere, quia in nullo casu de iure est permissum; nec vlla causa iustificari potest in c. etsi Christus, de iureiur. Bal. in l. 1. ff. de constit. princip. & in l. fin. C. si contra ius, & vtil. prædictam. Quem refert, & sequitur And. si in cap. etsi Clerici, §. de adulterijs, de iudic. Alex. in l. non solum, §. quanquàm, ff. de iniurijs, quia adulterium grauius est in mente viri, quam filij occisio, vt est text. singul. in l. Codicillis, §. alias matre, & vxore instituto filio, de leg. 2. versic. filium nostrum interfecit, & alia deteriora mihi fecit, quem text. valdè commendant ibi Doct. & Bald. in l. Atlethas, §. calumniator, ff. de his, qui notant infam. & in c. ex parte fin. col. de consuet. & in cons. 50. in 4. parte, & And. Sicul. in prædicto, § de adulterijs. 2. col. facit tex. in l. isti quidem, ff. quod metus cau. quod intellige apud graues viros, secus apud eos, qui parum curant de adulterio vxoris, ut est text. & ibi not. Paul. in l. interdum, ff. de publ. alleg. l. isti quidem. Adulterium. n. res nepharia appellatur, cap. admonere. 33. q. 2. inquit enim Arist. 2. Ethic. 6. adulterium semper peccatum est, & delictum, nec consideratur quomodo, & quo tempore factum sit; nec aliquo modo potest colorari, unde liceat stante statuto, quod Bannitus possit impunè occidi prout est in regno in Foroiudicato per constit. penam eorum, quo casu po''sunt eius bona capi impune, ut est text. in l. 3. §. fi. ff. de Alcat. secundum Bal. in l. fin. C. si co[...]a ius, uel util. pub. & etiam poterit vulnerari Bar[...] tepul. uol. Anch. in clem. 1. in prima [...] conced. preben. Card. in c. perpendimus, de sent. excommunicatione in 6. Attamen contra supra dictum bannitum non est permissum adulterium. Ł Pal. & ibi Bald. in l. si contra ius, & vtil. pu[...] & in tantum adulterio iniuriatur maritus,

24 † quòd si fecit donationem vxori suæ irreuocabiliter inter viuos, si vxor [...] adulterium, tacitè videtur eo ipso reuocata donatio, vt est text. in l. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Bald. arg. eorum, quæ notat Bart. in l. 3. ff. de aliment. & cibat. leg. vbi per mutationem motum, vel iniuriam illatam testatori videtur reuocatum legatum, & vxor quæ committit adulterium, non debet ali à viro, gl. in l. fideicommissum, C. de fideicō. ''' secundum Bald. in d. cap. ex parte, refert, & sequitur Pala. Rubios in repe. rub. cap. per uestras, de donat. inter vir. & vxor. etsi aliqui tamen casus. c. 7. & olim lapidabatur propter adulterium per l. Mosaycam Leuit. 20. & in c. hæc imago 33. q. 5. gloss. in c. tua de proc. ita quod prædicta Titia nullo modo potuit adulterium cōmittere; & si eā verberabat sine causa, & acriter, poterat ab eo recedere impunè, Vxor enim & seruus qui male tractatur à domino, vel à marito cōsequuntur ius recedendi ab eo. l. si Dominus, §. dominorum, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iu-

25 ris, vbi hoc dicit Bal. Vxorem † enim acriter etiā cum causa non licet verberare, gloss. not. in c. sicut alterius, 7. q. 1. & si recedat, non cogitur reuettere nisi præstita sibi cautione prius de bene eam tractando. c. literas, & c. transmissa, de restit. spoliat. & ibi Doct. moderatè tamen benè poterit castigare gl. in c. quemadmodum,

26 de iureiur. Archid. in d. c. sicut. Et † in tantum mulier acriter verberata maxime sine causa potest recedere a marito, quod maritus volens eam accusare de adulterio, non debet admitti. Ita in specie dicit Anch. se consuluisse in cōs. 509. quē refert Ang. in suo tract. malef. in versic. *che hai adulterato la mia donna*. in 9. col. licet aliàs fugiendo, vel recedendo à domo mariti reddatur suspecta de adulterio, & potest repudiari in Auct. vt liceat mat. & auiæ, §. quia verò plurimas in vers. si contingerit. Et in tantum est hoc verum, quod si vxor fecisset donationem marito, propter dictā verberationē, vel offensionem, tacitè videtur reuocata ipsa donatio, nec morte ipsius diceret cōfirmata Pala. Rub. in alle. repet. rub. c. per vestras, §. 71. n. 32. in fi. fol. 123. & in tantū est hoc verū, quod dicit Bal. in l. si uxorem, C. de con. inser. in 2. col. uersi. itē [...] nunc esset, quod quando uxor culpa uiri recessit ita quod non est in eius obsequio, ad nullas operas tenetur viro, facit l. si stipulata, ff. de donat. inter uir. & uxo. & si habebat adamasiam poterat recedere ab eo, Iudicio Ecclesiæ, quod ad tori separationem & repetere suam dotem, quo casu debebat reddi, & ex ipsa dote non tenebatur prædictum Sempronium alere, quia peccauit in lege matrimonij, vnde ex eo nō debebat premium consequi Bal. in l. ubi adhuc. 4. col. C. de Iure dotium, imò lucrabatur donationem propter nuptias. notant do ctor. in d. c. per uestras, & in d. cap. plerumq; & l. viro, atq; uxore, ff. Solut. matri. c. intelleximus. de adulter. c. 1. vt litem non contest. Abbas in c. peruenit de empt. & uedit. Poterat etiam adire Iudicem ecclesiasticum vt eam tractaret affectione maritali. Decius in c. causa matrimonij, de offic. deleg. & non tenebatur

redire

redire ad virum, nisi prestita fuisset per ipsum Sempronium cautio de expellenda illam, Pala. Rub. in d. c. per uestras, §. 21. fol. 213. nu. 8. & 9. poterat eumdem compellere maritum suum ad dimittendam dictam adamasiam per Iudicem ecclesiasticum sub pęna excómunicationis no. in c. si concubinæ infra de sen. excommuni. & c. Romana eod. titu. lib. 6. non tamen poterat adulterium committere prout commisit: & si alimenta non præstabat congrua; poterat agere cótra maritú, vt ipsam aleret Rapha. Cuma. in cons. 175 incip. domina. faciunt quæ noluit Bal. Dyn. & alij in l. 1. ff. de leg. 2. non tamen poterat fornicari sicut in simili dicimus, quod propter necessitatem famis licitum est furari. non tamen mulieri licet fornicari. c. si quis de fur. l. palam. §. no est. ff. de re. nup. & glo. in d. c. si quis. Quanto magis quod in processu apparet, per quamplures testes productos pro parte ipsius Sempronij, qualiter ipse Sempronius eá adamabat, & dilegebat ualde, cibaria, & alimenta superflua, & delicata ei prębebat ad eius libitum, gustum, & uolútaté, & qualiter erat uestita quáplurib. uestib. festiuis & non festiuis preciosis sericis, & de páno, & qualiter pdictus est homo diues, benemorigeratus, adolescens bonę famæ, uitæ, & conditionis, ex quibus omnibus prædictus Sempronius uenit absoluendus a prędicta accusatione de homicidio contra ipsum per Matrem eiusdem Titiæ instituta, per quam fuit petita repulsa contra Testes ipsius Sempronij, qua non fuit vsa, cú non haberet causam iustam ipsos repellendi, licet apposuerit nonnulla crimina, & defectus contra ipsos, quæ non probauit incidendo in pęnam Pragmaticæ crimina, & defectus. & super prædictis non est molestandus ita censeo de Iure, & consulo, saluo semper meliori consilio. Et tandem prędictus Sempronius, auditis, & uisis omnibus Audiendis, & uidendis fuit absolutus ab Excellenti dño Chatena V. I. D. Regio consiliario, & Magnę Curię Iudice definitiuè sententiante, a qua sententia pro parte pręd ictæ accusatricis fuit appellatum, & nunc pendet appellatio in sacro Consilio.

Petrus Enriquez V. I. D.

CONSILIVM II.

SVMMARIVM.

1 *Clerici de rebus suis liberè disponere possunt, & eorum Testamenta non subiacent querelæ.*

2 *Ius canonicum non curat de subtilitatibus iuris ciuilis.*

3 *Relinquo; Verbum est commune, & generale, aptum comprehendere titulum institutionis, & legati.*

4 *Actus debet interpretari potius vt ualeat, quam pereat.*

5 *Discordia inter ius ciuile, & ius canonicum nunquam debet induci, nisi vbi reperitur expressè.*

6 *Filij de iure ciuili parentes debent tueri titulo honorabili alius testamentum est nullum.*

7 *Libere; Hoc uerbum intelligitur obseruato ordine iuris.*

8 *Verba narratiua non inducunt dispositionem, nec decisionem iuris.*

9 *Verbum, libere, non aufert sollemnitatẽ iuris ciuilis.*

10 *Rustici, & mulieres sicut uadunt ad Syluas pro lignis & in ciuitatem pro Indulgẽtijs, ita debent ire pro consilijs ad iuris peritos.*

11 *Testatoris uoluntas est seruanda, quando est secundum leges.*

12 *Legitima filiorum, & parentum est hodiè adequata.*

13 *Honor maior debetur parentibus, quàm filijs.*

14 *Clericorum testamenta, militis testamentis æquiparantur.*

15 *Milites in castrensibus debent instituere parentes titulo honorabili.*

16 *Casus duo æquiparati a lege in aliqua materia, lex noua corrigens in vno ex casibus specificatis, intelligitur etiam in alio casu corrigente.*

17 *Clerici sunt subiecti Ecclesijs, vt monachi monasterijs.*

18 *Clausula codicillaris operatur vt uenientes ab intestato, censeantur grauati onere fideicommissi.*

19 *Pater, & mater atq; Fratres defuncti in uiriles succedunt portiones.*

20 *Fratres in succedendo fratribus eorum ab intestato non possunt concurrere cum eorum parentibus de iure Regni Hispaniarum.*

In Dei nomine. Amen.

DOminus Nouellus de Capo bianco pręsbiter habens matrem, fratrem nomine Syxtum, & Nepotes ex alio fratre pręde functo, cum in extremis ageret, instituit hęredes vniuersales dictos suos nepotes. Matri eius reliquit vsufructum bonorum suorum: & alia disposuit, & non aliter prędictam eius Matrem Iacobuciam instituit, & taliter decessit.

Dicitur pro parte matris, quod tale testamentum non ualet, & quod sit ipso iure nullum, cum in eo nó sit instituta titulo honorabili. Pro parte, verò, nepotum prędicti Testatoris hęredum dicitur Testamentú ualere. Quæritur, modo quid Iuris?

Est ante omnia præsupponendum, quod loquamur de bonis, in quibus clericus possit testari, de quibus per to. titulum de peculio clerico. per Inno. in c. pręsenti de offic. delega. in 6. & c. si pater, de Testam. eo. libro. & ibidem per canonistas.

Videtur prima facie dicendum prędictum Testamentum ualere per tex. in c. quia nos de test. vbi dicitur quod clerici de rebus suis disponant liberè. Et est notandum, quod illud verbum, liberè, inducit, quod testamentum clerici non subiaceat querelæ, vt tenet ibi Abb. & uidetur probari per tex. in c. Rainutius de test. ubi dicitur, quod filię fuit relictum pro dote &c. & non dicit titu. institutionis, & tamen pręsupponitur ibi testamentum ualere, & ibi non dr̃ titulo institutionis fuerit relictum: ergo non debet suppleri ad interitum vt facit glo. ibi cum non pertineat, & doct. uel glosatores aliqd addere solent ad Tex. Bal. i l. fin. C. fam. ercis. hoc etiam uidetur probari in Auct. presbyteri, C. de epis. & cler. & in corpore vnde sumitur in quibus locis dicunt glo. Testamentum clericorum non subiacere querelę, & idem uidetur tenere Bal. in d. auct. Presbyteros, & idem Bal. in l. quotiens. C. de hęre. instit. Alex. in l. inter cętera. ff. de lib. & posthu.
2 & ratio est † quia ius canonicum nó curat de talibus subtilitatibus iuris Ciuilis. c. cum dilecti de Iudi. & hoc ne corrigatur ius naturale. c. cum expediat de electio. lib. 6. & hanc opinioné uidetur tenere Ang. de Perus. in l. fin. C. qui testam. fac. possunt & dicunt glo.

gl.in Auct.prebyteros,& in corp.vnde sumitur quod per conditionem illius auct. pater uel mater non instituti titulo honorabili possunt petere legitimam, & testamentum remaneat ualidú, quia, vt dixi, ius canonicum fundatum est super æquitate. Clemen. vn. de rerum permu.& nõ curat de istis subtilitatibus iuris ciuilis vt in d.c.cum dilecti, cum non omnis homo sciat dicere hęredē instituo, ut dicit gl.in d.l.quotiēs. C. famil.ercisc. De illo uerbo.liberè: supradicto quid operetur appositum in legatis factis a testatore, uide Ripam in l.nemo potest.nu.62.& 63. ff.de leg. 1. & An clericus possit testari de quęsitis ex suo labore, uide Bal.in Auct.licet ēt, C.de sacro. eccl. Bar. in Auct. si qua mulier, C. eo.titu.

3 Item certum est, quod † uerbum, relinquo, est uerbum commune, & generale aptum comprehendere titulum institutionis, & legati.l.cogi, §. generaliter. ff. ad Trebellia. gl.in l. his uerbis. de here.insti. ergo relatum ad personam, quę debet institui potius debet interpretari directum, & sic institutiones, vt conueniat, & uerbis, & personis, vt dicit nota. tex. in c. si pater.de test. in 6. l. plenū. §. equitij.ff.de vsu. & habita.c.solitę.de maio.& obedietia. Facit † ad hoc

4 quod in dubio, semper debet sumi interpretatio, ut actus ualeat potius, quam pereat. c. Abbate sanè, de verb. Signi. l. quotiens, de rebus dub.ergo in c. nostro debet intelligi mater instituta. Præterea in dubijs opinionibus, quarum Altera impugnat, testamētū altera fauet, debet teneri opinio, quæ testamento fauet. l. si pars, de inoffic.testam. c. fin. de reb. dubijs cum intersit reip.testamentum seruari. facit etiam, quod de iure.c.non requirebatur titulus institutionis vt pateat in Auct.nouissima, & in l.præcedenti. C. de inoffi. testam. Et cum ius canonicum sit fundatum in ęquitate, ergo non curatur sollemnitas aliqua, nisi vt testamentum seruetur &c.

His tamen non obstantibus, contrariam partem de iure puto ueriorem, & pręsuppono, quòd nunquā debet induci discordia inter ius canonicum, & ius ciuile, nisi ubi reperitur expressum, si reperitur dispositū per ius ciuile, attendi debet ius ciuile etiam in terris

5 Ecclesiæ; dummodo non † simus in casu peccati nutritiuo, ita est tex.& ibi not.in c. 1.de nou.oper.nunciat. Bar. in l. priuileg. C.de Sacro. Eccles. Hoc pręsupposito, de iure ciuili reperitur expressum, quod † filius debet instituere parentes titulo honorabili, aliàs testamentum esset nullum, ut in Auct. vt eū de appellatione cognoscetur, §. aliud quoque capitulū iuncto. Versi.uel.§.sancimus, & versi. si autem hæc omnia non fuerint seruata colla.viij.de iure autem canonico contrarium non reperitur expressum, ergo idem debet attend. etiam in terris ecclesiæ, & in testamētis Clericorum.

6

Et nō obstat si dicatur, quod in dicto.c.Raynutius non dicitur, quod relinquatur titulo institutionis, nā respondetur, quod illud uerbum, Relinquens &c. in suo indicto.c.Raynucius, non sunt uerba testatoris, sed Pontificis, & glo.ibi tertia, uel quarta in ordine in verbo Relinquens dicit, quod dictum.cap. intelligitur, quòd fuerit adiectum uerbum iure institutionis, quia aliter non ualeret Testamētum, & idē tenet glo.in c.si pater de testa.in 6. quę glosę sunt cōmuniter approbatę, ut dicit Alex.in consi.70. Incipi. viso cōsilio aliàs per me reddito in 2. col.in uersi. neo me monet &c. & idem dicit Philipp.de Fran.in d.c.si pater.

Nec t. x.in d.c.quia nos, hoc dicit, sed solum dicit libere disponāt.&c. & hoc intelligitur respectu patrię pōtis: & respectu aliorum bonorum, intuitu ecclesię quæsitorum, de quibus nō disponunt. l.penul. C. qui tesi.fac.po. Vnde illud.c.inducit hoc speciale in clericis, ut dato, quòd sint in potestate parentum, sunt liberi quod ad hoc vt possint testari. & uerbum.

7 † liberè, Intelligitur, obseruato ordine iuris dicit Bal. in c.1. §. ad hęc in fin.de pace iura. firmā. Et hoc expresse declarat tex.in. §. presbyteros in Auct. de sanctiss.episc.colla.9.ubi tex.dicit concedens clericos in patria potestate existentes testari posse secundū leges, & sic tex.ille declarat hoc dubium, ut secundum. ll. testetur. Et non est dicēdum quod per subauditiones inducatur legum correctio, siuè contrarietas inter ius canonicum, & ius ciuile, nisi expressè dicatur, vt glo. in c.quod si per uiginti, per electi.in 6. & in d.c. 1. de no.ape, nū. & ibi Abbas. & Tex.in d. §. presbyteros dicit expressè, quod debent testari secundum.ll. Vnde ab isto tex.non potest sumi argumentū, quod Clerici non teneantur instituere parentes.

Et sic arguendo ab auctoritate dictarum glossarum uidelicet in d.cap. Raynutius, & in d.c.si pater, & in §.aliud quoq; capitulum, dicendum est Clericos instituere debere parentes titulo honorabili, & Io. And. in d.c.si pater tenet hanc opin. quod non ualeat testamentum nisi iure instit.parentibus relinquatur, & sic loquitur, de iure canon. Ant.de Butr.& Immol.idem tenent in d.c. Raynutius, & idem Ant.de Butr.in cōs. 35. & hanc partem tenet Petrus de Anch.& Domi. in d.c.si pater, & eandem opin. tenent Salyc.& Cum. in d.l.fin. C.qui test.fac.pos.dato, quod non se firmet, Idem tenet Philip. Franc.in d.c.si pater, ubi latè examinat hunc articulum: idem tenet Alex.in cons.70. in 2.uol.in 2.col.uersic.nemo me mouet, cum uersic. sequen.& ut dixi in dubio non debemus inducere diuersitatem inter ius canonicum, & ciuile; sed potius ad inuicem concordare.c.cum expediat.de elect.in 6. l.fin. C.de inoff.dati.& ideo gl.not.in cap.fin.29.dist, exclamat contra illos, qui in intellectu.ll.ponunt differentias inter ius canonicum, & ciuile, & illa uerba in d.c. Raynutius sunt uerba Pontificis recitantis fa-

8 ctum; & constat, quòd † de uerbis narratiuis non potest colligi decisio in iure.c.fin.de priuil.in 6.gl.in ca. quia sunt.28.dist.& licet in d.c. Raynutius nihil dicatur, de iure instit.tamen in d.c.si pater, & in c.per tuas, qui filij sint; dicitur expressè, quod ut.institu relictum; ergo est dicendum potius, quod de æquitate canonica sequatur titulus instit. & sic non est dare rationem, quarè potius sumatur argum.de d.c. Raynutius, negatiuum, quàm assummatur affirmatiuum de dictis cap.si pater, & c.per tuas, ēt ad ostendendum quod non fuit intentio Summi Pontificis in d.c.quia nos, destruere ius ciuile apparet in simili in c. Raynaldus, de test. Vbi Pontifex acceptat iura ciuilia loquentia de non conficiente inuentarium, & de ipso inuentario similiter est dicendum in casu nostro, quod per illud uerbum: liberè; non corrigatur per hoc ius ciuile, sed intelligatur positum rationibus, & causis, quibus supra.facit in argum.quod dicunt Doct.in l.certo generi, §.fin.de seruit.rustic.præd.per illum text.quòd si cui est datum arbitrium, tamen debet seruare constitutiones

9 tutiones, & ibi Flor.& Paul.de Castro, & sic † illud verbum, liberè, non debet intelligi, vt ibi tenet Abb. nam esset inducere contrarietatem inter ius ciuil.& canon.per subintelligentias, & contrarietates, quod esse non debet.d.c.1.de nou.oper.nunc. Vel potest responderi, vt dicit Ias.in l.si quando, in princip. C.de inoffic.test.quòd quando inhabili datur facultas testandi liberè, satis est quod sit tantum habilitatus ad testandum, & non intelliguntur sublatæ sollemnitates iuris ciuilis, de quibus ibi per ipsum, & in l.1.C.de sacros.eccles.gloss.in l.generali, & ibi text.eod.tit.iuncta, gloss.e.coram de successione.ab intest. sed clericus inhabilis ad testandum, propter patriam potestatem, si ei conceditur potestas testandi libere, videtur sublata potestas patria, & non sollemnitas iuris ciuilis.

Restat nunc respondere ad alia contraria, & ad aliud contrarium quod dixi, quòd æquitas debet attendi maximè de iure canonico, vt in iuribus allegatis. Nam hoc militat vbi contrarium in iure non reperitur expressum.c.fin.de transact.cum ergo istud reperiatur expressum de iure ciuili, §.aliud quoque capitulum iunct.versic.si autem hæc omnia. non debet talis æquitas seruari de iure canonico, ex quo in eo non inuenitur talis æquitas scripta Doct. in c.per venerabilem, qui fi.sunt legiti, & maximè cum lex censeatur approbata per canones, nisi expressè reperiatur reprobata per eosdem canones; & ideò debet obseruari de iure canonico, & in clericis.

Non obstat quod dixi, quòd non omnis scit dicere hæredem instituo, quia sibi imputet testator, quia non consuluit peritiores, l.bonorum, ff.de bonorum possess. secundum tabul. & inquit Bald.in l.prius ignorantia,
10 C.qui admitti, quod sicut † rustici, & mulieres vadūt ad syluas pro lignis, & in ciuitates pro indulgentijs, ita debent ire pro consilijs ad iuris peritos, nec obstat, quod dixi, quod verba intelliguntur secundum personam, ad quam diriguntur.d.l.plenum, §.equiti, quia illud procederet in casu dubij, secus quando in iure reperitur expressum contrariū, vt reperitur dispositum in d.§.aliud quoque capitulum, & vers.si autem, &c.

Nec obstat quod actus debet interpretari potius, vt valeat, quàm pereat, quia illud procedit, dummodò seruetur forma data à iure: secus si non esset forma seruata, quia cùm non sumus in casu dubio, sed claro, ex quo lex rectè loquitur annullando testamentum. pp d.formā non seruatā.arg.l.cum his.§ prætor de transa. & in dicto. §. si autem hæc omnia. & eodem modo, respondetur ad illud, quod fuit dictum quod vbi est diuersitas opinionum, est tenenda illa, quę testamēto fauet: nam procedit nisi communis opinio esset in contrarium, vt patet in iuribus allegatis vbi dicitur communiter, quod parentes debeant institui titulo honorabili, etiam de iure canonico, a qua opinione communi non est recedendum, Innoc.in e.nè innitaris, de constit. Bart.in l.fin.C.de pœna iud.qui ma.iu.

Nec obstat illud, quod de iure codicis non requirebatur, quia hoc est correctum per illud dictū, §.aliud quoquè capitulum, & dictum in locis præallegatis, &
11 voluntas † testatoris, tunc debet obseruari, quando testatoris voluntas est secundum leges, aliàs non, vt est in casu nostro, per d. §.aliud quoque capitulū, Nec obstat dicta per Bald.in d.l.quotiens, C.fam.ercisc̄un. & in l.quotiens, de hæred.instit.quia ibi nō dicit hoc. licet aliqualiter appareat hoc velle in l.fin.C.famil. ercisc. quia d.Bald. non procedit per rationes, & iura supra allegata, quia non debet iudici contrarietas inter ius ciuile, & canonicum in casu nostro non expressō; & similiter respondetur Alex.in d.l.inter cætera: nec obstat quod dicit Bald.in d.l.quotiens, quod verbum, relinquo, appositum vniuersitati bonorum trahitur ad institutionem, quia in contrarium est communis opin.vt dicit Immo.in l.his verbis, ff.de hęred.instit.& idem Bald.in l.1.in 2.col.C.de bon.possess.secundum tab. & in l.non codicillum, C.de testam.Bar. & alij in d.l.his verbis. Ang.in consil.99. Alexand.in consi.70.13.col.in 2.volumine.

Et quòd parentes debeant institui titulo honorabili vltra supra iura allegata tenet Bart.in l.filio prætærito, ff.de iniust.rup.irritoque test.Bald.in l.omnino, C.de inoffic.test. & in l.fin.C.de bonorum possess.secundum tabul. Ang.in l.à milite, §.si patria, de testam.mil.ff.& in Auct.ex causa, C.de lib.pręt. Moder.& Immol.in d.cap. Raynutius, & in d.l.his verbis. Bart.in l.an & si parētibus, ff.de inoffic.test.& licet dicat Bal. in c.si pater, de test.in 6.quod parentibus potest relinqui legitima in vsufructu, quod non est verum, cum
12 legitima † filiorum & parentum sint hodie adæquatæ, nam sicut est aucta legitima filiorum, & eodem modo & parentum, glo.in Auct. nouissima, C.de inoffic. testam.& gl.in l.Papinianus, §.1.si quis a paren.fuer. manu.& gloss.in l.si a milite, §.fratri, ff.de test.milit. & ita probat text.in d.§.aliud quoque capitulum, & in Auct.de trienn. & semi.§.1.& ibi gl.Bart.& Doct. in d.Auct.nouissima, sed filijs debetur in proprietate, & vsufructu, vt gloss.in d. Auct.nouissima, & ibi Ias. ergo, & similiter debetur parentibus, cum in d.§.aliud quoque capitulum.versi.iurium autem perspeximus. è contrario dicitur quod statuta in filijs circa institutionem similiter, & in parentibus intelligantur statuta cum illa distinctione de qua ibi, sed ibi non specificatur quod parentibus debeatur legitima in vsufructu. Sed, quòd legitima prout filijs, & ita parentibus debeatur, & contra Bald.in terminis consuluit in casu nostro Ant.de Butr.in 15.cons.vbi loquitur in matre præterita, & firmat communem opinionem esse, testamentum non ualere.

Et dato, quòd quis uellet tenere opinionem, quod sufficiat parentibus per clericos quouis titulo de legitima relinqui, hoc procedere posset si esset relicta in proprietate, & in vsufructu: secus si in vsufructu tantum, etiā omnium bonorum, quia tali casu non dicetur relicta legitima parentibus & sic testamentū erit nullum ita Anto.de Butr.in d.consi.15. & Dñi: idem tenet distinguēdo in d.c. si pater, vbi concludit, quod etiam de iure canonico debet relinqui legitima titulo honorabili in proprietate, & usufructu sicut & filijs, & maximè quod pater, & filius sunt correlatiua quēadmodum Arist.ait in prędicam.de Relatione. Et dispositum in vno cēsetur dispositum & in alio.l.fin. C. de indicta uidui. tollen. & cum idem imò maior honor debeatur parentibus, quā filijs: & filijs relinqua-
13 tur † ltia tit.institutionis pp honorem.l.si filium. §. legata.de lega.præstan. Ergo, & parentibus quod ad successionem est seruanda in Auct.de trien. & semis. §.1.& in Auct.ut cū de app.cogno.& hoc quidē.&c. & ibi reperiuntur duo extrema cōiter pacificata de vno ad reliquum fit extensio. Cap. quam sit, & ibi gl. de elect.in 6.reg. quę contra de reg.iur.

Et si

14 Et si dieeretur, quod † Testamenta clericorum
æquiparantur testamentro milius.d. Auth.presbyteros,
& in Auth. vnde sumitur, & quod testamentum mili-
tis non subiaceat querelæ l.fi.C.de inossic.testam.ergo
nec clerieorum. hoc procederet de iure, C. sed hodie
d.l.est correcta,& dicit parentes instituu dére tit.hono-
rabili,ut dicit gl.in d.l.fi. & in d.l.Papinianus in prin.
ff.eod.tit.& glo.in rub.siquis a parente fue.man. Bar.
Bal.Paul.de Cast.Alexan. Imo. & Iaso.in d.Auth. ex
causa,& in d.l.fi.& cum Auth.presbyteros sit sumpta.
de.§.presbyteros.de sanct.epis.qui titulus est post titu-
lum, ut cum de app.eognos. & post d.§.aliud quoquo
capitulum,& d.§.presbyteros æquiparat clericos mili
tibus in castrensibus in modo testandi: sed milites in
castrensibus debent instituere parentes titulo honora-
15 bili, ergo & eodem modo Clerici, † cum non reperia-
tur contrarium dispositum;& si æquiparantur hodie te
stamen.militum, & clericorum in castrensibus per d.
Auth.presbyteros, facta correctione in unn, intelligi-
16 tur facta in alio, quia quando † duo casus æquiparan-
tur a lege in aliqua materia,lex noua corrigens in vno
ex casibus specificatis intelligitur in alio corrigere Bar.
in l.2.de lega.1. in l.Marcellus.ff.ad Trebell. Et si di-
catur quòd §. presbyteros est post d.§.aliud quoque ca
pitulum,& tanquam lex ultima corrigat dicto §. aliud
quoque; Respondetur quod l.generaliter loquens, &
sic. d.§.presbyteros nunquam intelligitur corrigere ca
sus speciales aliquarum.ll.& sic d.§.aliud quoque glo.
approbata in l.sciendum. ff. qui satisd.cogan. & sic di-
cendo d.§.presbyteros quod testentur secundũ. ll.non
uenit corrigendo, sed declarando dubium, quod pote-
17 rat oriri ratione clericatus, quia † clerici sunt subiecti
ecclesijs, ut monachi monasterio, ut Paul.in d.Auth.
ex causa, expressè reprobat gl.in d.Auth.presbyteros,
& per consequens oppo.Bal.ibi non est vera,nec inter
priuilegia clericorum repetitur, quòd clerici non te-
neantur titulo honorabili parentes instituere,ergo stan
dum est dispositioni generali legis disponentis super
hoc, quæ priuilegia ponit Abbas in c.litteras de restit.
spoliat.Card.in clem.1.de vit.& honest.cleri. & si ha-
buissent hoc priuilegium, utique specificassent. arg.l.
vni.§.sin autem,C.de caduc.tollen.

Restat modo uidere de clausula codicillari, & dato
18 † quòd secundum Doctor. in d. Auth. ex causa operе-
tur, ut uenientes ab intestato censeantur grauati onere
fideicommissi, ut retẽta quarta cætera bona restituant,
non aliter in hoc allego quia res est clara. Et de hoc ui
de Bal. in l.fi. C.de codicillis, tamen non potest nega-
ri,quin huic Sixto annullato testamento,tertia pars,&
illius tertiæ quarta per eum possit retineri, & demum
de bonis maternis debetur tẽpore eius mortis sua por-
tio, & per consequens ex omnibus supradictis conclu-
do ego Don Petrus Enriquez V.I.D. Hispanus,testa-
mentum de quo in facto, esse ipso iure nullum, & ab
intestato parentes & sic matrem,& Sixtum succedere,
ut dicit textus in d.§.sin autem, hæc omnia una cum
nepotibus, & fieri debere de prædictis bonis prædicti
quondam Domini Nouelli tres partes per omnia su-
pradicta, & per prædictã clausulam codicillarem in te-
stamento appositam. & ita consulo, & de iure censeo
saluo meliori,& saniori cõsilio, cui me submitto. Laus
Deo, & eius beatissimę genitrici Virgini Mariæ, quæ
me protegat,foueat, atque defendat Amen. Vtra al-
legata superius die quod legitima istius matris erit
tertia pars eius, quæ habitura erat abintestato. Vnde
19 cum † hodie succedant pater, & mater, & fratres de-
functi in uiriles portiones in Authen.defuncto, & in
Auth.cum solis. C.ad Tertul.legitima matris, uel pa-
tris erit tertia pars eius, quod habituri erant ab intesta
to. Bal.in Auth.nouissima.C.de inoffi.testam.Philipp.
de Fran.in d.c.si pater.in 10.col.Nota tamen, quod de
iure regni per l.tauri septimam fratres in succedendo
20 fratribus † eorum abintestato,non possunt concurrere
cum eorum parentibus, & sic est correcta Auth.defun
cto:& an legitima ascendentium hodie sit tertia, uel di
midia secundum numerum liberorum,vide Philip.ubi
supra, & in ead.col. & an idem sit in fratribus, quæ est
quarta,ut not.in l.si fratres,& in l.fratris, C.de inoffi.
testa.sicut dicitur in d.Auth.nouissima uide glo.ibi, &
Philipp.ubi supra.

Petrus Enriquez V.I.D.

CONSILIVM III.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium semper intelligitur concessum a Principe sine præiudicio tertij,nisi aliud exprimatur.*
2 *Priuilegij nullitas potius est præsumenda,quàm quod Princeps voluerit tertio præiudicare.*
3 *Liberorum est prima causa in successione.*
4 *Clausula sine præiudicio uenientium abintestato quomodo intelligatur.*
5 *Filius legitimatus excludit omnes agnatos, & cognatos, atque transuersales tàm ex testamento, quàm abintestato.*
6 *Legitimatus filius a patre eius præteritus in testamento, vel sine causa legitima, exheredatus per querelam rescindere poterit testamentum, vel nullum facere.*
7 *Imperator nec in bonis,nec in personis in terris ecclesiæ habitantibus sine consensu Summi Pontificis, vllam iurisdictionem habet.*
8 *Papa non potest legitimare filios spurios in terris imperij, quo ad bona temporalia.*
9 *Papa est Vicarius vniuersalis Iesu Christi,& habet utrumque gladium.*
10 *Qui potest principale, potest & accessorium facere.*
11 *Legitimatio est actus restitutorius principis cum consensu patris legitimantis.*
12 *Legitimatio est de reseruatis soli principi, & in ea non potest fieri prorogatio, sicut nec in alijs seruatis ipsi principi.*
13 *Rex Regni Neapolitani est feudatarius, & subditus Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ.*
14 *Filio spurio potest pater de æquitate canonica alimenta relinquere.*
15 *Hæreditas comprehendit uniuersum ius defuncti.*
16 *Legitimatio est actus voluntariæ iurisdictionis.*
17 *Legitimatio naturalium est res fauorabilis. Habilitatio spuriorum est odiosa;& quæ requiratur ad hoc vt legitimatio valeat.*
18 *Rex solet praeferre causam filiorum proprio bono fisci.*
19 *Papa potest uti in Regno Neapolitano iurisdictione voluntaria, sine alicuius præiudicio.*
20 *Comes Palatinus potest filios illegitimos legitimare iuxta formam suorum priuilegiorum.*

In nomine indiuiduæ Trinitatis. Amen.

IEsu Christi, eiusque gloriosæ Virginis Matris suffragijs inuocatis. In contingenti facti casus proponitur, & est talis. Quidam Paulus de Paulo Romanus Sacri Palatij Miles Apostolici, & Comes Palatinus, auctoritatem, atque potestatem legitimandi habens a Summo Pontifice ad preces, instantiam, & petitionem Magnifici Scipionis de Caphato Ar. Medicinæ Doctoris ac Romani ciuis de Regione S. Eustachij alias de Potentia patris, Franciscũ naturalẽ eius filium ex soluto, & soluta genitum, supra dicta auctoritate Apostolica per fœlicis recordationis Iulium PP. III. in ampliori forma concessa, legitimauit, atque ad omnia iura legitima, statusque naturæ primeuos, ac actus legitimos, & naturales, successionemq; paternam, & maternam & alias quorumcunque bonorum restituit, & reintegrauit, & tempore legitimationis huiusmodi. prædictus Magnificus Antonius nullam prolem legitimam habebat, nec postea habuit, nec habet, cum clausula absq; præiudicio eorum, qui in dictis bonis abintestato succedere possint: elapsis postea pluribus annis, cum dictus Magnificus Scipio graui infirmitate esset detentus in prædicta ciuitate potentiæ quosdam Iulium, & Marcum Antonium ex sorore germana nepotes collaterales, hæredes vniuersales in vltimo suo elogio instituit, & adinuicem ipsos substituit, cum clausula, quod si dicti eius nepotes sic instituti, & substituti sine filijs decesserint, alios consanguineos suos pro duabus partibus, & pro parte tertia suorum bonorum hospitali S. Catherinæ de Potentia vltimo loco substituit, Franciscum prædictum sic legitimatum, & legitimum factum in dicto suo testamento ingratum reputando, causam ingratitudinis exprimendo, & ita (vt dicitur) testatus decessit, exhæredauit.

Quæritur modo de tribus dubijs transmissis. & primo. An legitimatio sic ut præmittitur limitata cum dicta clausula sine præiudicio venientium abintestato extendat uires suas contra dictos nepotes collaterales institutos, qui poterant aliquando succedere.

Secundo, an dictus Franciscus sic legitimatus, & legitimus factus uigore exhæredationis prædictæ cum causa ingratitudinis sic inserta uera, sed non probata, possit dicere de inoffi. testa. & impugnando dicere nullum. Tertio dato, quod legitimatio prædicta subsistat, & dictum testamentum sit nullum, an comprehendat bona paterna de hæreditate ipsius Antonij existentia in supradicta ciuitate Potentiæ: & sic in terris Regni Neapolitani, & Siciliæ ita ut in illis, sicut in alijs in vrbe sitis de iure succedat. Ad primum dubium in ordine positum uidetur dicendũ dictam legitimationem prædictis Iulio, & Marco Antonio institutis obesse nõ posse, nec Comitem Palatinum prędictum stante clausula huiusmodi in eorum præiudicium legitimare potuisse, cum dicta clausula, etiamsi expressa non fuisset,

1 semper intelligatur. Princeps enim † semper sine pręiudicio tertij priuilegium concedit, nisi aliud exprimat l. 2. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco publico. fortius, vel non minus debet habere uires suas si exprimatur Bal. in cons. 173. incip. casus talis est. col. 2. verbo porro 1. vol. Paulus Castrensis in cons. 181. col. 3. in princ. & sequitur Pet. de Ancha. in cons. 292. incip. ex tenore col. 2. in fin. & 42. incip. primo fratribus defuncti col. 2. ver. 3. & Soccin. 212. incipie. prima consul. & Alex. cons. 53. vol. 2. & cons. 187. in 5. vol. cum alijs concordan. firmat etiam Deci. cons. 510. Hinc

2 † dixit pulchre Rom. in cons. 134. incip. consultationis, quod potius debemus præsumere priuilegij nullitatem, quam quòd princeps noluerit, quod illud tertio præiudicium afferret, quod dictum sequitur Alexan. in cons. 35. viso processu, & cons. 133. incip. scribitur col. penul. vol. 4. Quibus non refragantibus contrarium teneo in casu nostro proposito: imò quod dictus Franciscus filius legitimatus, & factus legitimus, ut præmittitur in casu rupti testamenti paterni in bonis, & successione paterna abintestato succedat, & solus succedendo excludat dictos Iulium, & Marcum Antonium transuersales ex sorore, ac alios quoscumque agnatos & cognatos, ac si esset filius legitimus, & naturalis: & ratio euidentissima est, quia legitimatus ab habente potestatem, non differt a legitimo, & naturali quo ad hoc per tex. vni. & sing. in Auth. qui. mo. effi. sui. §. si quis, ergo filios, & in §. filium colla. 6. & in Auth. quibus mo. natu. effici. legi. §. liceat coll. 7. & per Bar. in cons. 76. incip. viso instrumento. in 1. par. nouo cons. & in cons. 191. incip. super eo. & Bal. in cons. 6. incip. factũ sic proponitur, & Specul. in tit. de successio. ab intesta. §. 1. col. penul. in princip. & hoc tenent communiter Docto. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit. Bar. in l. ex facto, ff. de vulga. & pupilla. & dicitur verè legitimus secundum Soc. cons. 126. incip. quę præsennis. 2. col. versi. sed ad hanc ubi alleg. Bar. in l. si quis pro emptore. ff. de vsucap. & Bal. in l. cum acutissimi, C. de fideicom. & idem Bal. in l. eam quam. C. eod. tit. Sed sic est qd filius, & naturalis ab intestato excludit omnes alios ascendẽtes, & descẽdẽtes, & collaterales in poste

3 riori gradu. quia † prima cã in successione est liberorũ Auth. de hęr. abint. §. 1. colla. 9. ibi primam ẽt disponimus descendentium successionem, & §. si quis igitur. de hære. abintesta. veni. coll. 9. cum ergo predictus Frãciscus habeatur pro legitimo excludit, & excludere deber prędictos Iulium, & Marcum nepotes collaterales sui patris. Dyn. in tract. de successio. abintesta. & ratio est quia commune uotum parentũ est ut filij eius succedere debeant. l. nam etsi parentes. ff. de inoffi. test. & est originale dictum Apost. ad Galatas c. 4. filius, & hæres est translatiuè in cap. quod nobis extra, qui filij sint legitimi. Et per hęc videtur plenè satisfactum primo dubio: non obstant in contrario allegata. In primo quando Papa seu eius Comes Palatinus habens ab eo plenam potestatem legitimandi filium naturalem patre petente, & ponit illa verba seu clausulam in legiti-

4 matione absque † præiudicio eorum, qui in bonis abin testato succederent, intelligitur de alijs filijs legitimis, & naturalibus, & descendentibus, & non de alijs agnatis, & cognatis collateralibus vlterioribus in gradu, & hoc declarat naturalis ratio; quia isti sunt vere primi uenientes ab intestato ut supra dictum est. Idem tenet Fely. in c. cum olim de re iud. penult. col. in fi. Afflict. in c. adoptius in 2. not. num. 7. & 8. si de feud. fu. cont. inter do. & agna. vide cons. incip. verba autem succedere ualeas cons. Angelus viso puncto prædicto. Pett. de Vbal. in cons. visa apostolica gratia, Nic. de Vbal. in suo tract. de succes. ab intestato. Nam si aliter interpretaremur illud tenderet ad infinitum, & talis legitimatio nihil, vel parum tribueret legitimatis. Nam

post

post vltimum gradum venire possit fiscus, & sic frustratoria esset legitimatio, & nihil operaretur, iuxta dispositionem. l. si quando. ff. de lega. 1. & cap. si Papa de priui. in 6. ita eleganter, & in propriis terminis interpretatur dictam clausulam. Pet. de Anch. in cons. 52. incip. pro fratribus defuncti. Vbi propriè ponit, quid importat dicta clausula. sine præiudicio in principio, 5. colum. vers. poterint ergo. & Alex. in cons. 143. 2. col. circa medium. vers. & licet per tot. vbi etiam declarat importantiam dictæ clausulæ appositæ in legitimatione, sine præiudicio &c. Et in 3. col. vers. & si diceretur in d. vol. & idē. Ancha. in cons. 252. 2. col. circa finem; & Alexan. in cons. 186. in 4. col. per tot. col. Consuluit Paul. de Cast. de leg. hære. intelligendo in cons. 17. incip. Videndum est primo, & Alexan. in supra allegatis suis cons. & Soc. in cons. 212. incip. prima consult. in 1. vol. & 1. colum. vbi diffusè de hoc facit. Tex. ad hoc propositum, & notata communiter ibi per Docto. in l. ex facto. §. si. ff. ad Treb. & quòd deficientibus alijs filijs, & descendentibus in pari gradu filius legitimatus
5 † excludat omnes alios agnatos, & cognatos, & transuersales tàm ex testamento, quàm ab intestato ponit Alexan. eleganter ponendo rationes efficacissimas, & concordantias in d. cons. 187. 2. col. vers. tamen præmissis non obstantibus per tot. vbi ponit etiam, quod legitimati nihil differant à legitimis, debētsimul cum eis succedere cum alijs infinitis concordantijs.

Ad secundum principale dubium, dico, quod præsupposito, quod exheredatio liberorum a patre, quoad effectum querelandi, & rumpendi testamentum eum præteritione a pari procedant tex. not. per glo. & Docto. in Auth. de hære. & fal. §. exhæredatos per illum tex. not. col. 1. & per tex. in Auth. quæ inde sumitur nō licet. & in Auth. ex causa: & ibi not. per Bar. & communiter Doct. C. de libe. præte. & in corpore, vnde sumitur, & in Auth. vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud quoque capitulum colla. 9. & dictus Franciscus legitimatus, & legitimus factus, sicut succederet eum legitimè natis, vt supra deductum est. ita præteritus,
6 † vel exhæredatus ab ipso patre posset per querelam testamentum ipsius Scipionis eius patris rescindere, & nullum facere, causa in eo inserta non legitimè probata, vera, vel iusta. Ita Specul. in d. tit. de succe. abintest. §. 1. col. 10. in fi. & sequitur Pett. de Ancha. in cōs. 292. incip. in successi. col. 2. vers. quibus non obstantibus. & Salyc. in Auth. si quis. la 1. C. de natu. libe. ubi hoc tenet expressè; & Bar. in sua disp. incip. habeo filium naturalem, circa princip. & Alex. in suo elegan. cons. incip. per lectis uerbis, in fi. col. 2. in 5. volum. & in princip. 3. col. ubi allegat Bal. hoc idem tenentem in l. cum in adoptionibus. C. de adopt. quod est ulti. cons. dicti 5. volum. in lib. meo. & Alexan. in rub. de libe. & posthum. ff. 1. coll. vbi circa hanc materiam ponit multas quæstiones: tenet Ant. de Butr. in c. per uenerabilē vers. alius est effectus, ubi refert sic disputando tenere Iacob. de Beluiso in d. Auth. qui. mo. effici sui. §. 1. coll. 7. exemplificando a filio legitimo ad legitimatum. Philipp. Dec. in cons. 264. incip. renocatur in dubium in 3. & 4. col. accipiendo eius dictum a contrario sensu. Videlicet ubi dicit quod præteritio legitimati non reddit testamentum nullum, quando legitimatio est nulla: ergo a contrario sensu, quando est ualida, ut in casu nostro, filius legitimatus præteritus non probata causa inserta, reddit testamentum nullū. & licet alij Doct. intelligant de legitimo post testamentum natis, sicut dicimus de posthumo; tamen, quia circa effectum præteritionis, & legitimationis a pari procedant filius natus præteritus, & posthumus, quia est eadem ratio circa modum, & effectum rumpendi, & dicendi nullum. Auth. ex causa, & ibi per Docto. C. de libe. præteritum alijs similibus.

Expeditus de secundo dubio, venio ad tertium, & vltimum magis in iudicio meo dubitabile; Et videtur, quod dicta legitimatio Francisci non valeat, quoad bona paterna existentia in ciuitate Potentiæ, & sic in territorio Regni Neapolitani, & extra terras ecclesiæ Romanæ subiectas, & ea comprehendere nullo modo
7 potest, quia sicut † circa personas, & bona posita in terris ecclesiæ sine consensu Summi Pontificis, Imperator nullam iurisdictionem habet, ita nec econtra per tex. ad hoc singularem in d. c. per venerabilem, & in c. causamque. qui filij sint legitimi. Vbi communiter tenent Docto. quod Imperator, seu habens ab eo potesta
8 tem legitimandi non † potest in terris ecclesiæ, nec Papa, seu eius Comes Palatinus in terris Imperij legitimare filios spurios: tenet etiam Innoc. in d. c. per venerabilem 1. col. & not. Scriben. in Auth. quibus mo. na. effician. sui. §. filium. Bart. in l. cunctos populos. col. 10 & eum sequuntur ibi alij Moder. C. de summa Trini. Bar. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nupt. Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. 6. col. Paul. Castren. in cons. 311. alias 340. incip. circa primum, vbi dicit hanc esse com. opin. Ancha. cons. 321. incip. primum dubium non est nouum. Dec. in cons. 55. incip. & pro tenui facultate. 2. col. circa fi. ubi dicit esse communem. Alex. cōs. 67. 5. & 7. col. vide d. eis. Boer. 291. nu. 2. in 2. par. & est ratio, quia iurisdictiones prædictorum sunt distinctæ, & separatæ, per Auth. quo mo. opor. episc. circa princip. coll. 1. c. eum ad uerum. 96. dist. c. nouit. de iudi. facit illud, diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. de quo per Afflict. in constitu. mulieribus. de restit. mulie. circa fi. & c. solitæ. de maio. & obedi. & d. c. per uenerabilem. in d. Auth. qui. mo. natu. effici sui. vbi obstan. clausulam irritam. quòd contra attentaretur esset contra uoluntatem expressam Principis, & non valeret; & ubi agitur de præiudicio tertij, debet talis tertius citari. Vulga. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & c. in nomine Domini. ext. de testi. sed citatio non habet effectum extra territorium citantis. l. extra territorium de iurisd. om. iud. c. 2. de const. in 6. eum similib. ergo iurisdictio non potest exercere extra territorium propriū, & in alieno. Quibus tamen non obstantibus contrarium puto in casu nostro proposito uerius esse in puncto iuris. Videlicet quod legitimatio facta a Comite Palatino habente potestatem a Papa de dicto Francisco filio naturali ad petitionem, & uoluntatem dicti Antonij sui patris Ciuis Romani id petentis sit ualida, & comprehendat bona paterna in supradicta Ciuitate Potentiæ sita indubitanter. Ita quòd uirtute legitimationis ipse Franciscus rupto testamento ex causa præteritionis, & exhæredatione prædicta causa licet inserta, non tamen uera probata in bonis prædictis, etiam in terris regni Neapolitani sitis, pleno iure, licitè, & libere succedere potest: & debet dictis Iulio, & Marco Antonio, alijsque Agnatis, & Cognatis penitus exclusis. Et ad hoc tenendum moueor ex infra dicendis, & primo generaliter loquendo. Postquam translatum fuit Imperium ab oriente ad Germanos per ecclesiam

clesiam capitulo venerabilem, de election. Eccles. Roman. de iureiurand. & Papa fuit recognitus vniuersalis Vicarius in terris Iesu Christi, capitul. quanto, & capit. final. de translat. & in d. clement. Roman.
9 † Semper tamen habet, & habuit in habitu, & potentia vtrumque gladium, videlicet, Temporalem, & Spiritualem; licet temporalis exercitium in personam Beati Petri in principio ab ipso Christo fuerit prohibitum, per illa verba, Ecce duo gladij hic; & postea subiunxit aliud verbũ; Satest; & deinde ad prohibendum exercitium dixit, Conuerte gladium in vaginam, ad denotandum exercitium tantum; & non habitum esse prohibitum non dicens, Proijce gladium, sed Conuerte in vaginam; secundum Car. Alexandr. & alios Modernos communiter id tenentes in dicto capitulo per venerabilem, columna 60. per totam, & dicunt hanc esse communem opinionem, & Ancharan, in repet. capituli primi, de constitutio. cum alijs similibus. Ergo aliquando illa potentia, & habitus reduci potest ad actum non præiudicialẽ. Nam secundum Philoso. in Phys. frustra est potentia, quæ non sit reducibilis ad actum, alijs non præiudicialem, & quod fieri potest per inferiorem multo fortius potest fieri per superiorem Authent. multo magis. C. de sacro sanct. ecclesijs, capitulo cum in cunctis de election. in sexto, & sic Papa potest reducere habitum, seu potentiam legitimandi, quoad temporalia ad actum, alijs non præiudicialem, capitulo cum in cunctis supra allegat. vbi est glo. sing. Immò quæ fiunt per superiorem, non possunt fieri per inferiorem, capitulo qui inferior de maioritа, & obedientia leg. per minorem, ff. de iudi. sed Imperator legitimare potest in terris Imperij Auct. quib. mod. natur. effic. sui. & Auct. quibus mod. natur. effic. legit. & est inferior. dicto capitulo per venerabilem, & dicto capitulo solitè, quia puniri potest per Papam capitulo secundo de re iudica. libro sexto, Hostien. in capitulo causamque, qui filij sint legit. ergo fortius legitimare
10 potest Papa. Item † qui potest principale, potest, & accessorium ex identitate rationis, capitulo translato de constitution. leg. final. C. de nupt. capitulo, accessorium de re iudica. Sed solus Papa disponit de Matrimonio, & eius effectu, quod est principale capitulo primo, & secundo capitulo tanta vbi per Doctor. & capitulo per venerabilem, vbi Ioan. Andr. in tertia columna, qui fil. sint legit. ergo de legitimatione prolis, quæ dependet ex ipso Matrimonio, & accessoriè ad ipsum per supradicta, & consequenter de successione, vt supra per Io. And. & Anton. de Butr. in dicto capitulo per venerabilem in tertia columna poterit disponere, & dispensare. Nota. Præterea solus Pater nominando filium in testamento, tacendo naturalem, ipsum instituendo, vel alias in aliqua scriptura publica facit ipsum legitimum per text. & ibi Docto. in Auct. Matri, & Auie, §. ad hoc, collatione octaua, & Angel. & alij Scrib. §. illud tantum in Auct. quibus mod. natu. effic. sui. collatione septima, & per tex. glos. & Docto. in capitulo per tuas, quia fil. sint legit. ergo multo magis potest facere Papa per suum rescriptum de consensu, & voluntate patris, & filij, pro vt
11 in casu nostro, & est rõ, quia † legitimatio est actus restitutorius principis cum consensu patris seu aliorum, de quorum principaliter præiudicio tractatur secundum Anton. de Butrio in dicto capitulo per venerabilem columna 15. circa fin. & Bart. in leg. Gallus, §. forsitan, & ibi enim communiter sequuntur Docto. ff. de libe. & posthumis, & cano. in dicto capitulo per venerabilem. Dec. in consilio 150. tertia columna.

His generaliter præmissis, pro decisione præsentis casus nostri dico, quòd Comes Palatinus prædictus, habens potestatem legitimandi à Papa, potuit, & potest indistinctè dictum Franciscum Naturalem filium ipsius Magistri Romani ex soluto, & soluta genitum, volente, & petente dicto patre, quo ad hæreditatem suam, & bona propria burgensatica, & allodialia, etiam, quæ tunc erant, & hodie sunt in Territorio Regni Neapolitani, legitimare: & ipsa legitimatio est efficax, & apta comprehendere bona sita in hoc Regno, quod satis ostensum est per supradicta arguendo de minori ad maius affirmatiuè, quod validum est argumentum, vt in iuribus supradictis. Nam si pater filium suum naturalem in aliquo publico testamento sollemni dixerit, Instituo filium meum, talis nominatio est habilis ad ipsum efficiendum legitimum per iura supradicta; & in proprijs terminis tenet Bar. Cæp. in suis caut. in caut. 248. Inci. Legitimatio per totam, vbi dicit ex tali nominatione, matrimonium esse præsumptum, quia per talem nominationem factam à patre præsumitur matrimonium, & præsumitur accedere consensus viri, & mulieris; maximè legitimatio erit valida in casu nostro, tanquàm facta ab habente potestatem, & de consensu patris allegat hunc casum esse decisum per Anton. de Rosellis in tracta. legitimationis in titulo de matrimon. præsumpto. Bald. in lege secunda in secunda columna, C. quibus res iudi. non nocet. Et hãc potestatem habet pater legitimandi ab ipso iure, cuius conditor, & interpretator est ipse Princeps, lege secunda, & fin. cum ibi not. C. de legit. capitulo inter alia de senten. excommunication. glo. in capitulo finper illum text. de constitution. ergo fortius potest legitimare princeps, vel habens ab eo potestatem, qui princeps est solutus legibus leg. princeps, ff. de legit. capitulo propositum, de concession. præbend. Et
12 legitimatio † est de reseruatis Principi soli, vt est communem opinionem in d. Auct. quib. mod. natu. effic. sui. & in dicto capitulo per venerabilem. Ita, & taliter quod in legitimatione fienda non sit prorogatio, sicut in alijs reseruatis Principi. Anton. de Butr. in capitulo primo, & glos. de offic. delega. refert: & sequitur Dec. in præallegato consilio 150. Dubitatur principaliter. Et si aliquis diceret, quòd princeps validius potest legitimare in terris suis; intelligendo de Imperatore, qui dicitur Princeps; & in casu nostro Comes Palatinus, habens auctoritatem à Papa, legitimauit Franciscum subditum Romanæ Ecclesiæ, petente Magnifico Scipione eius patre, & sic casus est clarus, quo ad personam legitimatam.

Bona verò prædicta non sunt in terris Imperij, sed in Regno Apuliæ, & Neapolis, quod regnum est
13 de patrimonio ipsius Beati Petri, & Rex † est feudatarius, subditus, & Vassallus Romanæ Ecclesiæ, ca-

B pi-

pitulo ad Apostolicæ, §. præter hæc, & ibi per Doctor. de re iudicat. libro sexto, Clement. pastoralis, §. rursus eodem titulo Paul. de Cast. in consilio 419. Incipien. in casu præsenti cum similibus, vbi Papa plenissimam habet iurisdictionis potestatem sine contradictione aliqua, tàm in spiritualibus, quàm in Temporalibus per text. singul. in dicto capitulo per venerabilem, & ibi hoc communiter tenent Doctores.

Non obstat si dicatur, quod Pontifices Romani olim abdicauerunt à se potestatem in Temporalibus in dicto Regno Neapolitano, concedendo dictum Regnum Regibus in perpetuum feudum capitulo ex parte de feud. & probant iura prædicta, & nihil reseruauerunt, nisi censum in recognitionem Dominij, & ostensionem subiectionis capitulo secundo, de censibus dicto capitulo ex parte, quia respondeo, quod Ecclesia semper reseruauit sibi dominium directum, in cuius recognitionem datur sibi census, & tributum ab ipsis regibus, & in signum superioritatis huiusmodi recepit censum à quolibet Rege pro tempore Regnante in ipso Regno, & quilibet Rex dicitur habere dominium vtile respectu Ecclesiæ, vt ipsius Ecclesiæ feudatarius, & vassallus in tantum, quod propter iniustitiam notoriam à sententia lata per Regem potest appellari ad summum Pontificem, Afflict. in Rubric. quæ sint regul. octaua numero trigesimoquinto, vbi diffusè loquitur vsque ad num. 60.

Pro supradictis est Hostiens. in summ. de feud. §. quod ius acquirit, & sicut Vassallus possidet per not. in capitulo primo, de inuestitu. de re alienand. vbi Afflict. Bald. in lege prima, C. si plures vna sententia columna vltima, & idem Bald. in capitulo cæterum in fin. de iudic. Felin. in capitulo, quæ in Ecclesiarum columna vigesimasecunda, de constitut. qui allegat. Ludou. in lege prima, Cod. vti possident. reprehendentem Baldus in lege prima, C. vnde cogna. dicentem Regem Apuliæ in Regno esse feudatarium respectu Ecclesiæ Romanæ, sed respectu suorum vasallorum feudatariorum habere directum dominium.

Dicens hoc non posse esse, quòd directum dominium insolidum sit penes Ecclesiam, & penes Regem.

Potest ergo Papa, vel eius comes legitimare suũ subditum Romanum, patre petente quo ad bona sua propria burgensatica in terris ipsius Regni posita absque præiudicio alicuius, nisi ipsius patris volentis, vt infra dicetur.

Et quia ipsa Ecclesia est directa Domina in dicto Regno, & possessionem habet eius ciuilem, & Rex nullum alium cognoscit superiorem nisi Ecclesiam, & Romanum Pontificem: Ideò legitimando inter subditos volentes, & quoad successionem bonorum in regno Neapolitano existentium, & quæ sunt iurisdictionis voluntariè exercere, liberè, & licitè potest.

Nec propterea dicitur iniuriam, & præiudicium inferre ipsi Regi, cum non vtatur iurisdictione contentiosa, nec etiam dispensauerit quo ad feuda, quo casu rex se conqueri potest: tùm ratione inuestituræ, & Adohæ, tùm etiam propter regressum, quem habet ad feuda in casu, quo caderent vasalli ab eorum iuribus. tunc enim videretur Papa vsurpare iurisdictionem regiam, & ponere falcem in messem alienam, vt dicunt præfati Docto. & quam spectat inuestire, cognoscere, & terminare causas vasallorum, vt declarant Ioan. Andr. & Anton. & alij Doctor. in dicto capitulo per venerabilem, & est tex. glos. & Doctor. in capitulo cæterum, de iudic. & in capitulo verum da for. competent. & in tali casu loquitur decis. consilij Neapolitani 386. sexta columna not. Bald. in leg. consul. diualia, C. de tostam.

Sed in casu nostro Comes Palatinus legitimauit quo ad bona patrimonialia burgensatica tantum de consensu, & voluntate patris prędictorũ bonorũ veri domini, & quorum ad libitum suę voluntatis viuens disponere potest, & poterat, quo casu nullum interesse habet Rex: nec aliquod præiudicium sibi infertur, quia, (vt dictum est) ipse pater tàm per viam legati, quàm institutionis in extraneum omnia bona sua, vbicunque posita, & existentia transferre poterat. lege extraneum, C. de hæredit. instituto. & de bonis suis quilibet ad sui libitum disponere potest, lege traditio. ff. de acquirend. rerum dominio. Cod. quod autem in fine, de iurepatron. leg. in re mandata. C. man.

Et si diceretur, quod Pater potest disponere de omnibus bonis suis vbique sitis ipso iure permittente, & disponente: Sed dare bona sua filio suo naturali, vel spurio iure institutionis, vel alio titulo est prohibitum de iure per d. Auct. quib. mod. natu. effic. sui, & in Auct. quib. mod. natur. effic. legit. & in lege prima in fin. & per totum, C. de natu. liber.
14 licet † de æquitate canon. possit filio spurio pater relinquere alimenta capitulo, cum haberet de eo quidam. quàm prius pol. per adul.

Nam resp ndeo, quòd hoc non obstat, quia si pater non potest hoc facere iure prohibente, poterit tamen facere suo Principe permittente, & disponente, cum sit supra ius leg. digna vox. C. de legit. nam statim, quod pater petit à Principe suum filium naturalem legitimari, videtur petere ipsum filium haberi legitimum, & vt hæredem legitimum ad omnia bona sua, & ad hæreditatem admittere, & admitti debere, cum à legitimo nihil differat, quo ad eius successionem per ea, quæ dicit Feder. de Senis in consilio quinquagesimoseptimo, incipient. videtur mihi, cuius verba sunt ista in versiculo: ergo.

Ergo qui petit se legitimari nihil aliud petit, quam admitti ad bona sui patris, & quod sit successor ipsius.

Si igitur legitimus filius admitteretur ad aliqua bona paterna, & ad aliqua non, non videretur successor vniuersalis, & hæres sui patris, quia hæredi-
15 tas, † comprehendit vniuersum ius defuncti. l. hæreditas, ff. de reg. iuris lege hæreditatis appellatione, & lege subsignatum, §. bona, ff. de verborum signif. cum simil.

Quod esse non debet; esset enim monstruosum in successionibus parentum, vt in d. locis aiunt Docto.

quòd

quod aliquis possit esse hæres,& non hæres simul,& semel,non est ergo inconueniens dicere filium legitimatum ab habente potestatem legitimandi a Principe de voluntate, & ad petitionem sui patris, debere admitti ab bona sui patris, vbique existentia. Idem tenet per plura fundamenta, Parisius in consilio primo,numero sexto, septimo, octauo, nono, & decimo,in secundo volumine. Nam legitimatio valida,vt principalis trahit ad se hæreditatem,vt accessorium,vt determinat Hostien.in sum.qui fil.fint legi. §.qualiter,& à quo,secunda colomna,ergo ista legitimatio facta de prædicto Francisco (vt prætermittitur) trahit ad se hæreditatem dicti Scipionis si tam in Regno Neapolitano,nec dicitur fieri iniuria ipsi Regi, cum qui suo iure vtitur,non dicitur facere iniuriam, l.iniuriarum,§.primo,ff.de iniur.l.illud,ff.de pet.hæred,capitulo cum Ecclesia Sutrina, de electio. sed Papa,seu Comes Palatinus habens ab eo potestatem, legitimans personam sibi subditam, quæ principaliter attenditur ad successionem de voluntate sui patris, vtitur iure suo, ergo nullam iniuriam intulit,nec infert prædicto Regi Neapolitano, etiam respectu prædictorum bonorum patrimonialium existentium in Regno, quæ erant propria ipsius Patris, & de eis poterat disponere sine consensu ipsius Regis, vt supra dictum est. Præterea, dictus Comes vsus est iure suo legitimando dictum Franciscum;

16 nam certum est, quod legitimatio † est actus voluntariæ iurisdictionis, d. Anthent. qui mo. natu. effi. sui. & ibi glo. & Seriben. per sæpe dictum, cap. per venerabilem, & ibi glo. secundo nota. in princip. & ibi Panorm. & Io. And. in 3. colum. & ibi Cardin. Alexand. colum. 57. versf. quo ad hanc quæstionem dicit esse communem opinionem, & ibi Anton. de But. in 3.colum. & Anton. Rosellus in tract. legitimationis in 2. libello.colum.4.& Cuman. in consil. 168. Reuerendus pater in princip.penult. collat. Et ista voluntaria iurisdictio exercetur inter volentes, & quando nulli præiudicatur, nisi volenti, post prorogabilis extra territorium inter subditos volentes;& quia reintegrauit ipsum Franciscum ad omnia iura sua primæuæ naturæ: ac si legitimè natus esset, quia cum sit natus ex soluto, & soluta, inter quos Matrimonium esse poterat, ideò vera legitimatio esse dicitur, & est extensibilis ad bona vbique existentia, per d. Authent. item si quis. C. de natu. libe. & d. cap. per tuas, qui fil. sint legit. & ideò possit attentari, quòd Papa in omni loco, & omnem personam tàm subditam, quàm non subditam posset legitimare. Tamen quia de ista protogatione in casu nostro non est disputandum de necessitate, eum legitimatio fuerit facta in loco, & persona Ecclesiæ Romanæ, & summo Pontifici subiecta; & propterea restat dicendum vltimo loco vltra prædicta indubitanter; quod prædictus Comes habens potestatem, vt supra, potuit in terris Ecclesiæ; & sic in loco subiecto, & congruo suæ iurisdictioni legitimare dictum Franciscum suum subditum, & est ratio, quia prædictus Franciscus legitimatus erat filius naturalis ex soluto,& soluta, vt supra. Et poterat esse matrimonium inter eius Parentes subiectos eius iurisdictioni, & in loco legitimationis. Istam sic decisam conclusionem ponit in terminis Paul. Castrens. in consil. 480. incipi. viso dicto puncto.columna nona, circa princip. versicul.quarto. Quia,& versic. vt igitur; & primo inducit, & deinde soluit, & decidit per tex. in leg. præses, ff.de offic.præs. & clarius (vt inquit ipse) in leg.prima,C.de eman.lib.& ff. manu vind. l.etiam, §. fin. & maximè vt ipse dicit, fuit, & est actus validius, quia celebratus fuit patre petente, de cuius solum præiudicio agitur, vt omnes tenent communiter,in leg.Gallus,§.& quid si tantum, & in dubio, capitulo per venerabilem; & ratio rationis est, quia ll. Imperiales, & Canonicæ disponunt, quòd pater volens filium suum naturalem sine aliqua contradictione potest ipsum legitimum fieri facere. Secus esset in habilitatione spurij, quia est odiosa:legitimatio verò est fauorabilis, vt tenet Petrus de Aneha. in

17 consil. 741. vbi dicit, quod † habilitatio ad spurios non dicitur legitimatio, sed habilitatio ad certos actus. Legitimatio verò dicitur reintegratio ad omnes actus, & ad eius validitatem requiruntur infrascripta, quando fit per rescriptum Principis. Primò, vt legitimatus sit naturalis, ex soluto, & soluta genitus, cum qua poterat matrimonium contrahi. Secundò, quòd in ipsa legitimatione naturalium non sint legitimi, quia tunc ageretur de præiudicio ipsorum legitimorum. d. Auth.qui. mo. na. effi. sui. §. si verò. Tertiò, quod Pater offerat Principi; & hoc ipse petat, cum de eius præiudicio tractetur prima leg. nam ita diuus. ff. de adopt. Quartò, quòd filius consentiat. In dispensatione autem, multa alia requiruntur, & præsertim causæ cognitio, derogatio ll. impedientium: Tertij præiudicium, & quia est odiosa non extenditur. per reg. odia.de regul. iur. in sexto. Legitimatio, verò per omnia extensibilis est, & fauorabilis, vt voluit Io. Andr. in d. capitul. per venerabilem colum. penultim. versicul. si verò, circa fin. vbi Anton. de Butr. colum. 17. per totam, & Alexand.in columna secunda, & 69. & 70. Dec. in consil.264. columna secunda, & in consil. 112. columna secunda per totum; & ideò in habilitatione spurij, quæ est odiosa, non est extensibilis extra territorium, & iurisdictionem, & necesse est Papam, ll. derogare Imperialibus non sine præiudicio, & in commodo iurisdictionis ipsius, per d. Auth.qui.mo. nat.effi.sui.§.fin. & sæpe allega. capitul. per venerabilem, & sine generali, vel speciali derogatione, habilitatio non valeret. d. §. final. quia inter tales personas matrimonium verum, vel fictum esse non potest, & iura resistunt, & requiritur clausula derogatoria. Paul. de Cast.in dicto consilio 217. alias 199. & in 3.columna versiculo quarto principaliter, & in quarta columna per totum, & in consilio 126. in nouis in secunda columna, §. secundo dubitatur, & in dicto consilio 480. per totum. Alexand.in consil. 60. colum.6.& in secundo volumine Felin. in capitulo, nonnulli columna quinta de rescript. In casu autem nostro secùs est, prout supra latissimè est ostensum, vt etiam tenet Paul. Castren. in dicto consilio 117. incip. super primo dubio, & in consilio 127. incip. dubitatur primo. Corne. in consilio primo,in 3. Cath. versicul.non obstat in tertio libro Bal.in l. 1. C. de iure aureo. annul. Bartho.verò in dicto caute. incip. Legitimatio; & vide quæ dicit Paulus Castren. in d.consil.480. colum.9. circa fin. vbi ponit casus, in

quibus Papa potest dispensare, & non Imperator, & è contra. Et existente supradicta conclusione pro vera, vt est, non obstant supra in contrarium allegata, cum loquantur in diuerso casu; loquuntur enim vbi esset præiudicium Tertij, vel respectu agnatorum vel cognatorum, & post mortem patris legitimati, quibus constet ius quæsitum fuisse, vel respectu aliorum, de quorum præiudicio ageretur, vel de præiudicio fisci, aut in causa feudorum, quibus casibus haberent locum in contrarium adducta. Vel si essemus in casu dispensationis, vel habilitationis, quę, vt odiosa, non se extendit, quo casu alius Princeps, quam territorij tollere, nec se intromittere potuisset per text. & quæ ibi not. Docto. in leg. fin. C. si contra ius, vel rem publicam. Abba. & Felin. in d. cap. quę in ecclesi. de constitut. & ita intelligit Innocen. in dicto capitulo, per venerabilem, quando dicit, quod sic auferantur bona consanguineorum defuncti, & fisci, qui debent succedere Bal. in l. eam, quam superalleg. Anto. de Butr. vbi sup. col. 19. & Io. And. in 2. col. Alex. in d. cons. 188. in 3. col. Secùs tamen in casu nostro, vbi legitimatio fit à Comite Palatino habente potestatem à Papa in loco, & personis sibi subiectis ad instantiam patris hoc petentis, & volentis, quo casu nullum præiudicium infertur agnatis, & cognatis, quibus non potest esse ius quæsitum in hæreditate viuentis, re ipsa, nec in tali casu est habenda spes successionis in consideratione, cum viueos pater possit ad libitum suum disponere de bonis suis proprijs, vt supradictum est, & non agitur de præiudicio alicuius, nisi ipsius patris, vt tenent Docto. in d. cap. per venerabilem Bartol. in d. §. & quid si tantum. Alex. in cons. 67. primo volum. & in cons. 173. 2. col. eod. vol. & in cons. 486. 3. volum. Paul. Castren. in d. cons. 173. 2. col. 1. vol. & in cons. 486. 4. volum. nouorum, & in d. cons. 181. in fin. 3. col. & 4. colum. & hanc opin. & dicit esse communem. Dec. in cons. 55. col. 4. vers. 2. & de prędicta spe in casu nostro ius non considerat, nisi quando agitur de fideicommisso, cum ipse pater potuisset bona sua in mare proicere, si voluisset sine licentia alicuius. Bald. in proem. C. sequitur Paul. Castren. in cons. 223. in antiquis, qui repugnat de Bel. aliter tenentem Dec. in prædicto cons. 55. in 6. colum. & quod non debeat considerari talis spes tenet Alex. in cons. 27. circa med. per Bartol. in l. fin. C. de pactis, & in l. is potest, de acquir. hæredit. ff. Paul. in cons. 338. alias 361. incip. circa primum articulum in 2. colum. nec agitur de præiudicio fisci per
18 rationes supradictas, & Rex solet præferre † causam filiorum propriq. bono publico, & sic fisci per text. not. in l. cum ratio. §. si plures. ff. de bon. damna. l. 1. §. vltim. C. de caduc. tollend. leg. prima, C. de secund. nupt. Paul. in d. cons. 127. Nec obstat, quod sint iurisdictiones separatæ, quia fateor quo ad iurisdictionem contentiosam. Ar. der. in d. cap. per venerabilem, & ibi. Io. And. & ita intelligunt Docto. leg. extra territorium, & d. cap. 2. de constitu. in 6. vbi expresse per Innocen. in versicul. rationibus vbi dicit, reuocari debere opinionem dicentium, Adeò esse iurisdictiones distinctis, quod nihil ad Papam de temporalibus Imperij. Nec valet hodiè illatio de Imperatore ad Papam, quia Imperator iurat, & sic Rex, nullam iurisdictionem exercere in terris Ecclesiæ, & sic nec contentiosam, nec voluntariam, Clem. ne Romani de elect. & recipit à Papa consecrationem, & coronationem, & propterea non potest legitimare in terris Ecclesiæ. Papa verò, qui est superior potest in multis casibus positis per Docto. in d. cap. per venerabilem, & per glo. ibi, in cap. fundamenta de elect. in 6. & in cap. venerabilem eod. tit. Si ergo Papa potest in terris Imperij, quanto magis in regno Neapolitano, quod regnum est feudum Ecclesiæ? Nec debet attendi spes fisci in succedendo, cum non attendatur spes Agnatorum, quæ est propinquior, leg. prima, C. vnde vir, & vxor, Innocent. in allegat. locis. Nec etiam dici potest, quod clausula apposita per Scipionem prædictum in testamento quando approbat testamentum sui patris, volentis Bastardos non debere succedere in sua hæreditate, obstet. Primo, quia testamentum dicitur nullum, vt supra dictum est; Secundo, quia prædictus Franciscus non est bastardus, sed legitimatus, quia nihil differt à legitimo, & vt legitimus, admittitur ad successionem. Præterea dicta communis opinio procedit in legitimatione longo modo sumpta, quæ accipitur pro dispensatione, & habilitatione filij spurij nati ex damnato coitu, quo casu est odiosa, & non extenditur extra territorium, & iurisdictionem dispensantis, & requirit causæ cognitionem, & citationem interesse habentium; quæ fieri non possunt extra territorium legitimantis, vt probant. d. Docto. & iura per eos allegata, quæ volunt, quòd tàm persona, quæ vult legitimari, quàm bona, sint subiecta ipsi Principi legitimanti secundum Anchara. in d. cons. 321. 2. volum. circa medium. Attamen in legitimatione principaliter attenditur persona legitimanda, vt probat text. in cap. primo, secundo, & per totum, qui filij sint legitimi. Dec. in d. cons. 55. & Alexand. & omnes Modern. in d. cap. per venerabilem, quia persona legitimanda est, quæ restituitur natalibus, & iuri legitimo, tenet Innocent. in d. cap. Pastoralis columna prima, cum similibus. Secùs tamen est in casu nostro, cum sit actum de vera legitimatione filij Naturalis ex soluto, & soluta, & poterat tunc temporis esse matrimonium, & est fauorabilis, & ad omnia extensibilis, & persona legitimata est subiecta iurisdictioni legitimantis, & trahit secùm omnia
19 bona vbique existentia, etiam † si Papa non haberet directum Dominium in d. regno, prout habet, & in eo potest, vti voluntaria iurisdictione sine alicuius præiudicio. Vltimo loco non omitto communem conclusionem. Doctor. in dicta Authent. qui mo. nat. effic. legi. & in dicto c. per venerabilem, & in prædictis consil. Quod sicut Princeps inibi reseruatis, prout est legitimatio, legitimare, & restituere potest: & valet
20 & ita † Comes Palatinus habens potestatem a principe iuxta tenorem facultatis priuilegij, & verborum in eo contentorum, & potestatis concessæ, & traditæ ab ipso Principe, potest similia facere, & cum sit communis hæc opinio in dictis locis, amplius non me extendo, & ita sentio, & de iure consulo ego Don Petrus Enriquez. V. I. D. Hispanus. Forma autem legitimationis sequitur, vt infra videlicet. Iulius iij. seruus seruorum Dei. Dilecto filio Francisco Scipionis de Potentis Ar. & me. d. salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ille-

Illegitimè genitos, quorũ morum decorat honestas, naturæ vitium minimè decolorat, quia decus virtutum geniture maculam abstergit in filijs, & pudicitia morum pudor originis abolet. Cùm itaque sicut se habet fide dignorum assertio, tu qui defectum natalium pateris de soluto genitus, & soluta, defectũ huiusmodi honestatis, morum, & vitæ recompensas, redimens fauore virtutum, quod in te ortus odiosus ademit. Nos volentes te horum intuitu fauore prosequi gratioso, dilecti filij Scipionis de Potentia genitoris tui pro te nobis super hoc humiliter supplicantis, & tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tecum, vt in quibuscunque bonis dicti Scipionis, & aliorum parentum, agnatorum, & cognatorum tuorum tàm ex testamento quàm ab intestato absque tamen præiudicio illorum, qui in huiusmodi bonis, si parentes agnati, & cognati prædicti ab intestato decederent, succedere deberent, nec non & ad honores, dignitates, & officia sæcularia publica, & priuata recipi, & assumi: Illaque, & quoscunque actus legitimos gerere, & exercere liberè, & licitè valeas in omnibus, & per omnia, perinde, ac si de legitimo matrimonio natus fores, defectu prædicto, ac constitutionib. Apostolicis, legibus Imperialibus, statutis quoq; & consuetudinibus municipalibus, cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus, de speciali dono gratiæ dispensamus. Nulli ergo, &c.

Petrus Enriquez V.I.D.

CONSILIVM IIII.

SVMMARIVM.

1 *Testium materia est arbitraria.*

2 *Diuersas qualitates, & diuersos modos secundum qualitates negotiorum iura probandi induxerunt.*

3 *Sacerdoti creditur dicenti à moriente habuisse licentiã reuelandi confessionem.*

4 *Testes de Vniuersitate sunt idonei pro ipsa Vniuersitate de his, quæ aguntur in ipsa Vniuersitate inter homines ipsius.*

5 *Testes de Vniuersitate deponentes de his, quę spectant ad commodum, vel incommodum singulorum bursale, non sunt idonei testes.*

6 *Testes inhabiles admittuntur, attẽta natura actus, & communi cursu, & vsu.*

7 *Testium inhabilium depositiones supplentur numero.*

8 *Vniuersitates Ciuitatum, & Terrarum ex communi vsu, & consuetudine eligunt officiales ad exigendum collectas, & alia debita ipsius Vniuersitatis.*

9 *Libris prælatorum creditur de expensis factis per ipsos in Ecclesia, & eodem modo libris Tutorum.*

10 *Vniuersitates habent beneficium restitutionis aduersus probationem omissam.*

11 *Iudex debet habere prę oculis semper veritatem, cum sit fundamentum benè & rectè iudicantis.*

12 *Subtilitates, & cauillationes sępe errare faciunt Iudices in definitione causarum.*

In Dei nomine. Amen.

IN causa vniuersitatis Sancti Stephani contra Laurentium Dominici, quæritur, quæ pars litigantium iustitiam foueat? Et quod in fauorem prædictæ vniuersitatis sententia proferri debeat, proponitur breuis allegatio. Et præsuppono primò illam vulgatam doctrinam: l. testium. §. ideoq; diuus. versic. tu magis scire potes, ff. de testibus, ex qua elici-
1 tur, quòd † materia testium est arbitraria, & adeò est arbitraria, quòd, dicunt Docto. quòd Iudex testibus non bene deponentibus potest non adhibere fidem. Ita Bar. in l. Lucius in fin. ff. de his, qui not. in fam. Franc. Cur. in suo tract. de Test. conclus. 20. Præsuppono etiam adhoc illud dictum aureum Feder. de Se
2 nis in cons. 119. incipi. nulli dubium, vbi dicit † quod Iura secundum diuersas qualitates, & grauitates, vel lęuitates negotiorum diuersos modos probandi induxerunt. Noluerunt enim angariare, sed potius alleuiare facultates probandi. Alleg. tex. in c. licet ex quadam, de testi. & in l. si quando C. vnde vi. Ex qua Theorica infert, & concludit, quòd ad probandum, pecunias, quas Prælatus mutuo accepit pro Ecclesia, esse conuersas in vtilitatem ipsius: non opus est ad omnes expensas habere Testes: sed attenditur verisimilitudo, & sibi creditur: & Lapus in allegat. 94. ait ponendo motiua Federici, licet de eo non faciat men-
3 tionem, quòd † creditur Sacerdoti dicenti sibi datam fuisse licentiam à moriente reuelandi confessionem, & ex hoc solet etiam dici, quod vbi est difficilis probatio, lex contentatur ea probatione, quæ fieri potest, ita dicit Bar. quem sequitur Imol. in l. in illa, in fin. ff. de verbo. obligat. Præsuppono etiam, quòd regulati-
4 ter, & indistinctè Testes † de vniuersitate pro ea sunt idonei Testes, & probãt, & fidem faciunt de his, quæ aguntur in ipsa vniuersitate, & agi solet inter homines ipsius vniuersitatis, & pro ipsa vniuersitate, & concernentibus ipsam Vniuersitatem, & alijs verò, quæ aguntur extra vniuersitatem, & agi solent non
5 congregata ipsa vniuersitate. Tunc † si spectat ad singulos de vniuersitate, commodum, vel incommodum bursale principaliter, tunc non sunt idonei testes; secus si non tangit commodum, vel incõmodum bursale principaliter ad eos, vt singulos, nã tũnc sunt idonei testes. Hæc distinctio colligitur ex dictis omnium Docto. in suis locis ponentium, An, & quando testibus de vniuersitate detur fides; sed melius, & clarius hanc distinctionem recolligendo ponit Alberic. de Ros. in suo tract. de testi. in quæstion. quando testes repellantur ratione affectionis. in col. 12. in fundato, quòd in 2. col. incipiat tractare materiam prædictam per l. consensu. C. de repu. quæ probat primum dictum, & per Abb. & Aret. in cap. cum nuncius de Testi. alia per dicta Doct. in l. in tantum, ff. de re. diu. & in l. 1. §. 1. ff. de in iu. vo. & in c. insuper de testi. & prima regula, quæ est, quòd indistinctè homines de vniuersitate sunt testes idonei de his, quę fiunt in ipsa vniuersitate, fortificatur isto fundamẽto videlicet,
6 quod vbi † actu: & habitu attento communi cursu, & vsu, & attenta natura actus, alij testes habere non possunt, vel interuenire non solent, tunc testes aliàs

inhabiles probant. & admittuntur. Salyc. in l. ea quidem. C. de accu. etiam si tales testes sint inhabiles ratione commodi secundum Anto. in d.c. cum nuntius, & Specul. & Io. And. in addit. ad Specul. in titul. de test. §. 1. versic. sed nunquid in causa vniuersitatis per d. l. consensu, & per c. veniens, & l. 2. de testi. idem firmat Hippol. M in singu. suis in singu. 73. per totum, & per tot. d. Anto. in cons. 24. incip. Quæstio dubia vulgaris habetur, circa fin. Dec. in cons. 133. in 5. col. circa fin. uersic. ult. non obstat per Ias. & Alex. in l. 1. Abb. & Aret. in d. c. cum nuntius. Præsuppono etiam, quod testes † aliàs inhabiles supplentur numero l. 4. §. 1. & ibi glo. in uerf. numerus. ff. de testi. Alex. in cons. 5. 1. uolu. in 3. col. uersic. 2. respondeo. Io. And. in tit. de noto. crimine, §. fama in addit. ad Specul. Io. de Imol. in l. qui test. in 1. col. ff. de testa. Nicol. de Neapoli in l. excusant in princ. 2. col. ff. de excusa. tuto. Dec. in alleg. cons. 133. in 5. col. circa medium. Alex. in cõs. 78. in 2. col. vers. accedit in 2. uol. in quibus locis prædicti Docto. concludunt, quòd ubi aliàs testes sunt ex aliqua causa inhabiles, tamen si sunt in magno numero, unus suppletur ex fide alterius: & numerus supplet defectum ipsorum & facit, quòd illi testes probent, & hoc maximè procedit, ubi res de qua agitur, est parui præiudicij, ut est in casu nostro, in quo, dato, quod cogerentur singuli exbursare de suo, Tamen attento numero focularorum dicti Castri, tangeret quemlibet quid minimum: & pro minima quantitate non est præsumendum tot homines deierare, & dicere falsum. Quibus sic præsuppositis uetis in iure clarum est, & notorium in hac provincia, quòd † creare, & eligere officiales ad exigendas collectas, & alia debita ipsius vniuersitatis, & ordinare, quomodo, & qualiter exigi debeant, & exigere rationem exactorum, conuenit officialibus ipsius vniuersitatis & tales actus communiter fiunt semper inter ipsos de vniuersitate tantum in ecclesia vel in alia domo, vel in alio loco solito, in quibus actibus, & gestis communi cursu, & habitu non solent interuenire testes extranei, & de sui natura, & cursu fiunt, & fieri solent inter ipsos, & per ipsos de vniuersitate tantum, & non solent adhiberi (vt dictum est) testes extranei: & cum ordinationes factæ in consilio ipsius vniuersitatis, quando fuit dictus Laurentius creatus exactor & pacta cum ipso inita, sunt actus de sui cursu soliti fieri in ipso consilio, & per homines ipsius vniuersitatis, & non inter homines extraneos, meritò in casu nostro militat illa prima conclusio, de qua supra. Et sic Testes dicti castri examinati pro parte ipsius vniuersitatis plenè probant, & eo maximè, quòd (vt supra dictum est) agitur de re modica, videlicet de ducatis viginti sex, qui diuisi per focularia dicti castri, quæ sunt centum & triginta duo, vix tangit vnum quemlibet carolenus vnus cum dimidio, vel circa, & quantum sit verisimile, quòd tot testes pro tàm parua re deposuerint veritatem, & non falsum, Iudex iudicet, in cuius arbitrio positum est dare fidem, vel minimè testibus examinatis. allega. vers. in magis ferre potes. l. testium, & vt dixit Fede. de Senis in d.c. nisi. ponit, quòd † creditur libris prælatorũ de expẽsis factis per ipsos in Ecclesia, & sic in his, quæ non solent fieri semper cum Testibus, vult quòd stetur fidei scribentis. Ecce, quod iste prælatus tractat de commodo suo. Tamen, quia sumus in materia, in qua non solent de sui natura vocari testes, probat; & de ista materia sunt multa consilia, quòd statur libris prælati, Tutorum, & aliorum officialium de expensis factis per ipsos in dicta vniuersitate, ex dicta ratione, quæ consilia causa breuitatis hic referre nun curo, nec alios Docto. nisi Abba. & Francis. de Aretio hoc tenentes in allega. c. cum nuntius, vbi elegantissime dicunt in terminis nostris, quòd vbi non est solitum, vel non est verisimile tem fieri per alios, quàm per homines de vniuersitate, vt est casus noster, tunc creditur Testibus de vniuersitate, etiã sentientibus cõmodum, & plus dicit ibi Aret. quod etiã in alijs casibus, in quibus, licet potuissent plures interuenire testes, tamen quando ex contingentia facti verisimile est, quòd non soleant interuenire testes extranei, tunc probant testes de vniuersitate, per regulam, quòd non debeat restringi facultas probandi, Attamen vt res sine omni scrupulo procedat, cum vniuersitatibus † restitutio in iudicio aduersus probationem omissam detur: vt in constit. Beneficium, de resti. reipub. quæ habet locum etiam in vniuersitatibus castrorum, vt per Bar. & Bal. & Cyn. in l. fin. C. de sacrosi. eccle. & talis restitutio detur etiam post conclusum in causa, vt dicit Paul. Castren. in cons. 37. vol. 2. & Card. in clem. 2. quæst. 13. de Testi. & ita stylus est in Regno. Quam restitutionem aduersus omissionem dictæ probationis, & ad pinguius probãdum petit dicta vniuersitas sibi dari, & testes inducendos super infrascriptis iuribus examinari. In primis dicta vniuersitas dicit, qualiter poterat, & potest per scripturas, & Testes probare soluere hæredibus Carrozzi, & solui dictos ducatos viginti sex. Item, ponit, & probare vult, qualiter ipsa vniuersitas habet introitus communes, vt sunt pretium Macelli, & Tabernarum, & Furni, ex quibus possit soluere dictos ducatos viginti sex, & granos quindecim casu, quo succumberetur, & propterea est læsa in hac omissione productionis, vt ponit, & probare intendit, Qualiter veritas fu t, & est; quòd inter olim Dominicum patrem dicti conuentus, & prædictam vniuersitatem fuit conuentũ, quod cum alijs exactionib. exigeret dictos ducatos viginti sex, & granos quindecim, & solueret filijs, & hæredibus dicti Baptistæ, & ita, & taliter faceret, quod dicti heredes non molestarent dictam vniuersitatem ex dicta causa, & ita promisit dictus Dominicus. Item dicit, qualiter dicti hæredes prædicti molestarunt dictam vniuersitatem pro prædictis ducatis viginti sex, & granis quindecim, & ipsa vniuersitas fuit coacta soluere dictam quãtitatem nummorum dictis hæredibus, vt per Instrumenta, & testes apparet, quæ, & quos producit, & allegat. Item dicit, qualiter prædictum Castrum quolibet anno vendit introitus communes, Macellum videlicet produca tis viginti, & plus: Tabernas pro ducatis decem: Furnum pro ducatis quatuor; Ex quibus introitibus possunt solui dicti ducati viginti sex, & grani quindecim, & sicnon tangit commodum principaliter singulorum de vniuersitate. Item dicit, qualiter per Testes dictæ vniuersitatis plenè probatum est de conuentione supra allegata inter Dominicum, & ipsam vniuersitatem. Item probatum est, qualiter fuit coacta soluere prædictam quantitatem nummorum prædictis hæredibus prædicti, & propterea dictus Laurentius conuentus, vt filius, & hæres prædicti Dominici tene-

teneatur ipsi vniuersitati dictos ducatos viginti sex: & granos quindecim,& ad omnia damna,expensas,& interesse,que,& quas passa est ipsa vniuersitas: liquidanda,& liquidandas in executione dictæ causæ sententiæ,& ita petit pronunciari, & definitiue sententiari, & supra posita ex abundanti sunt addita, quia absque alia noua probatione Iudex potest prædictū conuentum ad petita condemnare, cum semper de-
11 beat habere præ oculis veritatem, quæ debet esse fundamētum benè, & rectè iudicantis, vt dicit Aret.
12 in cons.153. in 2. col. & † subtilitates, & cauillationes sunt reijciendæ,que (vt plurimum) Iudices errare faciunt. vt dicit tex. in l. si seruum. §. sequitur, ff. de verbo. obliga. & Aret. in consulendo refert dicta verba in cons.49. Nec obstat prædictis in quantum pars aduersa fundat se,dicendo quod reddidit rationes,& cōputū, & quod præsumitur soluisse dicto Baptistę,quia non sequitur hoc,imò facit contra partem. Si enim dictus Dominicus reddidit rationes, debuit in dictis rationibus reddendis asserere se soluisse prædicto,qui tacuit, propter quam taciturnitatem præsumitur contra eum,quod non soluerit. Ex quibus omnibus concludendum censeo,prædictum Laurentium, absque alia noua probatione condemnandum esse ad omnia per ipsam vniuersitatē petita, & ad expensas à publicatione citra. Et si Magnificus Iudex pro abundantiori sua cautela vult examinare super solutione facta de prædictis ducatis viginti sex,& quindecim granis prædictis hæredibus,poterit ad sui libitum;Cuius iudicio me submitto; & ita de iure mihi Petro Enriquez,Hispano,V.I.D. Militi religionis Sancti Lazari Hierosolimitani inter alios minimo videtur, saluo saniori consilio rectius sentientis,&c.

Petrus Enriquez V.I.D.

CONSILIVM V.

SVMMARIVM.

1 *Testium solemnitas in testamentis inter liberos condi- tis de iure est remissa: dummodo testator exprimat per nomen, & loquelam claram eius heredem.*
2 *Notarius scribens testamentum alicuius non loquentis clarè,& articulatè, punitur de falso.*
3 *Testamentum primum non videtur reuocatum per secundum, scriptum per notarium sine voluntate testatoris,licèt interrogatus postea,& tedio affectus acceptauerit in eo contenta.*
4 *Solemnitas maxima requiritur in testamentis: cum testamentum sit summa summarum.*
5 *Falsitas potius timetur in testamentis, quàm in alijs actibus inter viuos confectis.*
6 *Notarius semper præsumitur scripsisse Testamentum, prout dictauit testator.*
7 *Notarius presumitur accessisse rogatus ad faciendum testamētum, vel aliquem actum,& statur eius dicto, & rogatum accessisse.*
8 *Testamenti factio, seu confectio non impeditur propter grauem infirmitatem.*
9 *Testator propter infirmitatem balbutiendo; & licèt loquatur rauce: potest testamentum condere.*
10 *Lex. Iubemus. vendicat sibi locum in testamentis,& in institutionibus hæredum, non autem in codicillis.*
11 *Hæredis fieri non potest institutio in codicillis, nec admi saltem directè.*
12 *Legata fieri possunt nutu, & ad interrogationem aliorum,etiam a non valente loqui propter infirmitatem accidentalem.*
13 *Fama bona dat odorem suauitatis, sicut lilium.*
14 *Fama bona omnem malam præsumptionem eludit.*
15 *Notarij legalitas, & qualitas eius personæ multum operatur ad remouendam falsitatis præsumptionem.*
16 *Calumnia præsumptio tollitur propter personæ qualitatem.*
17 *Falsitas non committitur sine dolo.*
18 *Error potius præsumitur in Notario, quam falsitas.*
19 *Dolus non præsumitur in eo, qui non sentit commodū.*
20 *Notarij depositio æquiparatur duorum testium depositioni.*
21 *Testes domestici, affines, & consanguinei admittuntur ad docendum de innocentia alicuius.*
22 *Ea, quæ palam fiunt, omni carent suspicione.*
23 *Quilibet præsumitur esse sanæ mentis, etiamsi sit in senio constitutus.*
24 *Testes deponentes conformia iuri communi præferūtur alijs non deponentibus iuri consonantia.*
25 *Quando aliquod factum potest se habere ad delictum, & non delictum, potius debet interpretari in non delictum.*
26 *Causa propria dicitur alicuius, quando commodum, vel incommodum id ipsum spectat.*
27 *Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariores.*

Dominus labia mea aperiat, vt veritatem annunciet os meum.

IN causa Notarij Fabij Syrij de Monte regali videtur primo dicendum prędictū Notarium Fabium inquisitum de falso, ex quo codicillos factos,& conditos per Constantinum Prothocollum de Villapachi scripsit tempore quo prædictus Constantinus non loquebatur, vt deponit Hieronymus de Petro Iacobo primus testis in excommunicationis reuelatione examinatus ad instantiam ducalis Curiæ coadiutoris. Imò dicit, quod Cæsar frater Notarij Iacobi, & filius prædicti Constantini se protestatus fuit dicendo, *che non scriuessero,perche Constantino era fuora di senso, & non parlaua, & che aspettassero, che parlasse, dicendo fiate Testimonij huomini, & donne,come mio padre non parla*; in pœnam falsi incidisse per l. Iubemus. in fin. C. de testam.& propterea dicit ibi Bar. se impugnasse quoddam testamentum factum, tempore, quo testator loquelam perdiderat, nec poterat ita articulatè loqui, quòd potuisset intelligi, licet declarauerit per signa voluntatem suam,quia habebatur pro mortuo, vnde Ang. in d. l. Iubemus, dicit quòd intantum hoc est ve-
1 rum, quòd etiam si pater † testetur inter liberos, inter quos est remissa solemnitas testium vt in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Attamen si eius voluntas non exprimatur per vocem, siue per loquelam claram,& aptam; testamentum non valet,&
2 † Notarius punietur pœna falsi, quia non videtur remissa substantia voluntatis, quod etiam habet locum in testamento militis: Licet in eo sit remissa solemnitas

tas iuris per tex. in l. In fraudem §. eum ibi tota. per glo.ff. de testa. milit. & cum de solemnitate testam. loquela testatoris requiratur, & talis solemnitas non interuenit in prædictis codicillis. Merito puniri debet prædictus Notarius, tenent Docto. in d. l. iubemus. Bar. in l. post diuisionem, C. de iur. & fact. ignorant. per glo. in Auct. de non alienandis, §. quod vero simile collat. Idem deponit Dominus Bartholomeus Capritto tertius testis timore excommunicationis, qualiter interrogauit prędictum Constantinum, quomodo valebat, & sibi non respondit, quia magnum habebat calorem, licet à principio cum ipsum vocasset nomine suo dixisset, *che voi*, & qualiter prædictus Notarius scribere incepit, & Notarius Iacobus dicebat, & postea vocabat testatorem dicendo, *è così?* & dictus testator respondebat, ò, ò, & quòd protestatus est prædictus Cæsar, quòd non scriberet. Et certum est, quod scriptura testamenti debet esse scripta manu Notarij de voluntate testatoris, alias non valet. Vnde dicit Paul. Castren. in l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testam. fac. poss. se habuisse de facto, quòd quidam in sanitate constitutus fecerat testamentum, & instituerat quendam extraneum; & postea cum esset propter mortem, eius consanguinei habuerunt quendam Notarium, & fecerunt ipsum scribere, vt voluerunt: & deinde duxerunt illum ad testatorem, & posteà legi per ipsum Notarium scripta fecerunt, & interrogari eũ, an ille vellet ita, ille tædio affectus,
3 respondit quòd sic, & quòd † quidam dicebat primũ testamentum fuisse per illam scripturam reuocatum, & quòd ipse consuluit contrarium, Postquam ille testator erat ita grauatus infirmitate, & non apparebat, quòd de sua voluntate illa scriptura fuisset cõfecta, & istam partem tenet Io. And. in addi. ad Specul. in titul. de testam. §. in primis, qui dicit hanc quæstionẽ fuisse in vxore Bal. quia aliàs daretur materia falsum fabricandi. facit, quod dicit Scotus 4. dist. 15. quod isti qui appropinquant morti quo videantur habere aliquem rationis vsum, si tum assantium importunitatibus lacessiti, & victi mutant testamentum, & quodammodo consentiunt inuitis nullum robur habet talis voluntas, & præsumitur non ex consensu, sed ope, & malitia illorum fecisse, & facit quod dicit Lancel. in l. fi. C. si quis aliquẽ testari prohibitus, qd licet blandis verbis liceat inducere testatorem, vt eum hæredem instituat, verum est, nisi testator prius fecisset testamentum, & alium hæredem instituerer, quia licet testamẽtum valeat, tñ primus institutus reuocabitur a secundo per actionem de dolo, vel in factum, & ꝙ ita obtinuit Perusij: Faciunt not. per Bal. in l. etsi epistola, ante fin. C. de fideicom. Vnde dicit Ang. in leg. discretius. C. qui testam. fac. poss. quod Perusij fuit determinatum, quòd cum quidam perdidisset loquelã in articulo mortis, & alius in præsentia testium cœpit illi manũ, & dixit si vis, quòd ego sim hæres tuus, stringe mihi manum, & ille strinxit, quia poterat audire, licet non loqui, non valeret talis institutio; Et qualiter Cæsar prædictus protestatus fuit, quòd non scriberetur, & quòd expectaretur, quòd eius pater rediret ad sensum, deponit etiam Marthiua quartus testis. Idem deponit de protestatione Bernardina vxor Leonardi Cyni quinta Testis. Idem deponit octauus testis Marcus Antonius de Renzo, quòd prædictus Constantinus nõ loquebatur, & prædictus Notarius Fabius scribebat, & Notarius Iacobus dictabat. Idẽ deponit Lucia filia eiusdem Constantini nona testis, quod Pater suus non loquebatur; & cum loquebatur dicebat, e, e, & Notarius Fabius scribebat, & Notarius Iacobus dictabat, & Cæsar protestabatur, & qd solum respondebat prædictus Constantinus, quando interrogabatur. Deponit Genua vxor Constantini de Coccio decima testis solum dicendo ò, ò, idem deponit Octauius Prothocollo vndecimus testis, quòd nõ loquebatur; & idem Persiana eius vxor duodecima testis. Idem deponit Hieronymus Petri Iacobi per curiam repetitus, *& che il Constantino non staua in ceruello*; & dem deponunt omnes alij testes, quando fuerunt examinati; & Notarius Fabius inquisitus dicit; quòd suo videre non erat prædictus Constantinus *in suoi retti sensi* tempore, quo fuerunt facti prędicti Codicilli; & idem deponunt alij testes, quod prędictus Constantinus non erat in recto suo sensu; & apparet per testes supradictos, prædictum Notarium Fabium ad suggestionem prædicti Notarij Iacobi, qui dicebat scribe; & ipse Notarius scribebat, vnde prædictus Codicillus non tenet, & consuluit Socin. in cons. 92. in 3. vol. 8. col. vers. sed præmissis non obstantibus; & sic deprehẽditur prædicta falsitas per prædictum §. fin. l. iubemus; Ang. in l. in aduersa. ff. de testam. & testes deponunt, quod verba prædicti Constantini clarè non exprimebantur, nec percipiebantur, sed erant extortando nimiam importunitatem Notarij Iacobi, & ipsius Notarij Fabij, & sic relicta in ipsis Codicillis non valent. Ang. in d. l. iubemus, Alex. in cons. 34. in 3. vol. Ludou. Roman. in cons. 306. præmissa, seu præsupposita consultatione; & de legatis reuocatis per ipsum, quæ primo fecerat in testamento Ecclesiæ Sancti Cypriani, & Persianæ eius vxori non debet haberi aliqua ratio in ista secunda dispositione, cum non ita deliberatè reuocauit, sicut primitus in testamento reliquit, Paul. de Castro in cons. 15. viso puncto. Paul. Castr. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbo. obliga. Guiliel. Benedictus in cap. Raynutius in verbo æstimus positus num. 80. de testam. Ex quibus omnibus videtur dicendum, prædictum Notarium Fabium puniendum esse, tanquam falsarium, & dictos Codicillos minimè tenere tanquam falsos, data infirmitate
4 intellectus, & mentis prędicti Cõstantini, & cũ † maxima solemnitas requiratur in testamento, cum testamentum sit summa summarum, ut dicit Baldus in d. l. iubemus, & maior requiritur solemnitas in testamẽtis, quàm in alijs actibus inter viuos, quia plus time-
5 tur in eis de falsitate, † cum soleant fieri (vt plurimum) à constitutis in graui infirmitate, cum non possint omnia prævidere, & seruari mortis cogitatione perturbati, argu. tex. in d. §. at cum humana, & multa requiruntur, & inueniuntur in testamentis specialia, quàm in alijs contractibus, vt tenet Paulus Castrensis, in d. §. at cum humana.

His tamen non obstantibus, contrariam partem de iure puto esse veriorem, & quod prędicti codicilli valeant, & quod prædictus Notarius Fabius inquisitus veniat absoluendus, prout ex infrascriptis dicendis apparebit.

6 Primo enim est præsupponendum, quòd † Notarius nunquàm præsumitur testamentũ aliter scripsisse, quàm dictauerit testator; vt ait Paul. Castren. in l. errore. C. de testam.

Præ-

7 Præterea est † præsupponendum quòd prædictus
notarius Fabius accepit ad faciendum dictos codicil-
los rogatus, & vocatus a Cæsare Prothocollo filio
prædicti Constantini, vt asserunt Laurentius tertius
Testis. Notarius Iacobus similiter filius prædicti
Constantini, & etiam Dominus Iohannes Innocen-
tius septimus testis, examinatus ad instantiam ipsius
Notarij Fabij, & etiam ipsemet notarius Fabius idē
dicit in sua depositione, & in principio codicillorum,
quo casu ei creditur, vt ait Bartolus in l. sciendum. ff.
de verb. obl. Quibus præsuppositis, dico nullo modo
prædictum notariū Fabium cōmisisse falsū, scribendo
prædictos codicillos. Nam vt deponunt quàmplures
testes, videlicet, Laurentius Curtius tertius testis exa-
minatus ad instantiam ipsius Notarij Fabij, & Syl-
uius Curtius sextus testis, & prædictus dominus Io-
hannes, & Io. Baptista Zaccarelli octauus testis super
quarta exceptione, & Pompeius Syrus decimus te-
stis, prædictus testator, tam tempore codicillorum fa-
ctorum, quam post prædictos conditos codicillos, lo-
quebatur articulatè, & respōdebat interrogationibus
factis, tam per prædictum notarium Fabium, quàm
per alios ibi astantes, & aliquando capite annuebat,
& idem deponunt Notarius Iacobus, & Camillus
Curtius, & Marsilius in prima, & secunda depositio-
ne testes examinati ad instantiam fisci ducalis Curiæ,
Licet aliqui ex eis deponant, quòd erat nimis graua-
8 tus infirmitate, qua laborabat, quod quidē non † ob-
stat, nec impedit factionem testamenti, seu codicillo-
rum, Bald. in l. senium, C. qui testam. fac. poss. text. in
9 l. quoniam indignum, C. de testam. Et nimirum † si
loquebatur balbutiendo, tum quia mortis cogitatione
perterritus non ita rectè loqui poterat, a rg. l. hac con-
sultissima, §. ex cum humana, C. qui testam. fac. poss.
Tum etiam quia prædictus Constantinus tempore,
quo erat sanus quodammodo balbutiebat, & ob præ-
dictam causam tartaglia vocabatur: vt deponit prædi
ctus Notarius Iacobus eius filius super octauo inter-
rogatorio ipsius Curiæ. Deponit etiam Laurentius
tertius testes super decima exceptione ipsius Fabij,
& Pompeius Syrus decimus testis super exceptione
decima.

Præterea est considerandum, quòd prædictus No-
tarius Fabius scripsit codicillos ipsius Constantini, &
10 non testamentum, quo casu non † habet locum prædi
cta l. iubemus, quæ loquitur in institutione hęredis,
quæ fit in testamentis, alias testamenta non valent, &
11 non in codicillis, in quibus institutio † hæredis fieri
nō potest, nec adimi saltē directe, l. 2. & ibi Bald. C. &
de codic. & ita declarat Saly. Pau. Cast. & Bal. & Ias.
alij in d. l. iubemus. Nam in testamentis, alia solēnitas
& virtus est à iure attributa, & alia in codicillis in l. si
idem, C. de codicil. solemnitas enim breuis est codicil
lorum in l. verbis ciuilibus, ff. de vulg. & pup. & præ-
dictus Notarius Fabius in prædictis codicillis nō scri
psit alia, quàm certa legata, vt ex lectura ipsorum ap-
12 paret, & legata † fieri possunt nutu, & ad interrogatio-
nem aliorum etiam à non valente loqui, propter acci-
dentalem infirmitatem, vt expresse tenet Bar. in l. nu-
tu, ff. de leg. tex. in l. Pamphilo, §. propositum, ff. de le-
ga. 3. Ioan. And. in addit. ad Spe. in ti. de test. §. in pri
mis, versic. quid si ijs, Guliel. de Bened. in cap. Ray-
nutius, in verbo, extimus positus, num. 80. de testam.

Vltra hæc consideranda est bona fama, vita, legali-
tas ipsius Notarij Fabij probata per plures testes vl-
tra decennarium numerum id deponentes super se-
13 cunda exceptione, quæ bona fama † dat odorem sicut
lilium suauitatis, vt dicit Bald. in l. prima, C. de con-
fect. prius dictum ab Aug. sancto. Et elidit omne indi
14 cium, & † malam præsumptionem, Bald. in l. fina. in
vlt. colum. ff. de probat. referr, & sequitur Alexand. in
in l. fin. 3. colum. ff. de quæst. idem in cons. 90. in pen.
colum. uiso themate, in 3. uolum. Ang. in l. milites, ff.
de quæst. Dec. in cons. 189. Lætatus sum, in 1. volum.
in penul. colum.

Considerari etiā personæ ipsius Notarij Fabij qua-
litas debet, & qualiter ab annis vigintiquinque, & vl
tra reiteratis vicibus fuit de prioribus ipsius terræ
Montis regalis, & se bene gessit in prædicto officio.
Fuitque etiam potestas in terra Montis Leonis, & a-
ctorum Magister in Ciuitate Aquilæ, & in Ciuitate
Pennæ, & semper legaliter se gessit in prædictis offi-
15 cijs, quæ personæ † qualitas multum operatur ad fal
sitatis præsumptionē remouendam, Bald. in l. 2. C. de
fals. & in l. quotiens, §. sed non in corpore, ff. de hęred.
institu. Suffragantur etiam dicta per Anton. de Butr.
Ioan. And. post Hostien. in cap. finem litibus de dolo
16 & contum. dicentes, quòd propter † qualitatem per-
sonæ, excluditur præsumptio calumniæ, not. Alexan.
in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iudic.
Anton. de Butr. post Abba. in cap. postremo, de appel.
Dec. in specie consuluit in cons. 175. primo volumine,
prima columna.

Vltra hæc considerari debet, quòd prædictus No-
tarius se gessit in scribendo dictum codicillum lega-
liter, simpliciter, & bona fide, nam, vt deponunt non-
nulli testes examinati ad instantiam ipsius, & alij ad
instantiam Curię, incipit scribere dictum codicillum:
Et dum videret, quòd prædictus Constantinus non
loquebatur, lacerauit, quod scripserat, & præstolatus
fuit per magnum spatium, & dum videret ipsum Cō-
stantinum in recto eius sensu, scribere incepit iterum
prædictum codicillum, & fecit mentionem in prædi-
cto codicillo, quod prædictus Constantinus parum
loquebatur; & sic nullus dolus in ipso inquisito af-
17 fuit, & falsum † non committitur sine dolo in l. nec
exemplum, C. de fal. not. Cyn. in l. si quis decurio, C.
eod. in l. prima, ff. quemadmodum testam. aperiant, c.
cum Ioan. Heremita, de fide instrum. consuluit, Bald.
in cons. 33. licet ille, qui scribit in tertio volumine, &
18 potius † præsumitur error in Notario, quàm falsitas,
Bar. in l. quotiens, §. 1. ff. de hæred. institu. Alexan. in
cons. 40. in primo volum. colum. fin. & in cons. 27. in
secundo volum. Bar. in l. si librarius, ff. de reg. iur. An-
charan. in cons. 287. Cuman. in cons. 135. Dec. in con
sil. 175. & ideo debet probari in eo dolus, & quando
essemus in casu, l. iubemus, prout non sumus, ex quo
prædictus Notarius Fabius nihil dolosè omisit appo
nere in dictis codicillis, nec aliquid, quod non fuit a-
ctum, apposuit, nec scripsit, non tenetur pœna illius,
l. nec altera quauis pœna, ita dicit Alexand. ibi, & Sa
lyc. & Paul. Castrensis in ead. l. iubemus. Et cum in
19 prædictis codicillis prædictus Fabius non † sentiat
commodum, non præsumi debet dolus, Fulgos. con-
silio 173.

Præterea extat depositio Iudicis, qui interfuit in ip
so codicillo, & Marsilij, prædicti Notarij Iacobi, &
bona fama ipsorum: & aliorum testium, qui ibi inter-
fuerunt

fuerunt approbati prædicti Notarij, scilicet, ipse Fa-
bius, & Notarius Iacobus in officio Notariatus à prin
cipe ne dum à lege, deponentes prædictum Costanti-
num loqui tempore, quo fuerunt confecti codicilli
prædicti, quibus potius standum est, quàm alijs testi-
bus aliter dicentibus, gln. not. in Auct. de testi. §. san-
cimus, in verbo, officij, Iacob. de sancto Georgio in l.
testium, C. de test. cum Notarius æquipatetur duobus
20 testibus, Abb. in ca. quoniam contra de proba. Et † li
cet testes aliqui ex productis per ipsum Notarium Fa
bium sint domestici, & affines, & nonnulli consan-
21 guinei. † Attamen ad ipsius Fabij Notarij innocen-
tiam administrandam, admittuntur in criminalibus,
Specul. in tit. de inquisi. §. primo, versic. sed nunquid.
Ioan. de Anan. in cons. 59. visa inquisitione, Bal. Sal.
in l. parentes, C. de test. Bald. in cons. 419. in 5. volu.
Castrensis in cons. 207. super primo, Alex. in cons. 24.
in 2. volum. & testes deponentes pro reo præferuntur
alijs dignioribus ad offensam deponentibus, Roma.
in cons. 261. columna prima, Abb. Dec. in cap. ex lit-
teris, de probat. Corsetus in suis sing. in verbo, testis,
Marsil. in cons. 2. & in sing. 141. Ex quibus omnibus
prædictus Notarius Fabius venit absoluendus à præ-
dicta inquisitione, & tota causa. Restat responderi o-
biectis in contrarium. Sed accedat prius, quòd testes
examinati in numero oportuno, quàmplures depo-
nunt, qualiter postquam prædictus Notarius Fabius
scriptis ipsis codicillis, declarauit, & perlegit ipsos
declarando sigillatim omnia in eo scripta, *dicendo à
Constantino se gli staua bene, & respondeua, & diceua,
che staua bene*, coram multitudine personarum, ibi assi
stentium, & in legendo, & declarando eidem Consti-
no contenta in prædictis codicillis, fecit id, quod erat
obligatus, iux. l. fideicommissa, §. quotiens, ff. de leg. 3.
Et nulla præsumi potest falsitas stantibus ibidem tot
personis, Bald. in d. l. hac consultissima in fine. Et ea,
22 quæ palàfiunt † omni carent suspitione, l. ab Anasta-
sio, & ibi Bald. C. mand. in vers. occulte.

Nec videntur testes ex parte curiæ coadiutoris, siue
ducalis Curiæ fisci obstare, dum deponunt prædictũ
Constantinum tempore prædictorũ codicillorum nõ
fuisse in recto sensu, & quòd non loquebatur. Nam
23 testes ipsi ex pluribus nõ officiũt. Et † in primis, quòd
ex iuris dispositione, quilibet sanæ mentis esse præsu-
mitur, C. fin. de success. ab intest. l. nec codicillos, &
ibi Bat. Bald. Saly. & Raph. C. de codi. & etiam si ali-
quis sit in senio semper præsumitur sanæ mentis, Bal.
in l. senium, C. qui testamen. face. poss. & semper præ-
sumitur quis talis esse, qualis naturaliter esse debet, ar
gum. l. merito, ff. pro socio, cap. estote misericordes, de
reg. iur. & non deponunt, nec assignant causam scien-
tiæ, nec sui sensus, nec aliqua alia indicia narrant, ex
quibus potuisset colligi prædictum Constantinũ non
permanere in suo recto sensu, argum. eorum, quæ no-
tat Bald. in l. sancimus, C. ad Trebel. Alexan. in con-
sil. 54. primo volum. & in l. si cum dotem, §. maritis,
ff. solut. matr. Et è contra sit probatum per testes præ-
dicti inquisiti, & etiam per testes ipsius Curiæ prædi-
ctum testatorem existere sanæ mentis, & in loquela,
24 quòd respondebat ad interrogata, quo casu magis † est
eis credendum, quam cæteris contrariũ deponentib.
cum deponant conforme iuri communi, & secundum
iuris dispositionem communem, Innoc. quem sequun-
tur omnes alij in cap. auditis, de præsump. & in capit.
ecclesia Vulterana, de elect. Abb. in ca. cum dilectus,
de success. ab intest. Ias. in cons. 2. num. 8. primo vol.
& in cons. 178. num. 1. in 2. volum. Bald. in cap. pri-
mo, de contro. inuestit. Et sufficit probasse prædictum
Constantinum non fuisse furiosum, nec omnino à
mente alienatum, l. furiosum, C. qui test. fac. poss. sola
enim mortis cogitatio turbat solitum sensum, ita quòd
non erit perfectus, Ang. in d. §. at cum humana fragi-
litas, & anxietas mortis solet communiter citius tol-
lere loquelam, quam auditum, vel alios sensus, vt ait
consulens, Corn. in cons. 251. in 4. volum. colum. vn-
decima. Nec in aliquo suffragantur Hieronymi de Pe
tro Iacobo dispositiones, & Liberati de Cyno, & O-
ctauij Prothocolli, & aliorum dicentium, quòd prædi
ctus Constantinus nõ loquebatur, & quòd Notarius
Iacobus dicebat, & inquisitus scribebat: nam nullus
ex eis deponit de tempore, quo fuerunt stipulati præ-
dicti codicilli, immo prædictus Octauius dicit, quòd
antequam prædictus inquisitus accederet per vnam
horam, vidit ipsum Constantinum, quòd non loque-
batur. Et potest esse verum, quòd tunc temporis non
loquebatur, & tempore codicillorum loqueretur; Et
sic, cùm sit dubia depositio eorum, non concludit con
tra prædictum inquisitum, c. in præsentia, de proba. l.
non hoc, C. vnde legi. & potest esse, quod per illud,
quod viderunt supradicti testes scribere, sit illud pri-
mum scriptum, quod lacerauit prędictus Notarius Fa
25 bius, & sic est præsumendum. Nam † quando aliquod
factum se potest habere ad delictũ & ad nõ delictum
potius est præsumendum illud, quod sonat in non de-
lictum, argum. l. merito, ff. pro socio, & iam prædictus
Hieronymus deponit examinatus coram Eccel. D.
Auditore, qualiter dũ protestaretur ipse Cæsar filius
prædicti Constantini, quod non scriberet, quia eius
pater non erat in recto sensu, prædictus Notarius Fa-
bius amplius non scripsit, sed quod exiuit foras insi-
mul cum prædicto Notario Iacobo, & exhortabatur
Cæsarem, quòd permitteret scribi, & quòd omnia fiet
ad eius voluntatem: & postea potuit esse, quod reuer-
sus inuenit prædictum Constantinum, quod poterat
loqui, & ita scripsit prędictos codicillos. Et licet ad in
terrogationem ipsius Notarij Iacobi respondisset prę-
dictus Constantinus, nihilominus in nullam incurrit
falsitatem inquisitus prædictus, quia non improbatur
dispositio, quæ mutuis affectionibus iudicia prouoca-
uit, l. captatorias, ff. de hære. instit. & multa legata re-
linqui possunt, vt supra dictũ fuit. Tanto magis quod
prædictus Hieronymus est sibi contrarius in secunda
depositione facta coram D. Auditore: nam in prima
dicit, quod Notarius Iacobus dicebat iquisito. *Scriue.*
Attamen non dicit, quòd scribebat, & in secunda di-
cit, *che scriueua*. Nec dicit, quæ verba scribebat, & te-
stis varius, vel contrarius nullam fidem facit, l. qui va
ria, vel falsa, ff. de testi. Præterea dicit in secunda depo
sitione, qualiter, *quella sera, ò altra sera morse*, & per te-
stes quamplures probatur vixisse prędictum Constan
tinum per quattuor, vel quinque dies post conditos
codicillos, & tamquam mendax, ei non debet adhibe-
ri aliqua fides, eisdem morbis laborant alij testes, vi-
delicet Bernardina vxor Leonardi, quæ in sua prima
depositione dicit, qualiter dicendo, *Il Notario Fabio
lesse quelle partite, che haueua scritto, & domandando se
quelle partite stauano bene, detto, Constantino rispose, che
stauan bene*, & in sua depositione secũda dicit totũ con-

tra-

tratium, nec etiam concludenter in secunda depositione concludit, nec dicit, quod tempore stipulationis fuit præsens: & similiter Persiana vxor prædicti Constantini nullā fidem facit, quia vt est probatum, in testamento per testatorem fuit relicta sibi certa quantitas frumenti; & in codicillis fuit eidem adempta, & reuocata, & tamquam prætendens interesse non est idonea testis, & videtur testificari in causa propria: quod est prohibitum, l. nullum, & l. omnibus, ff. de te-
26 sti. & † causa propria dicitur, cuius commodum, vel incommodum ad se spectat, l. 2. §. propria, ff. quando app. sit, cap. cum dilecti filij, vers. & si tres, de electio. Bar. in l. dictantibus, C. de testam. & in facto, in quo quis habet interesse, non potest esse testis, l. deferre, §. inde decreuerunt, ff. de iure fisci. Et iam probatum est in repulsa ipsam Persianam instigatricem fuisse, in præsenti causa, & sæpe accessisse ad superiores pro infrigendo ipsos codicillos, & quòd propter dictam causam effecta est inimica ipsius Notarij Fabij, & Notarij Iacobi: Similiter Fiorioa nullam fidem facit, quia tempore stipulationis prædictorum codicillorum nō fuit præsens, vt dicit Ioann. Baptista Zacchare super quinta exceptione repulsatoria. Similiter Lucia testis in sua depositione prima, non deponit concludenter, qualiter tempore, quo fuerunt stipulati prædicti codicilli, Constantinus eius pater non loquebatur, nec quod prædictus Notatius Fabius scribebat, tempore, quo Notarius Iacobus dicebat, quod scriberet, & cum non concludat, non facit fidem, & est soror Cæsaris prædicti partis aduersæ, quo casu etiám non probat ad offensam, alleg. l. parentes; & sumus in criminalib.
27 in quibus † oportet probationes luce meridiana esse clariores, l. sciant cuncti, C. de probat. Nec obstat depositio Marci Antonij, quia non fuit repetitus citato ipso inquisito, quo casu nullam facit fidem, l. si quando, C. de testi. Nec obstat depositio Colæ petricolæ, quia iam dicit, quod respondebat prædictus Constantinus, quando legebantur codicilli, & interrogabatur. Licet non responderet explicitè, quia vt dictum est, solo nutu fieri possunt legata, & codicilli, & prædictus Nicolaus, siue Cola est testis codicillaris, & se subscripsit in prædictis codicillis, & non potest postea testificari contra ipsos, Alexand. in consi. 150. volumine 2. incip. ponderatis. Nam videtur deponere cum se subscibit, Bald. in l. fi. C. de edic. Diui Adria. tollen. & in l. fi. C. si cert. pet. & eodem modo vltima depositio Marsilij non nocet, quia primo tam in reuelatione ex communicationis, quam in depositione coram Auditore deposuit veritatem, & se subscripsit, & vltimo per territus carceris timore, & minis deposuit contrariū, standum enim est prima depositioni, Aretin. in capit. per tuas, de probat. Felyn, in cap. cum in tua, de testi. & subscripsit in codicillis, & eius prima depositio est præferenda, Decis. Capic. 192, incip. in causa donnæ Ioannæ. Ex quibus omnibus de innocentia ipsius Notarij Fabij notoriæ apparet, & merito venit absoluendus à prædicta inquisitione contra ipsum formata, & ita de iure censeo saluo tamen meliori iudicio rectius sentientis, & licet ab officialibus prædictæ terræ in prædicta, & secunda instantia, prędictus notarius per decennium fuisset asserto modo confinatus in terra Leonissæ, & forsan ex aliquo rancore attamē eorum asserta sententia fuit ex eisdem actis in Sacro Cōsilio Capuano reuocata, & merito prędicto notarius penitus absolutus, referente eandem causam in Sacro Cōsilio Eccl. Dom. Iacobo Anello de Botus V. I. D. Eximio R. Cōsiliario, & prędictę causę commissario, & non sine dedecore officialium prędictę terrę.

Petrus Enriquez V. I. D. C.

CONSILIVM VI.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta parte absente non ualet, nec tenet.*
2 *Testes duo requiruntur ad probādum quemlibet actum, & quòd sint contestes.*
3 *Testes singulares non probant.*
4 *Testes præsumuntur contestes, si de eodem facto deponunt.*
Scriptura confecta de uoluntate partium, præsumitur confesßata, & acceptata ab eisdem partibus.
6 *Verba confeßionis naratiua alicuius actus pręcedentis, licet non obligent, bene tamen probant,*
7 *Confeßio facta absente parte ad liberandum probat, & ualet.*
8 *Cōfeßiones reiteratæ pluribus uicibus, licet absente parte facta, benè tamen probant.*
9 *Dos mulieri absenti promißa acquiritur ipsi mulieri, & ei pro prædicta dote competit actio.*
10 *Iudex in dubio debet fauere potius mulieri agenti pro dote, quam alteri parti.*
11 *Testibus deponentibus in fauorem dotis magis creditur, quam testibus deponentibus contrarium.*
12 *Dispositio generalis exorbitans à iure communi nō comprehendit dotem.*
13 *Statutum disponens, quod mulier non poßit contrahere sine consensu propinquorū, ut est in Regnis Hispaniæ, quæ non potest contrahere sine consensu mariti per l. 55. tauri, non comprehendit contractum de dote.*
14 *Semiplenè probanti, & etiam plusquam semiplenè defertur iuramentum suppletorium.*
15 *Debitor ad tempus cogitur facere cautelam creditori de debito soluendo in tempore.*

Deiperæ Virginis Mariæ. imploratur auxilium. Amen.

FVit tractata parentela Inter honestas mulieres Hieronymam, & Isabellam ex vna; & Nob. Ferdinandum Berili de Ciuitate Neapoli ex altera. Et mediante tractatu mediorum amicorum fuit conclusa; & eidem Ferdinando promissa in vxorem, prout iam fuit data, Nob. Portia Vulcana, neptis prædictę Isabelle, & pro dote, & dotis nomine dederunt, & consignauerunt

runt quædam bona, descripta manu Rdi Monachi Petri Antonij de Saletno de Ordine sancti Dominici; aliaque bona promiserunt post mortem prædictæ Isabellæ. Consumato itaque matrimonio inter prędictos contrahentes, fecit ipse Ferdinādus tam nomine suo, quàm nomine prædictæ suæ vxoris in Curia Auersana sibi fieri cautelas necessarias de dicta promissione dotium. Fabricato itaque processu, Duo Religiosi, & Medea vxor Antonij ægri examinati deponunt, quòd bona contenta in dicta scripta fuerunt promissa ipsi Ferdinando pro dote, & in causa scientiæ dicunt de visu, & de præsentia. Et illi duo testes religiosi recocognouerunt dictam scriptam, & quod fuit scripta per manus prædicti Reuerendi Petri Antonij, & dicunt omnia bona contenta in ipsa scripta, fuisse promissa. Tamen non deponunt, quòd dictus Ferdinandus fuerit præsens, quando fuit facta dicta scripta; sed eidem fuit consignata, quam ipsam scriptam ipse Ferdinandus produxit in processu: & pro eius vigore fuit consumatum matrimonium, prout deponunt testes in primo articulo.

Item est probatum in secūdo articulo, quòd prædictæ mulieres post consumatum prædictum matrimonium, sæpe sępius confessę fuerunt se promisisse dicta bona in dote prædicto Ferdinando, & etiam est probatum, quod prædicta Isabella dicebat, antea quam esset facta dicta parentela: *Beato chi piglia Portia mia nepote, perchè le voglio dare tutte le robbe, che stāno scritte nella scritta, che haue fatta frate Pietro Antonio.* Quibus promissionibus numquam præfuit ipse Ferdinandus. Quæritur modo, an prædictæ mulieres teneantur perficere cautelam de prædicta quantitate dotium per ipsas promissarum.

Videtur prima facię dicēdum, quòd prædictæ Mulieres non teneantur ad confectionem prædictarum cautelarum ipsi Ferdinando, nec Portiæ eius vxori de prædictis dotibus, quia non videtur sufficiens probatum, quòd fuerint promissa prædicta bona pro dicta dote. Nam non probatur quòd dictus Ferdinandus, & eius vxor fuissent præsentes in dicta promissione: nec in prædictis confessionibus, nec notarius publicus prædictam scriptam scripsit, sed prædictus F. P. Antonius; & in carta bambicina, & non in carta pergamena, prout in Regno requiritur per vulgatam constitutionem Regni instrumentum robur. Ita quod pene prædicta scripta nullam fidem facit, cum sit scripta per manus personæ priuatæ, in qua scriptura, nec ipse Ferdinandus, nec eius legitimus Procurator interuenit.

1 Præterea prædicta asserta confessio; fuit facta ipso Ferdinando absente per prædictas mulieres, & non valet, nec tenet. l. certum. §. si quis absenti. de confess. Afflict. in decis. 12. & in decis. 337. & 375. Alexand. in consil. 24. in 2. vol. & cons. 152. colum. 5. in 5. volum. Corn. in cons. 114. litera S. primo volum. & in cap. fi. de success. ab intest. & eo maximè prædicta confessio fuit extraiudicialis. Secus tamen esset, si esset facta prædicto Ferdinando præsente, vel eius vxore per verba dispositiua, & non per verba enunciatiua. Nam tunc plenè probaret per tex. in dicto cap. fin. & Affli. in decis. 105. nisi esset confessio iurata per alium decis. eiusdem Afflict. in decis. 174. etiam si non fuisset pręd

dicta confessio per prædictum Ferdinandum, siue per prædictam Portiam eius vxorem, Bald. in l. prima columna fina. versi. de vno quæro, C. ex delict. defunct. Socin. in cons. 228. colum. 1. in 4. volum. Ioan. And. in rubr. de prob. Alexand. in cons. 19. colum. 1. in 4. volum. Quicquid dicat ipsemet Alexand. tenens contrarium in cons. 20. colum. 1. in eodem volum. Quæ communis opinio Doctorum est in contrarium. Quia ex quo confessio tendit in fauorem præsentis, præsumitur acceptatio eius partis, l. qui patitur, ff. solut. matrimon. per tex. in l. publia, §. fina. ff. de adult. Bart. & Modern. in l. quæ dotis, ff. solut. matrimo. & in specie tenet ipsemet, Alexan. sibimet contrarius in l. 3. C. de probat. hæred.

Præterea testes deponentes de confessione prædictarum mulierum videntur esse singulares, quia ne-
2 mo eorum nominat alium in contestem, & ad † probandum quemlibet actum requiruntur duo testes, capit. in omni negotio, de testibus. l. vbi numerus, ff. eodem. Sed testes deponentes de prædicta confessione, non dando alios contestes singulares reputantur; & ideo non probant Bald. in l. de quibus, ff. de legi. & ibi dicit, quod melius est habere vnum testem, quam habere singulares propter iuramentum suppletoriū, Lanfranc. in cap. quoniam contra, in ver. testium, numero 29. de probat. Bald. in l. de quibus, ff. de legi. numero 37. vbi declarat, qui dicantur testes singulares.

Præterea prædicti testes non videntur deponere de prędicta confessione in indiuiduo, prout de iure requiritur, alias etiam simile essent testes & semiplene non
3 probant, ex quo † sunt singulares, & non coniunguntur Alexand. in cons. 36. colum. 2. & in cons. 39. in 5. volum. Nam licet confessio numeretur inter genera probationum, vt gl. in l. 1. C. de edend. tamen testes de prædicta confessione deponentes, debent de ea deponere, vt indiuidua, & non diuidua.

Præterea, testes videntur deponere de asserta nuda promissione facta per prædictas mulieres, ex qua de iure ciuili non oritur actio: nec obligatio, l. iuris gentium, §. igitur, ff. de pactis, licet de iure canon. promissiones nudæ, & pacta sint seruanda, cum Deus inter simplicem loquelam, & iuramentum nullam faciat differentiam, in cap. & si Christus, de iur. iur. in cap. iuramenti, 22. q. 5. in c. 1. de pactis, & in cap. quicunque, 12. q. 2. Vnde cum prædictus Ferdinandus actor nihil videatur probasse de sua intentione. Merito prędictæ mulieres veniunt absoluendæ, & si nihil præstiterit in dicto capitulo, & si Christus, in fine, & in cap. fi. de proba.

His tamen non obstantibus contrariam partem, de iure censeo esse veriorem, & quòd prędictę mulieres iuris remedijs opportunis sint cogendæ ad conficiendum prædictas cautelas de dicta promissione dotium in fauorem prædicti Ferdinādi, & Portię eius vxoris, vt ex infra dicendis apparebit.

Et primo satis est probatum de promissione dotis, & bonorum contentorum in dicta scriptura per fratrē Ambrosium, necnon & per prędictum fratrem Petrū Antonium, & per prædictam Medeam, qui tres testes deponunt de visu, & de præsentia, & quòd fuit facta promissio dictorum bonorum, in dote, & dictis fratres & Religiosi recognouerunt dictam scripturam, & omnes

nes

nes tres testes formiter deponunt de prędicta promissione: & supradicta Medea in eius depositione nominat in contestes prędictos Religiosos, qui fecerunt prędictam patenielam, per quorum depositionē prędicta scripta est verificata, & sic plenam fidem facit, per tex. in l. contractus, & ibi Docto. & in Auct. ac si contractus, C. de fide instrum.

Pręterea dato, quod prędicti testes non nominarēt
4 se pro contestibus, tamen ex quo † deponunt de eodē facto presumuntur, & dicuntur contestes, & Specul. in tit. de inquisit. §. nunc tractemus super probatione, Bal. in l. 2. circa vlt. col. C. de bon. possess. secundum tabulas, Abb. in cap. cum Ioannes, in 3. col. de fid. instrum. Curt. in tract. de testib. conclu. 13. & in hoc sūt multa consilia, quę breuitatis causa omittitur ratione assignant Doct. Quia non presumitur pluralitas testium, vt in l. 2. ff. quemadmo. testa. aperiantur, & licet dicatur, quod prędicti Ferdinandus, & eius vxor non fuerunt pręsentes; nec apparet prędictam confessionem fuisse acceptatam per eos: Attamen per consumationem matrimonij, & ex quo prędicti contrahentes habuerunt prędictam scriptam in manibus, & cā legerunt, & se contentauerunt de quantitate prędictorum bonorum, & retinuerunt pennes se prędictā scriptam, quam ipse Ferdinādus apud acta ipsius Curię pręsentauit, tacitè videntur acceptasse dictam cōfessionem, tacitus enim, & expressè eadē est victus, l. cum te. ff. si certum pet. & tacentes ostenduntur consensisse Reg. qui tacit. de reg. int. in 6. & maximè in eorum fauorem per ea, quę tradit Innoc. in cap. in Genesi, de elect. Abb. in c. vestra, de locat. facit tex. in c. si post pręstitum, de confess. lib. 6. & quando tacentes habeantur pro consentientib. in fauorabilibus, siue in pręiudicialibus, dicit Grauet. in cons. 1. in fi. Bal. in l. 1. C. quando fiscus, vel priuat. Afflic. in pręlud. const. in quęst. 4. circa fi. & maximè quod non est verisimile prędictus Ferdinandus voluisset prędictam Portiam in eius vxorem accipere, & cū ea consumate matrimonium sine dote, cum nemo pręsumatur iactare suum, l. cum de indebito, ff. de prob. & dos deseruiat pro oneribus. matrimonij supportandis, l. pro onerib. C. de iure dot. c. per vestras, de don. inter vir. & vxor. & à cōiter accidentib. homines non contrahunt matrimonium sine dote, quod argumentum validum est in iure, Bal. in l. nec natales, C. de prob. & sic rationabiliter coniectuare debemus, & a ratione cōiecturata licitum est arguere, Bal. in l. maximum vitiū, C. de lib. pręt. uel exher. Facit, quod dicit Imo. in c. si cautio, de fid. instr. referendo dictum Bar. qui nō tenet in hac parte, quòd quando † de voluntate vnius fit aliqua scriptura, illi fecerunt fieri prędictam scripturam, uidentur tacitè confiteri oia contenta in ea: & in casu nostro iam est probatū per prędictos Religiosos, & prędictam Medeā quod de voluntate prędictarum mulierū, & de cōsensu ipsius Ferdinandi, & per prędictum F. Antoniū prędicta scripta fuit confecta, & iā est probatū per prędictam Medeā, & Io. Aloysium, quod de voluntate ipsius fuit soluta pensio ipsi Ferdinando de domib. in qbus habitabat ipse Io. Aloysius, q̄ domus fuerunt pro missę in dicta scripta eidem Ferdinando pro dotib. ex qua perceptione pensionis tacitè apparet prędictum Ferdinandū acceptasse tacitè prędictā scriptam, & in ea contenta; & prędictę mulieres non possunt negare ęffectionem prędictarū cautelarū cum iam soluerint partem ipsarū dotiū in d. scripta cōtentarū, l. cū fidē, C. de non num. pec. & permittendo de dictis domib. prędictū Ferdinandū recipere pensionē, eum fecerunt dominum, l. ad probationem, & ibi notant Doc. C. locat. & maritus rei dotalis efficitur dominus, l. dote ancillam, cum alijs vulgaribus, C. de rei uend.

Et quamuis dicatur, φ confessio parte absente nō noceat: nec obliget per d. §. si quis absenti, tū hoc intelligitur, qn̄ verba confessionis sunt obligatoria, & φ per illa confitens se principaliter obligit absenti, &
5 hoc modo procedit, & intelligitur prędicta regula; & ratio est, cum non sit persona, quę recipiat obligationem, non nocet cōfitenti, sed qn̄ verba confessionis non sunt principaliter obligatoria, sed narratiua actus
6 pręcedentis, tunc † licet alia verba non obligent, benè tū inducunt probationē ita tenet singulariter Ang. de Perusio in Auct. de hęr. & falc. in §. si uero cum §, seq. colla. 1. Alex. in add. ad Bar. in d. §. si quis absenti, in apost. incip. istum, §. limita, Salyc. in l. generaliter, C. de non num. pec. Soc. in cons. 21. col. pen. in 1. vol, vers. 6. prędicta, Curs. in cons. 168. nu. 10. Ias. in l. nō solum, §. morte, de not. oper. nunc. Fely. in c. cum M. Ferrati, de const. & in capit. si cautio, vers. petet, 3. de fide instr. per tex. in l. desiderium, C. de positi, vbi per instrumētum factum inter Sempronium, & Titium, in quo dicit Sempronium mutuasse Titio centū, quę apud te ego deposueram probatur per ista verba, inter me, & te depositum. Dato φ ego nō fuerim pñs. Itē tenet Paul. de Cast. in l. publia, §. Titius Sempronio ff. deposit. Soc. in cons. 118. in 2. volum. col. 3. ver. resultat 2. Alex. in cons. 145. in nu. 6. vol. 6. in ratione, q̄
7 dat, quare cōfessio ad libērādū † parte absente, pbet. Nō dicit, φ talia verba tendunt, & inducunt probonē.

Vnde cum dictę mulieres pro dicto matrimonio contracto confessę fuerint se dedisse in dotē dicto Ferdinando prędicta bona, de quib. in d. scripta, talis confessio inducit probationē ueritatis dationis pręcedētis in dotem, Dato φ dictus Ferdinandus, vel eius vxor non fuerunt pręsentes, & talis confessio erit probata per Antonium dello Burgo, & Catherinam eius vxorem super secundo Articulo, & prędictus Antonius testis dat io contestem prędictam Catherinam eius vxorem, per q̄ oīa sublatū est illud contrariū de cōfessione primitus allegata, φ parte absēte nō noceba.

Accedit ēt, & corroboratur prędicta confess. per depositionē testis Io. Aloys. qui tenebat ad pensionē unā de trib. domib. qui deposuit, φ p̄dictę mulieres dederant in dotem prędictas domus prędicto Ferd. & qd ppea non poterat amplius permanere in d. domo. Et not. Io. Anton. de Lanro φ prędictę mulieres dixerāt sibi, φ uolebant prędictas tres domos dare in dotem, pront dederant cum effectu vxori prędicti Ferd. insimul cum quodam annuo reditu cuiusdā Apotecę existentes penes unā prędictarum domorū, & corā alijs q̄ pluribus personis, prout de prędictus Nic. Troianus, Io. Paul. & alij q̄ plures testes prędictę mulieres cōfessę fuerunt eidēmet. Vnde tot, & tātę confessiones
8 reiteratę, † & si fuissent factę, ipso Ferd, & eius vxore absentib. attn̄ plenè probant, Pau. de Cast. in cons. 175. incip. super 1. vī dicendum, col. vlt. sequitur Io. Sadoi. in d. §. si quis absenti in suis limitat.

Vlterius facit tex. in l. Caius, ff. solu. matri. dicens, quod quando promittitur dos mulieri absenti, quęri-
9 tur † actio ipsi mulieri. Cum ergo sit acquisita actio

pro ipsa dote consequenda prædictæ Portiæ: Ferdinádus eius maritus potuit comparere etiam sine mandato,& petere dictam domum,l.maritus,& quæ ibi notant Docto,in l.sed hæc.C.eo.tit.& tanto magis,quod
10 in dubijs potius † est fauendú reb.dotalib. quá alijs, l.in ambiguis,de iur.dot.Bar.& Doc.in l.1.ff.sol.ma. Bal.Nouel.in suo tra.de dot.iu oon.par.in 3. priuil.

Non obest replica, quam conata est pars aduersa facere contra testes productos pro parte dicti actoris, cum omnes testes existentes', siue examinati in d.replica sint singulares, qui non probant, l.ob carmen,ff.de test.Bal.in l.de quibus,ff.de leg. & deponunt de auditu ab alijs,qui minime probant,& licet contra prædictos voluerit les fratres fuerit oppositum,quod eorum depositiones nó valent,ex quo sút extracti coram Iudice laico,vt tenet glo.& Abb.in c. 1.de iur.calum.& idem in c.vt nóstrus,de testib.cum multis alijs similib. Tamen ex quo fecerunt examinari cum licentia eorum superioris,bene probant,maximè in ciuilibus,prout est in casu nostro, Fely. in d. c.cum nuncius.Franc.de Aretio.in cons. 160.vlt.col. Incip.longa est quæstio,Bal.in l.quoniam illud,C.de
11 testi. Et testib.† deponentib.pro dote magis creditur quàm testib.contrarium deponentibus.

Nec obstat,qd ex aduerso dr,quod prædicta promissio pdictarum mulierú fuit facta sine múdualdo,quia
12 generalis† dispositio exorbitans a iure cói non comprehendit dotem,Bal.Nouel.in præalleg.tract.in 6. par.
13 priuil.48.vbi dicit,quòd dato,quòd constitutio,† vel statutum disponat quod mulier,vel filius familias nó potest contrahere sine consensu propinquorum, attamen non comprehendit contrahentes pro dote. Et li-
14 cet sit plene † probatum per prædictum Ferdinandú de prædicta promissione per omnia supradicta allegata,attamen pro maiori abundantia, & cautela fuit petitum iuramentum suppletorium deferri prædicto Ferdinando, & mulieri eius per doctrinam Ias. in l. admonendi.col.94.ff.de iureiur. Et cum in iure clarú
15 sit,quòd qui † est debitor in diem, & promisit ad tempus soluere, quòd cogitur facere cautelam de dicto debito eius creditori,l.in omnib.ff.de iud. Ex quibus omnib.clare appatet prædictas mulieres condemnandas esse ad faciendum debitas cautelas prædicto Ferdinando,& eius vxori de prędictis domib. per ipsas promissis: necnon ad expensas condemnãdas, tanquam temere litigantes in eum quam temere, ff. de iud.l.terminato,C.de fruct.& lit.expen. c. finem litibus,de dol.& contu.in constit.diuorum principum, Lucas de Pen.in l.1.C.de sump.recep.lib.10.Cætera suppleat religio Magnifici iudicantis. Et ita de iure censeo ego Petrus Enriquez V.I.D.consultus, &c.

CONSILIVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria dicitur remissa per taciturnitatem iniuriantum, & tollitur omnis actio.*

2 *Expressio eorum,quæ tacitè insunt,nihil operatur.*

3 *Adulterij in uria per mortem viri dicitur remißa vxori,& ècontra.*

4 *Dispositio dupliti de causa emanans, deficiente una causa,& alia remanente,remanet firma.*

5 *Donatio remuneratoria non est propria donatio.*

6 *Contractus non reuocatur propter non obseruantiam modi,sed agitur ad eius implementum.*

7 *Contractus ille semper est obseruandus, quem ex verbis contrahentiú colligitur,contrahentes velle obseruare.*

8 *Potentior causa, vel materia attenditur, & præualet ex pluribus causis concurrentib. in aliquo contractu.*

9 *Donatio remuneratoria non reuocatur propter ingratitudinem.*

10 *Principali sublato tollitur omne ius ex eo causatum.*

11 *Remißio de principali facta,intelligitur etiam de accessorijs facta.*

12 *Contracto sublato tollitur iuramentú super eo appositú.*

13 *Ignobilis omittens aliquid mulieri nobili in dotem,in recompensationem nobilitatis, volens cum ea contrahere matrimonium,etiam si non sequatur copula matrimonij,non poterit reuocare promißum.*

In Dei nomine, Amen.

DAto,quod dicatur quòd propter pacta non seruata detur conditio, ob causam,tot titu.C. de cond.ob causam,Tamen hoc non procedit,& limitatur non procedere, quando illud,quod est adductum in pactum,
1 cadit in speciem iniuriæ,& iniuriatus tacuit viuente iniuriante, quia tunc per talé taciturnitatem dicitur remissa iniuria deducta in pactum,ex qua remissione tollitur omnis actio ex ea resultans,arg.l.rei iudicatę, §.j.ff.sol. matr.vbi habetur,quod maritus non querelando in uita vxoris de iniuria, & de adulterio per eá commisso,non pô post eius mortem querelari,quia intelligitur remissa iniuria,& in consequentiam dicitur remissum ius ex ea resultans,quia acceptilatione & remissione eius,quod debetur,omnis tollitur obligatio; l.si duo patroni,§.idé Iulianus,l.ex duobus,§.si quis iurauerit,ff.de iureiur.& ibi Ias.in quib.iurib. & præcipue in dicto §.idem Iulianus cauetur, & notatur, quòd sublato facto remouetur de ius, & omnis actio ex eo,cessante enim causa,cessat effectus,l.adigere,§. quamuis,ff.de iur.pat.in c.cum cessante,de appell. & sic per taciturnitatem prædicti viri de adulterio per vxorem in eius vita commisso,est sublatú omne ius, & actio ex eo resultans,& iuri suo cuilibet est renunciare,tacitè,& expresse,l.si quis in conscribendo, C. de pactis, taciti enim ,& expressi eadem est virtus.

Et est glo.ad hoc propositum,& ibi Bart.l. 1.ff. de dote præleg.vbi est casus,quod si maritus pactus est de lucranda dote soluto matrimonio , quod si culpa mulieris puta per adulterium fuerit prædictum matrimonium solutum,quod pactum nihil operatur , & est superfluum,ex quo iam à lege est prouisum, quòd mulier propter adulterium perdat doté,in ca.per húc, de donat.inter virum,& vxor.Bal.in c.tuæ,de procu. Dec.in rub.C.de eden.& Doct.in l.si vero. §. adijci-
2 tur,ff.solut.matrimon. Expressio enim† eorum,quæ tacitè insunt ,nihil operatur,glo.& ibi Bart. in l.3. de legat.primo,& ff.ibi Socin.& sic in casu nostro, cum maritus teneatur fideliter,& benignè uxorem tractare cum sint socij diuinæ,& humanæ legis, ac uita caro,in capitulo primo, de coniugio, leprosorum in capitulo debitum,de biga. & si committat adulterium dicitur male,& non fideliter tractare vxorem, & sic perdit sibi dotem in d.c. plerumq. Attamen † ex quo mulier non querelauerit in uita mariti,uidetur prædictam iniuriam sibi remisisse, & in consequenta dicitur

dicitur pactum sublatum, vt dicit Glos. in præalleg. l. 1. arg. §. supradicti, idem Iulianus, & mortuo, iniuriante, & sic prædicto viro, vxor non potest agere contra eius hæredem ad reuocationem prædictæ donationis in l. his solis, C. de reuoc. donat. tex. in l. fi. C. de adul. Bar. hoc idem sensit per prædictam, l. fi. in l. rei iudicatæ, §. fi. ff. sol. matr.

Item quod prædicta donatio remaneat firma, & nõ
4 possit reuocari, facit quod quando dispositio † aliqua est fundata in duplici causa, si vna deficiat, & alia superstit, dispositio stat firma, si illa quæ deficit, non est principalis causa, l. ea conditio, de rescind. uend. iuncta l. cum de. C. de pact. inter emp. & ibi Bar. Moder. maxime Ias. in l. fi. ff. de cond. ca. da. causa nõ sequuta.

† Sed in casu nostro posito, & non concesso, quod talis donatio facta fuerit primo modo ob æqualitatem matrimonij, seu secundo modo, vt bene tractetur, & ista secunda cesset, tamen remanet prima, vt principaliter: propterea donatio remanet firma, cum appareat expresse D. Catherinam in præfatione contractus, asserere se donare propter æqualitatem, & in recompensationem, quæ præfatio ostendit causam finalem, l. fin. ff. de hær. inst. & ibi Doct.

Item omnis dispositio regulatur a causa, propter quam principaliter agitur, & non ab his quæ in consequentiam veniunt, l. si quis, nec aliter, ff. si certũ pet. Sed in casu nostro dicta donatio fuit principaliter facta ratione æqualitatis matrimonij, quæ ratio fuit finalis, & cum ista fuerit impleta, & durauerit, ergo donatio stat firma, & non reuocatur, dato, quo fuerit cõmissum adulterium, d. l. fin. & ibi Bar. ff. de cond. causa data causa non sequuta, per d. l. ea conditione.

Item ista donatio non potest dici ob causam, vt alij consulentes concludunt, sed dicitur donatio ratione
5 æqualitatis, & sic † compensatio, vel remuneratio, quæ non dr̃ proprie donatio, l. Aqu. Regulus, de don. ergo non est tractandum de iniuria, cum per eam nõ annulletur talis donatio, l. si pater, vbi gl. singu. de donat. Bal. in l. si enim mihi, de dolo, sequitur, Ias. in l. ex hoc iure, col. 3. ff. de iust. & iur. sicut etiam dicimus, quod quando feudum fuit simpliciter datum, ob remunerationem seruitiorum, non amittatur propter sequentem ingratitudinem, arg. tex. si remunerando, & quæ ibi not. Doct. ff. mand. Secus tamen esset, si feudum fuisset concessum ob non remuneratione, nam tunc amitteretur propter ingratitudinem, ut tenet Paris de Put. in suo tract. de reinteg. feud. nu. 8. Bal. in l. 1. C. de condit. furt. vnde si prædicta non reuocatur propter iniuriã, nec reuocari poterit vigore pacti prædicti, quia non debet considerari prædictum pactum desuper appositum, maxime cum expresse hoc non contineat prædictum pactum, sed est adiectum ex abundantia, vt patet ex tenore, & verbis ipsius insti.

6 Præterea contractus † non reuocatur propter nõ obseruantiam modi, sed agitur ad implementum, l. fi. ff. de cond. ob cau. l. ea ex conditione, C. de rescin. uẽd. iuncta l. sicut, C. de act. obligant, nisi modus sit causa finalis, l. cũ te fundum, C. de pactis, inter emp. & uẽ. & ibi per Doct. & in d. l. fi. ff. de cond. ob cau. ibi Bar. & Ias. & in dubio non præsumitur finalis, ut notatur in d. l. fi. & d. l. ex conditione, l. Titio cẽtum, de cond. & demon. l. 3. §. fi. de don. Oldr. cons. 5. incip. Titius dedit, nisi modus per pactũ appositus esset causa principalis dicti contractus, aliter si non esset principalis, non rescinditur propter non obseruantiam, per d. l. si quis causam, ff. si cert. pet. iste est tex. in terminis in l. ea conditio, iuncta l. cum te, C. de pact. inter empt. & uend. & ibi gl. Bal. Sal. Cyn. secus si deductum in pactum consideretur non esse principaliorem causam, d. l. ea conditio, quæ lex, l. cum te, similiter iuncti probant prædictam conclusionem, sed in casu nostro non apparet, quod dicta donatio principaliter fuit facta in remunerationem nobilitatis, & ætatis propter matrimonium, & ista fuit causa finalis, & principalis, vt patet ex ipsius contractus uerbis: & cum istæ causæ sint impletæ, sequitur, quod cum obseruantia alterius causæ deductæ in pactum non facit rescindi contractum per iura supradicta, maxime quia quando apparet ex
7 verbis † contrahentium, quem contractum pars uoluerit facere, illum semper debemus attendere, l. si stipulatus, ff. de usu. Sed in casu nostro apparet, quod donatio prædicta fuit in compensationem sanguinis, & ætatis, ut ex pfatione cõtractus apparet, quæ denotat cãm finalẽ, l. n. & ibi Doct. ff. de hær. inst. l. 1. & ibi Bar. ff. de hær. inst. & istæ fuerũt causæ principales, & pactũ de benẽ tractando, non fuit causa finalis. Merito pp eius inobseruantiam non datur conditio ob causam, & nõ põt rescindi per iura, & rationes superius allegatas.

8 Pro hoc facit, quod quando circa idem † concurrũt duæ species, vel duæ materiæ contraetus ad considerandum quia contractus sit, & quis præualeat, attenditur potentior, iuxta not. per Bar. & Rom. in l. Arist. de donat. per l. quæritur, ff. de act. in pñe. l. si in emptione, in princ. ibi Bar. de contrah. empt. Sed in casu nostro apparet, quòd ista donatio fuit facta in remuneratione principaliter, ergo ista causa remuneratoria est causa finalis potentior, ergo si cessat alia, remanet cõtractus firmus per prædicta.

Non aliter tango, quod talis donatio facta in compensationem ætatis, & nobilitatis dicitur donatio remuneratoria, & non simplex donatio, ut per Consulentes fuit allegatum, & Bar. in l. si uoluntate cum glos. C. de dot. promis. & est communis opinio, & Bal. in l. 2. in fi. ff. si cert. pet. & in l. diuortio, solut. matri. in l. si ita stipulatus fuero a te sisti in iudicio, in fine, de uerb. obl. Bal. in l. pen. §. mulier, solut. matr. Ang. in l. 1. ff. eod. & in suo 5. cons. Imol. in rub. solut. matr. in pede col. & Bal. in c. super eo, de test. in l. 2. & est communis opinio, & non aliter tango arguendo in consequen-
9 tiam, quòd donatio remuneratoria † non reuocatur propter ingratitudinem, vt l. si pater, §. fi. vbi glos. ff. de don. Bal. in l. cum mihi, ff. de dolo; & ita communiter tenetur, sed cum in casu nostro talis donatio fuerit facta in remunerationem, ut dictum est, sequitur, quod ex tali adulterio, ex quo dicimt donans iniuriata, non potest reuocari, quia non est simplex donatio, sed compensatio, vt dictum est.

Postremo arguitur donationem non posse reuocari: Nam clarum est, quod per taciturnitatem Bertæ usque ad mortem viri dicitur remissa talis iniuria resultans ex adulterio prædicto, ut per allegantes satis abunde, & per tex. cum gl. Bar. in l. rei iudicatæ, ff. de solut. matrim.

Et sic sublata est iniuria dicta, & remissa. Vnde
10 sublato † principali tollitur omne ius ex eo causatum, & omnia accessoria, quia quando aliquid infringitur, & tollitur, tollitur omne id quod sequitur ex eo, vel ob id, leg. non dubium, C. de leg. regul.

cum quid de regu.iur.in 6. vnde & pœnæ, & omnes
aliæ clausulæ intelliguntur sublatæ, & annullatæ, vt
dixi allegatis iurib.& l.si, cum ibi notatis, ff. de const.
prin.& pęna dr accessoria ad factum, l. stipulatio hoc
modo concepta, de ver.obl.& d.l.non dubium, & l.si
pacto, quæ pęnam, C. de pactis, l. rescriptū, §. si pacto,
ff. de pact. l. ista stipulatus, in princ. de verb.& ibi Bar
tol. facit quod dicit Bar. in l. Aurelio, §. Caius, ff. de li-
11 beratione legata, io finalibus verbis, quod facta † re-
missione de principali intelligitur facta de accessorijs.
facit tex. supra allegat. in l. si duo patroni, §. idem Iu-
12 lianus, de iureiur. Vbi si super † factū interponatur iu
ramētum, & sic tollatur factū, tollitur actio, & omne
ius causatum ex eo, vt supra dixi. Vnde cum per taci-
turnitatem sit remissa iniuria dicti adulterij, sequitur
quod ius causatum ex dicta iniuria dicitur remissum
in consequentiam, quia habetur ac si non esset com-
missum, non competeret aliquod ius Bernardinæ, &
cum simus in terminis, quod habeatur pro non com-
misso; sequitur quod eius vigore non potest agi, nec
competit aliqua exceptio, vel ius, vt sup.

Et plus, & fortius in casu nostro, quia expresse dicta Bernardina remisit dictam iniuriam, & per testes est probatum, quod ipsa erat contenta, vt cum alijs fœminis Io. Franciscus perciperet voluptatem. Ergo clarè apparet, quod illa nolebat recognoscere tale factū. Merito de quo quis cōtentus est, non pōt venire.

Ad probandum supra dictam conclusionem allego inconuincibilem rationem. Nam clarum est, quòd
13 quando ignobilis † promittit dotem, vel aliquid in
compensationem nobilitatis eius, cum qua intendit
contrahere matrimonium, quod intentio ipsius promittentis est, quod sequatur matrimonium, & sic ecce causa finalis. Pone modo, quod sine facto, & sine culpa illius, cui facta fuit promissio, non sequatur copula matrimonij, an debeatur illud promissum, quilibet prima facie diceret quod non, quia cesset causa finalis, & tamen in contrarium est veritas, quod non obstante, quòd matrimonium non sit consummatum, quod debetur promissum, & plus etiam dico, quod de tali promisso poterit is, cui datur, etiam si transeat ad secunda vota agere, vt in Neapolitana decis. 61. Idem tenet Io. Lup. de Palatijs in repet. cap. per vestras, de donat. car. 26. allegat Bal. in Auct. in donat. C. de secund. nup. Lud. quæst. 219. & sic apparet, quod donatio talis in compensationem solummodo dicitur fieri propter compensationem, & non ex alia causa. Ista est principalior causa & finalis. Vnde aliæ causæ nō sunt finales. merito cogimur dicere, quod ex defectu aliarum causarum non rescindatur talis donatio, cum nō rescindatur eo casu, quo non sequatur matrimonium cum effectu. Hæc dixi ad ostendendum, quod sola causa finalis istius donationis est recompensare, & ista est potentior, & principalior, quæ si non cessat, non datur conditio ob causam ex defectu aliarum causarum; & ita consulo, & de iure censeo. Ego Petrus Enriquez Hispanus; V. I. D. saluo, &c.

CONSILIVM VIII,

SVMMARIVM.

1 *Alimentis legatis videtur legatus & vestitus.*
2 *Fratres socij, qui viuunt in communi, non tenentur contribuere in dotem aliarum filiarum fratrum, nisi ex pacto.*
3 *Fratres non tenentur contribuere in expensis nuptiarū, & vestibus aliarum fratrum.*
4 *Fratres ementes libros pro fratre studente viuentes in communi prædictos libros imputant in eius portionem.*
5 *Mulier a principio nupta sine dote propter eius operas, quas præstat marito, debet ab eo ali.*
6 *Sollicitudo, & cura sæpe pretio comparatur, & æstimatur.*
7 *Victus appellatione continentur vestes pretiosæ, si conueniunt conditioni, & dignitati mulieris.*
8 *Vestes pretiosæ si sunt quotidianæ propter dignitatem viri, videntur esse donatæ eius vxori per virum, aliàs dicuntur esse commodatæ.*
9 *Vestes a domino famulis donatæ diuisatę, & non quotidianæ, propter honorem domini, videntur commodatæ, & non donatæ, & ab eis possunt auferri.*

Dominus Deus dirigat verba mea, vt veritatem dicam. Amen.

QVatuor fratres post mortem patris, qui steterunt insimul in cōmuni, & capitale, lucra, & damna erant communia, & communicabantur, vnus eorum accepit vxorem nobilem filiam magnifici Ioannis Fidēponi, necnō sororē fratrum nomine Frasiam dederunt in vxorē Magnifico Cæsari filio prędicti Magnifici Ioannis, & sic fecerunt cambium, & prædictus Magnificus Ioannes Fidemponus nullā soluit dotem dicto fratri suo genero, nec prædictus Cæsar aliquid recepit pro dote sororis Frasiæ ipsorum fratrum, & hoc causa compensationis fiendæ, de consensu omnium fratrum. Tempore festiuitatis nuptiarum vnus istorum fratrum fecit de consensu, & scientia aliorum fratrum de cōi patrimonio prædictæ Frasiæ eius vxori uestes pretiosas, & necessarias conuenientes domus ipsorum secundū consuetudinem ipsius ciuitatis; & aliorum domorum similium, necnon fecit alias expensas in festiuitate nuptiarum conuiuiis, & per multos annos prædicta mulier extitit cum dictis suis cognatis fratribus sui mariti, & gubernabat totam familiam adaptando res familiares, & omnia supellectilia, & faciendo omnia alia quæ ad officium fœminarum pertinēt; & partem ipsarum vestium consumpsit, partemq. deteriorauit, scientibus, & uidentibus omnibus prædictis fratrib. & non contradicentibus. Venerunt postea ad diuisionem, volunt alij fratres, quod prædictæ vestes computentur in partem eorum, qui vxorem duxerunt, prout valebant eo tempore, quo fuerunt emptæ, & non prout valent nunc tempore diuisionis.

Ex eorum vero parte replicatur ad id non teneri, cum ipsorum vxores steterunt io gubernatione totius domus, & operas suas in communi posuerunt, & quòd iustum erat, vt vestitæ incederent secundum conditionem ipsorū, & secundum consue-
1 tudinem ipsius ciuitatis, quod si † debebant ali, debebant,

bent etiam vestiri, l. legatum, ff. de ali. leg. in l. verbo,
victus, ff. de ver. sign. l. penul. ff. de alimen. & cib. leg.
Bald. in l. si maritus, ff. solut. matrim. Alexand. in rub.
ff. eod. tit. si successiui quæsiuit, hic. Bart. & in casu no
stro potissime hoc fiendum venit, cum dotes ipsarum
vxorum semper fuerint in communi patrimonio om
nium fratrum propter cambium factum, quia debitũ
pro dote sororis est subrogatum in locum dotis illius
fratris, vnde prædictæ vestes debent de communi fie
ri, præsuppolita consuetudine antiqua in hac ciuitate,
quod similes vestes festiuæ fiunt tempore, quo nuptiæ
contrahuntur, & eis vtuntur etiam post nuptias in
diebus festiuis, & in conuiuijs, quæ ad inuicem inter
consanguineos fiunt. Quæritur nunc quid iuris?

Et videtur prima facie dicendum, prædictas vestes
imputari debere in partem ipsorum fratrum ducen-
tium vxores, & aliorum pro eo pretio, quo fuerunt
emptæ per tex. in l. qui originem, §. fin. ff. de mun. &
hono. l. ex parte. §. filias. ff. fam. ercisc. vbi est tex. cla-
rus, quod debita per vnum ex fratribus contracta, de-
bent in eius portionem computari, absque contribu-
tione per alios fratres fienda, Petr. de Vbald. in tracta.
de socio, in q. 6. & pro hoc facit illud, quod in simili
dicunt Doct. in Auct. quod locum, C. de collat. quod
2 dato, quod fratres † sint socij omnium bonorum, nul
lo præcedente pacto, non tenentur contribuere in do-
tem filiæ vnius ex fratribus, etiam socijs omnium bo
norum.

Contrariam tamen partem de iure veriorem cen-
seo, immo quod prædictæ vestes debeant fieri de com
muni, attento themate proposito, nam dato, quòd
3 fratres † non teneãtur contribuere in expensis, & ve-
stib. quæ fiunt in nuptijs fratrum per d. l. ex parte, §. fi
lius, per quam l. possunt dicere fratres, nolumus con-
tribuere in expensis, & vestib. nuptialib. Attamen si
consentiunt, & promittunt de cõi fieri promittunt, cũ
ex eo casu in quotidianis vestibus censentur in vim
donationis consentire, & in festiuis in vim commo-
dari pro honore familiæ, & domus in qua vxor mane
bat, secundum quòd dicimus de vestib. factis per pa-
trem nurui, vt dicit Bar. in l. 1. §. nec castrẽse, ff. de col
lat. bonorum per id quod notatur in l. si seruus cõis,
ff. de don. inter vir. & vxo. vbi est casus, quòd si sunt
tres fratres, & vnus eorum donauit seruum cõem vxo
ri fratris, & alij sciunt, & non contradicunt, quod di-
cuntur consensisse, & pars eorum intelligitur donata
propter scientiam, & taciturnitatem: & sic in casu no-
stro fratres prædicti videntes eas portari dicuntur cõ
sensisse, & donasse vsum illarum vestium, & sic con-
sumptio, & deterioratio sit ad ipsorum interesse, quo
ad vsum, & quo ad consumptionem parum importat.

Confirmatur etiam ista conclusio per illam aliam
Doct. communiter approbatam, videlicet quod eo ca
casu, quo frater non tenetur contribuere in dotibus fi
liæ fratris, si tamen de bonis cõib. detur dos, & frater
scit, & non contradicit, dicitur donasse portionẽ suam,
ita Io. de Imo. in cons. suo, incip. in casu præmisso de
plurib. est videndum in 4. dubio, & hanc opinionem
tenet Paul. de Cast. in cons. 120. incip. ad primum re-
spondetur in 3. dub. & idem tenet Dec. in cons. 66.
in 5. col. in 1. vol. post med. nu. 4. & in cons. 68. vl. col.
num. 4. & in plurib. consilijs format hoc, & idem te-
net Soc. in cons. 291. vers. nota 1. in 2. vol. & in cons.
5. in 4. vol. nu. 15. Facit quod tenet Bal. in cons. 105.
in fi. in 1. vol. quod si fratres post mortem patris emerũt
4 libros pro fratre studente quòd dato † quòd tempore
diuisionis illi libri imputentur in partem illius, pro
quo fuerunt empti: tamen deterioratio debet esse com
munis, & debet imputari pro talib. quales sunt tempo
re diuisionis; Cum ergo prædicti fratres sciuerint præ
dictas vestes festiuas fieri de cõmuni, & eas viderint
portari ab vxore fratris, dum erant in communione,
dicuntur consensisse, quod consumptio earum esset
communis per supradictas rationes, & videntur do-
nasse vsum ipsarum.

Confirmantur supradicta alia ratione, nam præsup
ponitur in facto, quòd ista vxor vnius ex fratrib. ser-
uiebat in domo, & curabat totam familiam, & eam
gubernabat, vt solent facere matronæ, & erant sex fra
tres carnales, & famuli, & famulæ, & oĩb. adaptabat,
& faciebat camiscias, & suebat, & oĩa alia seruitia fa-
ciebat, quę erant necessaria oĩb. de familia, pp quæ me
rebatur victum, & vestitum, l. in reb. §. possunt, ff. de
cõmod. l. item serui, in fi. ff. de edil. edi. l. diuortio, §. fi.
ff. sol. mat. Spec. in tit. qui fil. sint leg. in c. 1. 7. colum.
in fi. princ. vers. nunc dicamus de vxore, aliment. Bal.
in l. fi. in 3. colu. vers. sed quid si testator, C. de indict.
5 vidu. tollend. facit † etiam quod si mulier nupsit sine
dote propter operas, quas præstat in domo viri, debet
ab eo habere victum, & vestitum, l. quod si nulla, ff.
relig. & sump. fun.

Facit etiam quod dicit Bald. in d. l. fin. & in d. l. li-
bertæ, 3. col. vers. circa prædicta, C. de oper. lib. quod
præstantes opera ex curialitate in habendo curam do
mus, & familiæ debet habere expensas per d. l. in reb.
6 §. possunt: nam † cura & sollicitudo sæpe pretio com-
paratur, & æstimatur magis, quam fides, l. tutor peti-
tur, §. qui à tutoribus, ff. de excuss. tuto. l. Seia, ff. de an-
nu. leg. l. Aquilus Regulus, ff. de donat. l. eum plures,
ff. de admi. tuto. l. qui filium, ff. vbi pupill. edu. debe.

Cum ergo ista vxor operata sit in cõmuni familia,
& habuit curam totius domus, & familiæ ad vtilitatẽ
communem per tot annos, consonans est, vt debuisset
habere alimenta, & vestes, & ad prædicta tenebantur
prædicti fratres ratione naturali, & ex obligatione ad
7 antidota, & si erat alenda, & etiam † erat vestienda ve
stib. bonis, & coæqualib. eius dignitati, & conditioni,
& personæ, l. pen. ff. de alim. & cib. leg. Bal. in l. si ma-
ritus, ff. sol. mat. Alex. in rub. eod. tit. in 10. col. versic.
successiue, vt sup. allegatum fuit, prout dicit Bal. No-
uel. in l. si vero, §. seruis, ff. sol. matr. dum tractat mate
riam alimentorum, quod secundum qualitatem vxo-
8 ris, & mariti vestes † pretiosæ possunt esse quotidianę,
& eas faciendo vir eius videtur donare, & dicit ibi,
9 quod si dominus † dat seruo suo vestes diuisatas, &
non quotidianas, quod istæ vestes dicuntur commo-
datæ, vt vadat ornatus propter domini honorẽ, quod
vsus earũ censetur donatus, & cessante seruitio possũt
per dominum auferri, quales sunt, & deterioratio per
tinet ad dominum. Et an vestes nuptiales cum mun
do muliebri vxoris mortuæ pertineant ad hæredes v-
xoris, vide cõs. Beltr. 125. in 2. par. vbi cõcludit, quod
ad visum spectant.

Non obstat dictum Spec. in tit. de iud. §. sequitur,
quia loquitur quando quæritur, an sit constituenda
dos de bonis communibus filiæ vnius fratris, nam
tunc per eius patrem debet dari, & constitui de bo-
nis suis proprijs, secus quando iam fuisset constituta

ipsis fratribus scientibus, & non contradicentibus: cũ ergo ex supradictis appareat prędictam mulierem, & vxorem vnius ex prædictis fratribus seruisse in prędicta domo, vbi manebant omnes fratres, & habuisse curam totius familię, vt solent facere matronę prudẽtes, & quod ipsa ex parte eorum parentum est de nobilib. ipsius ciuitatis & tales vestes erant conuenientes suæ dignitati, & conditioni, & etiam eius mariti, qui etiam est de nobilib. ipsius ciuitatis, & erant necessarię, vt cum alijs nobilib. mulierib. possit accedere ad conuiuia, & nuptias, & festiuitates secundum morem ipsius ciuitatis, non poterat prædicta vxor starę sine ipsis vestibus, & propterea dicuntur uestes necessariæ, & factæ propter honorem domus, & omnium fratrũ ipsius, ipsis omnib. scientibus, & non contradicentib. ex quibus coniecturis præsumuntur donasse ipsarum vestium vsum, & sic earum deterioratio non solum pertinet ad virum solum, sed etiam ad omnes fratres. Si enim dominus faciendo eius seruo non quotidianas vestes patitur earum deteriorationem; quanto magis erit dicendum in prædicta vxore istius fratris, quę per tot annos seruierat omnibus fratrib. prout supra dictum fuit? & ita de iure censeo, & consulo ego Petrus Enriquez Hispanus V.I.D. saluo semper, &c.

CONSILIVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia curata considerantur, & dicuntur duplici modo.*

2 *Suspendere, Excommunicare, Visitare, Absoluere dicuntur esse fori contentiosi, & qui potestatem habet ea faciendi, dicitur habere beneficium curatum largo modo.*

3 *Beneficium curatum est illud, quod habet potestatem fori pęnitentialis in habitu, quia parochiani recesserunt, licet non in actu.*

4 *Beneficia minima de iure communi requirunt residentiam.*

5 *Beneficium acceptans videtur per quasi contractum se obligare ad ipsum administrandum.*

6 *Beneficijs priuantur, qui moniti, vt resideant, residere non curant.*

7 *Beneficia curata possidentes tenentur infra annum ad sacerdotium se promoueri facere, alias ipso iure sunt eis priuati.*

8 *Laici, & mulieres non sunt capaces beneficiorum, nec ea præscribere possunt.*

9 *Laicus si in canonicum ante clericatum receptus fuerit, talis receptio non valet.*

10 *Laici ex dispositione, seu dispensatione summi Pontificis possunt beneficia habere, & alteri conferre.*

11 *Canonicatum habet in Ecclesia Legionensi Rex Hispaniæ, & Rex Franciæ est canonicus in Ecclesia sancti Hilarij in ciuitate Pictanensi*

12 *Beneficia prouidere computatur inter bona episcopalia, & fructus.*

13 *Curam habere animarum est ars artium.*

14 *Dispensatio non præsumitur, nisi probetur.*

15 *Possessio temporalis, & spiritualis concurrit in possidente beneficium curatum.*

16 *Conseruatoria super beneficijs expedienda sunt præuia citatione, saltem per edictum.*

17 *Capitula condita à principibus sæcularibus super spiritualibus non tenent.*

18 *Possessorium super beneficialibus habet plus temporalitatis, quàm spiritualitatis.*

19 *Clericandi habere animum non sufficit ad hoc, vt laicus possit tenere beneficia.*

20 *Beneficium quo quis priuatur ipso iure absq. alia sententia, potest alteri conferri.*

21 *Citandus non est aliquis, quando notorium est eidẽ nullum ius, nullamque defensionem competere.*

22 *Citandus est ante priuationem, habens duo beneficia curata: potest enim esse, quod ex dispensatione tenebat.*

23 *Monitoria publica seu per edicta facta, vt aliquis resideat in suo beneficio curato, sub pęna priuationis, sunt sufficientia, vt contrauenientes priuentur.*

24 *Consuetudo nulla efficere potest, vt quis in beneficijs curatis possit percipere fructus in absentia sine peccato.*

25 *Papa non potest præiudicare laico, sibi alias non subdito in iur. patronatus præsentandi.*

26 *Mandatis principis per subditos legitima causa præcedente, vel existente replicari potest.*

27 *Procedenti de facto, resisti potest de facto.*

28 *Possessor iniustus titulo tamen colorato tuendus est in eius possessione.*

29 *Potentioribus conuenit defendere oppressos ab iniustis molestantibus.*

Dominus illuminet mentem, & intellectum meum, Amen.

Contingentia facti.

Reuerendus Dominus Ioannes Amatus clericus diæcesis Aquilanæ, nec non, & præpositus Ecclesiæ S. Eusanij positæ in castro vulgariter dicto S. Sano eiusdem diæcesis inductus, & immissus in possessionem eiusdem præpositturæ per Anselmũ Ioãnis Amati præpositum ecclesiæ S. Mariæ de Castro Fossæ sub die 14. Iunij 1565. proximæ præteriti, de ordine, & mandato Reuer. Episcopi Aquilani vigore collationis eidem D. Io. Amato de eadem prępositura factæ per eundem Reuer. D. Episcopum expeditæ in Episcopali Palatio eiusdem Ciuitatis sub data eiusdẽ diei, mensis, & anni, venit præferendus, & manutenendus in dicta possessione, non obstantib. quibuscũque allegatis, & oppositis per quendam Franciscum Valentini Prætinæ diæcesis, vt ex infra dicendis apparebit.

Et primo præsupponendum est, quod prædicta præpositura habet annexam curam animarum, & parochianos, quibus præpositus, & Capellani eiusdem ecclesiæ tenẽtur celebrare diuina officia quolibet die, & ministrare sacramenta infirmis, & alijs petentib. etiam audire confessiones eorundem parochianorũ, & alia facere spectantia & pertinentia ad prædictam curam animarum, prout deponunt Georgius Massarius, Io. Dominicus Andreæ, Iacobus Antonius Antonucij de eodem castro, & aliqui plurimi testes super primo articulo examinati per Magnif. Capitaneũ, seu Locumtenentẽ eiusdem prædictæ ciuitatis, de ordine, mãdato, & commissione Reuer. D. Antonij Laurei I.V.D. Episcopi Castellimaris, & Capellani maioris

ioris

ioris in hoc Regno Neapolitano, necnon & commissarij spiritualiter deputati per Ill. Et Exc. D. Proregẽ huius regni super conseruatorio petito per eundem Reuerendum dominum Ioannem Amatum. qui omnes testes dicunt, & deponunt prædictam præposituram esse beneficium curatũ, & habere parochianos, & ipsum Populum Sancti Eusanij, & quòd in prædicta terra non est alia Ecclesia, quæ seruiat ad administranda prædicta sacramenta, nec ad faciendum aliquid ex supradictis ex quorum depositionibus, & actis clarè colligitur prædictum D. Io. Amatum exercere curam animarum, vt dicit. Aegid. Bellam. in consi. 676. Incip. si impetrans, habet enim prædictus Præpositus potestatem fori Pœnitentialis ligandi, & absoluendi in prædicto foro. Dupliciter enim consi-
1 derantur, † & dicuntur beneficia curata, largè, & districtè, vt ait Innoc. in cap. cum satis de off. Archi. lar-
2 gè enim dicuntur, quando † extat potestas fori contentiosi, prout est suspendere, excommunicare, absoluere & visitare, & alia facere, quæ tendunt ad correptionem morum glo. in cap. dudum ecclesia, de elect. & hanc curam habere possunt Archidiaconi, & prælati inferiores, in cap. 1. de offic. Archid. Doct. in cap. cum contingat, de for. compet. strictè verò, vt supradiximus.

Quæ beneficia stricto modo, curata non possunt habere nisi Sacerdotes in cap. in noua 21. dist. in cap. omnis. de pœn. & remis. Vnde dicit Card. in consi. 48. Incip. quidam nobilis, quod si parochiani alicuius ecclesiæ recesserint ab eorum parochia, nihilominus, etiam si beneficiatus non exerceat curam, si tale be-
3 neficium † habet potestatem fori pœnitentialis, dicitur beneficium curatum in habitu, licet non sit in actu.

Secundo præsupponendum est, quòd ex iuris dispositione propter prædictam curam Præpositi prædictæ Ecclesiæ, qui pro tempore fuerunt, & sunt, debebant, & tenebantur, prout debent, & tenentur residere in prædicta ecclesia propter prædicta sacramen-
4 ta ministranda, & qualibet Beneficia † etiam minima de iure communi residentiam requirunt in cap. conquerente de cler. non resi. glo. in extrauag. suscepti sub tit. de electio. Oldrad. in consi. 140. acceptans
5 † enim beneficiũ videtur per quasi contractum se obligare ad ipsum administrandum, quod fieri non potest, si est absens, & non residet. not. in capit. nisi cum pridem, de renun. Card. in consi. 141. incip. Punctus quæstionis, & hæc est ratio, quare beneficiatus non potest sua voluntate beneficium dimittere, cap. admonet, & cap. quod in dubijs, de renun. præcepto enim diuino mandatum est omnibus, quibus iura animarum concessa, & commissa est oues suas agnoscere, & pro eis sacrificia offerre, sacramenta ministrare. Quæ omnia nequaquam implere, seu præstare possunt, qui gregi suo non inhærent, & assistunt.

Vnde graues pœnæ fuerunt statutæ contra non residentes in eorum beneficijs maximè curatis per decreta fel. recor. Pauli PP. 3. & hodiè statuuntur de nouo per sacrosanct. Trident. Synod. vt apparet in c. 1. incip. eadem Sacrosancta. Synodus Tridentina, in sessione 23. fol. mihi 121. & in cap. incip. epi. inferio-
6 res in sess. 6. fol. 37. & non † residentes possunt priuari eorum beneficijs, si moniti fuerint, vt resideant in c. fin. de clari. non resi. & Episcopi non residentes priuantur eorum dignitate, in cap. 1. eod. tit. cum multis alijs similibus iuribus.

Et tunc propriè dicuntur residere in eorum ecclesijs, quando habitant in domo ipsius contigua, secùs tamen si habitant in remotis, qui in singulis casibus repentinis quacunq; hora commodè adesse non possunt. Card. in Clement. 1. in 129. de foro competen. Felyn. in c. quoniam frequenter num. 21. & 22. in §. porrò vt lite non contest.

7 Tertiò præsupponendum est, quòd † possidentes beneficia curata tenentur infra annum ad sacerdotium se promoueri facere, aliàs elapso anno integraliter, cessante iusto impedimento, priuati remanent ipso iure: nec in hoc Episcopi dispensare possunt in c. licet canon. in cap. ex eo. de elect. in 6. nemo enim ad dignitatem, & canonicatum, seu beneficium recipiendus est, nisi qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quẽ illa dignitas seu beneficiatum requirit, aut infra tempus à iure statutum initiari valeat, vt disponit Synod. Trid. in c. 12. in sessio. 24. fol. 165.

8 Laici enim & mulieres † sunt beneficiorum incapaces, nec ea possidere possunt, cum non sint capaces spiritualium in cap. causam, de præscript. in cap. 2. de iudi. in cap. fin. de reb. eccle. non alienan. in cap. bene quidem 96. dist. notant Docto. in cap. omnis, & in c. noua, de pœnit. & remiss. Imò nec ea possunt præscribere, cum sine possessione præscriptio non procedat in reg. sine possessione de reg. iur. in 6.

9 Vnde dicit Calder. in capit. 2. de institu. quod † si quis recipiatur in canonicum ante clericatum, talis receptio non valet. Domi. in c. cum ideo: de rescrip. & ibi Felyn. quia, quòd à principio non subsistit, tractu temporis non conualescit, in reg. non firmatur, de reg. iur. in 6. Imò pensionem datam loco beneficiorũ ecclesiasticorum retinere non possunt, prout considerant Docto. in cap. quamuis de præben. in 6. Hie-
10 ron. Gigan. in 9. suis, in 9. 28. in fin. bene tamen † laici ex dispensatione, & priuilegio summi Pontificis tenere, & conferre beneficia possunt. Innoc. in capit. quãto, de consu. & ibi Abb. hinc videmus, quod Rex Franciæ est canonicus in ecclesia sancti Hilarij ciuitatis Pictauiensis, vt dicit Abb. in ca. extirpanda in §.
11 quia vero in repe. col. 11. de præben. & Rex † Hispaniæ habet canonicatum in Ecclesia Legionensi, & vterque Rex ex priuilegio beneficia confert, in suis regnis, vt dicit Pala. Rubios in præfatione repe. cap. per vestras. de donat. inter virum, & vxor. num. 28. fol. 4.

His omnibus præsuppositis, dicendum est prædictum D. Ioannem Amatum mediante iusto tit. emanato à Reuerendissimo Episcopo Aquilano potestatem habente conferendi prædictam præposituram de iure communi. Innoc. in cap. postulati. de iur. patron. & Glo. in cap. quamquam de elect. in 6. cum sit generalis ordinarius sui episcopatus, & potest conferre omnia, beneficia in omnibus mensibus, nisi ei fuisset prohibitum, sicut Papa est generalis ordinarius in toto orbe. Decis. Rotæ 167. incip. de collatio. in no. &
12 prouidere † beneficia inter bona episcopalia, & fructus computetur. Glo. in cap. cum olim de maior. & obed. dico manutenendum esse in possessione prædictæ præposituræ, cum etiam possessor iniusto titu. tamen colorato, non debeat à sua possessione amoueri, vt in cap. licet Episcopus, de præben. in 6. & ibi Philip.

sip.in 2.& 3.notab. Abb.in cap.in litteris,de restitut,
spol.not.Bar.Ang.& Alex.in l.3.ff.de acquir.possess,
Et intantum est hoc verum, quod habens collationē
alicuius beneficij ab ordinario cum possessione sequu
ta, est præferendus habenti titulum ab extra ordi-
nario collatore,Ferret.iu cons.22.in 1.not,

Eo maximè,quod in prædicto D. Ioanne concur-
runt omnia à iure requisita circa habentes, & possi-
dentes beneficia curata, maior enim idoneitas requi-
ritur personarum habentium similia beneficia, quàm
13 simplicia. Cum habere curam † animarum sit ars ar-
tium in cap.penul,de ætat.& qualit. Est enim sacer-
dos in sacris constitutus,prout de iure requiritur iux-
ta superius allegata,& ita deponunt testes, videlicet
Georgius Maxarij super 14.art.Ioan.Dominicus An
dreæ,Iacobus Antonij,& alij quamplures testes su-
per eodemmet articulo.

Concurrit etiam in eo maior ætas requisita à iure,
iuxta tex.in cap.cum in cunctis,de elect. in cap. si eo
tempore,de rescri.lib.6.nec habet aliquod aliud bene
ficium curatum,& incompatibile,quod ipsum impe-
diret prædictam præposituram possidere,iuxta ca.de
multa,de præben.& iuxta extrauа.execrabilis Papæ,
22.Ioannis,& iuxta dispositionem œcumenici conci
lij Tridentini in sess.7.folio mihi 43.incip.nemo qua
cunque ætate dignitate,nec ordinarij super hoc dispē
sare possunt,immo possidentes similia possunt per or-
dinarios compelli ad docendum.de dispensationibus,
siquas habent ad prædicta optinenda in cap. quinto,
incip.ordinarij locorum in sess.7. aliàs poterunt ipsis
14 priuari,cum † dispensatio non præsumatur,nisi probe
tur Bero.in decis.80,

Concurrit etiam in eo grauitas morum, litterarū-
que scientia, prout deponunt supradicti testes super
24.articulo, fuit enim examinatus, & approbatus à
Reuer.Episcopo Aquilano,iuxta formam,cap.primi,
incip.ad Cathedralium,fol.43.in sess.7. & in sess.28.
in cap.11.fol.162.incip.in monasterijs eiusdem Con
cil.Trident.

15 Concurrit ēt in eodē pacifica † possessio eiusdē præ-
positur æ,tàm spiritualis,quàm temporalis per exerci
tium curæ animarum existentium in dicto castro San
cti Eusanij, per celebrationē missarum:& administra
tionem sacramentorum, & perceptionem fructuum,
vt deponunt testes prædicti, & alij quamplurimi su-
per 15.16.& 17.articulis. Quibus omnibus supradi-
ctis bene visis,probatis,& auditis per prædictum Re
uerend. Capellanum maiorem,fuit seruatis seruan-
dis de concilio circumspecti viri Io. Andreæ de Cur-
tis V.I.D. interpositum decretum, quod prædictus
Ioannes manuteneretur,& conseruaretur in eiusdem
præposituræ possessionem, & præstandum ei esse re-
gium brachium charitatiuum,vt apparet in ipso pro-
cessu.Dat.Non.Decemb.proxime præteriti 1565.&
demum confirmatum postea per eundem Reuerend.
Capellanum de consilio circumspecti viri Antonij
Orsici V.I.D.& Regij Consiliarij consil. Capuani,
V.Nonis Maij præsentis anni,stante appellatione,&
reclamatione ad Illustr. Proregem facta, & à primo
decreto interposita per quendam Franciscum Valen-
tinum,quæ quidem decreta fuerunt interposita, expe
16 dita † prius citatione per edictum,iuxta ca. ad regale
fastigium sub rubrica,quòd iustitiarius,&c.& per ca.
finis præcepti charitas.sub rubr.de conseruatorio pro

clerico contra clericum,quæ capitula sunt fundata in
cap.petimus,11.quæst.1.& in c.quidam monachi,16.
q.1.& in cap.princeps.23.q.5.cum alijs concordan-
tijs positis per Lucam de Pen.in l.si coloni,colum.fi.
in princ,de agric.& cens. lib. 11. Et licet dici possit,
17 quod prædicta † capitula non debeant obseruari,
quia condita à principibus sæcularibus super spiritua
libus,cap. ecclesiæ S.Mariæ,de constit.cap.bene qui-
18 dem,96.dist. Attamen † quia possessiorium super be-
neficialibus habet plus temporalitatis, quàm spiritua
litatis,vt dicunt Ant.de But.super cap.fi.de iud.& ibi
Archid.& Prępo.idem tenentes,nimirum si principes
sęculares potuere hoc statuere, & iudices sęculares
cognoscere,cum nihil habeat commune possessoriū
cum petitorio, seu proprietate, l.naturaliter, §.nihil
commune,ff.de acquir.poss. Guido Pap. in suis q. in
q.1.& tanto magis,quia tanto tempore fuerunt serua
ta prędicta capitula,& iurisdictio prędicta est pręscri
ptione acquisita per ea,quæ notan.in l.imperium, &
ibi Doct.ff.de iurisd.omn.iud.

Et licet prędictus Franciscus Valentinus compa-
ruerit,& nonnulla opposuerit ad euitandam exposi-
tionem prędicti Conseruatorij:attamen nihil produ-
xit boni,& ideo fuit seruatis seruandis expeditum
prędictum Conseruatorium, vt ex processu apparet.

Nec obstat asserta resignatio facta de prædicta præ
positura in fauorem ipsius per quendam Achillē Fan
tonium,cuius vigore fuerunt expeditæ bullæ Aposto
licæ XVI.Calend.Iunij, per Fel.recor. Pium Quar-
tum:Nam,vt ex actis apparet prædictus Achilles per
annos quindecim,quibus habuit prædictam præposi
turam semper incessit in habitu laicali, & nunquam
fecit residentiam in prædicta Ecclesia, & deponit Ia-
cobus Antonij Antonutij super quarto, & super vn-
decimo articulis, & Liberator Constantini Ioannes
Bernardinus Berardinellus,& Ascentius Pauli super
eisdem Articulis deponunt, & alij quamplurimi te-
stes,& certum est,vt supradictum fuit, quod laici nul
la beneficia curata possidere possunt, & collatio eis
facta per Summum Pontificem,non aliter expresso,
quod sunt laici,est ipso iure nulla, & talia beneficia
vacare dicuntur,vt in iuribus superius allegatis, re-
19 probata glo.in cap.2.de instit.quæ tenet,quod † suffi-
ciat tenere propositum se clericandi, quasi destinatio-
ne animi possit dici iam clericus: & eam reprobant
Doct.in cap.cum adeo,de rescrip.per tex.in l.ex eo.
ff.de testam.milit. Vbi dicitur,quod miles tunc gau
det priuilegio clericali, alias militari ex quo in nume
rum relatus est,& non antea. Et ideo practica est cō-
munis,quod quando purus laicus impetrat,& ei man
datur conferri beneficium,apponitur illa clausula cu-
pienti ascribi militiæ clericali,&c.vt per Abb. in cap.
ex litteris,de transanct.alias literę essent subreptitiæ:
& ideo quando scribit pro aliquo in ista forma in prin
cipio literarum appellatur clericus,quia alias esset in-
habilis,ita dicit Staphi.in suo tract.de gratijs, & ex-
pect.num.34.& sic merito Reuerend. Episcopus A-
quilanus potuit de prędicta pręposítura, prędicto D.
Ioan.de Amato prouidere, prout prouidit vigore om
nium iurium supracitatorum,& allegatorum, cū be-
20 neficium † quo quis stat priuatus ipso iure, absque a-
lia sententia possit alteri conferri,Domic. in c. vnico,
§.sacri,de homic.in 6.

Non obstat si diceretur,quod dato,quod prędictus
Achil-

:hilles fuisset ob prædictas causas appellandus, & iuandus prædicta præpositura, debebat tamen prius ari, & audiri. Vnde dicit Ioannes Andr. & etiam ard. in cap. 2. de simo. quod non est attendendum, uod habeat titulum canonicum, vel nō canonicum, ald. in l. si deserta. C. si propter publ. pen. sitat. Felyn. d. cap. 2. Anchar. in cons. 279. incip. ad declaratio-em: nam ex quo de supradictis notorie constabat, uod † eidem Achilli nullum ius, nullaque defen- competebat, non oportuit ipsum citare, ita elegan- r dicit Innoc. in cap. quod in dubijs, de renuncia. & i Card. Felyn. in d. cap. 2. ver. limita. Nisi appareret, stante in capacitate ipsius, quia laicus, & inhabilis, quia non erat sacerdos, erat priuatus ipso iure præ- cta præpositura, & omnibus alijs eius beneficijs, & ebat iniustum titulum, & non poterat esse in pos- sione prædictæ præpositurae, quo casu etiam non re uirebatur aliqua citatio, & possessio poterat, & po- it capi per prædictum D. Amatum de licentia præ- icti Reuerendissimi Domini ordinarij, Felyn. in d. apitu. 2.

Quod si diceretur, quod ex illo capite, quia possi de at duo beneficia curata, videlicet prædictam præpo- turam sancti Eusanij, & Cappellaniam cum cura Hospitali ciuitatis Senarum, prædictus Reueren- issimus Episcopus de eadem præpositura fecit col- tionem prædicto D. Ioanni, cuius possessionem ca- ere non poterat ipso Achille non citato, ex quo † for n de iure ea retinere poterat, puta ex dispensatione t dicit tex. in cap. licet Episcopus, de præben. in sex- nam respondeti potest, quod ille tex. in c. licet Epi- opus loquitur, quando possessio obtinentis benefi- ium plura non esset affecta per decretum irritans, uel uia beneficia non essent Sedi Apostolicæ reseruata, xta notata in c. vt nostrum, de appel. & in cap. si co mpore, de elect. in 6. Sed per constit. execrabilis ho- ie beneficia quo ad titulum, & possessionem sunt af- cta, quia habent decretum irritans, & beneficia sūt edi Apostolicæ reseruata, ergo non oportuit ipsum itari, Ber. singulariter in quest. 80. incip. clericus duo eneficia, circa finem, quanto magis quod ex alijs ca- itibus supra narratis potuit priuari, & maximè pro- ter non residentiam ipsius Achillis in prædicta præ- ositura, ad quā residentiam fuit sæpesæpius monitus er edicta generalia quolibet anno emanata in ipsa atredali ecclesia super residentia clericorum in eo- m beneficijs facienda, ut deponunt Liberator Con antini, Io. Bernardinus, Ascetius Pauli, Antonutius arinellæ super 6. & Vincentius Valentianus super & Hieronymus Sebastiani, & alij quam plures te- es super 6. & 7. quæ monitiones † sic per prædicta dicta factę sufficiunt aliquem ad priuādum suis be- eficijs ob non residentiam, Fely. singulariter in cap. uoniam frequenter, in §. porro, & ibi glos. vt lit. non ontest. nume. 12. Feder. de Senis in cons. 109. incip. uòd non fecit residentiam, de quo meminit, Alexan. l. Ita stipulatus, ff. de uerb. oblig. Tales enim moni- ones factæ per Ordinarium habent uim peremptor- ij, vt ibi ait Fely. & infert ad multa.

Pręterea possessio prædictę prepositurę per tantum mpus detenta per ipsum Achillem nō iuuat ipsum, um erat a iure damnata, Isset. in titu. Quę fint reg. in extraordinaria. Vnde dicit Calder. in cons. 13. sub itu. de rescrip. & in cons. 11. sub tit. de prębent. quod possidens iniustè beneficium, & impetrans literas ad illud, non facta mentione, eo modo dicuntur literæ impetratæ subreptitiæ refert, & sequitur Fely. in cap. in nostra, in 5. colum. de rescrip. immo prædicta præ- positura semper vacauit a die obitus quondam Vene- rabilis Nicolai de Aquila, vltimi possessoris vsque in diem, in qua per Reuerendissimum Dominum Epi- scopum fuit de ea prouisum ipsi Domino Ioanni stan te inhabilitate, & insufficientia ipsius Achillis asserti resignatoris, qui semper fuit in peccato mortali possi dendo iniustè prædictam præposituram tanto tem- pore, & tanto sunt grauiora peccata, quanto diutius in fœlicem animam detinent allegatam in capit. fina. de consuet.

Præterea est probatum per quamplures testes, vi- delicet per Liberatorem, Antoninm, Picam, & Geor- gium Massarium, & alios quam plures, qualiter præ- dictus Achilles nunquam residentiam fecit in dicta Ecclesia, nec habebat ordines sacros, nec missam cele brabat, quæ omnia sunt requisita in habentibus simi- libus beneficia curata, & maxime residentiam. In tan 24 tum quòd † nulla consuetudo potest inducere, quod quis in beneficijs curatis possit in absentia fructus p- cipere sine peccato, prout percipiebat prædictus A- chilles, nullam residentiam faciendo, vt deponūt præ dicti testes super 11. articulo, cum ergo esset dignus priuatione prædictæ præpositurae propter defectus prædictos, & inferius dicendos, non faciebat fructus suos, immo si fuisset toleratus, teneretur ad restitutio- nem ipsorum, Bar. Paul. & Ang. in l. prædonis, ff. de pet. hæred. & idem Paul. in l. prima, C. de his, qui, vt indig. & ibi Alexan. & Fely. in d. cap. de quarta, de præscript. vers. faciunt postremo prædicta, nume. 32. & tanto magis, quia vt laicus, & non vt sacerdos in- cedebat, vt deponunt supradicti testes: necnon, & Notarius Ioannes Carolus Eusanius actuarius ipsius Curię Episcopalis Aquilanæ, qui deponunt qualiter prædictus Achilles non erat scriptus, vt sacerdos in libro Archiuij Episcopalis, ubi scribuntur omnes ele rici in sacris constituti diœcesis Aquilanæ.

Vltra hęc, iam est probatum in processu, saltem per famam publicam per prædictos testes super nono Ar ticulo, quod prędictus Achilles possidebat multa alia beneficia tam in terra Garabellarum, quàm in terra Guasti, & quādam Cappellaniam cum cura anima- rum in Hospitali ciuitatis Senatum, quod est prohibi tura de iure, cum pluralitas beneficiorum sit canoni- bus exosa in cap. de multa, de præben. & in extrauag. Ioannis. 22. incip. execrabilis. Et per cap. Conc. Trid. incip. cum ecclesiasticus ordo, in sess. 25. folio mihi 149. vbi disponitur, quod ipso iure, prędicta beneficia vacare videantur, & censeantur, non obstantibus qui buscumque dispēsationibus, & postea, qui ea deriner, dicitur iniustè tamquam intrusus, & absque titulo de- tinere, propter decretum irritans appositum, in fine di ctę extrauag. quod non modo titulum, sed etiam pos- sessionem afficit, ita vt de possessore efficiatur deten- tator asininus, Dom. in cap. 2. vt lite penden. Decis. Rotę 16. in no. & in tantum hoc procedit, quod si ta- lis possessor fuerit spoliatus de talibus beneficijs, non poterit obtinere in interdicto recuperandę, Bero. in qu. st. 80.

Ne aliquo modo sunt molestandi Excellens Fer- dinandus Mōtagnes Baro prędicti Castri sancti Eu- sanij,

5 *Industria personæ ad aliquem actum electa non transit ad hæredes.*

6 *Exceptio carentiæ actiones impedit litis ingressum.*

7 *Exceptio carentiæ impedit actionis compromissum.*

8 *Mala fides defuncti nocet hæredibus.*

9 *Malam fidem allegantι, incumbit onus probandi.*

10 *Debitum actione personali non censetur esse in mala fide si non probetur interpellatum fuisse ab eius creditore.*

11 *Hæredes possunt præscriptiones inchoare post mortem auctoris a seipsis non obstante mala fide defuncti auctoris.*

12 *Hæredes præsumuntur esse in bona fide, & possunt præscribere, quia possunt prætendere iustam ignorantiam malæ fidei defuncti.*

13 *Medium datur inter bonam fidem, & malam fidem; idest non mala fides.*

14 *In præscriptione alicuius iuris, in quo non requiritur titulus, & sufficit bona fides defuncti auctoris, mala fides non nocet.*

15 *Titulus non requiritur in præscriptione actionis personalis.*

16 *Officialis tenetur obseruare statuta iurata per ipsum in ingressu officij.*

17 *Statuta condita ab aliqua Ciuitate, vel terra debent confirmari à superioribus.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi, eiusque gloriosæ Virginis Mariæ, ac beati Hieronymi suffragia semper implorantur.

DVo sunt principalia dubia, quæ elliciuntur ex puncto hoc. Primum; annquid stantibus verbis aliquibus in cædula venditionis commutantiæ campionis, seu macelli prædicti carnium, per quæ conceditur priuilegiũ emptoribus macelli, vt non currat contra eum aliqua præscriptio, tale priuilegium censeatur esse personale, non transitorium ad hæredes dicti emptoris, aut reale ad hæredes transitorium?

Secundum dubium, vtrum præsupposita mala fide ipsius emptoris, habeat notam in hæredibus suis fundantibus se in præscriptione.

Quoad primum dubium videtur posse dubitari. Quia, ex quo videtur dictum priuilegium concessum pro interesse publico dicto emptori, ad hoc, vt facilius inueniantur emptores, vt sit maior carnium abundantia in dicta terra Gualdi iuxta notata per Bartol. in l. ambitiose, ff. de decre. ab ord. facien. vbi con-
1 cludit, quod habentes † arbitrium, & auctoritatem super bono, & pacifico statu, & vtilitate communi, possunt huiusmodi statuta conficere, & condere. Qui idẽ voluit in l. ait prætor. §. is plane, ff. ex quib. cau. maio. & in l. si is, cui, §. Flauius, ff. de solut. & in l. legauit, ff. de liberat. leg. & in l. 1. & in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucap.

2 Præsupponendo itaque, quod sit † priuilegium reale, videtur posse concludi, quod transitorium sit ad hæredes, vt est communis sententia, & opinio, quod realia transeant ad hæredes, secus si sunt personalia, vt latè ponitur in c. priuilegia, vbi per Dyn. & Ioan. Andr. de reg. iur. in 6. in l. quia tale, ff. solut. mat. vbi per Bar. & Doct. latissime ponitur.

Sed prædictis non obstãtibus in præsenti casu nostro, vt supra præsupponitur, puto contrariam sententiam de iure veriorem esse, videlicet quod dictum statutum, seu priuilegium derogat iuri communi, inquãtum, vult tollere præscriptionem de iure communi, propter bonum publicum introductam, l. prima, cum ibi not. ff. de vsucap. cum multis similibus, quæ possunt adduci. Ideoque siue velimus interpretari dictã cædulam, sequuta emptione facta per dictum Sempronium habere vim pacti, & contractus initi inter dictam communitatem, & Sempronium, de qua in l. Cæsar, ff. de publ. & vectig. per Bar. & Docto. & per eundem in l. quod semel, de dec. ab ord. fac. & in l. ciuitas, ff. si cer. pet. & ibi Doct. & in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam. per canon. in cap. 1. de proba. & in c. irrefragabili, de offi. ord. quia tum contractus huiusmodi tendit contra iuris dispositionem ad tollẽdum remedium præscriptionis in præiudicium tertiarum personarum, debet intelligi stricte, & non trahi extra proprios terminos, & vltra quam importet proprietas verborum. l. quicquid, ff. de verb. oblig. l. si vero, §. de viro, ff. solut. matr. l. tertia, §. hæc verba, ff. de neg. gest. l. veteribus, ff. de pact.

Vnde dicta verba supradictæ cædulæ, inquantum dicunt, quod emptori nulla currat præscriptio, debent restringi ad personam ipsius emptoris, de quo solum faciunt mentionem, & non ad hæredes, de quib. non est facta aliqua mentio in cædula, siue contractu. Nã talis extensio ad hæredes procedit ex quadam interpretatione extensiue, iuxta l. si pactum, ff. de proba. & in l. si necessitas, §. de vendendo, ff. de pignor. act. & in l. iurisgentium, §. pactorum, ff. de pact.

Cum itaque non fuit facta mentio de hæredibus, ad eos trahi non debent verba statuti, siue cædulæ, vel contractus ad tollendum eius beneficium præscriptionis a iure communi concessum eis, vel per statutum dictæ terræ disponentis. Quod si aliquod debitum nõ fuerit petitum in aliqua curia, vel non fuerit vsura soluta pro dicto debito infra decem annos, a die commissi debiti, quod amplius peti non possit, & omnis actio, & obligatio sit extincta ratio: siue velimus adstringere dictam cædulam, & eius verba, & vim priuilegij, quod sui natura dicunt esse contra iuris dispositionem, l. prima, C. de thesa. libro 10. per Bar. in l. nulla, de leg. cap. 1. vbi Doct. de rescrip. & ideo verba di-
3 cti † priuilegij stricto modo intelligi, & assumi debẽt, & non extendenda, l. etiam, & ibi Imo. ff. solut. matr. per l. ius singula, ff. de lega. & tamquam odiosa debẽt restringi per regulam odia, de reg. iur. in 6. in capitu. dudum, de elect.

Et in indiuiduo dicitur, quod tale priuilegium nõ transit ad hæredes, Doct. & Io. de Imo. in l. maritus, ff. solut. matr. l. verum in principio, & ibi Barto. ff. pro soc. & licet materia sit ampla, & multa possint adduci in articulo, an priuilegium censeatur esse reale, & transeat ad hęredes, seu personale, quod ad hæredes non transit, tractant plenè Bar. & Doct. in d. l. maritum, & in l. quia tale, ff. solut. matr. & in l. penul. ff. de seruit. legat.

eg. & in d. cap. priuilegia, de regu. iur. in 6. & io alijs iuribus, de quibus vt supra.

Tamen ad propositum nostrum ex doctrinis doctorum in locis supra allegatis elicio vnam, & veram conclusionem, & indubitatam, & communiter receptam, quòd vbicunque deuenitur ad aliquam conuentionem, seu priuilegium ex causa officij alicui concessi, seu iniuncti: Tunc talis concessio, † seu stabilitio censetur personalis ad hæredes non transitoria, iuxta ea quæ habentur per Doctor. in dicta leg. quia tale, & in leg. cuius, ff. de curat. furios. & in leg. penultima, ff. de nundinis, & habetur, in l. diem proferre, §. primo, ff. de arbitr. & in capitulo primo, de legato, de officio deleg. & facit quod habetur in c. quoniam, Abbas eod. titu.

In præsupposito nostro dicta uenditio est facta per dictam communitatem dictæ terræ Gualdi dicto Sempronio emptori dicti macelli ex causa officij, & tanquam officiali uendendarum carnium dicti macelli: est enim officium illud, quod alicui conceditur in exercendo aliquid pertinens ad publicam vtilitatem, seu iurisdictionem, l. 1. & ibi Doct. ff. de iurisdic. omn. iud. & per Canon. in rub. seu in capit. 1. de offic. legat.

Erat itaque dictus Sempronius officialis dictę communitatis Gualdi deputatus ad illud officium, & exercitium artis macelli, cuius quidem macelli officiũ non erat transitorium ad heredes, & ideo concessio sibi facta sub nomine officij, tanquam emptori ad terminos, in quibus dicto capitulo quoniam Abbas, non fuit transitorium ad heredes.

Ex quibus concluditur quo ad primum dubium, omissis multis alijs, quę possũt adduci in articulo prędicto, an priuilegium, & conuentio fuerit realis, uel personalis, ut diffusè tractant Docto. & ponunt in iuribus, de quibus supra, quod in casu isto fuit merè personale, & sic ad hæredes non transitorium, non autem reale.

Potest etiam adduci alia doctrina, quæ est, quando electa est industria personæ, non permittitur transitus ad hæredes. l. inter artifices, de solut. ubi Barto. & Docto. l. finali, §. oe autem, C. de caduc. toll. vbi Bald. & alij.

5 Ex quo enim fuit industria personæ dicti Sempronij electa non nominatis hæredib. Nequaquam debet fieri transitus ad hæredes, neque suos, neq. extraneos, quia ita declarant Doc. in dicto articulo, quando fiat, & quando non fiat transitus ad heredes, quod indicantur a pari hæredes sui, & extranei, & sic stat conclusio circa primum quesitum, quòd dictum priuilegium, siue conuentio fuerit personale, seu personalis, & non reale, siue realis, & ad hęredes non transeat: & ideo dicti conuenti allegando exceptionem pręscriptionis diuersam post mortem dicti Sempronij contra hæredes ipsius, habẽt intentionem fundatam tam in iure ciuili communi, quam in municipali, cuius pręscriptionis vigore ex dispositione dicti statuti in pũcto præsupposito omnis obligatio & actio, quę competebat dictis hæredibus Sempronij, exhibito contractu cum dicto Sempronio, fuit, & est extincta, ut est casus decisus in dicto statuto, Ibi, quòd si aliquod debitum non fuerit positum in aliqua curia, uel non fuerint usuræ solutę pro dicto debito infra decẽ annos à die contracti debiti, & peti potuit, quòd amplius peti non possit, & omnis actio, & obligatio sit extincta: quod statutum de iure communi est seruandum in loco, l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. cum alijs vulg. & cæt.

6 Et quando exceptio tibi non competit, actio impedit litis ingressum, & litis contestationem. l. si pupillus, §. uideamus, ff. de neg. gest. & per consequens cõpromissum, iuxta vulgarem doctrinam Bald. in l. fratris, C. de transactio. & in l. si iudex, ff. de his qui sunt sunt sui, vel alie. iur. & Doctor. moder. ponentes exce-

7 ptionem impedientes litis ingressum, & per † consequens compromissum, ponunt præfatam exceptionẽ in l. legante, §. si quis post, ff. de condit. in deb. & statutum de compromissis in dicta terra specialiter disponit, quod possit ad impediendum compromissum opponi per reum conuentum, vltra alias exceptiones, exceptio præscriptionis præmissæ ex forma statutorũ dictæ terræ, & omnis exceptio per quam quis non debeat audiri secundum formam statutorum, & sic sumus in casu claro stante dicto statuto, vt supra in puncto præmisso.

Non obstante adducta supra in contrariam partem, quia illa procedunt in pacto, siue priuilegio reali ad hæredes transitorio. Nos autem sumus in personali puncto, seu priuilegio stricto modo intelligendo, & absumendo, non autem extendendo, vt supra est ostensum.

Ex quo illa cædula disponit contra iuris dispositionem tanquam odiose, & stricte intelligenda: non autem amplianda per iura superius adducta, & allegata, & sic est resolutum primum quæsitum in fauorem dicti Titij, contra hæredes Sempronij.

Quod autem ad secundum dubium, seu quæsitum, videtur esse decisum per leg. cum hæredes, cum his, quæ ibi ponuntur per Docto. ff. de diuer. & tempor. præscript. & ea quæ habentur per Modern. & maximè per Imol. & Abba. simil. in capitulo si obligati, de præscrip.

8 Quod † mala fides defuncti hæredibus nocere soleat dicti Titij. Quia posito (sine præiudicio ueritatis) quod probaretur ex processu mala fides, attamẽ cum

9 illa absolutè non præsumatur, ideo illam † alleganti incumbit onus probandi, iuxta posita in l. celsus, vbi Bartol. & Doctor. ff. de vsucapio. & in capitulo cum ecclesia, de caus. possess. & proprieta. in dicto capitulo si diligenti, & in capitulo finali, de præscriptio. in regu. possessor malæ fid. de regu. iur. in sexto, vbi per Io. Andr. qui videtur tenere, & probare, quod debitor in

10 actione † personali non censetur esse in mala fide, si non probetur ipsum fuisse, & esse interpellatum, & requisitum a creditore, vnde possemus satis vrgenter in proposito nostro dicere, quòd in processu non sit probata dicta interpellatio, seu requisitio, & constitutio dicti Titij in mala fide, & sic esse extra dubium quòd mala fides Titij haberet nocere suis hęredibus.

Tamen non stando in hoc fundamento, quod non est debile, sed multum vrgens, possumus

11 etiam clarius dicere, quod † dicti hęredes Titij non, vtendo aliquo adminiculo, & accessio-

pro ipsa dote consequenda prædictæ Portiæ: Ferdinā
dus eius maritus potuit comparere etiam sine manda
to,& petere dictam domum,l.maritus,& quæ ibi no
tant Docto.in l.sed hic.C.eo.tit.& tanto magis,quod
10 in dubijs potius † est fauendū reb.dotalib. quā alijs,
l.in ambiguis,de iur.dot.Bar.& Doc.in l.1.ff.sol.ma.
Bal.Nouel.in suo tra.de dot.in non.par.in 3. priuil.

Non obest repulsa , quam conata est pars ad-
uersa facere contra testes productos pro parte di-
cti actoris, cum omnes testes existentes, siue exa-
minati in d.repulsa sint singulares, qui non probant,
l.ob carmen,ff.de test.Bal.in l.de quibus,ff.de leg. &
deponunt de auditu ab alijs,qui minime probant,&
licet contra prædictos vniuersales fratres fuerit oppo
situm,quod eorum depositiones nō valent,ex quo sūt
extracti coram Iudice laico,vt tenet glo.& Abb.in c.
1.de iur.calum.& idem in c.vt nūcius,de testib.cum
multis alijs similib. Tamen ex quo fecerunt exami-
nari cum licentia eorum superioris,bene probant,ma
ximè in ciuilibus,prout est in casu nostro, Fely. in d.
c.cum nuncius.Franc.de Aretio.in cons.160.vlt.col.
Incip.longa est quæstio,Bal.in l.quoniam illud,C.de
11 testi. Et testib.† deponentib.pro dote magis creditur
quàm testib.contrarium deponentibus.

Nec obstat,qd ex aduerso dr,quod prædicta promis
sio pdictarum mulierū fuit facta sine mūdualdo,quia
12 generalis† dispositio exorbitans a iure cōi non compre
hendit dotem,Bal.Nouel.in præalleg.tract.in 6. par.
13 priuil.48.vbi dicit,quòd dato,quòd constitutio,† vel
statutum disponat quod mulier,vel filius familias nō
potest contrahere sine consensu propinquorum, atta-
men non comprehendit contrahentes pro dote. Et li-
14 cet sit plene † probatum per prædictum Ferdinandū
de prædicta promissione per omnia supradicta alle-
gata:attamen pro maiori abundantia , & cautela fuit
petitum iuramentum suppletorium deferri prædicto
Ferdinando, & mulieri eius per doctrinam Ias. in l.
admonendi.col.94.ff.de iureiur. Et cum in iure clarū
15 sit,quòd qui † est debitor in diem, & promisit ad tem
pus soluere , quòd cogitur facere cautelam de di-
cto debito eius creditori,l.in omnib.ff.de iud. Ex qui-
bus omnib.clare appatet prædictas mulieres condem
nandas esse ad faciendum debitas cautelas prædicto
Ferdinando,& eius vxori de prędictis domib. per ip-
sas promissis: necnon ad expensas condemnādas, tan
quam temere litigantes in l.eum quam temere , ff. de
iud.l.terminator,C.de fruct.& lit.expen. c.finem li-
tibus,de dot.& contu.in constit.diuorum principum,
Lucas de Pen.in l.1.C.de sump.recep.lib.10.Cætera
suppleat religio Magnifici iudicantis . Et ita de iure
censeo ego Petrus Enriquez V.I.D.consultus. &c.

CONSILIVM VII.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria dicitur remissa per taciturnitatem iniuriarum, & tollitur omnis actio.*
2 *Expressio eorum,quæ tacitè insunt,nihil operatur.*
3 *Adulterij iniuria per mortem viri dicitur remißa vxori,& ècontra.*
4 *Dispositio duplici de causa emanans, deficiente una causa,& alia remanente,remanet firma.*
5 *Donatio remuneratoria non est propria donatio.*
6 *Contractus non reuocatur propter non obseruantiam modi,sed agitur ad eius implementum.*
7 *Contractus ille semper est obseruandus, quem ex verbis contrahentiū colligitur,contrahentes velle obseruare.*
8 *Potentior causa, vel materia attenditur , & præualet ex pluribus causis concurrentib. in aliquo contractu.*
9 *Donatio remuneratoria non reuocatur propter ingratitudinem.*
10 *Principali sublato tollitur omne ius ex eo causatum.*
11 *Remissio de principali facta,intelligitur etiam de accessorijs facta.*
12 *Contracto sublato tollitur iuramentū super eo appositū.*
13 *Ignobilis omittens aliquid mulieri nobili in dotem,in recompensationem nobilitatis, volens cum ea contrahere matrimonium,etiam si non sequatur copula matrimonij,non poterit reuocare promißum.*

In Dei nomine. Amen.

DAto,quod dicatur quòd propter pa-
cta non seruata detur conditio, ob
causam,tot titu.C. de cond.ob cau
sam,Tamen hoc non procedit, & li
mitatur non procedere , quando il-
lud,quod est adductum in pactum,
cadit in speciem iniuriæ,& iniuriatus tacuit viuente
1 iniuriante , quia tunc per talē taciturnitatem dicitur
remissa iniuria deducta in pactum,ex qua remissione
tollitur omnis actio ex ea resultans,arg.l.rei iudicatæ,
§.j.ff.sol.matr.vbi habetur,quod maritus non quere-
lando in uita vxoris de iniuria , & de adulterio per eā
commisso,non pō post eius mortem querelari,quia in
telligitur remissa iniuria,& in consequentiam dicitur
remissum ius ex ea resultans,quia acceptilatione & re
missione eius,quod debetur,omnis tollitur obligatio;
l.si duo patroni,§.idē Iulianus,l.ex duobus, §.si quis
iurauerit,ff.de iureiur.& ibi Ias.in quib.iurib. & præ
cipue in dicto §.idem Iulianus cauetur, & notatur ,
quòd sublato facto remouetur oē ius , & omnis actio
ex eo,cessante enim causa,cessat effectus,l.adigere;§.
quamuis.ff.de iur.pat.in c.cum cessante,de appell. &
sic per taciturnitatem prædicti viri de adulterio per
vxorem in eius vita commisso,est sublatū omne ius ,
& actio ex eo resultans,& iuri suo cuilibet est renun
ciare,tacitè,& expresse,l.si quis in conscribendo , C.
de pactis, taciti enim ,& expressi eadem est virtus.

Et est glo.ad hoc propositum,& ibi Bart.l. 1.ff. de
dote præleg.vbi est casus,quod si maritus pactus est
de lucranda dote soluto matrimonio , quod si culpa
mulieris puta per adulterium fuerit prædictum ma-
trimonium solutum,quod pactum nihil operatur , &
est superfluum,ex quo iam à lege est prouisum, quòd
mulier propter adulterium perdat dotē,in ca.per hūc,
de donat.inter virum,& vxor.Bal.in c.tuæ,de procu.
Dec.in rub.C.de eden.& Doct.in l.si vero. §. adijci-
2 tur,ff.solut.matrimon. Expressio enim † eorum,quæ
tacitè insunt ,nihil operatur,glo.& ibi Bart. in l.3. de
legat.primo,& ff.ibi Socin.& sic in casu nostro, cum
maritus teneatur fideliter,& benignè uxorem tracta-
re cum sint socij diuinæ,& humanæ legis, ac una ca-
ro,in capitulo primo, de coniugio . leprosorum in ca-
pitulo debitum,de biga. & si committat adulterium
dicitur male,& non fideliter tractare vxorem , & sic
perdit sibi dotem in d.c. pleruma. Attamen † ex quo
mulier non querelauerit in uita mariti,uidetur prædi
ctam iniuriam sibi remisisse , & in consequentia
dicitur

dicitur pactum sublatum, vt dicit Glos. in præalleg. l. 1. arg. §. supradicti, idem Iulianus, & mortuo, iniuriante, & sic prædicto viro, vxor non potest agere contra eius hæredem ad reuocationem prædictæ donationis in l. his solis, C. de reuoc. donat. tex. in l. fi. C. de adul. Bar. hoc idem sensit per prædictam, l. fi. in l. rei iudicatæ, §. fi. ff. sol. matr.

Item quod prædicta donatio remaneat firma, & nõ
4 possit reuocari, facit quod quando dispositio † aliqua est fundata in duplici causa, si vna deficiat, & alia superstit, dispositio stat firma, si illa quæ deficit, non est principalis causa, l. ea conditio, de rescind. uend. iuncta l. cum te. C. de pact. inter emp. & ibi Bar. Moder. maxime Ias. in l. fi. ff. de cond. ca. da. causa nõ sequuta.

Sed in casu nostro posito, & non concesso, quod talis donatio facta fuerit primo modo ob æqualitatem matrimonij, seu secundo modo, vt bene tractetur, & ista secunda cesset, tamen remanet prima, vt principaliter: propterea donatio remanet firma, cum appareat expresse D. Catherinam in præfatione contractus, asserere se donare propter æqualitatem, & in recompensationem, quæ præfatio ostendit causam finalem, l. fin. ff. de hær. inst. & ibi Doct.

Item omnis dispositio regulatur a causa, propter quam principaliter agitur, & non ab his quæ in consequentiam veniunt, l. si quis, nec aliter, ff. si certũ pet. Sed in casu nostro dicta donatio fuit principaliter facta ratione æqualitatis matrimonij, quæ ratio fuit finalis, & cum ista fuerit impleta, & durauerit, ergo donatio stat firma, & non reuocatur, dato, quo fuerit cõmissum adulterium, d. l. fin. & ibi Bar. ff. de cond. causa data causa non sequuta, per d. l. ea conditione.

Item ista donatio non potest dici ob causam, vt alij consulentes concludunt, sed dicitur donatio ratione
5 æqualitatis, & sic † compensatio, vel remuneratio, quæ non dr̃ proprie donatio, l. Aqu. Regulus, de don. ergo non est tractandum de iniuria, cum per eam nõ annulletur talis donatio, l. si pater, vbi gl. singu. de donat. Bal. in l. si cum mihi, de dolo, sequitur, Ias. in l. ex hoc iure, 13. col. ff. de iust. & iur. sicut etiam dicimus, quod quando feudum fuit simpliciter datum, ob remunerationem seruitiorum, non amittatur propter sequentem ingratitudinem, arg. tex. si remunerando, & quæ ibi not. Doct. ff. mand. Secus tamen esset, si feudum fuisset concessum ob non remunerationẽ, nam tunc amitteretur propter ingratitudinem, ut tenet Paris de Put. in suo tract. de reinteg. feud. nu. 8. Bal. in l. 1. C. de condit. furt. vnde si prædicta non reuocatur propter iniuriã, nec reuocari poterit vigore pacti prædicti, quia non debet considerari prædictum pactum desuper appositum, maxime cum expresse hoc non contineat prædictum pactum, sed est adiectum ex abundantia, vt patet ex tenore, & verbis ipsius insti.

6 Præterea contractus † non reuocatur propter nõ obseruantiam modi, sed agitur ad implementum, l. si. ff. de cond. ob cau. l. ea ex conditione, C. de rescin. uẽd. iuncta l. sicut, C. de act. obligant. nisi modus sit causa finalis, l. cũ te fundum, C. de pactis, inter emp. & uẽ. & ibi per Doct. & in d. l. fi. ff. de cond. ob cau. ibi Bar. & Ias. & in dubio non præsumitur finalis, ut notatur in d. l. fi. & d. l. ex conditione, l. Titio cẽtum, de cond. & demon. l. 3. §. fi. de don. Oldr. cons. 5. incip. Titius dedit, nisi modus per pactũ appositus esset causa principalis dicti contractus, aliter si non esset principalis, non rescinditur propter non obseruantiam, per d. l. si quis causam, ff. si cert. pet. iste est tex. in terminis in l. ea conditio, iuncta l. cum te, C. de pact. inter empt. & uend. & ibi gl. Bal. Sal. Cyn. secus si deductum in pactum consideretur non esse principaliorem causam, d. l. ea conditio, quæ lex, l. cum te, similiter iuncti probant prædictam conclusionem, sed in casu nostro non apparet, quod dicta donatio principaliter fuit facta in remunerationem nobilitatis, & ætatis propter matrimonium, & ista fuit causa finalis, & principalis, vt patet ex ipsius contractus uerbis: & cum istæ causæ sint impletæ, sequitur, quod cum obseruantia alterius causæ deductæ in pactum non facit rescindi contractum per iura supradicta, maxime quia quando apparet ex
7 verbis † contrahentium, quem contractum pars noluerit facere, illum semper debemus attendere, l. si stipulatus, ff. de usu. Sed in casu nostro apparet, quod donatio prædicta fuit in compensationem sanguinis, & ætatis, ut ex pfatione cõtractus apparet, quæ denotat cãm finalẽ, l. fi. & ibi Doct. ff. de hær. inst. l. 1. & ibi Bar. ff. de hær. inst. & istæ fuerũt causæ principales, & pactũ de benè tractando, non fuit causa finalis. Merito pp eius inobseruantiam non datur conditio ob causam, & nõ põt rescindi per iura, & rationes superius allegatas.

8 Pro hoc facit, quod quando circa idem † concurrũt duæ species, vel duæ materiæ contractus ad considerandum quis contractus sit, & quis præualeat, attenditur potentior, iuxta not. per Bar. & Rom. in l. Arist. de donat. per l. quæritur, ff. de act. in princ. l. si in emptione, in princ. ibi Bar. de contrah. empt. Sed in casu nostro apparet, quòd ista donatio fuit facta in remuneratione principaliter, ergo ista causa remuneratoria est causa finalis potentior, ergo si cessat alia, remanet cõtractus firmus per prædicta.

Non aliter tango, quod talis donatio facta in compensationem ætatis, & nobilitatis dicitur donatio remuneratoria, & non simplex donatio, ut per Consulentes fuit allegatum, & Bar. in l. si uoluntate cum glos. C. de dot. promis. & est communis opinio, & Bal. in l. 2. in fi. ff. si cert. pet. & in l. diuortio, solut. matri. in l. si ita stipulatus fuero a te sisti in iudicio, in fine, de uerb. obl. Bal. in l. pen. §. mulier, solut. matr. Ang. in l. 1. ff. eod. & in suo 5. conf. Imol. in rub. solut. matr. in pede col. & Bal. in c. super eo, de test. in l. 2. & est communis opinio, & non aliter tango arguendo in consequen
9 tiam, quòd donatio remuneratoria † non reuocatur propter ingratitudinem, vt l. si pater, §. fi. vbi glos. ff. de don. Bal. in l. cum mihi, ff. de dolo, & ita communiter tenetur, sed cum in casu nostro talis donatio fuerit facta in remunerationem, ut dictum est, sequitur, quod ex tali adulterio, ex quo dicitur donans iniuriata, non potest reuocari, quia non est simplex donatio, sed compensatio, vt dictum est.

Postremo arguitur donationem non posse reuocari: Nam clarum est, quod per taciturnitatem Bertæ usque ad mortem viri dicitur remissa talis iniuria resultans ex adulterio prædicto, ut per allegantes satis abunde, & per tex. cum gl. Bar. in l. rei iudicatæ, ff. de solut. matrim.

Et sic sublata est iniuria dicta, & remissa. Vnde
10 sublato † principali tollitur omne ius ex eo causatum, & omnia accessoria, quia quando aliquid infringitur, & tollitur, tollitur omne id quod sequitur ex eo, vel ob id, leg. non dubium, C. de leg. regul.

cum quid de regu. iur. in 6. vnde & pœnæ, & omnes aliæ clausulæ intelliguntur sublatæ, & annullatæ, vt dixi allegatis iurib. & l. si, cum ibi notatis, ff. de const. prin. & pœna dr accessoria ad factum, l. stipulatio hoc modo concepta, de ver. obl. & d. l. non dubium, & l. si pacto, quæ pœnam, C. de pactis, l. rescriptū, §. si pacto, ff. de pact. l. illa stipulatus, in princ. de verb. & ibi Bartol. facit quod dicit Bar. in l. Aurelio, §. Caius. ff. de li-
11 beratione legata, in finalibus verbis, quod facta † remissione de principali intelligitur facta de accessorijs. facit tex. supra allegat. in l. si duo patroni, §. idem Iu-
12 lianus, de iureiur. Vbi si super† factū interponatur iuramētum, & sic tollatur factū, tollitur actio, & omne ius causatum ex eo, vt supra dixi. Vnde cum per taciturnitatem sit remissa iniuria dicti adulterij, sequitur quod ius causatum ex dicta iniuria dicitur remissum in consequentiam, quia habetur ac si non esset commissum, non competeret aliquod ius Bernardinæ, & cum simus in terminis, quòd habeatur pro non commisso; sequitur quod eius vigore non potest agi, nec competit aliqua exceptio, vel ius, vt sup.

Et plus, & fortius in casu nostro, quia expresse dicta Bernardina remisit dictam iniuriam, & per testes est probatum, quod ipsa erat contenta, vt cum alijs fœminis Io. Franciscus perciperet voluptatem. Ergo clarè apparet, quod illa nolebat recognoscere tale factū. Merito de quo quis cōtentus est, non pōt venire.

Ad probandum supra dictam conclusionem allegn inconuincibilem rationem. Nam clarum est, quòd
13 quando ignobilis † promittit dotem, vel aliquid in compensationem nobilitatis eius, cum qua intendit contrahere matrimonium, quod intentio ipsius promittentis est, quod sequatur matrimonium, & sic ecce causa finalis. Pone modo, quod sine facto, & sine culpa illius, cui facta fuit promissio, non sequatur copula matrimonij, an debeatur illud promissum, quilibet prima facie diceret quod non, quia cesset causa finalis, & tamen in contrarium est veritas, quod non obstante, quòd matrimonium non sit consummatum, quod debetur promissum, & plus etiam dico, quod de tali promisso poterit is, cui datur, etiam si transeat ad secunda vota agere, vt in Neapolitana decis. 61. Idem tenet Io. Lup. de Palatijs in repet. cap. per vestras, de donat. car. 26. allegat Bal. in Auct. in donat. C. de secund. nup. Lud. quæst. 219. & sic apparet, quod donatio talis in compensationem solummodo dicitur fieri propter compensationem, & non ex alia causa. Ista est principalior causa & finalis. Vnde aliæ causæ nō sunt finales, merito cogimur dicere, quod ex defectu aliarum causarum non rescindatur talis donatio, cum nō rescindatur eo casu, quo non sequatur matrimonium cum effectu, Hæc dixi ad ostendendum, quod sola causa finalis istius donationis est recompensare, & ista est potentior, & principalior, quæ si non cessat, non datur conditio ob causam ex defectu aliarum causarum; & ita consulo, & de iure censeo. Ego Petrus Enriquez Hispanus, V. I. D. saluo, &c.

CONSILIVM VIII.

SVMMARIVM.

1 *Alimentis legatis videtur legatus & vestitus.*

2 *Fratres socij, qui viuunt in communi, non tenentur contribuere in dotem aliarum filiarum fratrum, nisi ex pacto.*

3 *Fratres non tenentur contribuere in expensis nuptiarū, & vestibus aliarum fratrum.*

4 *Fratres ementes libros pro fratre studente vinentes in communi prædictos libros imputant in eius portionem.*

5 *Mulier a principio nupta sine dote propter eius operas, quas præstat marito, debet ab eo ali.*

6 *Sollicitudo, & cura sæpe pretio comparatur, & æstimatur.*

7 *Victus appellatione continentur vestes pretiosæ, si conueniunt conditioni, & dignitati mulieris.*

8 *Vestes pretiosæ si sunt quotidianæ propter dignitatem viri, videntur esse donatæ eius vxori per virum, aliàs dicuntur esse commodatæ.*

9 *Vestes a domino famulis donatæ diuisatę, & non quotidianæ, propter honorem domini, videntur commodatæ, & non donatæ, & ab eis possunt auferri.*

Dominus Deus dirigat verba mea, vt veritatem dicam. Amen.

QVatuor fratres post mortem patris, qui steterunt insimul in cōmuni, & capitale, lucra, & damna erant communia, & communicabantur, vnus eorum accepit vxorem nobilem filiam magnifici Ioannis Fidēponi, necnō sororē fratrum nomine Frasiam dederunt in vxorē Magnifico Cæsari filio prędicti Magnifici Ioannis, & sic fecerunt cambium, & prædictus Magnificus Ioannes Fidemponus nullā soluit dotem dicto fratri suo genero, nec prædictus Cæsar aliquid recepit pro dote sororis Frasiæ ipsorum fratrum, & hoc causa compensationis fiendæ, de consensu omnium fratrum. Tempore festiuitatis nuptiarum vnus istorum fratrum fecit de consensu, & scientia aliorum fratrum de cōi patrimonio prædictæ Frasiæ eius vxori uestes pretiosas, & necessarias conuenientes domui ipsorum secundū consuetudinem ipsius ciuitatis, & aliorum domorum similium, necnon fecit alias expensas in festiuitate nuptiarum conuiuis, & per multos annos prædicta mulier extitit cum dictis suis cognatis fratribus sui mariti, & gubernabat totam familiam adaptando res familiares, & omnia supellectilia, & faciendo omnia alia quæ ad officium fœminarum pertinēt, & partem ipsarum vestium consumpsit, partemq; deteriorauit, scientibus, & uidentibus omnibus prædictis fratrib, & non contradicentibus. Venerunt postea ad diuisionem, voluntalij fratres, quod prædictæ vestes computentur in partem eorum, qui vxorem duxerunt, prout valebant eo tempore, quo fuerunt emptæ, & non prout valent nunc tempore diuisionis.

Ex eorum vero parte replicatur ad id non teneri, cum ipsorum vxores steterunt in gubernatione totius domus, & operas suas in communi posuerunt, & quòd iustum erat, vt vestitæ incederent secundum conditionem ipsorū, & secundum consue-
1 tudinem ipsius ciuitatis, quod si † debebant ali, debebant,

bere etiam vestiri,l.legatum,ff.de ali.leg.in l. verbo,
victus,ff.de ver.sign.l.penul.ff.de alimen.& cib. leg.
Bald.in l.si maritus,ff.solut.matrim. Alexand.in rub.
ff.eod.tit.si successiui quæsiuit,hic.Bart. & in casu no
stro potissime hoc fiendum venit,cum dotes ipsarum
vxorum semper fuerint in communi patrimonio om
nium fratrum propter cambium factum, quia debitũ
pro dote sororis est subrogatum in locum dotis istius
fratris,vnde prædictæ vestes debent de communi fie
ri,præsupposita consuetudine antiqua in hac ciuitate,
quod similes vestes festiuæ fiunt tempore,quo nuptiæ
contrahuntur , & eis vtuntur etiam post nuptias in
diebus festiuis,& in conuiuijs,quæ ad inuicem inter
consanguineos fiunt. Quæritur nunc quid iuris ?

Et videtur prima facie dicendum,prædictas vestes
imputari debere in partem ipsorum fratrum ducen-
tium vxores , & aliorum pro eo pretio , quo fuerunt
emptæ per tex,in l.qui originem,§.fin.ff. de mun. &
hono.l.ex parte,§.filias.ff.fam. ercisc. vbi est tex. cla-
rus,quod debita per vnum ex fratribus contracta,de-
bent in eius portionem computari, absque contribu-
tione per alios fratres fienda,Petr.de Vbald.in tracta.
de socio,in q.6.& pro hoc facit illud , quod in simili
dicunt Doct.in Auct quod locum,C. de collat. quod
2 dato,quod fratres † sint socij omnium bonorum,nul
lo præcedente pacto,non tenentur contribuere in do-
tem filiæ vnius ex fratribus, etiam socijs omnium bo
norum.

Contrariam tamen partem de iure veriorem cen-
seo,immo quòd prædictæ vestes debeant fieri de com
muni,attento themate proposito , nam dato, quòd
3 fratres † non teneãtur contribuere in expensis,& ve-
stib.quæ fiunt in nuptijs fratrum per d.l.ex parte,§.fi
lius,per quam l.possunt dicere fratres, nolumus con-
tribuere in expensis, & vestib. nuptialib. Attamen si
consentiunt,& promittunt de cõi fieri promittunt ,cũ
ex eo casu in quotidianis vestibus censentur in vim
donationis consentire,& in festiuis in vim commo-
dati pro honore familiæ, & domus in qua vxor mane
bat,secundum quòd dicimus de vestib.factis per pa-
trem nurui,vt dicit Bar.in l.1.§.nec castrēse, ff.de col
lat.bonorum per id quod notatur in l. si seruus cõis,
ff.de don.inter vir.& vxo.vbi est casus , quòd si sunt
tres fratres,& vnus eorum donauit seruum cõem vxo
ri fratris,& alij sciunt,& non contradicunt, quod di-
cuntur consensisse , & pars eorum intelligitur donata
propter scientiam,& taciturnitatem:& sic in casu no-
stro fratres prædicti videntes eas portari dicuntur cõ
sensisse,& donasse vsum illarum vestium , & sic con-
sumptio,& deterioratio fit ad ipsorum interesse , quo
ad vsum,& quo ad consumptionem parum importat.

Confirmatur etiam ista conclusio per illam aliam
Doct.communiter approbatam, videlicet quod eo ca
casu,quo frater non tenetur contribuere in dotibus fi
liæ fratris,si tamen de bonis cõib. detur dos, & frater
scit,& non contradicit,dicitur donasse portionē suam,
ita Io.de Imo.in cons.suo, incip. in casu præmisso de
pluribus.est videndum in 4. dubio , & hanc opinionem
tenet Paul.de Cast.in cons.120.incip. ad primum re-
sponderur in 3. dub. & idem tenet Dec. in cons.66.
in 5.col.in 1.vol.post med.nu.4.& in cons.68.vl.col,
in fi.in 1.vol.quod si fratres post mortem patris emũt
4 libros pro fratre studente quòd dato † quòd tempore
diuisionis illi libri imputentur in partem illius , pro
quo fuerunt empti:tamen deterioratio debet esse com
munis,& debet imputari pro talib.quales sunt tempo
re diuisionis;Cum ergo prædicti fratres sciuerint præ
dictas vestes festiuas fieri de cõmuni, & eas viderint
portari ab vxore fratris, dum erant in communione ,
dicuntur consensisse , quod consumptio earum esset
communis per supradictas rationes , & videntur do-
nasse vsum ipsarum.

Confirmantur supradicta alia ratione, nam præsup
ponitur in facto,quòd ista vxor vnius ex fratrib. ser-
uiebat in domo,& curabat totam familiam , & eam
gubernabat,vt solent facere matronæ,& erant sex fra
tres carnales,& famuli,& famulæ,& oĩb. adaptabat,
& faciebat camiscias,& suebat,& oĩa alia seruitia fa-
ciebat,quę erant necessaria oĩb.de familia,pp quæ me
rebatur victum,& vestitum,l.in reb. §.possunt, ff. de
cõmod.l. item serui,in fi.ff.de edil.edi.l.diuortio,§.6.
ff.sol.mat.Spec.in tit.qui fil.sint leg.in c.17. colum.
in fi.princ.vers.nunc dicamus de vxore,aliment.Bal.
in l.ti.in 3.colu. vers.sed quid si testator, C.de indict.
5 vidu.tollend. facit † etiam quod si mulier nupsit sine
dote propter operas,quas præstat in domo viri , debet
ab eo habere victum,& vestitum , l.quod si nulla , ff.
relig.& sump.fun.

Facit etiam quod dicit Bald.in d.l.fin.& in d.l.li-
bertæ,3.col.vers.circa prædicta,C.de oper. lib. quod
præstantes opera ex curialitate in habendo curam do
mus,& familiæ debet habere expensas per d.l.in reb.
6 §.possunt:nam † cura & sollicitudo sæpe pretio com-
paratur,& æstimatur magis,quam fides,l. tutor peti-
tur,§.qui à tutoribus,ff.de excuss.tuto.l.Seia,ff.de an-
nu.leg.l.Aquilus Regulus,ff.de donat.l.cum plures,
ff.de admi.tuto.l.qui filium,ff. vbi pupill. edu. debe.

Cum ergo ista vxor operata sit in cõmuni familia ,
& habuit curam totius domus,& familiæ ad vtilitatē
communem per tot annos,consonans est, vt debuisset
habere alimenta,& vestes,& ad prædicta tenebantur
prædicti fratres ratione naturali, & ex obligatione ad
7 antidota,& si erat alenda,& etiam † erat vestienda ve
stib.bonis,& coæqualib.eius dignitati,& conditioni,
& personæ,l.pen.ff.de alim.& cib.leg. Bal. in l.si ma-
ritus,ff.sol.mat.Alex.in rub.eod.tit.in 10. col. versic.
successiue,vt sup.allegatum fuit,prout dicit Bal. No-
uel.in l.si vero,§.seruis,ff.sol.matr.dum tractat mate
riam alimentorum,quod secundum qualitatem vxo-
8 ris,& mariti vestes † pretiosæ possunt esse quotidianę,
& eas faciendo vir eius videtur donare , & dicit ibi,
9 quod si dominus † dat seruo suo vestes diuisatas , &
non quotidianas,quod istæ vestes dicuntur commo-
datæ,vt vadat ornatus propter domini honorē , quod
vsus earũ censetur donatus,& cessante seruitio possũt
per dominum auferri,quales sunt, & deterioratio per
tinet ad dominum. Et an vestes nuptiales cum mun
do muliebri vxoris mortuæ pertineant ad hæredes v-
xoris,vide cõs.Beltr.125.in 2.par.vbi cõcludit, quod
ad virum spectant.

Non obstat dictum Spec.in tit.de iud.§.sequitur ,
quia loquitur quando quæritur , an sit constituenda
dos de bonis communibus filiæ vnius fratris, nam
tunc per eius patrem debet dari , & constitui de bo-
nis suis proprijs,secus quando iam fuisset constituta

ipsis fratribus scientibus, & non contradicentibus: cũ ergo ex supradictis appareat prędictam mulierem, & vxorem vnius ex prædictis fratribus seruisse in prędicta domo, vbi manebant omnes fratres, & habuisse curam totius familię, vt solent facere matronę prudẽtes, & quod ipsa ex parte eorum parentum est de nobilib. ipsius ciuitatis & tales vestes erant conuenientes suæ dignitati, & conditioni, & etiam eius mariti, qui etiam est de nobilib. ipsius ciuitatis, & erant necessarię, vt cum alijs nobilib. mulierib. posset accedere ad conuiuia, & nuptias, & festiuitates secundum morem ipsius ciuitatis, non poterat prædicta vxor stare sine ipsis vestibus, & propterea dicuntur uestes necessariæ, & factæ propter honorem domus, & omnium fratrũ ipsius, ipsis omnib. scientibus, & non contradicentib. ex quibus coniecturis præsumuntur donasse ipsarum vestium vsum, & sic earum deterioratio non solum pertinet ad virum solum, sed etiam ad omnes fratres. Si enim dominus faciendo eius seruo non quotidianas vestes patitur earum deteriorationem; quanto magis erit dicendum in prædicta vxore istius fratris, quę per tot annos seruierat omnibus fratrib. prout supra dictum fuit? & ita de iure censeo, & consulo ego Petrus Enriquez Hispanus V.I.D. saluo semper, &c.

CONSILIVM IX.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia curata considerantur, & dicuntur dupliciter modo.*

2 *Suspendere, Excommunicare, Visitare, Absoluere dicuntur esse fori contentiosi, & qui potestatem habet ea faciendi, dicitur habere beneficium curatum largo modo.*

3 *Beneficium curatum est illud, quod habet potestatem fori pęnitentialis in habitu, quia parochiani recesserunt, licet non in actu.*

4 *Beneficia minima de iure communi requirunt residentiam.*

5 *Beneficium acceptans videtur per quasi contractum se obligare ad ipsum administrandum.*

6 *Beneficijs priuantur, qui moniti, vt resideant, residere non curant.*

7 *Beneficia curata possidentes tenentur infra annum ad sacerdotium se promoueri facere, alias ipso iure sunt eis priuati.*

8 *Laici, & mulieres non sunt capaces beneficiorum, nec ea præscribere possunt.*

9 *Laicus si in canonicum ante clericatum receptus fuerit, talis receptio non valet.*

10 *Laici ex dispositione, seu dispensatione summi Pontificis possunt beneficia habere, & alteri conferre.*

11 *Canonicatum habet in Ecclesia Legionensi Rex Hispaniæ, & Rex Franciæ est canonicus in Ecclesia sancti Hilarij in ciuitate Pictauensi*

12 *Beneficia prouidere computatur inter bona episcopalia, & fructus.*

13 *Curam habere animarum est ars artium.*

14 *Dispensatio non præsumitur, nisi probetur.*

15 *Possessio temporalis, & spiritualis concurrit in possidente beneficium curatum.*

16 *Conseruatoria super beneficijs expedienda sunt præuia citatione saltem per edictum.*

17 *Capitula condita à principibus sæcularibus super spiritualibus non tenent.*

18 *Possessorium super beneficialibus habet plus temporalitatis, quàm spiritualitatis.*

19 *Clericandi habere animum non sufficit ad hoc, vt laicus possit tenere beneficia.*

20 *Beneficium quo quis priuatur ipso iure absq. alia sententia, potest alteri conferri.*

21 *Citandus non est aliquis, quando notorium est eidẽ nullum ius, nullamque defensionem competere.*

22 *Citandus est ante priuationem, habens duo beneficia curata: potest enim esse, quod ex dispensatione tenebat.*

23 *Monitoria publica seu per edicta facta, vt aliquis resideat in suo beneficio curato, sub pęna priuationis, sunt sufficientia, vt contrauenientes priuentur.*

24 *Consuetudo nulla efficere potest, vt quis in beneficijs curatis possit percipere fructus in absentia sine peccato.*

25 *Papa non potest præiudicare laico, sibi alias non subdito iur. patronatus præsentandi.*

26 *Mandatis principis per subditos legitima causa præcedente, vel existente replicari potest.*

27 *Procedenti de facto, resisti potest de facto.*

28 *Possessor iniustus titulo tamen colorato tuendus est in eius possessione.*

29 *Potentioribus conuenit defendere oppressos ab iniustis molestantibus,*

Dominus illuminet mentem, & intellectum meum, Amen.

Contingentia facti.

REuerendus Dominus Ioannes Amatus clericus diæcesis Aquilanæ, nec non, & præpositus Ecclesiæ S. Eusanij positæ in castro vulgariter dicto S. Sano eiusdem diæcesis inductus, & immissus in possessionem eiusdem præpositura per Anselmũ Ioãnis Amati præpositum ecclesiæ S. Mariæ de Castro Fossæ sub die 14. Iunij 1565. proximæ præteriti, de ordine, & mandato Reuer. Episcopi Aquilani vigore collationis eidem D. Io. Amato de eadem pręppositura factæ per eundem Reuer. D. Episcopum expeditæ in Episcopali Palatio eiusdem Ciuitatis sub data eiusdẽ diei, mensis, & anni, venit præferendus, & manutenendus in dicta possessione, non obstantib. quibuscũque allegatis, & oppositis per quendam Franciscum Valentini Prætinæ diæcesis, vt ex infra dicendis apparebit.

Et primo præsupponendum est, quod prædicta præpositura habet annexam curam animarum, & parochianos, quibus præpositus, & Capellani eiusdem ecclesiæ tenẽtur celebrare diuina officia quolibet die, & ministrare sacramenta infirmis, & alijs petentib. etiam audire confessiones eorundem parochianorũ, & alia facere spectantia & pertinentia ad prædictam curam animarum, prout deponunt Georgius Massarius, Io. Dominicus Andreæ, Iacobus Antonius Antonuerj de eodem castro, & aliqui plurimi testes super primo articulo examinati per Magnif. Capitaneũ, seu Locumtenentẽ eiusdem prædictæ ciuitatis, de ordine, mãdato, & commissione Reuer. D. Antonij Laurei I.V.D. Episcopi Castelli maris, & Capellani maioris

ioris in hoc Regno Neapolitano, necnon & commis-
sarij spiritualiter deputati per Ill. Et Exc. D. Proregẽ
huius regni super conseruatorio petito per eundem
Reuerendum dominum Ioannem Amatum, qui om
nes testes dicunt,& deponunt prædictam præpositu-
ram esse beneficium curatũ, & habere parochianos,
& ipsum Populum Sancti Eusanij, & quòd in præ-
dicta terra non est alia Ecclesia, quæ seruiat ad admi
nistranda prædicta sacramenta, nec ad faciendum ali
quid ex supradictis ex quorum depositionibus, & a-
ctis clarè colligitur prædictum D. Io. Amatum exer-
cere curam animarum, vt dicit. Aegid. Bellam. in con
clu. 676. Incip. si impetrans, habet enim prædictus
Præpositus potestatem fori Pœnitentialis ligandi, &
absoluendi in prædicto foro. Dupliciter enim consi-
1 derantur, † & dicuntur beneficia curata, largè,& di-
strictè, vt ait Innoc. in cap. cum satis de off. Archi. lar-
2 gè enim dicuntur, quando † extat potestas fori con-
tentiosi, prout est suspendere, excommunicare, absol-
uere & visitare, & alia facere, quæ tendunt ad corre-
ptionem morum glo. in cap. dudum ecclesia, de elect.
& hanc curam habere possunt Archidiaconi, & præ-
lati inferiores, in cap. 1. de offic. Archid. Doct. in cap.
cum contineat, de for. compet. strictè verò, vt supra
diximus.

Quæ beneficia stricto modo, curata non possunt
habere nisi Sacerdotes in cap. in noua 21. dist. in cap.
omnis. de pœn. & remis. Vnde dicit Card. in cons. 48.
Incip. quidam nobilis, quod si parochiani alicuius ec
clesiæ recesserint ab eorum parochia, nihilominus,
etiam si beneficiatus non exerceat curam, si tale be-
3 neficium † habet potestatem fori pœnitentialis, dici-
tur beneficium curatum in habitu, licet non sit in
actu.

Secundo præsupponendum est, quòd ex iuris di-
spositione propter prædictam curam Præpositi præ-
dictæ Ecclesiæ, qui pro tempore fuerunt, & sunt, de-
bebant, & tenebantur, prout debent, & tenentur resi-
dere in prædicta ecclesia propter prædicta sacramen-
4 ta ministranda, & quælibet Beneficia † etiam mini-
ma de iure communi residentiam requirunt in cap.
conquerente de cler. non resi. glo. in extrauag. susce-
pti sub ti. de electio. Oldrad. in cons. 140. acceptans
5 † enim beneficiũ videtur per quasi contractum se ob
ligare ad ipsum administrandum, quod fieri non po-
test, si est absens, & non residet. not. in capit. nisi cum
pridem, de renun. Card. in cons. 141. incip. Punctus
quæstionis, & hæc est ratio, quare beneficiatus non
potest sua voluntate beneficium dimittere, cap. admo
net, & cap. quod in dubijs, de renun. præcepto enim
diuino mandatum est omnibus, quibus iura anima-
rum concessa, & commissa est oues suas agnoscere, &
pro eis sacrificia offerre, sacramenta ministrare. Quæ
omnia nequaquam implere, seu præstare possunt, qui
gregi suo non inhærent, & assistunt.

Vnde graues pœnæ fuerunt statutæ contra non re-
sidentes in eorum beneficijs maximè curatis per de-
creta fel. recor. Pauli PP. 3. & hodiè statuuntur de no
uo per sacrosanct. Trident. Synod, vt apparet in c. 1.
incip. eadem Sacrosancta Synodus Tridentina, in
sessione 23. fol. mihi 121. & in cap. incip. epi. inferio-
6 res in sess. 6. fol. 37. & non † residentes possunt pri-
uari eorum beneficijs, si moniti fuerint, vt resideant
in c. fin. de clari. non resi. & Episcopi non residentes
priuantur eorum dignitate, in cap. 1. eod. tit. cum mul
tis alijs similibus iuribus.

Et tunc propriè dicuntur residere in eorum eccle-
sijs, quando habitant in domo ipsius contigua, secùs
tamen si habitant in remotis, qui in singulis casibus
repentinis quacunq; hora commodè adesse non pos-
sunt. Card. in Clemen. 1. in 129. de foro competen.
Felyn. in c. quoniam frequenter num. 21. & 22. in §.
porrò vt lite non contest.

7 Tertiò præsupponendum est, quòd † possidentes
beneficia curata tenentur infra annum ad sacerdo-
tium se promoueri facere, aliàs elapso anno integra-
liter, cessante iusto impedimento, priuati remanent
ipso iure: nec in hoc Episcopi dispensare possunt in c.
licet canon. in cap. ex eo. de elect. in 6. nemo enim ad
dignitatem, & canonicatum, seu beneficium recipien
dus est, nisi qui eo ordine sacro, aut sit initiatus, quẽ
illa dignitas seu beneficiatum requirit, aut infra tem-
pus à iure statutum initiari valeat, vt disponit Synod.
Trid. in c. 12. in sessio. 24. fol. 165.

8 Laici enim & mulieres † sunt beneficiorum inca-
paces, nec ea possidere possunt, cum non sint capaces
spiritualium in cap. causam. de præscript. in cap. 2. de
iudi. in cap. fin. de reb. eccle. non alienan. in cap. bene
quidem 96. dist. notant Docto. in cap. omnis, & in c.
noua, de pœnit. & remiss. Imò nec ea possunt præ-
scribere, cum sine possessione præscriptio non proce-
dat in reg. sine possessione de reg. iur. in 6.

9 Vnde dicit Calder. in capit. 2. de institu. quod † si
quis recipiatur in canonicum ante clericatum, talis
receptio non valet. Domi. in c. cum ideo: de rescrip.
& ibi Felyn. quia, quòd à principio non subsistit, tra-
ctu temporis non conualescit, in reg. non firmatur, de
reg. iur. in 6. Imò pensionem datam loco beneficiorũ
ecclesiasticorum retinere non possunt, prout consi-
derant Docto. in cap. quamuis de præben. in 6. Hie-
10 ron. Gigan. in 9. suis, in 9. 28. in fin. bene tamen † lai
ci ex dispensatione, & priuilegio summi Pontificis
tenere, & conferre beneficia possunt. Innoc. in capit.
quãto, de consu. & ibi Abb. hinc videmus, quod Rex
Franciæ est canonicus in ecclesia sancti Hilarij ciui-
tatis Pictauiensis, vt dicit Abb. in ca. extirpanda in §.
11 quia vero in repe. col. 11. de præben. & Rex † Hispa-
niæ habet canonicatum in Ecclesia Legionensi, &
vterque Rex ex priuilegio beneficia confert, in suis
regnis, vt dicit Pala. Rubios in præfatione repe. cap.
per vestras. de donat. inter virum, & vxor. num. 28.
fol. 4.

His omnibus præsuppositis, dicendum est prædi-
ctum D. Ioannem Amatum mediante iusto tit. ema-
nato à Reuerendissimo Episcopo Aquilano potesta-
tem habente conferendi prædictam præposituram de
iure communi. Innoc. in cap. postulati. de iur. patron.
& Glo. in cap. quamquam de elect. in 6. cum sit ge-
neralis ordinarius sui episcopatus, & potest conferre
omnia, beneficia in omnibus mensibus, nisi ei fuisset
prohibitum, sicut Papa est generalis ordinarius in to-
to orbe. Decis. Rotæ 167. incip. de collatio. in no. &
12 prouidero † beneficia inter bona episcopalia, & fru-
ctus computetur. Glo. in cap. cum olim de maior. &
obed. dico manutenendum esse in possessione prædi-
ctæ præposituræ, cum etiam possessor iniusto titu. ta-
men colorato, non debeat à sua possessione amoueri.
vt in cap. licet Episcopus, de præben. in 6. & ibi Phi-
lip.

Jip.in 2.& 3.notab. Abb.in cap.in litteris,de restitut.
spol.not.Bar.Ang.& Alex.in l.3.ff.de acquir.possess.
Et intantum est hoc verum, quod habens collationē
alicuius beneficij ab ordinario eum possessione sequu
ta, est præferendus habenti titulum ab extra ordi-
nario collatore,Ferret.in cons.22.in 1.not.
Eo maximè,quod in prædicto D. Ioanne concur-
runt omnia à iure requisita circa habentes, & possi-
dentes beneficia curata, maior enim idoneitas requi-
ritur personarum habentium similia beneficia, quàm
13 simplicia. Cum habere curam † animarum sit ars ar-
tium in cap.penul.de ætat.& qualit. Est enim sacer-
dos in sacris constitutus,prout de iure requiritur iux-
ta superius allegata,& ita deponunt testes, videlicet
Georgius Maxarij super 14.art.Ioan.Dominicus An
dreæ,Iacobus Antonij,& alij quamplures testes su-
per eodemmet articulo.
Concurrit etiam in eo maior ætas requisita à iure,
iuxta tex.in cap.cum in cunctis,de elect. in cap. si eo
tempore,de rescri.lib.6.nec habet aliquod aliud bene
ficium curatum,& incompatibile,quod ipsum impe-
diret prædictam præposituram possidere,iuxta ca.de
multa,de præben.& iuxta extrauа.execrabilis Papæ,
22.Ioannis,& iuxta dispositionem œcumenici conci
lij Tridentini in sess.7.folio mihi 43.incip.nemo qua
cunque ætate dignitate,nec ordinarij super hoc dispē
sare possunt,immo possidentes similia possunt per or-
dinarios compelli ad docendum.de dispensationibus,
siquas habent ad prædicta optinenda in cap. quinto,
incip.ordinarij locorum in sess.7. aliàs poterunt ipsis
14 priuari,cum † dispensatio non præsumatur,nisi probe
tur Bero.in decis.80.
Concurrit etiam in eo grauitas morum, litterarū-
que scientia, prout deponunt supradicti testes super
24.articulo, fuit enim examinatus, & approbatus à
Reuer.Episcopo Aquilano,iuxta formam,cap.primi,
incip.ad Chatredalium,fol.43.in sess.7. & in sess.28.
in cap.11.fol.162.incip.in monasterijs eiusdem Con
cil.Trident.
15 Concurrit ēt in eodē pacifica † possessio eiusdē præ-
positurae,tàm spiritualis,quàm temporalis per exerci
tium curæ animarum existentium in dicto castro San
cti Eusanij, per celebrationē missarum: & administra
tionem sacramentorum, & perceptionem fructuum,
vt deponunt testes prædicti, & alij quamplurimi su-
per 15.16.& 17.articulis. Quibus omnibus supradi-
ctis bene visis,probatis,& auditis per prædictum Re
uerend. Capellanum maiorem,fuit seruatis seruan-
dis de concilio circumspecti viri Io. Andreæ de Cur-
tis V.I.D. interpositum decretum, quod prædictus
Ioannes manuteneretur,& conseruaretur in eiusdem
præpositurae possessionem, & præstandum ei esse re-
gium brachium charitatiuum,vt apparet in ipso pro-
cessu.Dat.Non.Decemb.proxime præteriti 1565.&
demum confirmatum postea per eundem Reuerend.
Capellanum de consilio circumspecti viri Antonij
Orifici V.I.D.& Regij Consiliarij consil. Capuani,
V.Nonis Maij præsentis anni,stante appellatione,&
reclamatione ad Illustr. Proregem facta, & à primo
decreto interposita per quendam Franciscum Valen-
tinum,quæ quidem decreta fuerunt interposita, expe
16 dita † prius citatione per edictum,iuxta ca. ad regale
fastigium sub rubrica,quòd iustitiarius,&c.& per ca.
finis præcepti charitas.sub rubr.de conseruatorio pro
clerico contra clericum,quæ capitula sunt fundata in
cap.petimus,11.quæst.1.& in c.quidam monachi,16.
q.1.& in cap.princeps.23.q.5.cum alijs concordan-
tijs positis per Lucam de Pen.in l.si coloni,colum.fi.
in princ,de agric.& cens. lib. 11. Et licet dici possit,
17 quod prædicta † capitula non debeant obseruari,
quia condita à principibus sæcularibus super spiritua
libus,cap.ecclesiæ S.Mariæ,de constit.cap.bene qui-
18 dem,96.dist.Attamen † quia possessorium super be-
neficialibus habet plus temporalitatis, quàm spiritua
litatis,vt dicunt Ant.de Bui.super cap.fi.de iud.& ibi
Archid.& Prępo.idem tenentes,nimirum si principes
sęculares potuere hoc statuere, & iudices sęculares
cognoscere,cum nihil habeat commune possessoriū
cum petitorio, seu proprietate, l.naturaliter, §.nihil
commune,ff.de acquir.poss. Guido Pap. in suis q. in
q.1.& tanto magis,quia tanto tempore fuerunt serua
ta prędicta capitula,& iurisdictio prędicta est pręscri
ptione acquisita per ea,quæ notan.in l.imperium, &
ibi Doct.ff.de iurisd.omn.iud.
Et licet prędictus Franciscus Valentinus compa-
ruerit,& nonnulla opposuerit ad euitandam exposi-
tionem prędicti Conseruatorij;attamen nihil produ-
xit boni,& ideo fuit reseruatis seruandis expeditum
prędictum Conseruatorium, vt ex processu apparet.
Nec obstat asserta resignatio facta de prædicta præ
positura in fauorem ipsius per quendam Achillē Fan
tonium,cuius vigore fuerunt expeditæ bullæ Aposto
licæ XVI.Calend.Iunij, per Fel.recor. Pium Quar-
tum:Nam,vt ex actis apparet prædictus Achilles per
annos quindecim,quibus babuit prædictam præposi
turam semper incessit in habitu laicali, & nunquam
fecit residentiam in prædicta Ecclesia, & deponit Ia-
cobus Antonij Antonuij super quarto, & super vn-
decimo articulis, & Liberator Constantini Ioannes
Bernardinus Berardinellus,& Ascentius Pauli super
eisdem Articulis deponunt, & alij quamplurimi te-
stes,& certum est,vt supradictum fuit, quod laici nul
la beneficia curata possidere possunt, & collatio eis
facta per Summum Pontificem,non aliter expresso,
quod sunt laici,est ipso iure nulla, & talia beneficia
vacare dicuntur,vt in iuribus superius allegatis, re-
19 probata glo.in cap.x.de instit.quæ tenet,quod † suffi-
ciat tenere propositum se clericandi, quasi destinatio-
ne animi possit dici iam clericus: & eam reprobant
Doct.in cap.cum adeo,de rescrip.per tex.in l.ex eo.
ff.de testam.milit. Vbi dicitur,quod miles tunc gau
det priuilegio clericali, alias militari ex quo in nume
rum relatus est,& non antea. Et ideo practica est cō-
munis,quod quando purus laicus impetrat,& ei man
datur conferri beneficium,apponitur illa clausula cu-
pienti ascribi militiæ clericali,&c.vt per Abb. in cap.
ex litteris,de transact.alias literę essent subreptitiæ:
& ideo quando scribit pro aliquo in ista forma in prin
cipio literatum appellatur clericus,quia alias esset in-
habilis,ita dicit Staphi.in suo tract.de gratijs, & ex-
pect.num.34.& sic merito Reuerend. Episcopus A-
quilanus potuit de prędicta pręposiiura, prędicto D.
Ioan.de Amato prouidere, prout prouidit vigore om
nium iurium supra citatorum,& allegatorum, cū be-
20 neficium † quo quis stat priuatus ipso iure, absque a-
lia sententia posse alteri conferri,Domic. in c. vnico,
§.facti,de homic.in 6.
Non obstat si diceretur,quod dato,quod prędictus
Achil-

Achilles fuisset ob prædictas causas appellandus, & priuandus prædicta præpositura, debebat tamen prius citari, & audiri. Vnde dicit Ioannes Andr. & etiam Card. in cap. 2. de simo. quod non est attendendum, quod habeat titulum canonicum, vel nō canonicum, Bald. in l. si deserta. C. si propter publ. pen. sitat. Felyn. in d. cap. 2. Anchar. in cons. 279. incip. ad declarationem: nam ex quo de supradictis notoric constabat, 21 quod † eidem Achilli nullum ius, nullaque defensio competebat, non oportuit ipsum citare, ita eleganter dicit Innoc. in cap. quod in dubijs, de renunciat. & ibi Card. Felyn. in d. cap. 2. ver. limita. Nisi appareret, & stante in capacitate ipsius, quia laicus, & inhabilitate, quia non erat sacerdos, erat priuatus ipso iure prædicta præpositura, & omnibus alijs eius beneficijs, & habebat iniustum titulum, & non poterat esse in possessione prædictæ præpositure, quo casu etiam non requirebatur aliqua citatio, & possessio poterat, & potuit capi per prædictum D. Amatum de licentia prædicti Reuerendissimi Domini ordinarij, Felyn. in d. capitu. 2.

Quod si diceretur, quod ex illo capite, quia possidebat duo beneficia curata, videlicet prædictam præposituram sancti Eusanij, & Cappellaniam cum cura in Hospitali ciuitatis Senarum, prædictus Reuerendissimus Episcopus de eadem præpositura fecit collationem prædicto D. Ioanni, cuius possessionem ca- 22 pere non poterat, ipso Achille non citato, ex quo ipse forsan de iure ea retinere poterat, puta ex dispensatione, vt dicit tex. in cap. licet Episcopus, de præben. in sexto, nam respondetur posse, quod ille tex. in c. licet Episcopus loquitur, quando possessio obtinentis beneficium plura non esset affecta per decretum irritans, uel quia beneficia non essent Sedi Apostolicæ reseruata, iuxta notata in c. vt nostrum, de appel. & in cap. si eo tempore, de elect. in 6. Sed per constit. execrabilis hodie beneficia quoad titulum, & possessionem sunt affecta, quia habent decretum irritans, & beneficia sūt Sedi Apostolicæ reseruata, ergo non oportuit ipsum citari, Ber. singulariter in quęst. 80. incip. clericus duo beneficia, circa finem, quanto magis quod ex alijs capitibus supra narratis potuit priuari, & maximè propter non residentiam ipsius Achillis in prædicta præpositura, ad quā residentiam fuit sæpe sæpius monitus per edicta generalia quolibet anno emanata in ipsa chatredali ecclesia super residentia clericorum in eorum beneficijs facienda, ut deponunt Liberator Constantini, Io. Bernardinus, Ascetius Pauli, Antonutius Marinellæ super 6. & Vincentius Valentianus super 7. & Hieronymus Sebastiani, & alij quam plures te- 23 stes super 6. & 7. quæ monitiones † sic per prædicta edicta factę sufficiunt aliquem ad priuādum suis beneficijs ob non residentiam, Fely. singulariter in cap. quoniam frequenter, in §. porro, & ibi glos. vt lit. non contest. nume. 22. Feder. de Senis in cons. 109. incip. quòd non fecit residentiam, de quo meminit, Alexan. in l. ita stipulatus, ff. de uerb. oblig. Tales enim monitiones factæ per Ordinarium habent uim peremptorij, vt ibi ait Fely. & infert ad multa.

Preterea possessio prædictę prępositurę per tantum tempus detenta per ipsum Achillem nō iuuat ipsum, cum erat a iure damnata, l. ser. in titu. Quę sint reg. in §. extraordinaria. Vnde dicit Caldet. in cons. 13. sub titu. de rescrip. & in cons. 11. sub tit. de præben. quod possidens iniustè beneficium, & impetrans literas ad illud, non facta mentione, eo modo dicuntur literæ impetratæ subreptitiæ refert, & sequitur Fely. in cap. in nostra, in 5. colum. de rescrip. immo prædicta præpositura semper vacauit a die obitus quondam Venerabilis Nicolai de Aquila, vltimi possessoris vsque in diem, in qua per Reuerendissimum Dominum Episcopum fuit de ea prouisum ipsi Domino Ioanni stante inhabilitate, & insufficientia ipsius Achillis asserti resignatoris, qui semper fuit in peccato mortali possidendo iniustè prædictam præposituram tanto tempore, & tanto sunt grauiora peccata, quanto diutius infœlicem animam detinent allegatam in capit. fina. de consuet.

Preterea est probatum per quamplures testes, videlicet per Liberatorem, Antonium, Picam, & Georgium Massarium, & alios quam plures, qualiter prædictus Achilles nunquam residentiam fecit in dicta Ecclesia, nec habebat ordines sacros, nec missam celebrabat, quæ omnia sunt requisita in habentibus similibus beneficia curata, & maxime residentiam. In tan- 24 tum quòd † nulla consuetudo potest inducere, quod quis in beneficijs curatis possit in absentia fructus percipere sine peccato, prout percipiebat prædictus Achilles, nullam residentiam faciendo, vt deponūt prædicti testes super 11. articulo, cum ergo esset dignus priuatione prædictæ præpositura propter defectus prædictos, & inferius dicendos, non faciebat fructus suos, immo si fuisset toleratus, teneretur ad restitutionem ipsorum, Bar. Paul. & Ang. in l. prædonis, ff. de pet. hæred. & idem Paul. in l. prima, C. de his, qui, vt indig. & ibi Alexan. & Fely. in d. cap. de quarta, de præscript. vers. faciunt postremo prædicta, nume. 72. & tanto magis, quia vt laicus, & non vt sacerdos incedebat, vt deponunt supradicti testes: necnon, & Notarius Ioannes Carolus Eusanius actuarius ipsius Curię Episcopalis Aquilanæ, qui deponunt qualiter prædictus Achilles non erat scriptus, vt sacerdos in libro Archiuij Episcopalis, ubi scribuntur omnes clerici in sacris constituti diœcesis Aquilanæ.

Vltra hęc, iam est probatum in processu, saltem per famam publicam per prædictos testes super nono Articulo, quod prędictus Achilles possidebat multa alia beneficia tam in terra Garabellarum, quàm in terra Guasti, & quādam Cappellaniam cum cura animarum in Hospitali ciuitatis Senarum, quod est prohibitum de iure, cum pluralitas beneficiorum sit canonibus exosa in cap. de multa, de præben. & in extrauag. Ioannis. 22. incip. execrabilis. Et per cap. Conc. Trid. incip. cum ecclesiasticus ordo, in sess. 25. folio mihi 149. vbi disponitur, quod ipso iure, prędicta beneficia vacare videantur, & censeantur, non obstantibus quibuscumque dispēsationibus, & postea, qui ea detinet, dicitur iniustè tamquam intrusus, & absque titulo detinere, propter decretum irritans appositum, in fine dictę extrauag. quod non modo titulum, sed etiam possessionem afficit, ita vt de possessore efficiatur detentator afininus, Dom. in cap. 2. vt lite penden. Decis. Rotę 16. in no. & in tantum hoc procedit, quod si talis possessor fuerit spoliatus de talibus beneficijs, non poterit obtinere in interdicto recuperandę, Bero. in quęst. 80.

Ne aliquo modo sunt molestandi Excellens Ferdinandus Mōtagnes Baro prędicti Castri sancti Eusanij,

ſanij,nec eius officiales,nec eius vaſalli,ſub prętextu,
quod quando aſſerto modo prædictus D. Franciſcus
acceſſiſſet per capienda poſſeſſione ipſius præpoſiturę
fuiſſet ei impugnatum,& reſiſtum. Nam cum prædi-
ctus Baro vigore ſuorum priuilegiorum in omnibus
eccleſiæ ſuæ baroniæ, habebat ius patronatus, in
25 quo etiam Summus Pontifex † non poteſt ei præiudi-
care ſine interuentu illius, aute citatione, Arcbid.in
d.cap.piæ mentis.16.q.2.& in c.hortamur, in princ.
71.diſt. Doct.in c.2.de præb.in 6. Fel. in ſuo tractatu
26 quãdo lite. Apoſt.patro.eccleſiarum:meritò per † prę
dictum Baronem,ſeu eius officiales potuit reſiſti, &
replicari,& propterea non inciderunt in aliquam pœ
nam in c.ſi quando,de reſcrip.& ibi Doc. ſtante maxi
me ſubreptione,& obreptione quarumdam aſſertarũ
bullarum,quæ non merebantur executionem,& præ
dictus D.Franciſcus intendebat de facto capere poſ-
ſeſſionem prædictæ præpoſituræ contra formam ip-
ſarum bullarum, & regij exequatur deſuper expediti
11.Calend.Maij,ſub pontificatu Papæ Pij V.cum in
eis cautum fuiſſet,quòd vocato ipſo prius domino Io-
anne induceretur in prædictam poſſeſſionem, quod
minimè adimplere curauit,immo ipſo D.Ioanne, in-
audito,& pęnitus ignorante,& non vocato acceſſerat
ad prædictam terram pro capienda prædicta poſſeſſio
27 ne † de facto cui etiam de facto reſiſti licuit,l.prohi-
bitum,C.de iure fiſ.lib.10.& in l.defeſſionis facultas,
C.eod.tit,& lib.l.omnes,de decur. C. lib. 10. & non
ſeruato tenore ipſarum bullarum potuit prędictus Ba
ro ipſis litteris Apoſtolicis contrauenire ſine metu ali
cuius pœnæ,ſeu,cenſuræ eccleſiaſticæ,Abb.in d. c. ſi
quando.

Facit quod dicit gl.in Auct.de mand. Princip.ver.
nuncians in §.deinde,& quod dicit gl. in l. puniri,C.
ſi contra ius.vel vti.pu.quæ dicunt,qđ miſeri Principi
non audent reclamare literis Papæ, quod facere non
debent,ſi iuſtam replicandi cauſam habent: ſed quis
ignorat,quod erat iniuſtum,& iniquum amouere prę
dictum D. Ioannem titulo iuſto poſſidentem prædi-
dictam præpoſituram ab eius poſſeſſione ipſo inaudi
28 to, cum etiam iniuſtus poſſeſſor ſit iuendus † in eius
poſſeſſione ex titulo quolibet colorato, & non debet
de facto ſpoliari,prout de facto ſpoliabatur, ſi prædi-
ctus Franciſcus Valentinus fuiſſet admiſſus ad prædi
ctam poſſeſſionem ipſo D.Ioanne inaudito,Ferret.in
29 conſ.1.& 2.& baroni prædicto † conuenit prædictũ
D.Ioannem a prędicta iniuſtitia,& appreſſione defen
dere,Hier.c.22.& dicit Dominus facite iudicium, &
iuſtitiam,& liberate vi oppreſſos de manu calumnia-
toris? Nec de aliquo tenentur officiales prædicti Ex-
cellentis Domini Baronis, ſi ipſum Valentinum car-
cerauerunt,quia fuit captus cum archibuſio armatus,
& cum lorica conſerta hamis, ſeu giacco, quæ arma
ſunt prohibita,vt in rub.& in nigro, C. ut armorum
vſ.lib.11.& in rub.de fabric.eodem lib.& in Auct.de
armis,§.ſi autem,Bal.in l.data opera,C. qui accuſ.nõ
poſſ. Per Abb.in c.clerici,de vit.& honeſt.cleri. quod
ſi diceretur,quod itinerãdo licitum ſit arma portare,
vt tenet And.de Iſer.in c.1.§.mercator, de pace tenẽ.
& extat Conſtitu.regni,intentionis noſtræ, & ibi Af-
flict.num.4.ſub rub.de illicit.por.arm. Attámen ſta-
tim vt ingreſſus eſt prædictam terram,ſeu caſtrum S.
Euſanij,debebat ea deponere, vel ſalem exonerare,
ſiue ſparare dictum archibuſium, vt dictant Regia
banna,vel ea ligare, cum portantes arma præſumen-
tur habere animum malum,niſi ea portẽt ligata, Bal.
in d.c.1.ſiquis ruſticus,Hipp.Marſ.in ſua pract.in §.
pro complemento,num.41. & propterea potuit carce
rari,& puniri pœna amiſſionis armorum, & alijs pœ
nis à iure ſtatutis: Et ſi erat clericus,debebat venire vt
clericus,& ſine armis,cum eis etiam ſint prohibita ar
ma in d.c.1.clerici,& in clem.1.eodem tit.& in c.cle
rici,& quaſi per totum,num.23.q.5.& ratio eſt, quia
arma clericorum ſunt lacrymæ,& Breuiarium,Iaſ.in
l.imperiũ,in prin.ff.de iur.om.iud. Dec.in conſ. 102.
incip.maximi ponderis,Glo.in c.conuenior,23. q.8.
& glo.in cap.porro,16.q.4. Imol.in cap.clerici,el pri
mo,de vita,& honeſt.cler.& poſſunt capi per iudices
ſæculares ſine metu excommunicationis,in cap.regis
Rober.incip.Armorum,& ſtatuta clericorum,contra
arma portantes ligant clericos,Io.de Plat.in §.l. Iu-
lia in ſtit.de publ.iud.& ratio eſt,quia in his, quæ re-
ſpiciunt publicam vtilitatem, comprehenduntur cle-
rici,l.additus,C.de epiſ.aud.l.ad inſtructionem,C.de
ſacroſan.eccl. Couar.in ſua pract.c.23.nume.7. folio
227.Ex quibus omnibus concludendum cenſeo præ
dictum D.Ioannem Amatum conſeruandum eſſe in
ſua pacifica poſſeſſione,declararique eidem Valenti-
no nullum ius competere ſuper dicta præpoſitura,prę
dictos Excellentem D.Baronem,& eius officiales,ni
hil iniuſtum commiſiſſe,ſed vſos fuiſſe eorum officio,
& ita cõſulo ego Petrus Enriquez V.I.D.Hiſpanus,
ſaluo ſemper meliori conſ.&c.

CONSILIVM X.

SVMMARIVM.

1 *Approbator tenetur ad pœnam in ſtipulatione promiſ-
ſa,quando fideiuſſor non eſt ſoluendo.*
2 *Approbator eſt in dolo mentiendo, & dicendo fideiuſ-
ſorem eſſe idoneum,quando ſcit eſſe inhabilem.*
3 *Sciens aliquem non eſſe idoneum, & gratia lucri affir-
mat ipſum eſſe idoneum,tenetur de dolo.*
4 *Coniunctus etiam non idoneus propter coniunctionem
reputatur à lege idoneus.*
5 *Metus futuri ſcandali, vt euitetur tale ſcandalum eſt
iuſta cauſa ad hoc,vt fideiuſſor, ſeu fideiubẽs etiam mi
nus idoneus admittatur.*
6 *Principalis,qui poterat dare alios fideiuſſores, dando
coniunctum,etiam non idoneum, excuſatur.*

Ieſu Chriſti, eiuſque Virginis Mariæ eius genitricis nominibus inuocatis. Amen.

VIdetur prima facie dicendũ præ-
dictum approbatorem ad pœnã
præmiſſam in ſtipulatione tene
ri proſuppoſito,quod dictus fi-
1 deiuſſor non ſit ſoluendo, quia
commiſſa eſt ſtipulatio pęnalis,
per tex. in l. cum oſtendimus,
§.fin.ff.de fide.& nominato.& hære.tuto.vbi dicitur,
quod approbans non idoneum fideiuſſorem tenetur
de ſuo: Et ratio eſt quia affirmando aliquem eſſe ido-
neum,

neum, fideiussori vicem substinere videtur, quæ ratio
est attendenda, cum anima sit legis, l. cum ratio, ff. de
2 bon. donat. Et cum in damno † propter mendacium
approbationis, æquum est quod ipse approbator te-
neatur ad pœnam, & ad interesse, saltem ex æquitate
legis, argum. tex. in l. si me, & titium, ff. si cert. pet. vel
saltem datur ratio in factum per totum titulum, ff. de
præscrip. verb.

Item iste approbator pp mendacium dicendo quē
esse idoneum, cum nō sit, videtur esse in dolo per tex.
3 in l. eleganter, §. fin. ff. de rei vend. † vbi conuentus a-
ctione rei vendicationis, possidēs rem, si interrogatus
negauerit se possidere, conuictus de mendacio priua-
tur possessione.

Contrariam partem tamen in casu nostro puto de
iure esse veriorem, nam prædictus approbator nō po-
test dici fuisse in dolo, dicēdo prædictum Scipionem,
qui fideiubebat pro prædicto Cæsare carcerato esse
idoneum fideiussorem, cum in processu sit probatum
prædictum Scipionem esse fratrem consobrinum præ
dicti Cæsaris, propter quam coniunctionem, & con-
sanguinitatem lex approbet, & dicat illum esse ido-
neum per tex. in l. 1. ff. de in ius uocando, vbi probat
4 tex. quod † coniunctus etiam non idoneus facultati-
bus, tamen propter coniunctionem sanguinis reputat
ipsum cōiunctum, & idoneum fideiussorem, quæ lex,
& Doct. ibi maxime Ias. & Iacob. ibi loquuntur in fi
deiussore repræsentando. Vnde prædictus approba-
tor dicendo ipsum Scipionem esse idoneum se con-
formauit cum dispositione ipsius legis. Vnde in nul-
lam pœnam incurrit, nec aliquod mendacium com-
misit.

Præterea iam est probatum in processu perquam-
plures testes prædictum Scipionem legalem, & fide-
dignum esse, atque veridicum, & bonæ frugis, quæ
legalitas semper præsumitur durare, cum de præsenti
statu præsumatur in præteritum, & in futurum, l. ex
persona, C. de probat. Vnde dicit Alber. de Rosa. in l.
1. §. si magistratus, ff. de magistr. conueni. quod siquis
est inuentus hæreticus, & de hæresi sit damnatus, &
bona eius confiscantur, emptores, qui ab eo emerunt,
si dicunt, quod tempore venditionis erat catholicus,
eisdem venditoribus incumbit onus probandi, cum
præsumatur de præsenti, quod fuit de præterito. Vn-
de stante prædicta probatione, quod prædictus Scipio
fuerit legalis, fidedignus, & veridicus tempore præ-
dictæ fideiussionis talis esse præsumitur. Vnde succe-
dit id, quod dicit Paul. de Cast. in l. si Stichum, §. fin. ff.
verb. oblig. quod ille dicitur idoneus fideiussor, qui
est legalis, & fidedignus, dato, quod sit pauper, & istā
opinionem Pau. de Cast. sequitur Mars. in ru. de fidei.
Vnde prædictus approbator bene dicit, dicendo prædi
ctum Scipionem fuisse bonum fideiussorem.

Item vt mihi præsupponitur, res stabat in maximo
periculo futuri scandali contra magnificum Capita-
5 neum, & Curiam propter † subleuationem, & coadu
nationem maxime quantitatis gentium, & ibidem a-
stantium: & vt excitetur prędictum scandalum præ-
dictus Scipio fideiussit ipsum Cæsarem præsentare,
& eodem Zalomotus prædictus approbator ad eui-
tandum prædictum scandalum approbauit prædictū
Scipionem: & ita est præsumendum, quia nemo præ-
sumitur voluntariè fideiubere, vt dicit Grammat. con
sil. 95. num. 14. in cons. ciuili.

Vltra hæc facit, quod Magnificus Capitaneus pro
eadem causa carcerauit, scilicet pro asportatione armo
rum, & prætensa resistentia facta famulis curiæ, pro
qua causa antea prædictus fideiussor fideiusserat, & ca
piendo ipsum, videtur liberasse prædictum Scipionē
fideiussorem, vt tenet Ioan. And. in addit. ad Specul.
in tit. de accus. §. sequitur videre, quem refert, & sequi
tur Gram. in cons. 66. in num. 65. vbi dicit, quod si est
datus fideiussor de aliquem præsentando in iudicio,
& postea ille pręsentandus fuit captus, & carceratus
a curia pro dicta causa, pro qua fideiussor ipse promi-
serat illum præsentare, si demum ille carceratus aufu
gerit, quod fideiussor amplius ad aliquam pœnam nō
tenetur, & maxime existentibus tot, & talibus minis
factis per prædictum Capitaneum dicens, quod vole
bat ipsum suspendere, quæ minæ fuerunt sufficientes
ad faciendum ipsum aufugere. Nimirum, cum non
teneatur in aliquo principalis, nec eius fideiussor, nec
approbator tenetur, cum destructo principale destrua
tur, & accessorium, l. Labeo, ff. quemadmodum serui-
tus amittatur, cum multis alijs similibus.

Non obstant in contrarium allegata. Et primo nō
obstat, l. cum ostendimus, §. fin. supra allegat. quia ibi
est casus spe talis fauore pupillorum, nimirum si ap-
probator teneatur, vt dicit ibi Albe. de Ros. quod non
erit in alia promissione, seu in alio casu.

Nec obstat l. eleganter in §. fi. cum l. sequenti, quia
ibi iam constabat de dolo, & enim fraus, & dolus ne-
mini debet patrocinari, cap. 1. de eo, qui cogno. consan
gui. vxor. suæ, vt in casu nostro, nullus dolus fuit ad-
hibitus. Immo simpliciter, & bona fide approbator
6 dixit prædictum Scipionem idoneum † fideiussorem
esse, stante coniunctione maxime consanguinitatis ip
sius Scipionis cum prædicto carcerato, quo casu dici-
tur idoneus per ea, quæ dicit Pau. de Castro in d. l. 1.
ff. de in ius vocan.

Et tanto magis prædictus approbator non tenetur
ad aliquam pœnam, quia in asserta fideiussione non
reperitur principalis obligatus, sed prædictus fide-
iussor quo casu talis obligatio sine principali non va
let, cum sit accessoria ad principalem, ut tenet Bald.
in cons. vigesimosexto, in primo volumine, columna
secunda, Glo. in l. sciendum, ff. de verborum obligat.
& in l. si hæres pecuniam, ff. ad Trebel. Ex quibus
omnibus intrepide teneo prædictum approbatorem
in aliquo non teneri, sed absoluendum esse a prætten-
sis pro parte Curiæ coadiutoris, & amplius non esse
molestandum, & ita de iure censeo Ego Petrus Enri
quez V. I. D. saluo, &c.

CONSILIVM XI.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium habentes, & authoritatem super bono pu-*
blico possunt statuta condere.
2 *Priuilegium reale transitorium est ad heredes, secus si*
personale.
3 *Priuilegiorum verba, quatenus sunt contra iuris dispo-*
sitionem, non sunt extendenda.
4 *Priuilegia ex causa officij alicui concessa censentur per-*
sonalia, & non transitoria ad haredes.

5 In-

5 *Industria personæ ad aliquem actum electa non transit ad hæredes.*

6 *Exceptio carentiæ actiones impedit litis ingressum.*

7 *Exceptio carentiæ impedit actionis compromissum.*

8 *Mala fides defuncti nocet hæredibus.*

9 *Malam fidem allegantı, incumbit onus probandi.*

10 *Debitum actione personali non censetur esse in mala fide si non probetur interpellatum fuisse ab eius creditore.*

11 *Hæredes possunt præscriptiones inchoare post mortem auctoris a seipsis non obstante mala fide defuncti au ctoris.*

12 *Hæredes præsumuntur esse in bona fide, & possunt præ scribere, quia possunt prætendere iustam ignorantiam malæ fidei defuncti.*

13 *Medium datur inter bonam fidem, & malam fidem, idest non mala fides.*

14 *In præscriptione alicuius iuris, in quo non requiritur ti tulus, & sufficit bona fides defuncti auctoris, mala fides non nocet.*

15 *Titulus non requiritur in præscriptione actionis personalis.*

16 *Officialis tenetur obseruare statuta iurata per ipsum in ingressu officij.*

17 *Statuta condita ab aliqua Ciuitate, vel terra debent confirmari à superioribus.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi, eiusque gloriosæ Virginis Mariæ, ac beati Hieronymi suffragia semper implorantur.

DVo sunt principalia dubia, quæ elleciuntur ex puncto hoc. Primum; annquid stantibus verbis aliquibus in cædula venditionis communantiæ campionis, seu macelli prædicti carnium, per quæ conceditur priuilegiū emptoribus macelli, vt non currat contra eum aliqua præscriptio, tale priuilegium censeatur esse personale, non transitorium ad hæredes dicti emptoris, aut reale ad hæredes transitorium?

Secundum dubium, vtrum præsupposita mala fide ipsius emptoris, habeat notam in hæredibus suis fundantibus se in præscriptione.

Quo ad primum dubium videtur posse dubitari. Quia, ex quo videtur dictum priuilegium concessum pro interesse publico dicto emptori, ad hoc, vt facilius inueniantur emptores, vt sit maior carnium abundantia in dicta terra Gualdi iuxta notata per Bartol. in l. ambitiose, ff. de decre. ab ord. facien. vbi con-
1 cludit, quod habentes † arbitrium, & auctoritatem super bono, & pacifico statu, & vtilitate communi, possunt huiusmodi statuta conficere, & condere. Qui idē voluit in l. ait prætor. §. is plane, ff. ex quib. cau. maio. & in l. si is, cui, §. Flauius, ff. de solut. & in l. legauit, ff. de liberat. leg. & in l. 1. & in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucap.
2 Præsupponendo itaque, quod sit † priuilegium reale, videtur posse concludi, quod transitorium sit ad hæredes, vt est communis sententia, & opinio, quod realia transeant ad hæredes, secus si sunt personalia, vt latè ponitur in c. priuilegia, vbi per Dyn. & Ioan. Andr. de reg. iur. in 6. in l. quia tale, ff. solut. mat. vbi per Bar. & Doct. latissime ponitur.

Sed prædictis non obstātibus in præsenti casu nostro, vt supra præsupponitur, puto contrariam sententiam de iure veriorem esse, videlicet quod dictum statutum, seu priuilegium derogat iuri communi, inquātum, vult tollere præscriptionem de iure communi, propter bonum publicum introductam, l. prima, cum ibi not. ff. de vsucap. cum multis similibus, quæ possunt adduci. Ideoque siue velimus interpretari dictā cædulam, sequuta emptione facta per dictum Sempronium habere vim pacti, & contractus initi inter dictam communitatem, & Sempronium, de qua in l. Cæsar, ff. de publ. & vectig. per Bar. & Docto. & per eundem in l. quod semel, de dec. ab ord. fac. & in l. ciuitas, ff. si cer. pet. & ibi Doct. & in l. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam, per canon. in cap. 1. de proba. & in c. irrefragabili. de offi. ord. quia cum contractus huiusmodi tendit contra iuris dispositionem ad tollēdum remedium præscriptionis in præiudicium tertiarum personarum, debet intelligi stricte, & non trahi extra proprios terminos, & vltra quam importet proprietas verborum, l. quicquid, ff. de verb. oblig. l. si vero, §. de viro, ff. solut. matr. l. tertia, §. hæc uerba, ff. de neg. gest. l. veteribus, ff. de pact.

Vnde dicta verba supradictæ cædulæ, inquantum dicunt, quod emptori nulla currat præscriptio, debent restringi ad personam ipsius emptoris, de quo solum faciunt mentionem, & non ad hæredes, de quib. non est facta aliqua mentio in cædula, siue contractu. Nā talis extensio ad hæredes procedit ex quadam interpretatione extensiue, iuxta l. si pactum, ff. de proba. & in l. si necessitas, §. de vendendo, ff. de pignor. act. & in l. iuris gentium, §. pactorum, ff. de pact.

Cum itaque non fuit facta mentio de hæredibus, ad eos trahi non debent verba statuti, siue cædulæ, vel contractus ad tollendum eius beneficium præscriptionis a iure communi concessum eis, vel per statutum dictæ terræ disponentis. Quod si aliquod debitum nō fuerit petitum in aliqua curia, vel non fuerit vsura soluta pro dicto debito infra decem annos, a die commissi debiti, quod amplius peti non possit, & omnis actio, & obligatio sit extincta ratio: sine velimus adstringere dictam cædulam, & eius verba, & vim priuilegij, quod sui natura dicunt esse contra iuris dispositionem, l. prima, C. de thesa. libro 10. per Bar. in l. nulla, de leg. cap. 1. vbi Doct. de rescrip. & ideo verba di-
3 cti † priuilegij stricto modo intelligi, & assumi debēt, & non extendenda, l. etiam, & ibi Imo. ff. solut. matr. per l. ius singula, ff. de lega. & tamquam odiosa debēt restringi per regulam odia, de reg. iur. in 6. in capitu. dudum, de elect.

Et in indiuiduo dicitur, quod tale priuilegium nō transit ad hæredes, Doct. & Io. de Imo. in l. maritus, ff. solut. matr. l. verum in principio, & ibi Barto. ff. pro loc. & licet materia sit ampla, & multa possint adduci in articulo, an priuilegium censeatur esse reale, & transeat ad hæredes, seu personale, quod ad hæredes non transit, tractant plenè Bar. & Doct. in d. l. maritum, & in l. quia tale, ff. solut. matr. & in l. penul. ff. de seruit. legat.

leg.& in d.cap.priuilegia,de regu.iur.in 6.& in alijs iuribus,de quibus vt supra.

Tamen ad propositum nostrum ex doctrinis doctorum in locis supra allegatis elicio vnam, & veram conclusionem, & indubitatam, & communiter retentam, quòd vbicunque deuenitur ad aliquam conuentionem, seu priuilegium ex causa officij alicui concessi, seu iniuncti: Tunc talis con-
4 cessio, † seu stabilitio censetur personalis ad hæredes non transitoria, iuxta ea quæ habentur per Doctor. in dicta leg. quia tale, & in leg. cuius, ff. de curat. furios. & in leg. penultima, ff. de nundinis, & habetur, in l. diem proferre, §. primo, ff. de arbitr. & in capitulo primo, de legato, de officio deleg.& facit quod habetur in c.quoniam, Abbas eod.titu.

In præsupposito nostro dicta uenditio est facta per dictam communitatem dictæ terræ Gualdi dicto Sempronio emptori dicti macelli ex causa officij, & tanquam officiali uendendarum carnium dicti macelli: est enim officium illud, quod alicui conceditur in exercendo aliquid pertinens ad publicam vtilitatem, seu iurisdictionem, l.1.& ibi Doct. ff.de iurisdic. omn.iud.& per Canon.in rub.seu in capit.1. de offic. legat.

Erat itaque dictus Sempronius officialis dictę communitatis Gualdi deputatus ad illud officium, & exercitium artis macelli, cuius quidem macelli officiũ non erat transitorium ad hęredes, & ideo concessio sibi facta sub nomine officij, tanquam emptori ad terminos, in quibus dicto capitulo quoniam Abbas, non fuit transitorium ad heredes.

Ex quibus concluditur quo ad primum dubium, omissis multis alijs, quę posśũt adduci in articulo prędicto, an priuilegium,& conuentio fuerit realis, uel personalis, ut diffusè tractant Docto. & ponunt in iuribus, de quibus supra, quod in casu isto fuit merè personale,& sic ad hæredes non transitorium, non autem reale.

Potest etiam adduci alia doctrina, quæ est, quando electa est industria personæ, non permittitur transitus ad hæredes, l.inter artifices, de solut. ubi Barto.& Docto.l.finali, §.ne autem, C.de caduc.toll. vbi Bald. & alij.

5 Ex quo enim fuit industria personæ dicti Sempronij electa non nominatis hæredib. Nequaquam debet fieri transitus ad hæredes, neque suos, neq. extraneos, quia ita declarant Doc.in dicto articulo, quando fiat, & quando non fiat transitus ad hęredes, quod iudicantur a pari hæredes sui,& extranei, & sic stat conclusio circa primum quęsitum, quòd dictum priuilegium, siue conuentio fuerit personale, seu personalis, & non reale, siue realis,& ad hęredes non transeat: & ideo dicti conuenti allegando exceptionem pręscriptionis diuersam post mortem dicti Sempronij contra hæredes ipsius, habẽt intentionem fundatam tam in iure ciuili communi, quam in municipali, cuius pręscriptionis vigore ex dispositione dicti statuti in pũcto præsuppositi omnis obligatio & actio, quę competebat dictis hæredibus Sempronij, exhibito contractu cum dicto Sempronio, fuit,& est extincta, ut est casus decisus in dicto statuto, Ibi, quòd si aliquod debitum non fuerit positum in aliqua curia, uel non fuerint usuræ solutę pro dicto debito infra decẽ annos à die contracti debiti,& peti potuit, quòd amplius peti non possit,& omnis actio, & obligatio sit extincta: quod statutum de iure communi est seruandum in loco, l.omnes populi, ff.de iustit. & iur. cum alijs vulg. & cæt.

6 Et quando exceptio tibi non competit, actio impeditur litis ingressum,& litis contestationem. l. si pupillus, §. videamus, ff. de neg.gest. & per consequens cõpromissum, iuxta vulgarem doctrinam Bald. in l.fratris, C.de transactio.& in l.si iudex, ff.de his qui sunt sunt sui, vel alie.iur. & Doctor.moder.ponentes exce-
7 ptionem impedientes litis ingressum, & per † consequens compromissum, ponunt præfatam exceptionẽ in l.legante,§.si quis post, ff.de condit.indeb.& statutum de compromissis in dicta terra specialiter disponit, quod possit ad impediendum compromissum opponi per reum conuentum, vltra alias exceptiones, exceptio præscriptionis præmissæ ex forma statutorũ dictæ terræ,& omnis exceptio per quam quis non debeat audiri secundum formam statutorum, & sic sumus in casu claro stante dicto statuto, vt supra in puncto præmisso.

Non obstante adducta supra in contrarium partem, quia illa procedunt in pacto, siue priuilegio reali ad hæredes transitorio. Nos autem sumus in personali puncto, seu priuilegio stricto modo intelligendo,& absumendo, non autem extendendo, vt supra est ostensum.

Ex quo illa cædula disponit contra iuris dispositionem tanquam odiose, & stricte intelligenda: non autem amplianda per iura superius adducta, & allegata, & sic est resolutum primum quæsitum in fauorem dicti Titij, contra hæredes Sempronij.

Quod autem ad secundum dubium, seu quæsitum, videtur esse decisum per leg. cum hæredes, cum his, quæ ibi ponuntur per Docto.ff.de diuer. & tempor. præscript. & ea quæ habentur per Modern. & maximè per Imol.& Abba. simil. in capitulo si obligati, de præscrip.

8 Quod † mala fides defuncti hæredibus nocere solet dicti Titij. Quia posito (sine præiudicio veritatis) quod probaretur ex processu mala fides, attamẽ cum
9 illa absolutè non pręsumatur, ideo illam † allleganti incumbit onus probandi, iuxta posita in l. celsus, vbi Bartol.& Doctor.ff.de vsucapio. & in capitulo cum ecclesia, de caus.possess.& proprieta. in dicto capitulo si diligenti,& in capitulo finali, de præscriptio. in regu.possessor malæ fid.de regu.iur.in sexto, vbi per Io. Andr. qui videtur tenere,& probare, quod debitor in
10 actione † personali non censetur esse in mala fide, si non probetur ipsum fuisse, & esse interpellatum, & requisitum a creditore, vnde possemus satis vrgenter in proposito nostro dicere, quòd in processu non sit probata dicta interpellatio, seu requisitio, & constitutio dicti Titij in mala fide, & sic esse extra dubium quòd mala fides Titij haberet nocere suis hęredibus.

Tamen non stando in hoc fundamento, quod non est debile, sed multum vrgens, possumus
11 etiam clarius dicere, quod † dicti hęredes Titij non viendo aliquo adminiculo, & accessio-

ne temporis dicti Titij, prout aliquando vtuntur hæ-
redes, iuxta ea, quæ traduntur in leg. Pomponius, §.
cum quis adminiculo, ff. de acquirend. possessio. & in
dicta l. cum hæredes, & in pluribus alijs, quas breui-
tatis causa ad præsens omitto, volunt inchoare præ-
scriptionem a seipsis imputantur tantum tempora sua
post mortem auctoris defuncti, quod possunt, & præ-
12 scribunt † non obstante mala fide defuncti auctoris
iuxta singularem doctrinam, quæ fuit domini Anto-
nij de Butr. in dicto capitulo finali, de præscrip. quam
recitant, & sequuntur Doct. communiter, & maximè
Moder. in d. capitulo fina. & in d. capit. si diligenti, &
in l. sequitur, §. viam, ff. de vsucapio. quòd vbicunque
hæredes computant in præscripi. quem allegant tan-
tum suo tempore inchoãdo præscriptionem post mor
tem ipsius defuncti, quia præsumũtur ipsum fuisse in
bona fide ex quo possunt pretendere iustam igno-
rantiam malæ fidei dicti auctoris defuncti, l. fin. cum
concord. suis, ff. pro suo. Ideo dicebat præfatus Anto-
13 nins de Butr. quòd est dare medium † inter bonam fi
dem, & malam fidem, idest non malam fidem ponen
do exemplum in hærede ignoranto malam fidem sui
auctoris defuncti.

Ideo secundum eũ possunt hęredes dicto casu prę-
scribere, & ex præscriptione optimè releuati, non ob-
stante mala fide auctoris defuncti, & iste est casus no-
ster: quia non probatur aliqua scientia dictorum hære
dum dicti Titij, post cuius mortem decursi sunt anni
vigesimiseptimi, vel circa, vt præsupponitur in pun-
cto ibi dictus debitor Titius iam sunt vigesimioctaui
anni elapsi, vel circa, quod decessit viuente supradicto
emptore, & sic & creditore, & sic est duplicata præ-
scriptio statutaria, vt supra fuit deductum in primo
dubio.

Concluditur ergo, quòd dicti hæredes per exceptio-
14 nem † dictæ præscriptionis statutariæ præmissæ à sta
tuto præmisso, releuantur, non obstante, quod proba-
ta esset mala fides dicti Titij, quam tam non puto
probatam, vt supra, & illud indubitatum in iure esset
si prædicti Titij hæredes adiuissent, & hæreditatem
suscepissent, cum beneficio legis, & inuentarij, & es-
semus omnino extra dubium, quod mala fides Titij
non noceret eis. Doctrina notabilis est, quam refert,
& tenet Alexand. de Imo. in d. l. Pomponius, §. cum
quis adminiculo, circa septimam, & octauam colum.
ff. de acquirend. possessio. sed quia in puncto præmis-
so non præsupponitur de dicta additione hæreditatis
cum beneficio legis, & inuentarij, non examinando
aliter hunc articulum de beneficio legis, & inuenta-
rij. Addo prædictis quod tenent Docto. quòd quando
sumus in præscribendo aliquod ius, & sumus in casu,
in quo non requiritur titulus, & sufficit bona fides,
tunc mala fides auctoris non nocet successori, vt col-
ligitur ex dictis Cyn. Bar. & Bald. in l. vitia, C. de ac-
quirend. possessio. & transeundo cum Canonistis, &
cum opinione Dyni, quod de æquitate Canonica non
habeat locum, dicta l. cum hæredes, & per Bald. in l.
nihil, C. pro hæred. & sequitur Alex. in d. §. cum quis
adminiculo.

In casu autem nostro, in quo agimus de præscriben
15 do contra actionem personalem, non † requiritur ti-
tulus, vt declarant Docto. prædicti, & maximè stante
dispositione dicti statuti de præscriptionibus, de quo
supra, quod statutum est in viridi obseruantia quan-
tum ad hæredes fundãtes se in pręscriptione propria,
& dictum est obseruandum in curia domini Capita-
16 nei, qui iurauit statuta † seruare iuxta Authen. hodie,
cum ibi nota. C. de iudi. & per Doct. in d. l. omnes po
puli, ff. de iust. & iur.

Præterea posset etiam dici quod statutum prædi-
ctum, de præscrip. quod est statutum populi dictæ ter-
ræ Gualdi confirmatum per capitula, & indulta Apo
stolica, non de facili sit sublatum per dictam cædulã
campionis Macelli.

Quæ quidem cædula in præfato puncto non præ-
17 supponitur, quod fuerit † confirmata per superiorem,
& ideo non est efficax in præiudicium tertiarum per-
sonarum, posito, quod trãsiuerit in vim priuilegij, seu
contractus inter vendentem, & dictum emptorem, l.
si unus, §. inter omnia cum concordantijs, ff. de pact.
& colliguntur ex dictis Barto. in dicta l. omnes popu
li, in quæst. de habentibus potestatem condendi statu
ta, ex quibus omnibus concludendum puto in fauo-
rem dictorum hæredum prædicti Titij, ut releuentur
prædicta exceptione præscriptionis statutariæ ad ex-
cludendum prædictos agentes, & à petitione prædi-
cti compromissi, & ita consulo non esse compromit-
tendum, saluo, &c.

Petrus Enriquez Hispanus V. I. D.

CONSILIVM XII.

SVMMARIVM.

1 *Principaliter quod agitur inter partes considerandum est ad cognoscendum, quæ species contractus sit.*
2 *Modus nunquam præsumitur causa finalis.*
3 *Causa, vel modo desiciente per casum non habet locum repetitio, nec conditio ob causam.*
4 *Mora non potest esse sine culpa, & factum culposum dicitur in omittendo.*
5 *Conditio ob causam datur propter culpam, vel moram.*
6 *Vxor cogitur sequi virum, & non potest seorsum habitare.*
7 *Vxor est in potestate viri, quo ad industriam, & residentiam, & calamitates, & fortunam.*
8 *Uxor non est in potestate sui, nec est domina corporis sui.*
9 *Conditiones mixtæ, & potestatiuæ habentur pro impletis, si impediantur adimpleri facto tertij iustè impedientis.*
10 *Argumentum validum est in iure de vltimis voluntatibus ad contractus.*
11 *Reseruatio vsufructus inducit translationem proprietatis, & possessionem Ciuilis.*
12 *Ignorantia præsumitur in facto alieno.*

Adsit

Adsit nobis gratia sancti Spiritus, & Beatissimæ Virginis Mariæ, Amen.

QVædam mulier vetula donauit omnia bona sua cuidam nepti suæ ex filio natæ reseruatis sibi quibusdam bonis pro facultate testandi, & reseruato sibi vsufructu durante eius vita prædictorum bonorum, & donauit irrenocabiliter inter viuos non sub aliqua spe, vi, metu, sed sponte pactis, & conditionibus adiectis, quòd donataria alere debuisset, & gubernare eandem donatricem, & cum ea habitare, & eam bene tractare, &cæt.

Et presupponitur, vt probatum est per testes, quòd dicta donatrix maritauit dictam donatariam, quod hoc non poterat ignorare prædicta donatrix.

Item est probatum, & per partem aduersam confessatum, qualiter prædicta donataria incæpit adimplere pacta in prædicta donatione apposita, & sic habitare cum prædicta donatrice, cum qua commorata est ferè per quinque annos: sed quia superuenerunt inimicitiæ capitales eius viro in castro, in quo extat domus prædictę donatricis, taliter quod fuit coactus maritus prædictæ donatariæ recedere a prędicto castro, ne interficeretur, & secũ duxit vxorem, videlicet prædictam donatariam.

Item præsupponitur, vt est probatum, quod ante præsens iudicium motum, non fuit aliàs dicta donataria, nec in mora constituta.

Item præsupponitur, quòd maritus donatariæ non vult, quòd donataria eius vxor habitet seorsum à se, vt per instrumentum productum patet.

Istis præsuppositis primo videndum est, quæ donatio sit illa, an simplex, & mera donatio inter viuos, an donatio ob causam, & si est simplex, an possit ex aliquo capite reuocari, & quando esset donatio sub modo, vel ob causam, an in casu nostro, vel ex capite pœnitentiæ, vel per conditionem ob causam, vel per l. siquis maior, C. de transactione, vel per remedium, l. prima. C. de donatio. quæ sub modo, possit reuocari.

Et deueniendo ad primum dico, quòd dicta donatio est simplex, & pura donatio inter viuos, & non ob causam, & hoc probatur, nam ad † cognoscendum, quia species contractus sit, considerari debet, quod principaliter inter partes agitur, l. si quis nec causam, ff. si certum petat. l. Aristol. ff. de donat. & ibi Bartol. Sed in casu nostro intentio donantis fuit simpliciter donare, merè, liberè, & purè, & irreuocabiliter, vt patet ex verbis contractus supra præsuppositi, merè, & liberé, & hoc maximè, quia attento illo modo de gubernando donatricem vetulam, maius emolumentũ donatur, quam sit hoc grauamen, ex quo comprehenditur, quòd sit donatio simplex, argumen. l. cum te cum glo. ibi, C. de pactis inter emptio. & vendit. iuncto tex. in l. ea conditione, C. de rescinden. vend. qui duo simul iuncti hoc probant, & in dictis iuribus hoc firmant Cyn. & Bald. & maximè in l. secunda, C. de rescinden. vend. & Iason. tangit in l. dedi, in penultima columna, ff. de condit. ob causam, Corn. in consilio 102. per totum, tertio volumine. Et quòd nõ censeatur donatio ob causam, sed pura, & simplex, confirmatur per id, quod vltimo dicitur de reseruatione vsufructus & de appositione iuramenti, consideratis etiam renunciationibus positis in dicta donatione, & verbis illis sub pact. & conditio. quæ non sunt causæ finales, sed impulsiuæ, & hoc probatur per testes, qui dicunt, quòd verè donauit irreuocabiliter, vt maritaretur dicta donataria, & maximè, cum in
2 dubio modus † nunquam præsumatur causa finalis, dicta leg. ea conditione per Corn. in consilio prædicto centesimosecundo, in litera B. carta 117. & allega. Bartol. Angel. in l. si fundum, §. Iulianus, de legat. primo, & ibi Imol. & sic constat ex prædictis prædictam donationem esse simplicem, & puram, & quòd verba supradicta non faciunt causam finalem, unde cum sit donatio pura, & sic contractus innominatus, & stipulatione uallatus, vt hoc est notissimum, non potest reuocari propter pacta non seruata, cum non faciant causam finalem, ut supradictum est, sed debet agi ad obseruantiam pactorum ipsorum, l. finali, ff. de conditio. ob causam alleg. l. si ea conditione: & ita concludit Corn. in consilio 102. carta nonagesimanona, litera X. in secundo volumine.

Et quia per supradicta conclusum est hanc donationem esse puram, & non modalem, cum verba prędicta non sint causa finalis, & propterea non possit ex defectu talis causæ non finalis reuocari, non esse ulterius insistendum.

Sed præsupposito, & non concesso, quod esset donatio modalis, an tunc possit reuocari in casu nostro?

Et uera conclusio Doctorum est, quòd quando modi, & causæ adiectæ facerent causam finalem, quia nõ aliter quis esse donaturus, quod non fuit in casu no-
3 stro, quod tali casu, si causa, † vel modus deficit per casum, non habet locum repetitio, uel conditio ob causam, ut per Bartol. & Salyc. in l. si pecuniam, in principio, ff. de conditio. ob causam, & ibi probat tex. in §. primo, uersiculo, sed si Srichus, & est text. in l. pecuniam, C. eodem, & ita firmat Corn. in secundo uolumine, consilio 102. in litera Q. in tertio uolumine, etiam si casus causetur ex facto tertij, ut dicit Bald. in dicta l. pecuniam.

Sicut in simili dicimus, quòd quando pater tenetur alere eius filium, non tenetur extra domum alere, nisi iusta causa interuenerit, Alberic. de Rosat. in l. si quis adhibetis, §. si quis ex his, ff. de libe. agno. Sed sic est quod dicta donataria incepit habitarecum donatrice, & cum ea stetit per quinquennium. Item quia est in potestate uiri, ut est probatum. Itẽquod uir noluit, ut apparet per instrumentum, & quodplus est quod interuenit iusta causa, uidelicet inimicitiarum capitalium, propter quas uir non potest stare sine periculo mortis cum dicta donatrice, & quod peius est (ut per testes probatur) maritus donatricis expulit ipsã donataria de eius domo, in qua habitat donatrix, & nõ vult

permittere illam accedere ex quibus patet, quod non stetit per donatariam, sed per maritum donatricis, qui eam expulit, & consideret quilibet iustus iudex, & bonus vir, si est verisimile, quod nepus ex filiano sit stare cum auia, a qua habuit tot bona. Item consideret si quo quomodo fieri potest, quod aliqua persona vadat ad habitandum cum vxore mea, me inuito, & in domo mea.

Consideret etiā si est aliqua culpa, seu mora in prædicta donataria, quia mora † non potest esse sine culpa,
4 & dicitur factum culposum in omittendo, vt tenent Doct. in l. mora, ff. solut. matr. & in l. omne debitum, ff. de re milit. & ibi Alex. & si non est in mora, vel cul
5 pa non competit conditio ob causam, quæ † propterea datur propter culpam, vel moram, vt d. §. Stichus, d. l. pecuniam, & Corn. in locis præallega. maximè in 3. vol. cons. 252. car. 232. in cons. 103. eod. vol. eo maxi-
6 mè, quòd vxor † cogitur sequi virum, & non potest seorsum habitare, l. consensu, §. vir quoque, C. de rep. & in l. 2. ff. de lib. exhiben. Spec. in tit. qui fil. sint legiver. si vero absente, vbi dicit, quod sine licentia viri nō potest se absentare ab eo, etiam si vir sit excommunicatus. Idem Spec. & Io. And. in addit. in tit. de dona. inter vir. & vxor. §. fi. vers. quid si vir est in banno, uel excommunicatus, & dicit Bal. in l. si vxor, C. de con-
7 dit. insert, quod mulier † quo ad tria est potestate viri videlicet in industria, in residentia, & in calamitatib. & fortuna, l. si cum dotem, §. si maritus, ff. sol. mat. Itē vxor dicitur famula viri, c. hæc imago, 33. q. 5. & capitulo sequenti, & est una caro, cap. debitum, de bigam. & quos Deus coniunxit homo nō separet, Matthæus Euangelista, decimono capitulo, & Marc. 10. & transumptiue in cap. quos Deus, 33. quæst. vltima. Item sunt socij diuinæ, & humanæ domus, not. Paul. in l. prima, ff. de re amo. l. aduersus, ff. de crim. expil. hære. & dicit Apostolus: Estote subiectę viris, ut recitat Alexand. in consilio trigesimotertio, in principio, secunda columna, in quarto volum. & matrimonium est consuetudo maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, seu habens: & sic per
8 prima concluditur, quòd † mulier non est in potestate sui, nec est domina corporis sui, & tenetur velit, nolit, sequi virum suum, & cum eo cohabitare, & cum per prædictam donatoriam non stetisset cohabitare cum donatrice, sed propter inimicitias capitales ortas inter eius virum, & alias personas de quibus in processu est probatum, dictus modus, vel causa habetur pro completa, vt dict. §. stichus, & dicta l. pecuniam, Bal. in l. si statuas, ff. de cond. & demonstra. & in l. in testamento, ff. eodem titulo quibus iuribus cauetur, quod
9 quando † modi, seu conditiones mixtæ, seu mixtæ, & potestatiuæ, seu potestatiuæ impediuntur facto tertij iuste impedientis, ut in casu nostro, cum propter eius maritum prędicta donataria non possit habitare cum prędicta donatrice, prædicti modi, seu conditiones habentur pro impletis, vt in dictis iuribus, & ibi Bartol. & alij Doctores, & maximè Socin. in l. quibus diebus, §. Termilius, in quarta columna, versiculo tertio. Infertur, ff. de condi. & demonstra. & licet Doctores, & prædicta iura loquantur in vltimis voluntatibus,

Tamen idem est in contractibus cum de vltima vo-
10 luntate † ad contractus sit validum argumentum, l. seruum filij, §. cum qui chirographum, de leg. primo, Bart. in l. si cum filius, §. Titio, versiculo vbicunque dixi, ff. de donat. l. si ex legati causa, & l. ita stipulatio, versiculo Sabinus, ff. de verborum obl. & d. l. pecuniam, Corn. in consilio 102. sæpius alleg. Ias. in l. si creditores, C. de pact. numero sexto, nisi vrgens ratio diuersitatis insit per tex. in l. si ex toto, §. primo, ff. de legat. primo.

Et cum dicta donatrix maritauit dictam donatariā, vt probatum est per testes, sciuit, & scire debebat, quod debebat tanquam vxor stare cum eius viro velit, nolit, & propterea faciendo apponi dla verba de alimentando, & gubernando debent interpretari secundum qualitatem prædictam, scilicet in quantum possit arg. l. plenum, §. equitij, de vsu, & habit. l. pater seuerinam, in princ. & §. conditionem, ff. de cond. & demon. l. & sic donatrix intelligitur, & præsumitur eo hoc consensisse, vsquatenus donataria potuisset de uoluntate viri, eatenus teneretur, quod fecit dū potuit, quia iam stetit per quinque annos, sed fuit coacta postea recedere ex causa inimicitiarum, quos habebat eius maritus.

Et similiter dicitur de alimentis, quia probatum est, quod donataria nihil habet, & donatrix in prædicta donatione reseruauit sibi vsufructum suorum bonorū dum viueret, vnde sciens donatrix, ut coniuncta persona, quod donataria nihil habebat, intelligitur uoluisse quòd prædicta verba intelligerentur quo ad gubernium, & quatenus prædicta donataria potuisset alimentare, & non aliter, argumen. prædictæ l. plenum, & ita in simili casu nostro firmat, Corn. in consi. 252. in litera R. in fine, car. 230. in tertio volumine.

Et ad confirmationem quod ad præsens donatio fuerit simplex, & pura, facit, quod dicit Corn. in consilio 229. litera S. car. centesimaoctuagesimaquarta, uo-
11 lumine primo, quod † reseruatio vsufructus inducit traslationem proprietatis, & possessionis ciuilis, vt in casu nostro,

Cum igitur in donatariam dominium, & possessio sit translata, & sit domina, ergo donatio perfecta est, vnde modi adiecti non faciunt causam finalem, meritò non dator repetitio.

Et si dicatur in donatione quòd donataria donationem, & possessionem consequatur post mortem donatricis, intelligitur de possessione actuali, & naturali tantum: Vel illa verba post mortem intelligūtur quo ad fructuum perceptionem, & non quo ad dominij translationem,

Nam potest stare, quod quis sit dominus, & permittat alterum uti, & frui fructibus: Et doctrina Bartol. in §. Termilius, § allegat debet intelligi, quando actum est, ut contractus non ualeret, nisi prius adimplerentur promissa,

Sed in casu nostro nō ita fuit uoluntas donatricis, Immo uoluit a principio quod donatio ualeret, & illa uerba subiecta postea post mortem, Intelliguntur quo ad fructus, ut supra est dictum.

Ex quibus concluditur, quod donatio est perfecta, & non potest reuocari, nec per pœnitentiam, per l. Aristol. ff. de donat. licet fuerit ob causam, Corn. in dicto consilio quia est contractus nominatus, ut in in supradictis concilij concilijs, nec potest reuocari per conditionem ob causam, etiam si esset donatio modalis, quia non stetit per habentem implere modum, ut supra.

Item

Item non poterit reuocari per remedium, l. 1. C. de reuocan. donat. quia illa lex loquitur quando quis noluit alimentare, sed in casu nostro ista non potuit, ergo excusatur.

Item non potest reuocari per remedium, l. si quis maior, C. de transact. quia illa l. requirit dolum, non solum culpam, vt ibi dicunt Doct. sed ista donataria est aliena a dolo, & culpa, meritò in ea non militat dispositio prædictæ legis.

Vnde concludendo, quòd cum donatio non possit reuocari ex quatuor supradictis remedijs, & nullum ipsorum habeat locum in dicta donataria, merito prædicta donatio non potest reuocari, sed debet iudex pronunciare firmam manere.

Et non obstant testes partis aduersæ, & primo dum dicunt de infirmitate huius vetulæ, nam non deponunt de usu. Item non deponunt, quod donataria sci-
12 uerit, & in facto alieno præsumitur ignorantia, & ita concludit Cor. in cons. 152. in 3. volu. in litera supra allegata.

Item non est probata interpellatio, & si testes deponant, quod dixerunt donatariæ, iudex consideret tempus, quando testes dicunt se dixisse, & inueniet quòd fuit post inchoatum iudicium, facta bona consideratione, & calculatione mensium, & sic non est probata aliqua culpa donatariæ. Immo per testes donatariæ, & donatricis probatum quod donataria ista non est in aliqua culpa propter factum viri, & prohibitionem factam per virum dictæ donatariæ. Item propter inimicitias, ut supra est conclusum, & ita de iure sentio, &c. Laus Deo, & beatæ Mariæ Virginis eius genitrici. Amen.

Petrus Enriquez Hispanus V.I.D. Consultor, &c.

CONSILIVM XIII.

SVMMARIVM.

1 *Euictio ad hoc ut competat, requiritur, ut fiat denunciatio legitima litis motæ venditori.*

2 *Denunciatio facta pupillis habentibus tutores, habetur pro non facta, si ipsis tutoribus etiam non fiat.*

3 *Emptor ad hoc ut habeat regressum de euictione nõ sufficit denunciasse venditori, sed debet appellari, & prosequi.*

4 *Pactum appositum in iuramento venditoris, se velle teneri de euictione, etiam si sibi non denuncietur, valet.*

5 *Denũciatio facta pupillo, & curatori dicitur legitima, & valet.*

6 *Actum quando quis non tenetur facere, si faciat illum minus legitimè, valet, & tenet, & habetur pro facto eo modo, quo fieri poterit.*

7 *Emptor non tenetur denunciare litem venditori, quando constat notorie venditorem non potuisse vendere.*

8 *Fideiussor conueniri potest, si notorie constat, principalem non esse soluendo, sine aliqua alia discussione.*

9 *Actio non oritur, vbi non est obligatio.*

10 *Discussio contra principalem de iure regni non requiritur quando agitur contra tertium possessorem.*

11 *Argumentum a contrario sensu non est sumendum, quando resultat prauus intellectus.*

12 *Reseruatio facta per iudicem non producit effectum, si nec fuerit ratificata.*

13 *Hypothecaria actione agens contra tertium possessorem, debet probare de dominio.*

Omnipotentis Dei suffragio implorato. Amen.

IN causa Sempronij duo principaliter sunt videnda. Primo, an competat actio dicto Sempronio de euictione, & si Sempronius obseruauit omnia, quæ obseruaturus erat pro habendo recursu de euictione contra venditorem: quia si non obseruauit, non potuit agere hypothecaria contra tertiũ possidentẽ ratione hypothecæ.

Secundo est videndum, dato quòd obseruauit, an in casu nostro, ei competat actio hypothecaria contra tertium possessorem.

Quo ad primum, Dico, quòd Sempronius obseruauit, & fecit omnia, quæ facturus erat pro habendo
1 prædicto recursu de euictione: Nam † ad hoc vt alicui competat euictio, requiritur, quod sit facta denunciatio litis motæ venditori, & quod fiat legitimè, text. est in l. prima, C. de per. & comm. rei vend. & in ca. 1. de empt. & vend. & per omnes in l. non solum, §. mortæ, ff. de oper. nou. nunc. Et quòd fuerit lis mota, prædicto Sempronio super medietate vineæ euictæ, apparet per processum præsentatum.

Item quòd fuerit euicta, & sublata a manibus ipsius Sempronij, similiter apparet per processum, & sententiam, & comparitionem factam cõtra ipsum Sempronium de dicta vinea, & apparet per confessionem illius, qui habuit vineam, vt in processu.

Restat videre, an fuerit legitimè denunciatum venditori, vel eius hæredibus, & iudice de lite mota. Et prima facie videtur dicendum quòd non, quia præsupponitur quòd hæredes venditoris sint pupilli: sed
2 talis denunciatio † debuit fieri tutoribus pupillorum, sub cuius tutela sunt, & fuit facta ipsis pupillis, ergo habetur pro non facta, & non potest agere de euictione, l. emptor fundi, & l. si controuersia, ff. de euict. & hoc non fuit factum, ergo denunciatio non valuit: & cum non valuerit, non potuit, nec potest prædictus Sempronius agere de euictione, vt iuribus superius allegatis.

3 Item emptor, vt † habeat regressum de euictione, non sufficit defensasse causam, & non sufficit denunciasse venditori, sed debet appellare, & prosequi, l. Herennius, §. fi. ff. de euict. no. in l. 1. C. de peri. & comm. rei vend. & l. si ideo, & quod ibi no. Doct. ff. de euict.

Sed Sempronius non prosecutus est appellationẽ, ergo non potuit agere de euictione, & in consequentiam non potuit agere hypothecaria.

Supradictis tamen non obstantibus cõtrariam sententiam veriorẽ esse de iure arbitror, & quòd dictus Sempronius potuit, & potest agere hypothecaria pro pretio per eum soluto ratione, & causa euictionis sibi factæ pluribus de causis, & primo, quia venditor per pactum promisit de euictione pro se, & hæredibus
1 suis, pro † quibus etiam si non fuisset dictum: intelli-

fe ipse prædictam discussionem factam prædicto principali.& in regno vigore Pragm.dispendia litium,& c. detestantes proceditur summariè sine strepitu,& figura iudicij:ergo discussio non requiritur, Ias.in §. item: seruiana, Instit.de actio.

Nec Iudex hoc expressit, videlicet quòd possit agere hypothecaria contra tertium possessorem, nisi discusso principali:nam verba sententiæ sunt strictè intelligenda, l.fin. C.si plures vna sententia,& glo.in l. Iulianus,de condit.inde. Nec potest in casu nostro su
11 mi argumentum † a contrario sensu, quia resultaret prauus intellectus ex ipsa sententia,quia priuaret Sempronium de iure sibi quęsito,quod esse non debet,nec potest dici,quòd ita contra ius fuerit decisum, l.cum patrem,& ibi Bar.& Bald.C.de condit. infer.l. apud antiquos,C.de furt.& quando resultat prauus intellectus,non potest sumi argumentum a contrario sensu, & eodem modo,quando resultaret absurditas, Card. in Clem.prima,de iudic.glos.in l.conuenticula, C.de episc.& cler.moder.in l.1.ff.de off.præsid.

Ad aliud obiectum partis aduersæ dicentis, quòd est,& fuit facta reseruatio per iudicem,quod talis re
12 seruatio † non producit effectum, donec sit ratificata per not.per Bal.in l.ille à quo,§.si de testamentis,ff.ad Trebel. Respondetur,quod dictum Bar.procedit in reseruatione alicuius casus dubij, non declarati, & qui veniebat declarandus, & ita intelligit ibi Alex. Sed in casu nostro satis erat clarum,quòd habebat locum euictio per instrumentum prædictum Mulieris emmentis in actis productum,per quod apparebat de iniustitia venditoris, & per promissionem venditoris facta condemnatione,& restitutione vineæ per prædictum Sempronium eidem fuit statim nata actio de euictione,& hypothecaria, & sic talis reseruatio in casu nostro non est in consideratione; quia expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur,l.3.ff. de leg. 1.sed de iure fuit ablata vinea à prædicto Sempronio,& statim fuit nata actio,vt dictum est,& non est opus considerare reseruationem euictionis, quia ipsam habebat,absque eo quod iudex reseruaret.&c.

Ad illud,quod dicitur de actione subsidiaria ; & quod non potest intentari, nisi prius sit actum contra principalem, vt tenet Bar.in l.prosecutione, C.de pignor. Respondetur quòd fallit quando proceditur sine strepitu,& figura iudicij,vt per dictum Ias.in d.§. itê seruiana,& in regno non habet locum per d. constitu. si ciuiliter agens. Non obstat de cumulatione actionum contra principalem,& tertium possessorem. Nam nô est cumulata actio contra prædictos vno, eodemque tempore,sed est actum,& agitur hypothecaria contra tertium possessorem,& meritò non potest dici cumulatio actionum.

Ad aliud,quod obijcitur, & opponitur, quod non sequitur,quis est condemnatus, ergo competit actio de euictione,quia respondetur,quòd vltra condemnationem fuit restituta vinea,& consignata mulieri aetricis,ita quòd habet locum euictio. Non obstat, quod etiam dicitur,quòd tertius possessor non fuit reuocatus in iudicio euictionis,nam hoc nô est necessarium, nec reperitur iure cautum, sed sufficit, quod vindicans vineam vocauit Sempronium, qui defuit causa quantum potuit, nec cogebatur illaqua mulier uocare possessorem bonorum venditoris, nec naturalis de nunciare possidenti bona hypothecata, sed euicta vinea potuit, & potest agere contra prædictum tertium possessorem absque alia notificatione prius facta de prædicta lite.

Non obstat quod dicitur, quòd quando est facienda discussio debet pronunciari,& interloqui esse factum per Doct.Bar.in l.si.C.de act. & oblig. nam hoc non habet locum in Regno,vbi non requiritur discussio, vt dictum est,maxime in casu nostro, vbi probatur facta fuisse discussionem, & quod hæredes prædicti venditoris non sunt soluendo,ita,& taliter quod non opus est alia discussione.

13 Aliud dubium quod prædictus Sempronius † agendo hypothecaria contra tertium possessorem nô probauit de dominio tempore hypothecæ, prout tenebatur,vt tenent Bar.& alij in l.cum alienam,ff.de pign. act. Nam communis opinio est,quod sufficit probare de possessione illius, qui hypothecauerit, & ita fuit decisum in Regno,vt tenet Afflic.in decis.383. Socis conf.134.colum.1.& vol.1.Paul.de Cas. cons. 168. vol.2.Maran.in sua prac.in 4.par.dist.3. num.8. car. 17.magna impressionis. Ex quibus omnibus apparet bene fuisse iudicatum in fauorem ipsius Sempronij, & consulo patres magnifici iudicare debentis fuisse, & fore in pronunciando male fuisse appellatum pro parte partis aduersæ,ipsamque condemnandam in expensis,tamquam temerè appellantem,l.eum qui temere,de iud.ff.Lu.de Pen.in l.unica,de sump. recup. lib. Laus Deo,& Deiparæ Virgini,in sæcula sæculorum. Amen.

Petrus Enriquez Hispanus V.I.D.

CONSILIVM XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Posthumus propriè dicitur, qui post patris mortem nascitur.*

2 *Testamentum dicitur non iure factum, in quo solemnitates à iure requisitæ, deficiunt.*

3 *Institutio aliqua facta de aliquo posthumo nascituro, intelligitur non solum ex matrimonio existenti tempore testamenti, sed etiam de nato ex alio matrimonio postea contracto.*

4 *Taciti, & expressi eadem est virtus.*

5 *Dominium, & possessio continuantur in filium, patre mortuo.*

6 *Argumentum de similibus ad similia validum in iure est.*

7 *Mulier instituens duos filios hæredes, si post testamentum conditum peperit alium filium, & decessit nulla de eo facta mentione, ex quo decessit in puerperio, & alij filij sunt instituti, talis posthumus non rumpit testamentum.*

8 *Præteritio filij reddit testamentum nullum.*

9 *Institutio intelligitur de posthumo primo nascituro, & non de secundo quando verba testatoris id conniectura rifaciunt.*

10 *Præteritio filij emancipati non rumpit testamentum.*

11 Pa-

11 *Pater, & filius censentur esse una, eademque persona.*

12 *Filius in vita patris non dicitur habere ius considerabile, nec causatum in hæreditate, vel in bonis paternis.*

13 *Ventris appellatione in iure venit mulier prægnans.*

14 *In incertis, & non certis, locus est coniecturis.*

Adsit nobis sancti Spiritus gratia. Amen.

PVlcherrimus quidem casus cótingit: quidam testator, cum graui infirmitate præmeretur, suum vltimum códidit elogium iuxta formam legis, Hac consultissima, §. per nuncupationem, C. de testam. & in §. sed hoc quidem, Instit. eo. infirmus (vt dixi) corpore, & sanus mente, & nonnulla fecit legata, & filium, quem habebat in potestate, hæredem instituit vniuersalem, & filiam quoque hæredem instituit in dotem vnciarum duodecim, huiuscemodi adijciens verba. Et si contigerit vxorem meam prægnantem esse, & pepererit vnū, vel plures posthumos, eos etiam instituo hæredes vniuersales vna cum filio meo, & si posthumam vnam, duas, aut plures pariet eas instituo in æquali portione, in qua filiam meam aliam instituo.

Deo annuente conualuit, & eius vxor posthumam peperit, & quosdam superuixit annos, & iterum prædictam eius vxorem grauidam reddidit, quę quidē postea filium peperit, quem prætereundo vita decessit prædictus testator. Quæritur in præsenti casu: Nunquid hic posthumus præteritus a patre possit dicere testamentum nullum, vel ne, & illud rumpere?

Et ut clarior, & facilior pateat intelligentia, & elucescat: Duo in huiusmodi casu præmittenda censui.

1 Primum, quod posthumus † proprie dicitur, qui post mortem patris nascitur, vt tenet gl. in rub. C. de posthum. hær. instit. vel exhær. l. 3. ff. de in ius, & irrito testamento in § posthumos autem, & ibi gl. in verbo, posthumos, & ibi Bar. & Ang. in §. posthumi. instit. de exhær. lib. Bar. in l. gallus, in prin. ff. de lib. & posthu. Dicitur etiam posthumus, qui condito testamento, nascitur, a patre, & eo viuo, vt dicta l. 3. §. sed & hi. l. is, tit. de los testamentos, & ibi gl. in 6. parte, in ll. Hispaniæ: & de isto posthumo loquitur casus noster, & alijs plurimi modis dicitur posthumus, de quibus in d. rubr.

2 Secundum dicitur, quod † testamentum non dicitur iure factum, in quo deficiunt solemnitates a iure requisitæ, aut nullius momenti, cum filius qui est in potestate patris, præteritus est, & alijs modis rumpitur, & irritum fit, de quibus in l. prima, ff. de iniust. & irrit. testam. His præsuppositis quæritur. Numquid prædictus posthumus præteritus, possit dicere testamentum patris nullum. Et primo videtur dicendum non posse per tex. in l. placet, de lib. & posthum. Vbi dicitur, secundum summarium Barto. quod institutio posthumi trahitur ad omnem posthumum, etiam ex alia vxore natum, & hoc est speciale fauore institutionis, & testamenti conseruandi, & in odium præteritionis, vt dicit gl. & Bar. in d. l. placet. Ergo institutio

3 facta † de aliquo posthumo nascituro, nō solum ex matrimonio existenti tempore conditi testamenti, sed etiam de posthumo nato ex alio matrimonio postea cóntracto valet, & idem tenet gl. in §. posthumi, Instit. de exhæred. lib. in ver. institui, & hoc fauore testamenti conseruandi, ut supra dixi. Et ut actus magis ualeat, quam pereat fauore institutionis, cum institutio sit fauorabilior præteritione. Et fauores sunt ampliandi, l. cum quidam, ff. de lib. & posthu. in regu. odia, de regu. iur. in 6. ita quòd talis institutio extenditur tacitè ad prædictum posthumum ex iuris dispositione, &

4 taciti, & expressi eadem est virtus, l. cum quid, ff. si certum pet.

Secundo facit pro ista parte tex. in l. prima, ff. de bon. poss. contra Tab. vbi dicitur, quòd testamentum non rumpitur præteritione posthumi.

Tertio pro hac parte facit, nam ipsi testatori nō fuit necesse filium instituere tacitè, nec expressè, cum filius viuo patre, quodammodo sit dominus omnium

5 bonorum paternorum, & eo mortuo dominium, & possessio continuentur in filium, vt l. in suis, ff. de lib. & posthum. §. sui autem, Instit. de hæred. quali. & diff. l. cum hæredes, ff. de acquirend. poss. Et cum sit factus dominus a lege, non oportet, quod instituetur a patre, vt instit. de hæred. qual. & diffe. §. pro hærede, & non potest habere dominium nouum, cum ante ipse habuerit, quia quod meum est, amplius effici meū non potest, uidetur instit. de lega. §. si rem igitur, cum filius uiuente patre dominus paternorum existimetur, non est necesse, ut ipse iterum, & de nouo efficiatur dominus, & ideo videtur dicendum ualere, & etiam filium de præteritione, se non posse conqueri.

6 Quarto validum † est argumentum a iure de similibus ad similia, l. inter stipulantem, §. sacram, de uerbor. oblig. ff. & §. ex his itaque, insti. per quas person. no. acqui. l. properandum, C. de iud. circa princ. Faciet in simili quod disponitur in l. si mater, C. de inoff. te-

7 stam. Vbi est casus, quòd quædam mulier † instituit duos filios hæredes post testamentum conditum peperit alium filium, & discessit nulla facta mentione de filio, dicitur ibi, quod ex quo decessit in puerperio, & alij filij sunt instituti in illo testamento, quòd talis posthumus non rumpit testamentum, sed admittitur ad hæreditatem insimul cum fratribus, ac si esset hęres institutus in testamento, & sic uidetur dicendum in casu nostro fauore testamenti. Nam si pater, tempore, quo uiuebat fuisset, interrogatus si uoluisset, quòd prędictus posthumus eius filius succederet cum alijs filijs. Vtique respondidisset, quod sic, propter affectionem paternam erga filium, & si reperitur præteritus non est ipsi patri imputādum, cum erat tunc ignarus, & credebat testamentum valiturum, & prædictum eius filium non rupturum illud. Argum. text. in l. ab antiquis, C. de testam. ubi in multis legum subtilitatibus stricta obseruatio est remissa, & cum fuerit homo rusticus, & sine literarum peritia, quomodo potuit tantam ll. molem, & subtilitatem custodire in ultima sua uoluntate.

His tamen non obstantibus contrariam partem de iure veriorem esse censeo, & quòd testamentum in casu nostro sit nullum, ut ex infra dicendis apparebit.

8 Nam † de necessitate, solemnitate, & ualiditate cuiuslibet

cuiuslibet testamenti est institutio hæredis, vel exhæ
redatio filij, præteritio enim reddit testamentum nul-
lum, vt l. filiusfamilias, & l. gallus, §. in omnibus, &
l. inter cætera, ff. de lib. & posthum. cum institutio hæ
redis sit caput, & fundamentum totius testamenti, §.
ante hæredis, instit. de leg. §. in primis, Instit. de fidei-
commiss. lib. l. fin. ff. de iure, Codi. l. proximè, ff. de his,
quæ in testamento delentur, l. prima, in fi. ff. de vulg.
pupil. substit. tex. in prin. de exhær. instit. Cum ergo fi
lius iste reperiatur, nec institutus, nec exhæredatus, &
sic præteritus, meritò prędictum testamentum est nul
lum, & cum alius filius reperiatur institutus, videtur
ipsum patrem prætereundo hunc filium ex præsum-
pta eius mente voluisse ipsum exhæredare, & quòd
non haberet partem hæreditatis, nam si voluisset, vti-
que potuisset facere secundum testamentum, & rum-
pere primum, argum. §. posteriore, Institu. quib. mod.
testam. infir. l. prima, ff. de iniusto rup. irr. testamento,
vel potuisset dicere fili mi hæres esto, prout dicitur in
l. prima, ff. de hær. inst. dummodo fecisset mentionem
de validitate testamenti, & non secutum fuisset hoc ab
surdum, quod posthumus rumperet testamentum pri
mum, & magis peccauit, & actum impietatis fecit
prætereundo filium iam natum, & quem vidit, & co-
gnouit, quam si præterijsset filium iam nasciturum,
cum ergo sit peccatum in forma, quæ quidem requirit
institutionem, vel exhæredationem in testamento, &
quod nullus prætereatur, quæ non fuit seruata in præ
senti testamento, testamentum prædictum erit nullũ,
cum curare debeat testator filium instituere, vel exhæ-
redare, tex. in princ. insti. de exhær. lib. vbi dicit tex. in
l. filio præterito super allega. quòd si filius præteritus
auocat partem hæreditatis a fratribus, quod testamen
tum est nullum, & non debentur legata, nec liberta-
tes, vbi Bar. vbi dicit, quod præteritione alicuius filij
rumpitur testamentum, similis est tex. in Auct. vt cũ
de appell. cognoscitur, §. aliud, & §. sequen. & §. sunt
igitur qui dicit quod ex causa præteritionis, vel exhære
dationis sine legitima causa, de quibus in d. Auct. §.
causis irritum est testamentum.

Non obstant in contrarium adducta: Et primo non
obstat, l. placet supra alleg. vbi institutio posthumi ex
tenditur ad omnem posthumum, quod verum est.
Attamen in casu nostro testator adstrinxit se ad post-
humum de proximo nasciturum, & non ad alios post-
humos. dicẽdo illa verba, si contigerit meam vxorem
prægnantem, & vnum, vel duos filios pepererit, insti
tuo eos hæredes, &c. & sic non videtur cogitasse, nec
intellexisse de filijs nondum conceptis in vtero eius
vxoris, de quibus non loquitur testator in suo testamẽ
to, debebat enim vt supradictum est, hunc filiũ mul-
tos post annos post prædictum testamentum conditũ,
9 conceptum, & natum † instituere, vel exhæredare, &
non præterire, & sic prædictum testamentum facere
nullũ, & ita tenet Bar. in d. l. placet, per tex. in l. filius,
§. si quis, & l. commodissime, ff. de lib. & posthum. &
quod talis institutio intelligatur de posthumo primo
nascituro, & non de secundo. facit text. in argum. in l.
boues, §. hoc sermone, ff. verb. sign. l. cum pater, §. hæ-
reditatem, ff. de leg. 2.

Non obstat secundum argumentum de l. 1. ff. de bo
10 norum possess. contra tabu. vbi innuit tex. quòd † præ-
teritione filij non rumpitur testamentum, nam loqui-
tur in filio emancipato, cuius præteritio non rumpit
testamentũ, cum emancipatus filius sit incognitus de
iure Ciuili, vt in §. emancipato, instit. de exhær. lib. &
in §. emancipati, inst. de hæredi, quæ ab intesta. defer.
Cui prætor æquitate motus dat bonorum possessionẽ
contra Tabu. vt in d. §. emancipatos, & emancipati,
& per totum tit. ff. de contra tabu. & l. prima, ff. de col
lat. bon. secus in casu nostro, qui loquitur in filio suo,
& in potestate existenti, cuius prętcritio rumpit testa-
mentum per tex. in l. posthumi, §. sed hi, ff. de iniu. &
rup. test. ubi dicitur quod si non exhæredantur nomi-
natim, posthumi rumpunt testamentum, & facit tex.
in l. cum apud hostes, ff. de lib. & posthu.

Non obstat & tertium argumentum, seu oppositũ
de l. in suis, ff. de lib. & posthum. Nam licet dominiũ,
& possessio paternorum bonorum continuentur in fi-
lios, ita vt in vita eorum patrum, quasi domini eẽ censean
tur, attamen dicitur dominus in vita patris filius im-
propriè, vt patet ex tex. qui dicit quodammodo, & exi
stimetur, nam prædictum dominium filij consistit in
nudo, & puro intellectu, quasi dicat, magis est in ima
ginatione, quàm in veritate, vt ibi dicit Barb. quia ex
11 quo, l. interpretatur † filium esse eãdem personã cum
patre, l. si. C. de impub. & ali substitu. in Auct. de iure
iur. a moriente præstit. in princip. quo ad intellectum
vocat ipsum, quasi dominum, secus quo ad dominiũ
verum, ac intellectuale, cum dominium sit quædam
plenitudo, quæ plures non capit insolidum, l. si vt cer
to, §. si duobus vehiculum, ff. commodati, l. 3. §. ex con
trario, ff. de acquir. possess. sed mortuo patre habet libe
ram bonorum administrationem, quam antea non ha
bebat: & licet filius viuo patre, dicatur etiam habere
possessionem bonorum patris, vt dicit gl. in l. in suis,
ff. de lib. & posthum. quę continuatur in eum mortuo
patre, attamen intelligitur de possessione interpretati
ua, & ficta, secus de possessione vera, & naturali, nam
quòd filius bonorum habeat possessionem viuo patre,
hoc prouenit ex fictione, quæ non habet locum in pos
sessione, cum sit facti, ut l. prima, §. si vir, ff. de acquir.
posses. nam filius viuo patre nõ habet ius in legitima,
nec etiam dicitur eam habere in spe, vt est casus singu
laris in l. prima, §. si impuberi, ff. de collat. bonorum,
ibi pręmatur spes, & est tex. in l. post emancipatinnẽ,
in princ. & ibi Bar. ff. de lib. leg. nec habet aliquod ius
in bonis patris eo viuente, l. precia rerum, ff. ad l. falc.
nec in eius hæreditate, l. lex Cornelia, ff. de vulga. &
pupil. ibi nulla bona in Ciuitate reliquit, Din. & Bar.
l. fin. per illum tex. ff. de lib. leg. vbi dicunt, quod nul
lum ius dicitur habere viuente patre proprie. Si ego
nullum ius habet eo viuente, oportet, quod in testa-
mento pater instituat filium, vel exhæredet, vt in iu-
ribus superius allegat. Facit etiam tex. bonus in l. pri-
12 ma, §. si largius, ff. de success. edi. vbi dicit tex. quod † fi
lius in uita patris non dicitur habere ius considerabi-
le, etiam spe legitima, nec habere ius causatum in hæ
reditate, vel in bonis patris. Vel potest dici, quod licet
verum sit, quòd filius dicitur quodamodo dominus,
& impropriè in uita patris, & continuetur in eum do
minium post mortem patris, oportet tamen, quòd in-
stituatur, uel ab ista continuatione dominij per exhæ
redationem a patre priuetur. Cum non possit pater a-
lium facere hęredem, & in eum trasferre dominium,
cum domini duo non possunt esse eiusdem rei insoli-
dum

dum,alleg.§.si cum duobus vehiculum,necesse heredes insolidum,l.quod contra,§.vni duo.ff.de reg.iur. & ita sensit Bar.in alleg.l.in suis,vbi ponit rationem, quare suus præteritus à patre reddat testamentum,ipso iure nullũ. Vel potest dici, quòd licet dicatur quasi dominus,& continuetur in filium dominium bonorum post mortem patris: attamen lex introduxit pro forma,& solemnitate testamenti quòd filius instituatur,aut exhæredetur,& forma non seruata testamentũ est ipso iure nullum,l.gallus.§.in omnibus,& l.inter cætera.ff.de lib.& posthum.& ratio rationis est, quia lex uidens naturale uotum parentum erga liberos, l. scripto,ff.vnde lib.l.cum ratio de bonis damna.ff.Et quod bona patris sunt quasi debita filio, iure sanguinis,& naturæ,ff.pro socio.l.& quia,Doct.in l.3.ff.de iure,& fact.igno.& quod illud quod acquitũr parentes,filijs ex uoto parant,l.nihil interest,ff.de bon. lib. uix credere potest,quod pater uelit priuare sua successione eius filium. Ideo introduxit,quòd certo,& determinato iudicio excludantur, & non sub silentio prætereantur.Ita Doct.in l.in suis,supra allega.Ias.in l.si filius qui in potestate,num.17. ff. de lib. & posthum. vbi dicit quòd propter continuationem dominij,quę fit de patre in filium,est inducta forma,quod filius debeat institui,uel exhæredari,non autem prçteriri.

Non obstat l.si mater,super allega. ubi posthumus ratione prçteritionis non rumpit testamentum, quia est ibi casus specialis,quod posthumus non rumpat testamentum matris,ubi erant alij filij instituti, ex quo decessit in puerperio, & erant alij filij,& propter istũ casum ualet testamentum, & succedit una cum alijs fratribus. Secus si fuissent extranei, tamen in casu nostro testator superuixit perquam plures annos, & potuisset mutare testamentum primeuum,& filium heredem instituere propter magnam temporis intercapedinem,nec patris subuenit id, quod dicitur quòd stante eius rusticitate, ei non est imputandum, nam bene sciuit quòd testamentũ non valebat præteritione filij,nam per testamentum eius apparet se hoc non ignorare,siquidem instituit filium,seu filiá si nasci cõtingerit ipsos instituendo post eius mortẽ.Nam si non instituisset, minimè ignorauit quęlibet ipsorum rupturum fuisse testamentum. Iccirco debuisset ipsum instituere insimul cum alijs,& ipsum non præterire, sicut præterijt,& testamentum sic debuisset esse ipso iure nullum,prout est. Faciunt pro ista parte verba in testamento descripta,videlicet, & si contingat vxorem meam esse prægnantem,seu grauidam,ex quibus verbis colligitur testatorem sensisse de uentre præsenti,
13 & non de futuro, quia † in iure venter appellatur, quando mulier est prægnans,l.ventre,ff.de acquiren. hær.& hoc in terminis tenet Ang.de Aret.in §. posthum,instit.de exhær.lib.in a.col.vers. quæ eo, quòd si testator.

Nec obstat quod dici solet, quod si testator de hoc fuisset interrogatus de tali posthuma vltimo loco nata, idem dixisset propter identitatem rationis, per ea quæ dicuntur in l.si totus,C.de inoff.dot. & in l. cum qui,§.primo,ff.de verb.oblig.& l.si.ff.de hæred.insti. l.si duobus,§.hæres,ff.de leg.l.l.tale pactum,in fine, & ibi glo.magna,ff.de pact.nam illud habet locum, quando non constaret de expressa voluntate testatoris nec contraria,vt hic dum dicit de grauida: Idem dicit post mortem,manifestè,namque demonstratur, vt supra dictum est, noluisse testatorem hanc institutionẽ
14 extendere ad non grauidam,in † incertus enim & nõ certis locus est coniecturis,l.continuus,§.cum ita,ff. de verb.oblig.per quæ testamentum esse ruptum natiuitate posthumæ,de iure censeo,saluo meliori. &c.

Petrus Enriquez Hispanus V.I.D.

CONSILIVM XV.

SVMMARIVM.

1 *Fundamentum bonum,& omnia bona à Deo procedunt.*
2 *Dotis competentia iudicatur secundum facultatem paternam,& dignitatem mariti,& vxoris.*
3 *Dos non debet esse minor legitima.*
4 *Successio cui competit,& legitima competit.*
5 *Exclusus a successione alicuius excluditur a legitima.*
6 *Dos congrua attenditur tempore matrimonij contracti.*
7 *Pater accipit melius consilium pro filijs, quam nullus alter.*
8 *Propositum in proposito operatur idem, quod operatur oppositum in opposito.*
9 *Legitima potest augeri vel minui secundum consuetudinem loci.*
10 *Statutum si dicat,quòd pater teneatur soluere legitimã per filio,tali casu consideratur tempus,quo soluit.*
11 *Fœminæ in regno sunt exclusę a successione parentũ conditionaliter,si fratres voluerint.*
12 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
13 *Legitima nunquam comprehenditur in generali dispositione,vel exclusione.*
14 *Filia potest a patre præteriri sine nullitate testamenti, quando prius renunciauit bonis paternis, & maternis.*

MAgnificus Aloysius Aluarez de Boccanegra Hispanus duxit vxorẽ in partibus Apuliæ, & ex vxore eius habuit filios septem,tres masculos,& quatuor fœminas, & in eius uita tradidit nuptui vnam ex eius filiabus nomine Bernardinam cuidam Petro Orozio similiter Hispano, & ei dotem dedit congruentem, attentis facultatibus, quæ tunc temporis possidebat. Postea ipse Magnificus Aloysius,& tres alij eius filij augumentauerunt eorum industria facultates eorum, & inde decessit superstitibus dictis filijs,& filiabus, & nepotibus ex prædicta Bernardina: instat modo filius prædictæ Bernardinæ præmortuæ ante patrem, & petit supplementum legitimæ prædictæ Bernardinæ,attentis facultatibus tempore mortis eius patris,vel dotem congruentem,& præsupponitur,quòd est mos,& consuetudo in dicta terra dare dotes ad libitum patris nullo habito respectu ad legitimam,sed solum quod maritetur filia parentelæ æquali.

Quæritur an iste filius prædictæ Bernardinæ iustè

petat

petat stantibus filijs masculis excludentibus fœminas vigore constit. in aliquibus. Et attento, quod facultates prędicti Magnifici Aloysij fuerūt auctę post matrimonium contractum per Bernardinā cum prędicto Magnif. Petro Orozio.

Et iterum diuino implorato auxilio, a quo omnia
1 bona procedunt, & omne † bonum fundamentum, c. cum Paulus, 1. q. 1. Videtur prima facie dicendum, quòd filius prędictę Bernardinę possit petere supplementum legitimę, a qua nō intelligitur exclusus, nisi fuerit expresse dictum per statutum, l. si quando, §. & generaliter, C. de inoff. testam. & maxime cum legitima sit de iure naturę, l. cum tertio, de bon. dam. & hāc partem tenuit Dec. conf. 286. faciendo consideratione, quod congruentia dotis consideratur duplici modo:
2 Primo quantum ad officium paternum. Nam † pater tenetur dotem filiæ constituere, l. qui liberos, ff. de rit. nupt. l. fina. C. de dotis promis. & in constitut. In aliquibus; & talis dotis competentia debet iudicari secundum facultatem paternam, & dignitatem mariti, & vxoris, l. quęro, ff. de iur. dot. & habito respectu ad numerum filiorum, & tali casu non consideratur legitima illo tempore, quia tunc non debetur, l. prima, §. si impubes, ff. de collat. bon. Conside
3 ratur etiam alio respectu, videlicet † quando excluduntur propter masculos a successione, & tali casu dicit ipse, quod dos non debet esse minor legitima. Ita Salyc. in Auct. res quę, C. communia de leg. & hanc partem tenuit Baldus in l. fin. colum. 2. vers. sed pone, ff. ista filia, C. de dotis promis. Alexand. cons. 69. lib. primo, vbi refert alios Doct. ita tenentes, & cons. septimo, viso statuto, libro 4. maxime cum filia debeat dotari arbitrio boni uiri, d. l. quęro, Ang. in Auct. de fil. ea quæ pari, in principio. Sed arbitrio boni viri iudicandum est, quod dos non debet esse minor legitima, Ang. in cons. 311. Dominus Gregorius. Idem videtur tenere Iser. in const. in aliquibus, & Afflict. in decis. 260. & pro hoc facere videtur textus in d. constit. in aliquibus, vbi præ mortuo patre, tam filios, quam filias pubetes, aut maiores, minoresue ad parentum successionem, absque sexus discrimine, vocari. Per quæ verba vs. quod constitutio faciat fœminas su successibiles tempore mortis patris, ex quo sequitur conclusio, quod fœmina, quæ reperitur successibilis tempore mortis patris, pòtere legitimam, & supplementum legitimæ, quia cui
4 competit † successio, competit, & legitima, sed cum dicta Bernardina non videatur exclusa a successione patris, videtur, quod ei competit legitima habito respectu ad facultates tempore mortis patris. Ita dicit Saly. in dicta Auct. Res quæ in secundo notab. Alexan. in cons. 69. super primo dubio, & cōs. septimo, columna secunda, sequitur Dominus Antonius de Alexandro consil. 163. qui loquitur in casu nostro, in quo filię dictæ Bernardinæ, & sic nepotes prædicti Magnifici Aloysij petunt supplementum legitimę, & multa alia possent adduci, & pro hac parte allegari, quæ ponit Dec. in alleg. cons. 369. & hanc partem, & opinionem videtur tenere Bald. Nouel. in tracta. de dote, in sexta parte, in septimo priuilegio.

Sed in discursu videtur in prædicto loco sentire postea contrarium, & Soc. lautissime examinat hunc articulum in prima parte consil. cons. 150. & Vinc. de Hercu. in suis quæst. in 2. quæst. vel dubio, & per totam illam quæst. & maxime in respon. adductis pro parte affirmatiua, in 6. columna, vers. non obstat, 11. in fi. dicti uersic. In quibus locis supradicti duo Doct. latissime & multum accurate loquitur referendo opiniones diuersorum doctorum pro vtraque parte, & quid concludant, tandem dicetur inferius.

Hoc idem tenet Ioan. Cro. in l. si constante, ff. solu. matr. num. 89. & Bal. in tracta. de dot. in 6. parte, 15. priuileg. uers. & prædicta. Hanc opinionem esse communem dicit Ias. in l. quid seruus, ff. de cond. caus. dat. Idem tenet Luc. de Pen. in l. 2. in fine, C. de prædijs, & omn. re incut. lib. 11.

His tamen non obstantibus contrariam partem censeo, & teneo de iure esse ueriorem in casu nostro, & sic quod filij prædictæ Bernardinæ, & nepotes prædicti Aloysij non possint petere prædictum supplementum legitimæ, prout sunt, & fuerunt facultates prędicti eorum aui tempore eius mortis. Cum prædicta Bernardina e eorum mater fuerit dotata tempore maritagij, prout erant facultates prædicti Aloysij eius patris. Et quamuis pro utraque parte sint varia, & multa cōsilia, quæ gratia breuitatis omitto, tanquam relata per prædictos Doctos Alex. Dec. & Soc. vbi supra. Tamē vt decet consulentes utar in casu nostro breuitate.

Et tangendo vera fundamenta istius quæstionis, ex quibus dependet decisio. Et præsuppono primum id quod dicant Doc. Afflic. & Iser. in alleg. constit. in aliquibus, in 5. notab. quod uirtute constit. filiæ fœminæ sunt a successione patris exclusæ, & similiter filij dictarum fœminarum ex radice fœminea prouenientes sunt exclusi a successione aui maternī, conditionaliter tam excluduntur si dotentur tales filiæ fœminæ, & fratres uoluerint eas dotare, Dec. tenet idem in cōsil. 26. & Bald. Nouel. vbi supra, & Ioannes de Arno, in commu. suis in commu. 172. & etiam præsuppono esse consuetudinem antiquam in domicilio istius mulieris, & in locis conuicinis dotem non dari usque ad legitimam, quę consuetudo multum in hoc operatur, maxime existente dicta constit. In aliquibus, & coniuncto etiam quod pater eam dotauerat in eius uita, congruenter secundum tunc habebat in bonis, & cōgruenter, & in numerum quinque liberorum, & qualitatem parentelæ.

5 His præsuppositis resultat conclusio, quod † qui excluditur a successione, excluditur etiam a legitima, quæ est portio eius, quod debetur ab intestato, l. parentes, C. de inoff. testam. & Paul. de Castr. in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonst. Alexand. in cons. 553. incipien. circa præmissam consultationem, vt ipsum allegat Ias. in §. generaliter supra al leg. vbi dicit, quod Alex. semper fuit requisitus, quod consuleret super prædicto statuto, & quod id semper facere recusauit, & ita dicit Alexand. in l. gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posthum. & hanc opinionem tenet Cuma. in l. alias in cons. 188. incip. spectabilis Miles. idem firmat Ias. in l. si quando, §. generaliter. C. de inoff. testam. Paul. de Cast. in cons. 118. incip. si D. Cornelia, in princ. & in cons. 135. lib. 2. Angel. cons. 135. Carolus Rui. de Lançezebo in l. gallus, §. quid si tantum, ff. de lib. & posthu. nu. 113. & Hercul. ubi sup.

Pro hac opinione facit, quia ad dotem iudicandā, & arbitrandam inspicitur tempus dotis constitutæ, & non

non mortis, Bal. in d. Auct. resque, colum. penultima, vers. modo quæro, C. commu. de leg. & ibi Paul. de Castro, vbi concludit quod si filia tempore matrimonij fuit congruenter dotata, licet postea propter augmentum facultatum postea factum non videatur dotem
6 competentem habuisse: Tale augumentum † quod superuenit, non attenditur, quia si patris facultates fuissent diminutæ, noluissent quidem isti filij dotem datam matri diminui: pari ratione non debet augeri.

Confirmatur hoc ex alio capite, quia consti. In aliquibus, inquitur, quando mortuo patre filia non reperitur dotata: tunc enim fratres tenentur dotare eorum sororem, & nomine dotis non debent dare minus legitima.

At in casu nostro pater dotauit filiam in eius uita, & tempore dotationis fuit congruenter dotata, habita ratione de facultatibus, quas tunc temporis possidebat Magnificus Aloysius, quo casu habetur respectus ad patrimonium, quod tunc temporis possidet. Nec potest ei imputari, quod in præsentiarum videatur incongrué dotata, cum tempore dotationis fuerit con-
7 gruenter dotata a patre, † qui melius quam alter cæpit consilium pro filia, arg. tex. l. nec in ea. ff. de adult. quod patri fuit visum bonum, alteri non debet malú videri, nec incompetens, l. si furioso pubert. ff. de cura fur. quia nullus amor vincit paternum, l. fi. C. de cur. furio. & ita consulit Paul. de Cast. in cons. 275. primo volum. in secundo dubio, & cons. 6. & cons. 405. in 2. volum. & cons. 96. 2. volum. Incip. si D. Cornelia, & dicit quod quando est dotata a patre, non requiritur, quòd fuerit congruenter dotata, nec tali casu est quærendum de legitima, & hanc partem tenet Corn. in cons. primo, litera M. & in 4. volumnine, & Socin. in consil. 288. colum. 10. circa primam quæst. fi. & Cor. cons. 107. columna penul. libro 2. Incip. in hac consultatione, & cons. 762. incip. primo aspectu, colum. fina. in prin. lib. 2. & cons. 115. incip. in hac consultatione, colum. 2. libro 3. Alex. cons. 33. volum. 4. incip. uidetur super dicto quæsito, in fine. Idem Alexand. consil. 69. incip. super primo dubio, lib. primo, & consilio 2. incip. visis, columna 3. libro 2. & Carolus Ruin. in l. gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posthu. colum 54. numero 113. in fine, & Lancell. ibi, colum. 11. numero 52. & 53. & ibi Alexan. & idem Alex. in consilio 168. numero 4. libro 7. Bald. Ang. & Imol. in d. §. & quid si tantum, Bar. in l. fina. ad. Tertul. Soc. in consil. 127. in 4. volumine, numero 20. & cons. 35. numero 10. eodem volum. Ias. in l. si quando, §. & generaliter. C. de inoff. testam. in fi. Et quando filia debet dotari post mortem patris, tunc potest cósiderari legitima, l. cum quæritur, C. de inoff. testam. Secus quando fuit dotata in vita patris, quia tunc non tractatur debet de legitima, dicta l. prima, §. si impubes. ff. de collat. bono. & ideo in casu nostro non debet considerari quantitas dotis tempore mortis prædicti Magnifici Aloysij: sed prout erat tempore constitutionis, Bald. & Paul. in d. Auct. Res quæ, & ibi eam firmat Cur. iun. & dicit qd ipse sæpe consuluit pro ista opin. & hanc ead. opi. con firmat in Regno Io. de Am. in enom. 172. E pro ista
8 opi. facit: quia † illud operatur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito, l. si ut proponis, C. de nup. l. etsi contra Tabulas, ff. de vulga. et pupil. Sed Iser. et Afflic. in d. consti. in aliquibus, quod si dos, et legitima non erat congrua tempore, quo fuit dotata, quòd dos potest excedere legitimam, ergo a contrario si quantitas dotis erat, congrue tempore dotationis, etiam si esset minus legitima, potest enim esse minus legitima, non debet augeri.

Præterea retenta opin. quod vigore prædictę constitutionis, filię sint exclusę a successione paterna, facit quod qui non potest petere hæreditatem, ut hæres, nó potest petere legitimam, Bar. in l. 1. ff. de vulg. et pup. Faciút etiam pro ista parte ea, quæ dicunt Iser. et Afflic. in d. const. quòd dos consideratur, secundum numerum liberorum, & morem patriæ, & qualitatem dotæ. Nam si hoc consideratur, claré colligitur, q. dos nó debet esse vsq. ad legitimam, quia in legitima non habetur talis consideratio. Præterea illi competit petitio legitimæ, qui de necessitate debet institui exclusa, sed filia a statuto, nó de institui, nec filij eius ab auo patre nomine non poterunt supplemétum legitimæ petere, Bar. Bald. in l. maximum vitium, C. de lib. præ. & exhære. & in supplemento d. §. & quid si tantum, & facit quod dicit Bar. in l. si filiæ, ff. de leg. 3. & hoc videtur tenere Bal. Nouel. in suo tract. de dote, in 6. par. in 5. colum. ibi non ergo secundum mensuram legitimæ, in quo sentit, quod non requiritur, quod dos sit usque ad legitimam, firmat Dec. in cons. 26. & in cons. 188. secunda colu. uers. ex his infertur, dicens, quod quando dos est congrua, non potest ultra petere, & in dicto consilio, in prin. dicit quod ipse consuluit pro ista parte, videlicet, quòd non possit supplementum peti, & idem firmat in cons. 379. num. 13. & in d. cons. 188. num. 2. cum sit exclusa à statuto, & quòd isto casu non debet dos commensurari cum legitima, quę legitima commensuratur cum successione ab intestato, quę successio non competit in casu nostro. Et dicit, quod de æquitate debet iudicari vsque ad legitimam, si non debetur legitima, quia fœmina est exclusa a statuto, ergo nó potest dos cómensurari cú legitima ad quam si relatio, l. hæres meus, §. fina. ff. de hęr. instit. & ita pro hoc argumentum concludit, Ang. pro ista opin. in consilio 137. inter cons. Bal. in 5. vol.

Vltra prædicta dico, quòd quando in loco est mos, siue consuetudo dandi dotes in minores legitima, & quando consuetudo limitet certam quantitatem in dandis dotibus, tali casu absque dubio, nó debetur legitima, nec eius supplementum, & sic in hoc casu non loquitur Doct. tenentes contrariam partē, & primo, Corn. in d. cons. primo, in quarto uolum. in litera L. & M. dicit quòd licet reperiantur alia consilia sua dicentia, quod dos nó debet esse minor legitima, quod semper locutus cum moderamine, videlicet aliter non docuit de consuetudine, & more loci, & idem dicit, & firmat Corn. cons. 91. secundo uolum. & cons. 107. iuxta finem eodem uolum. & cons. 115. volum. 3. in princip. & in litera C, & D.

Et quando in loco aliquo est consuetudo, quod detur minor legitima, tunc non debet esse usque ad legitimam, vt tenet Bald. Nouel. in d. tract. de priuilegiis dot. in 6. par. in 7. priuileg. in 3. colum. in fine, ubi tenet
9 quod † legitima possit minui, uel augeri secundum loci consuetudinem, tex. est ad hoc in cap. Raynutius de testam. ibi, secundum Tusculanæ consuetudinem Ciuitatis, Matth. in d. consti. in aliquibus, numero 2. circa medium. Et quod statutum possit minuere legitimam,

itimam, & eod. modo consuetudo, allegat D. de Rota in dec. 18. & Io. And. in mercu. in regu. in adulrum, de reg. iur. in 6. Alb. in l. qm̄ in priorib. C. de inoff. testa. ratio supradictorum est in promptu, quia statutū non determinat super quantitate dotis, sed solum, quod nō succedat. Sed consuetudo determinat super legitima, & eius quantitate, & super dote, & hoc sentit Ias. in Auct. nouissima, C. de inoffic. testamen. in fine col. ibi intellige tamen verum, & sic sentit quod opi. Alex. quòd filia exclusa non possit petere legitimam, procedat quādo per statutum est aliquid limitatum dari; ergo, & similiter per consuetudinem, cum consuetudo, & statutum in hoc a pari procedūnt. vt dictum est.

10 Pro hac parte facit, quod † si statutum dicat, quod pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij, tali casu consideratur tempus quo soluit, non autem tempus mortis, Bald. in l. quamquam, C. ad l. falcid. in l. secunda, C. de adopt. & sic vltra quod fuerit prædicta Bernardina dotata a patre, & quod secundum opinio. Pauli, quam supra retuli, sit, & præsumatur sufficienter dotata, concurrit prædicta consuetudo in prædicta patria prædicti Aloysij dotantis eius filiam, quòd dos datur in minori quantitate, quam sit legitima, quam opin. Pauli sequuntur communiter Doctor. & Curt. iun. in dicta Auct. res quæ, & sic ex omnibus apparet prædictam Bernardinam non posse agere ad prædictum legitimæ supplementum.

Restat respondere ad contraria, & primo non obstat, quod constitutio dicit, quod non facit ipsas insuccessibiles, nam postea subdit, quod si fratres volunt, possunt ipsas excludere, dummodo dotent, & vt su-

11 pradictum est † filiæ fœminæ in Regno sunt exclusæ conditionaliter, si fratres voluerint, & cum in casu nostro fratres voluerint, ergo non est successibilis, sed exclusa, vt supra est ostensum.

Et allegata in contrarium loquuntur, quando fiet dotata, vel debet dotari a fratribus, vel ab alijs personis, secus quando est dotata a patre, & sit consuetudo, quod datur dos, non attenta quantitate legitimæ, sed sufficiat nubere æquali in parentela. Vide Ripam in suo respōs. in c. cum M. Ferrar. nu. 80. & licet Dec. videatur contrarium tenere in d. cons. 379. vt sup. dictum est. Tamen ipse decidit in nu. 14. & in con. 180. nu. 2. quod stante dicta constit. vel statuto, non potest peti supplementum legitimæ. Sed de æquitate debet arbitrari arbitrio boni viri vsque ad legitimam. Et in supradictis cons. 379. num. 13. & 180. nume. 2. dicit, quod dos de paragio est, quòd constituatur pro numero filiorum, & secundum facultates, & cōsiderata qualitate personarum, Argum. l. si filiæ, ff. de legat. 3. & l. quæro, ff. de iur. do. & Decius in dictis locis non mouetur ex eo, quòd dos debeat esse vsque ad legitimā, sed mouetur ex enormissima læsione propter alia bona non paterna, vt sunt materna, quibus fuerat renunciatum, & maxime in d. consil. 180. & sic non obstant prædicta consilia, & sic ista pars tutior, & verior maxime est, quia tendit ad conseruationem eippi, quam videtur attendisse prædicta constitutio. In aliquibus, & ista fuit intentio, quod sufficiat, quod mulier sit dotata æquali pītētelæ de paragio, qd uerbū arguēdo ab eius significatione non significat legitimam, cum nō attendatur in dando paragio quantitas tertiæ, vel dimidiæ, sed solum illa quantitas, qua possit nubere pari, quod dabitur ultra legitimam, qñ non possit pari nubere, & sic tali casu dos debet excedere legitimam. Ergo a contrario sensu si dos minor legitima est conueniens, & potuit nubere pari, debemus dicere, quod non requiratur, quòd suppleatur usque ad legitimam, ut dicit Afflict. in d. constit. In aliquibus, num. 26. iuxta finem. Similiter non obstat oppositio aliorum dicentiū, quòd dos non debet esse minor legitima, cum opinio eorum sit fundata in eo, quod dicitur quòd generalis prouisio non comprehendit legitimam per d. §. & generaliter quasi d. constit. Regni, indefinite loquatur, quia respondeo, quod illa lex procedit dispositione hominis, & non in dispositione legis. Nam dato, quòd in

12 dispositione hominis indefinita † non æquipolleat vniuersali, tamen in dispositione legis, vel statuti æquipollet uniuersali, dato quòd simus in odiosis, uel in correctorijs, ita Bar. in l. si pluribus, ff. de leg. 2. Ergo in casu nostro dicitur exclusa a legitima, & quòd sit verum, facit secundum unam opinionem, quòd volunt Docto. quòd portio, quæ debebatur exclusæ per const. non accrescit fratribus, & non comparantur in numero filiorum dictæ filiæ quo ad legitimam, quia cum nulla portio hæreditatis filiæ sit delata; ergo talis portio non auellitur ab ipsa filia, & quod non est, non potest alteri accrescere.

Vltimo extat consilium Barthol. Socin. in primo libro, numero 150. columna 24. vbi profundissime, & medullitus examinat hanc materiam tam in successione ex testamento, quam ab intestato, & ponit opinio. Doctorum tam pro parte affirmatiua, quam negatiua, & stante dicto statuto si pater instituat filiam in minori quantitate, quam sit legitima, an possit peti legitimæ supplementum, & dicit hanc quæstionem esse dubiā, & quòd hæc quæstio transiuit in phtisim incurabilē, & tandem post multa per ipsum allegata concludit in puncto iuris, quod stante consuetudine, constitutione, vel statuto excludente feminas ab intestato, ꝙ non poterit petere legitimā, nec eius supplementū, vt iste est casus, de quo agitur. Sed si pater in testamento instituerit filiam ultra dotē in aliquo paruo, an ex quo est cognita a patre in testamento possit petere legitimam, dicit, quod est difficilis quæstio, & tandē eā ibi decidit quā videre poteris. Et circa statutū excludēs feminas a successione parētū, dic ꝙ aut statutū loquitur simpliciter, dicendo, stātib. masculis feminæ non succedāt, & tali casu, aut filia fuit dotata, & maritata a patre, dū uixit, aut post mortē patris fratres eā volunt dotare, & maritare, & retento d. themate, quod statutum loquitur simpliciter, si in loco, vbi maritatur, & ubi tractatur de dote danda, est consuetudo, quæ declarat quantitatem dotis, minuendo legitimā. Aut statutū non loquitur simpliciter, sed ultra procedit declarando, videlicet, ꝙ filia sit dote contenta, vel quòd dotetur, & non possit plus petere, vel per similia uerba, idem importantia.

In primo casu sunt duæ opiniones, quarū una est, ꝙ possit petere supplementū legitimæ, & mouetur per text. in l. si qñ. §. & generaliter sup. allegata, ubi ponitur conclusio ꝙ † in generali dispositione, vel exclusione, nū-

13 quā comprehenditur legitima, nisi expressè dicatur, & dato ꝙ pro hac parte multa iura, & argumenta allegentur per Doct. quæ omnia referre superfluū esset, & denigrare cartas, & multiloquiū. Attamen principale fundamentū est, ꝙ per exclusionē generalē nō comprehenditur

hendiur legitima,quod qualiter intelligatur, dicetur infra.

Altera opinio est,quod non possit peti legitima,nec eius supplementum ex eo, quod exclusa a successione dicatur in totum exclusa ab omni portione, quæ sibi competere ex successione ab intestato: cum legitima, & eius supplementum sit pars hæreditatis, sed hæreditas non debetur,ergo nec legitima,quæ est eius pars,tex.in l.parentis, C.de inoffic. testamen. sed solum debet dotari condecenter, attento numero filiorum,& attentis facultatibus, & æqualitate parentelę, & more Regionis.

Et ista opin.in puncto iuris verissima videtur,quia exclusa a successione videtur sublata sibi vigore prædicti statuti actio petendi legitimam, seu eius supplementum. Sed bene dos non debet arbitrari minor legitima per ea,quæ supradicta sunt,& in hoc casu Decius,qui varia consuluit, aduertēs dixit quod dos debet esse usque ad legitimam. Tamē dixit hæc verba, ego non dico,quòd debeatur legitima,per ea,quæ dixit Bartol.in leg. Titio centum,§. Titio genero, ff.de condi.& demonstra. Bald.in l.finali.C.de dot.promi. text.in l.si filiæ,ff.de leg.tertio, text.in l.genero, ff. de iur. dot.

Si vero extat statutum excludens filios propter masculos,tunc Paul.de Cast. in consilio 275. primo volumine,& consilio 161.eodem libro, tenuit quòd nō possit peti legitimæ supplementum per supra dicta, quæ superius allegaui,& ista opin. est tenenda, non ex eo,quod pater maritauit, & dotauit in eius vita, Sed vigore prædicti statuti; Nā cessante dicto statuto tali,non esset tenenda talis opinio. Pauli de Castro,& ita dicit multa accumulando Franc.Rip.in responsio. suis,super capitulo cum M.Ferrariensis, numero trigesimooctauo,de constitut. Curt. iunior consilio decimo,primo volumine, numero primo, in principio consilij tenet contrarium dicens, quòd si simpliciter statutum excludit filias propter masculos, quod dato,quòd sit dotata a patre, petere poterit supplementum legitimæ. Tamen in hoc non bene loquitur,stante exclusione supradicta per statutum facta. Sed si vltra prædictum statutum progreditur dicendo, quòd non possit plus petere,vel quòd sit contenta dote, vel similia uerba,tunc dicit,quòd non petere poterit legitimæ supplementum,& in hoc non est dubium, Matth.autem de Afflicto in constitut. fratribus, numero 14.in fine,in tertio libro, dicit, quod vidit in consilio Regio Neapolitano sententiatum, quòd quādo pater maritauit eius uita durante filiam, & eam dotauit, quod non possit petere prædictum supplementum.

Aut stante dicto statuto exclusiuo, quod statutum non limitat legitimam in certa quantitate, sed est in hoc mos,ubi maritatur declarans,& limitans certam quantitatem dotis,tunc absque dubio dos non debet ascendere ad legitimam per iura supradicta.

Aut sumus in casu,in quo statutum non excludit, sed ipsa filia se ipsam per renunciationem excludit,& tunc si simpliciter est renunciatum legitimæ, & eius supplemento,& tunc excludetur per supradictum,§. & generaliter,ex quo in specie, & expressè renunciauit,& maximè stante iuramento, per capitulū quamuis,de pact.in sexto, de quo uideas Ias. & Alexand. ibi in dicto §.& generaliter.

Nota ad hoc consiliū,quod quando filia renunciauit cum iuramento bonis paternis ex quo fuit sibi dos constituta,quòd potest a patre preteriri sine metu nullitatis testamenti,per ea quæ volunt Bal.in l.filio præterito,columna penultima, versiculo & hoc est vtile scire,ff.de iniusto,& rup.& irrit.testamen. Beltrad.in consilio 182.vlti casu,numero secundo, in secunda

14 parte. Ex quibus †concludendum puto filium prædictæ Bernardinæ non esse audiendum, circa petitionem supplementi legitimæ prædictæ. Sed contentum debere esse eum dotibus receptis per quondam Bernardinam eius matrem,& ita de iure consulo ego Petrus Enriquez V.I.D.Hispanus,saluo meliori, & saniori iudicio,consilioq. testius sentientis. &c.

Idem qui supra Petrus Enriquez.

CONSILIVM XVI.

SVMMARIVM.

1 *Conductor expelli non potest a re conducta,quando locator promittit rem conductam non alienare, & pro obseruatione obligat eandem rem.*

2 *Conductor ex culpa locatoris si non potest uti re locata, soluendo interesse liberatur.*

3 *Creditor secundus soluendo debitum primo creditori pignus liberat.*

4 *Conductor expelli non potest a re conducta, quando pro obseruatione conductionis locator generaliter obligauit omnia bona.*

5 *Obligans omnia,& singula bona sua, videtur omnes res specialiter obligare.*

6 *Obligatio generalis,& hypotheca si procedat,& postea apponatur iuramentum, tale iuramentum operatur, quòd res dicantur specialiter obligatæ, & hypothecatæ.*

7 *Casus fortuitos recipiens generaliter in se non tenetur, nisi numerentur,uel apponatur iuramentum.*

8 *Renunciatio generalis hæreditatis paternæ non suffic.t, ut sibi renuncians præiudicet in legitima, nisi specialiter vel cum iuramento fiat.*

9 *Bartolista bonus est legista bonus, unde in Hispania sancitum,in dubijs tenendam esse opin.Bar.*

10 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*

11 *Conductor potest resistere locatori volenti ipsum expellere sine causa.*

12 *Locator simpliciter locans non tenetur ad factum,& tientiam præcisè,nisi interueniat iuramentum.*

13 *Verba ista, tradidit, cessit, & concessit omnem actionem,omne ius,quod habet in re locata,posita in instrumento locationis,quid operentur.*

14 *Subrogatus debet sapere naturam sui subrogati.*

15 *Contractus non debet claudicare.*

Ioannes

IOannes Marinus de Laudo locauit Mag. Petro Paulo de Antonellis eius domú per trea annos incipiẽdos in mense Augusti præsentis anni 1557. pro certa pensione pro quolibet anno, quam tunc soluit prædictus Petrus Paulus eidem Ioanni Marino, & in contractu promisit non expellere durante triẽnio prædictum Petrum Paulum, & eius hæredes in dicta locatione sub certa pœna qua soluta, vel non soluta remaneat firma locatio, & contractus, & hanc promissionem fecit mediante stipulatione, & pro obseruantia apposuit hypothecam generalem, & specialem, dicendo pro obseruantia prędictorum obligauit, & hypothecauit omnia, & singula eius bona præsentia, & futura, per quæ verba est hypotheca specialis: & vltra prædicta iurauit ad sancta Dei Euangelia dictus locator prædicta omnia, & singula fuisse, & esse uera, & ea attendere, & inuiolabiliter obseruare, & nó contrauenire per se, nec per alium quomodocunque, & qualitercunque.

Postea vero dictam domum vendidit cuidam Leonardo de Palacciòs, & in instrumento venditionis apposuit ista verba, videlicet dedit, tradidit dictam domum, & cessit eidem Leonardo omne ius, omnemque actionem, quod, & quam habet dictus venditor in dicta domo pro pretio prędicto, &c. Eidem Leonardo præsenti, acceptanti, & stipulanti, per quæ verba prædictus Petrus Paulus conductor dicit, ꝙ Leonardus acceptauit ius locationis, ex quo recepit actionem competentem pro dicta domo. Quæritur quid iuris: In Nomine sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, quæ ad veritatem meum intellectum dirigat.

Et videtur prima facie dicendum, quòd dictus Petrus Paulus possit expelli à dicta domo, per text. in l. emptorem, C. locat. & in l. qui fundum, ff. eod. & pro hoc faciunt ea, quæ dicunt Imo. Rom. & Alex. in l. filio familias, §. si vir in quinquennium, ff. solut. matri. & in l. filiusfamilias, §. diui, de leg. 1. in quibus locis concludunt, quod cautela, vt non possit conductor ex
1 pelli, vt locator promittat non alienare, & pro obseruantia dictæ promissionis obliget in specie rem locatam, quasi non sufficiat generalis, & sic videtur inferre, Imo. Rom. & Alex. in d. §. si uir in quinquennium, quòd si non sit facta promissio de non alienando rem locatam cum speciali hypotheca, quòd conductor possit expelli.

Et plus volunt omnes supradicti Doctor. & Paulus de Castr. quod dato, quòd sit specialis hypotheca offerendo pœnam, & interesse, quod emptor possit dictum conductorem expellere, quia cum hypotheca sit accessoria ad obligationem, & obligatio sit ad in-
2 teresse si conductor † ex culpa locatoris non possit uti re locata, soluendo interesse liberetur, l. fundum, ff. lo-
3 ca. & prout secundus creditor † si soluerit primo creditori debitum, liberatur pignus, ita soluendo conductori, quod sibi debetur, liberatur ab hypotheca rei locatæ, l. item liberatur, & l. Paulus, in fine, ff. de distra. pignor.

Quia hypotheca non ampliat, vt ibi per ipsos, Salyc. in dicta l. qui fundum, & in dicta leg. emptorem, & sic infertur, quod locator sit debitor ad interesse, quod non est verum, prout infra enucleabitur.

Contrariam partem, quòd non possit expelli, & quod non sit promissum cum hypotheca de non alienando, sed quòd sufficiat si locator obligauerit in ge-
4 nere † bona sua pro obseruatione locationis, quia propter hanc hypothecam generalem dicitur quæsitum ius conductori in dicta domo locata, vt non possit expelli, l. prima, ff. si ager vectig. tex. est in leg. prima, §. quod autem, ff. de superfic. & ibi Bartol. dicto §. si vir in quinquennium, vbi Bartol. æquiparat conductionem ad longum tempus, per quam quæritur ius in re hypothecata, §. item seruiane, Institut. de actio. quia ratione iuris realis quæsiti per hypothecam generalem potest conductor retinere rem conductam, & nõ permittere se expelli, & hanc opinio. Bartol. quòd sufficiat generalis hypotheca, vt nõ possit expelli, tenuit Bald. in leg. emptorem, C. locat. & in l. secunda, versiculo quæro an emptor, & in l. prima, C. de fruc. & lit. expen. versiculo sed pone maritus, Raphael. Cuman. in dicto §. si vir in quinquennium, & in dicta leg. qui fundum, & Bald. & Paul. de Castr. in l. merces, §. primo, & in l. qui fundum, ff. locat. & idem Paul. in dicta l. emptorem, & Alexand. sibi contrarius in consilio 122. in fine, secundo volumine, & Imol. sibi contrarius in capitulo propter sterilitatem, columna decimaquinta, numero vigesimo, de locat. & ibi Abb. in capitulo finali, nè prælati uices suas, & Angel. in dicto §. si vir in quinquennium, & in dicta l. emptorem, & Cyn. ibi, & eandem opinio. Barto. contra Roman. & Imol. & contra Salyc. Tenuit Corn. consilio sexto, litera A. B. C. volumine quarto, & Socin. in consilio nonagesimo, quarto volumine, & Bald. Nouel. in dicto §. si uir in quinquennium, & Modern. Can. in dicto capitulo finali, ne præla. vices suas, & Alexand. in dicto §. si vir in quinquennium, & omnes Doct. concludunt sufficere hypothecam generalem pro locatione facta, ad hoc vt conductor non possit expelli si postea alienauerit rem locatam, & hanc eandem opinio. tenet idem Barto. in dicta l. qui fundum, & in leg. prima, §. quod autem, ff. de superfi. per prædictam partem, l. primam. ff. si ager vectig. & plus operatur generalis hypotheca, & est melior, quàm specialis, per l. secundá, C. de pigno. Imo in casu nostro est specialis obligatio, quia dicitur in contractu, obligauit omnia, & singula bona sua propter quod verbum, singula intel-
5 liguntur † specialiter obligatæ res, & dicta domus.
Ita tenet Archidiac. in capitulo vt circa, de electio. in sexto, Albet. de Rosat. in suo Dictio. in verbo, omnia, & singula, vbi dicit, quòd obligans omnia, & singula bona sua, videtur obligasse omnes res specialiter propter verbum singula, & idem tenet Brixianus in suo Diction. seu Repert. in verbo, omne, & omnes, & omnes, & singulos, vbi dicit, quod istud verbum singulos comprehendit omnes specialiter.

Et ultra prædicta est interpositum iuramentum, quod positum est super generali renúciatione, qđ operatur, vt specialiter intelligatur hypothecata prędicta domus, vt in hoc casu determinat Crot. in repetitione, l. filiusfamilias, §. diui, columna vigesimaquarta, numero decimoquinto, ff. de legat. primo, qui loquitur propriè in hypotheca, vbi dicit quod si præcedat gene-
6 ralis † obligatio, & hypotheca, & postea apponatur

iuramentum, quod istud iuramentum facit, quod res
dicat specialiter hypothecata per l. cum pater, §. filius
matrem, ff. de legat. primo, Abb. & Imol. in capitulo
veniens, de iureiurando, glos. in Auct. sacramentum
puberum, C. si aduer. vend. Cyn. & Bald. in l. prima,
penultima columna, C. commo. Pro hoc facit, quia
7 recipiens † generaliter casus fortuitos in se non tenea
tur, nisi numerentur specialiter, l. sed & si quis, §. quæ
situm, ff. si quis cautio. Tamen si post generalem rece-
ptionem, & obligationem apponatur iuramentum,
vigore prędicti iuramenti censentur specialiter nume
rati, ita dicit Imo. in capitulo primo, commod. facit e-
tiam quod dicitur de legitimæ iure naturæ renuncia-
tione, nam non sufficit generalis renunciatio, l. si quan
do, §. & generaliter, C. de inoff. testamen. Attamen si
8 fiat generalis † renunciatio hæreditatis paternæ cum
iuramento, dicitur etiam renunciatum specialiter le-
gitimæ, vt per Bauer. in suo tract. de virtute iuramen.
vbi ponit multa exempla, in quibus iuramentum ap-
positum in generali renunciatione facit illam genera
lem transire in specialem, Bald. Ang. & omnes in d. l.
si quando, §. illud, Alexand. in consilio 300. tertia co
lumna, libro quinto, Dec. consilio 404. numero 10. &
consilio 432. numero 28. tertia columna, & consilio
545. numero quarto, & sic non solum generalis, sed
etiam spetialis hypotheca in casu nostro interuenit,
propter quam tanto magis debemus dicere, quòd nõ
possit expelli conductor, secundum Doct. ubi supra,
& ista est communis opin. & non ea, quam dicit Ale-
xand. in d. §. si vir in quinquennium, cum opin. Bart.
concurrant tot, & tanti Doctor. qui quando non con-
currissent, in dubio opinio, Bartol. esset tenenda, cum
sit lucerna iuris, vt dicit Angel. frater Bald. consil. de-
cimoquinto, & consilio quadragesimoprimo, & in l.
iudicio cœpto, C. de iudic. appellat Bartol. egregium,
& subtilissimum Doctorem, & patrem suum, & dicit
se quiescere sub umbra eius. Roman. in consilio 469.
dicit, quod dato, quod legendo aliquando tenuerit cõ
tra Barto. tamen in consulendo adhæsit semper eius
opinioni, & Ioan. Baptist. de sancto Seuer. in tracta.
de modo studendi dicit Bartolum fuisse iuris ciuilis
principem, & quòd in eo semper fuit veritas, & quòd
9 bonus Bartolista est bonus legista, & quòd † in Hispa
nia decreto regio est sancitum, quòd vbi est contradi-
ctio, opinio Bar. prævaleat, & seruetur. Idem refert
Thom. Gram. in decisione 63. numero decimosexto.
Vnde in casu nostro cum omnes supradicti teneant
cũ Bar. non est recedendum ab eius opinione: & dicit
Ioan. de Amic. in consilio 113. Incip. Doctor præstan
tissime, quod bene scribat dicere Bartol. lumen iuris,
& alij Docto. quod in casu nostro debebat interueni-
re specialis hypotheca rei locatæ ad hoc vt conductor
potuisset expelli, si hoc fuisset necessarium, & si non
dixit non est dicendum, quod ingenium Bar. hoc non
considerasset, & Doct. supradicti cum Barto. nil aliud
considerant, nisi quod conductor habeat ius in re,
quod causatur tam per hypothecam generalẽ, quàm
specialem, & istud ius generale transit etiam in singu
larem successorem, & ratione istius iuris realis, quæ-
siti per hypothecam generalem, vel specialem potest
conductor retinere domum, vt non expellatur.

Est & alia cautela propter quam conductor prædi
ctus si velit non poterit expelli, quia in casu nostro
prædictus locator promisit non expellere, & obserua
re, & non contrauenire, & pro hac obseruantia obli-
gauit bona sua, & constituit se nomine conductoris
se tenere, & possidere, quo casu prædictus conductor
poterit prædictam domum retinere, vigore dicti pa-
cti, & constituti super hypotheca, & non poterit pri-
uari sua possessione, & retentione, nec locatorẽ trans-
ferre in emptorem tale ius, quia eo ipso, quod aliena-
uit, remansit possessio apud conductorem, & vigore
prædicti pacti poterit eam retinere conductor, ita Bar
tol. in l. qui fundum, in principio, ff. locati. & Bald.
Nouel. in d. §. si vir in quinquennium.

Et etiam in pręsenti contractu, ut supra dictum est,
interuenit iuramẽtum, quod habet vim pacti, & clau
sula, rato manente pacto, l. si quis maior, C. de transa.
Ioan. de Amic. in dicto consilio 113. numero decimo-
tertio, Bauera. vbi supra.

Et etiam in casu nostro locator promisit conducto
rem in dicta locatione manutenere sub pęna unc. 50.
& interesse, de quibus promisit stare simplici uerbo
conductoris, quæ pœna, & interesse soluta, uel non so
luta ratus, & firmus maneret præsens contractus, &
ita obligauit, & iurauit, &c.

Per quæ verba apparet, quod etiam si esset solutũ
interesse, & pœna, non possit expelli. Ita firmat Socin.
in consilio supra alleg. & Curt. iun. in consilio deci-
mosexto, numero quinto, Ioan. de Amic. in prædicto
consilio 113. circa finem. Vnde in casu nostro non est
optimo, Salyc. in l. emptorem, & in dicta l. qui fundũ,
& Imo. & Alex. in d. §. si vir in quinquenniũ, uera di-
centium, quod soluto interesse conductor possit expelli,
quia locator a principio noluit quod prædictus cõductor
potuisset expelli, quia obligatio principalis est ad pa-
tientiam, & non ad interesse, & hypotheca est princi
palis super patientia, & non super interesse.

Nec potest super prædictorum doctorum opi. insur
ri, per ea, quæ dicit Pau. de Castr. in d. §. si vir in quin-
10 quennium, dicendo, quod † solutione eius, quod debetur,
tollitur omnis obligatio, l. item quæritur, & l. Paulus,
ff. quib. mod pig. vel hyp. solui, & sic quod soluto in-
teresse soluatur obligatio hypot. super patientia, quia
respondet, & bene Soc. in supradicto cons. quod hoc
nõ est verũ in casu nostro, quod soluto interesse, sit solutũ
debitum, quia supradictæ leges procedunt, quãdo est solu
tum debitum, tũc tollitur obligatio. At in casu nostro
non est solutũ debitum, quia interesse nõ est in debito
principaliter, dato, quod per contractũ locationis nosca-
tur obligatio ad patientiã, & interesse. Tamen quo ad
interesse nõ est principalis obligatio, sed ad factum, &
patientiam, l. ead. C. loc. Bal. Imol. l. emptorem, versi.
quæro, an emptor, Soc. in d. cons. 90. tex. in l. si duo, §.
11 si colonus, ff. vti possid. Vbi si locator vult † expellere
cõductorem sine causa, cõductor potest resistere, & nõ
dicitur turbare, & ex hoc apparet, quod propter patiẽ-
tiam est licita retentio, & etiam resistẽtia, & sic patien
tia est principaliter in obligatione, & cum principali-
ter locator sit obligatus ad patientiam, & ita promisit,
& se, & bona sua obligauit, & iurauit, Ergo locator est
principaliter obligatus ad patientiam. Vnde soluẽdo
interesse, nõ dicitur solutũ debitum, & sic non est libe
rata res locata ab hypotheca ratione patientiæ, & sol-
uẽdo interesse, quia nõ soluitur id, quod debetur prin
cipaliter, quia non præstatur patientia, & ut dictum
est,

est, ll. superius allegatæ in casu suo, & non in casu no
stro loquuntur.

Et si dicatur, quod dicta obligatio ista ad patientiã
est personalis & non transit in singularẽ successorem,
respondeo, quod transit hypotheca una cum re, quæ
est realis pro patientia, & sequitur ipsam rem locatã,
& vt dicit Imol. in dicto capit. propter sterilitatem,
quod locator istud ius quæsitum conductori de hypo
theca non potuit auferre a conductore, & non potuit
pluris iuris in emptorem transferre, quam ipse ha-
bebat per regu. nemo plus, de reg. iur. in 6.

12 Item dato, & non concesso, quòd † ex contractu lo
cationis simpliciter facto locator non teneatur ad fa-
ctum, & patientiam, vt verè tenetur, vt supra est ostẽ-
sum. Tamen si interuenit stipulatio, vel iuramentum,
tenetur præcisè ad patientiam, glos. communiter ap-
probata, in l. si pecuniam in glo. pauca, ff. de condit. ob
causam, Alex. in l. stipulationes non diuiduntur, co-
lumna decima, versic. demum. de verbor. obligatio. in
quantum Barto. dicit, quòd tenetur omnia, & precisè
ad factum. Et cum in casu nostro in contractu loca-
tionis locator per stipulationem, & cum iuramento
promiserit manutenere in locatione conductorem, &
ipsum non expellere, & tenetur ad patientiam, & di-
catur, quod iuramentum non transit, nec egreditur
personam. Dico quod iuramentum firmanit, & dedit
robur promissioni ad patientiam, & sic fecit, quod
omnino teneretur pacto locator ad patientiam, &
non solum ad interesse, vt dictum est. Et sic de quo-
libet de supradictis dictum, non potest iste condu-
ctor durante dicto tempore locationis expelli a dicta
domo.

Præterea in prædicto contractu locationis prædi-
13 ctus locator, qui vendidit, dicit, † uendidit, tradidit,
cessit, & concessit omnem actionem, omne ius, quod
habet in dicta domo vendita, uel pro dicta domo, vel
ad dictam domum, per quæ verba est cessa actio perso
nalis, & emptor acceptauit cessionem actionis perso
nalis contra conductorem, ad effectum, ut possit ipsũ
cogere ad manendum in dicta conductione, vbi aliàs
conductor non cogeretur stare conductioni, nec respõ
dere emptori per d. l. qui fundum.

Tamen quia ipse acceptauit dictam cessionem, di-
citur consensisse, quòd conductor remaneat in condu
ctione, quia cogitur stare, uelit nolit, & hoc tenet Bar
tol. in d. l. qui fundum, quem sequitur Curt. iun. consi
lio 45. per o.

Præterea conductor, & locator sunt correlatiua,
quia unum non potest stare sine alio, vt ait Aristot. cã
pitulo de relatiuis, & dicit Curt. in l. prima, §. mutui
datio, ff. si certum pet. & se de patet, & statutum in v-
no ex correlatiuis, censetur statutum & in alio. l. fina
li, C. de indi. vuidu. toll. l. prima. C. de erupes. libro un
decimo, & sicut conductor non potest discedere a con
ductione pp dicta uerba, & similiter qui stat in loco
donatoris, non debet ipsum conductorem a prædicta
domo expellere eo maximè quia emptor succedit in
locum locatoris, & sicut locator non poterat ipsum ex
pellere, ita, & eodem modo emptor, cum subrogatus
14 debeat † sapere naturam sur subrogati, l. uni. C. de rei
vxo. actio. & maxime stante dicta acceptatione cessio-
nis, quæ fieri potest etiam tacitè, ut dicit Alb. in dicta l.
emptorem.

Et quando est reseruatum ius Coloniæ, & condu-
ctionis non potest conductor expelli, Alex. in dicto §.
si uir in quinquennium, in fallentijs, ubi etiam dicit,
quod si est actum quòd pensiones soluantur emptori,
non potest expelli conductor. sed hic dicitur actor sal-
tem tacitè, ex quo emptor acceptauit cessionem actio-
nis personalis per illa uerba, cessit, quę acceptatio, ut
supradictum est, sufficit tacita.

Et ultra prædicta, clarum est, quod idem operatur
propositum in proposito, quod oppositum in opposito,
l. etiam si contra tabulas, ff. de vulga. & pupillar. Sed
cum illa uerba, cessit, operentur quod conductor ue-
lit nolit, stare debeat conductioni, ergo idem debet o-
perari in opposito, idest in emptore, quòd stare coga-
tur in locatione. Et si dicatur, quòd inducta in fauorẽ
emptoris non debent operari in contrarium effectum.
l. quòd fauore, C. de leg. cum vulg. respondeo, quòd
ratione æqualitatis seruandæ hoc introducitur, quia
15 contractus † non debet claudicare, l. Iulianus, §. si
quis colludenti, ff. de actio. empt. & vend.

Restat respondere ad contraria, & primo non ob-
stat, dicta leg. emptorem, nec l. qui fundum supra al-
leg. cum similibus, quia loquuntur, quando simplici-
ter est facta locatio, & non quando est apposita hypo-
theca generalis, uel specialis, & in casu nostro, in quo
interuenit hypotheca generalis, & etiam specialis, &
fuit promissum interesse, & interuenerunt alia, de qui
bus dictum est supra, & prædictæ ll. non habent lo-
cum, quando in contractu emptionis emptor accepta
uit cessionem actionis, quam habebat locator pro di-
cta re, & inest iuramentum, &c.

Item non obstat ratio Pauli de Castr. Imol. & Ale
xand. dum dicunt, quòd solutione eius, quod debetur,
tollitur omnis obligatio per ll. superius allega. quia in
casu nostro soluto interesse nõ tollitur obligatio, quia
non soluitur id, quod principaliter est obligatum.
Nec verum est dictum Salyc. in dicta leg. emptorem,
quod locator teneatur personaliter ad interesse, quia
non est uerum, ut ostensum est.

Nec obstat dictum Imol. & sequentium in dicto §.
si uir in quinquennium, dicentium, quòd hypotheca
non auget obligationem, quod cum locator teneatur
ad interesse, sic similiter hypotheca operetur solum su
per interesse, & non auget, quia immo auget, & fortifi
cat contractum propter ius realẽ super patientia, ad
quam præcisè, & principaliter tenetur: & ut dictum
est, non est uera ista propositio, quod locator solum te
neatur ad interesse non patiendo, quia tenetur præci-
sè ad patientiam, ut est tex. in leg. ædem, C. locat. & l.
si duo, §. infimus, ff. vti possid.

Et in terminis hoc firmat Bald. in dicta leg. em-
ptor, versiculo quando emptor teneatur stare inquili-
no, & dato quod Imol. & Roman. & Alexan. dicant,
quod cautela est ad hoc, ut conductor non possit expel
li, quod locator promittat non uendere, & obliget in
specie rem locatam, quia non ob hoc negatur quin
sint aliæ cautelę, per quas non possit conductor expel
li a re locata, quas ponit Alexand. in dicto §. si uir in
quinquennium, & per alios in dicta l. emptorem, &
in d. l. qui fundum.

Nec pars aduersa se fundat in opinio. Bartol. in di-
cta l. emptorem, & in dictis Imol. & sequentium
in locis superius allegatis, quod potest rem locatam

retinere ratione interesse: Quia hoc est verum si vult
6 interesse. Attamen si vult retinere rem locatam pro tempore, quo eam conduxit, poterit, ad hoc vt ab ea non expellatur, per iura, & rationes superius allegatas. Et sic partes Magnifici Domini iudicare debeatis fores, & esse in declarando prædictum Petrum Paulum conductorem prædictæ domus ab eo non posse expelli durante tempore locationis, & prædictum Io. Martinum, seu Leonardum, vt melius dicam, emptorem non posse eundem Petrum Paulum molestare super dicta domo, & ita consulo, & de iure censeo saluo meliori, & saniori consilio rectius sentientis. Ego Petrus Enriquez Hispanus V. I. D.

CONSILIVM XVII.

SVMMARIVM.

1 *Monachus quicquid acquirit, Monasterio acquirit, etiā si maneat in seculo.*

2 *Monasterium cum succedit monacho, non dicitur propriè hæres, sed successor.*

3 *Statuto dictante, quòd magnates non possint emere res stabiles in tali territorio sub annullationis pœna contractus, quod si emerint per interpositam personam, in prædictam pœnam incidunt.*

4 *Clericus quicquid acquirit, ex redditibus Ecclesiæ præsumitur acquisiuisse.*

5 *Iudex tenetur inuestigare, vnde clericus habuerit bona acquisita post clericatum.*

6 *Pontifex non præsumitur velle bona alterius sine causa legitima auferre, & alteri dare.*

In Nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Amen.

Frater Antonius de Martinis Monachus Religionis Sanctæ Benedicti, & in dicta Religione professionem fecit, quia per annos decem stetit in Monasterio Abbatiæ Casæ Nouæ dictæ religionis Sancti Benedicti, ferens habitum dictæ Regulæ, atque Religionis, postea discessit à Monasterio, & fuit administrator, & Abbas Monasterij sancti Spiritus de Pedaci membri Monasterij Casæ Nouæ dictæ Religionis, & per longa temporum interualla dicti Monasterij introitus administrauit Casę Nouæ, & fructus percepit, & etiam habuit, & percepit introitus sancti Spiritus de Pedacij subiecti Abbatiæ Casæ Nouæ. Qui Frater Antonius habuit in eius uita fratres carnales, qui nec ex eorum industria, nec de bonis patrimonialibus, nec de alijs bonis potuerunt emere res, & bona, quæ possedit dictus Frater Antonius, & quæ insimul dicunt emisse, vel saltē proprio eorum nomine. Et inter alia bona empta reperitur una domus sita, & posita in dicto casali, cuius cōtractus in personam dictorum fratrum carnalium prędicti Monachi Antonij cantat. Tamen semper prædictus Monachus habitauit in ea, ut in re sua, & etiam emit quamplurima alia bona nomine suo, & suorum fratrum. Qui Frater Antonius ante eius mortem, per tres menses, vel circa obtinuit à Summo Pontifice, quod possit, & potuisset incedere in habitu clericali, & quod de eius bonis potuisset testari, qui postea intestatus decessit.

Dubitatur modo quis succedat, & succedere debeat huic monacho. An monasterium, in quo est professus, an eius fratres? & cuius debeant esse res emptæ, maximè per prædictos fratres ipsius Antonij. An Monasterium, & Abbatia sancti Spiritus, in quo fuit Abbas, & administrauit, & fructus percepit introituum monasterij ipsius?

Et non aliter arguendo per contraria, sed solum veritatem tangendo, cum tempora id non largiantur, est dicendum, quòd quilibet monachus facta professione expressa uel tacita, quæ fit per annum, portando habitum proprium, & ordinatum professorum, vt Abb. Io. And. & Butr. tenent in capitulo vidua, de reg. dato
1 † quòd recedat à monasterio quicquid acquirit, monasterio acquirit, dum etiam manet in seculo. Iste est in §. si monachus, de Sanct. Episc. collat. 9. in capit. si quis rapuerit, 22. q. 1. in cap. Abbates, 18. q. 2. cap. in presentia, de proba. cap. cum olim, de priuil. cum multis alijs similibus.

Facta igitur hac conclusione, quòd quicquid acquirit monachus, monasterio acquirit: Sequitur, quod monasterium debet succedere eidem fratri Antonio in rebus acquisitis per ipsum, ut in d. §. si monachus,
2 monasterium † non dicitur in hoc hæres propriè, sed successor, vt dicit Innoc. in cap. cum in officijs, de testam. & in cap. primo, de pecu. clerico, & hæc omnia procederent de plano, nisi prædictus frater Antonius fuisset Præpositus monasterio Sancti Spiritus de Pedaci, & ibi administrasset.

Et si diceretur, quod fuit absolutus a Claustro, quia fuit Præpositus alteri monasterio, vel Capellæ, quia per hoc non desinit esse monachus, nec absolutus a Claustro, de priuileg. cap. 2. lib. 6. & tenendo hāc partem, quod succedat monasterium sancti Spiritus, fratribus exclusis, excluso monasterio Casæ Nouæ.

Ad hoc enim, & omnia supra dicta responderi potest. Nam si præest alicui Ecclesiæ, non dicitur propriè monachus claustralis: Immo nec talis, postquam est Præpositus alteri Ecclesiæ, non debet in claustro morari, sed in ecclesia, in qua est Præpositus, capitu. primo, de stat. monac. & ideo ex persona istius Fratris Antonij monasterium per dictum Abbatiæ Casæ Nouæ nullum consequitur commodum, ff. de regu. iur. l. ex qua persona. Verum ista ecclesia, cui est ultimo prępositus, quia ultima spectanda est ecclesia, argumen. tex. in l. item mela, ff. de alimen. cib. leg. & capit. 3. in fine, de sepul. in fine, facit l. mater, C. ne stat. defunct. quam vltimam ecclesiam semper defensam. Ex quo videtur, quòd sit solutus a claustro, quòd ad hanc ecclesiam, cui præpositus fuit, argum. tex. cap. vnio, 18. q. 1. facit l. ex facto, ad finem, ff. de hæt, insti. cum l. sequenti, aliàs est. §. cum fidus, & l. quæsitum, in fine, ff. de lega. 3. Retenta igitur ista conclusione pro uerissima est uidendum. An bona per dictum monachum, vel fratres sint huius monachi Antonij, & in consequentia ipsius monasterij, uel ipsorum fratrum carnalium, si instrumentum uenditionis prædictæ domus esset factum in personam dicti monachi, res esset clara,

ra, quod fuisset prædicti monasterij, per prædictum capitulum primum, de pecu. cleric. sed quia instrumentum prædictæ emptionis est factum in personam ipsorum fratrum, videtur dicendum prędictam domum fuisse, & esse eorum, argum. l. si patruus, C. communia vtr. iud. licet fallat in re empta ex pecunia ecclesiæ, vt ibi glo. & quando est facta prædicta emptio in fraudem, tex. in l. si vt proponas, de rei vend. Tamen in contrarium est veritas, immo, quòd prædicta domus sit prædicti monasterij, & non prædictorum fratrum patro. Nam probatum est, quòd fratres ipsius monachi Antonij nil habebant tempore quo prædictus monachus vixit, & quòd erant pauperes, & pauperrimi. Quo casu succedit opinio Bal. in l. mancipia, C. si quis alte. Vel sibi dicentis contra prælatos. Quia in contractibus de emptionibus, quas faciunt, semper apponi faciunt nomen coniunctorum, vel alterius eorum amici, vt videatur res non empta ab eis, vel de pecunia ecclesiæ, & exclamat contra eorum dolum, & nó acquirunt tales res emptas, sed potius sunt ecclesiæ, al legat. l. vxor marito, ff. de donat. inter virum, & vxor. & ibi ad hoc est glos. singul. & ad hoc facit etiam di-
3 ctum Bal. in l. non dubium, C. de legit. Vbi dicit, † qd stante statuto magnates non possint emere res in tali territorio, quod si tales magnates emerint per interpositam personam, puta per amicum, & faciunt in instrumento apponi nomen illius, quòd talis emptio nó valet, & habetur, ac si magnates emissent, & præsumitur fraus, quæ non prodest magnati, l. fraus, ff. de leg. & facit quod notat Abb. in capit. 1. de testamen. & in capit. cum sit generale, de foro compet. & hanc partē sequitur, & firmat Barb. in c. 1. de pecu. cler. in penul. colum.

Non obstat, quod postea ex dispensatione fuit factus clericus, & sic non sit subiectus monasterio, quia dato, quod hoc esset uerum, prout non apparet, nam si
4 clericus † tempore, quo recepit ordines, & fuit ad eos promotus, nihil habebat, quicquid postea acquisiuit, præsumitur acquisiuisse ex redditibus ecclesiæ, quam ipse administrauit per tex. in alleg. capitu. primo, de pecu. cler. & ut præsuppositum fuit in facto, quando iste frater Antonius fuit effectus monachus, & incepit administrare bona monasterij Abbatiæ Casæ Nouæ, & Abbatiam monasterij Sancti Spiritus de Pedaci nihil habebat, & postquam effectus est clericus nihil quæsiuit, quia mortuus est infra tres menses, uel circa, & prædictus in eius uita nihil aliunde acquisiuit, quia nullam scientiam, & artem habebat ex quib. potuisset lucrari. Vnde succedit, quod dicit Rom. Pontifex in alleg. cap. 1. de pecu. cleric. & in cap. inquirendum, eodem tit. & Innocen. in capitulo cum in offi-
5 cijs, de testamen. Quod iudex † debet inquirere, & inuestigare vnde habuerint bona acquisita: nam si nó inuenerit, præsumitur acquisiuisse, ex bonis ecclesiæ, quam administrauit. En in casu nostro sint prædicta bona acquisita, undecunque, & quandocunque post monachatum, debent applicari monasterio, ubi professus est, allegat. §. si monachus, & dicto capitulo si quis rapuerit & dato quod postea fuit effectus clericus, & ex dispensatione Summi Pontificis habuisset facultatem testandi, & intelligitur, quòd potuisset testari de bonis quæsitis tempore clericatus, & nó de bonis ante quæsitis. Cum prædicta bona essent tam ante prædictam dispensationem clericatus, & testamenti factionis essent acquisita monasterio. Et nó præ-
6 sumitur, † quòd Pontifex voluerit auferre bona alicuius, & alteri dare sine causa, nec pręsumitur uelle iura tertij tollere, & alteri dare, nisi expressè dixerit, Innoc. in cap. transmissa, de for. compet. Pau. de Cast. in cons. 285. incip. primum dubium, quia priuilegiū intelligitur sine tertij præiudicio, capitu. quamuis, de rescript. in sexto, Abbas in capitulo sugestum, de decimis.

Ex quibus omnibus concludendum puto prædictum monasterium Sancti Spiritus de Pedaci succedere debere huic fratri Antonio, & ad ipsum spectare eius bona, nec faciendam esse distinctionem, & considerationem, an aliquid acquisiuisset ex Abbatia Casæ Nouæ: Nam cum in titulum habuerit monasterium prædictum, & prioratum Sancti Spiritus de Pedaci, & omnes fructus fuerint sui proprij de hoc prioratu Sācti Spiritus præsumitur potius quæsiuisse pecunijs, quam ex administratione Abbatiæ Casæ Nouæ, quam (ut audio) tenuit in affictum, quem soluit domino. Et hanc vltimam partem, quòd mortuus sit monasterio Sancti Spiritus, vbi pręerat, tenet Feder. de Senis post longam disputationem in cōs. 35. in fine, consil. & ideo tamquam veriorem amplector, & iuris esse dico. Ego Petrus Enriquez V.I.D. Equesque Religionis sancti Lazari Hierosolymitani Hispanus, non obstantibus allegatis pro monasterio Casæ Nouæ, nā procedunt in monacho, qui non fuisset præpositus alteri Ecclesiæ: vnde potuisset quærere, & acquirere, & ita respondet Federicus de Senis in dicto consilio. de materia istius consilij, uide Ripam in l. cum filiofamilias, ff. de leg. 2, num. 17.

CONSILIVM XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Institutio facta alicui per testatorem in parte hæreditatis, animo compensandi debitum, ipsius debiti portionem excludit*

2 *Successione creditoris in bonis debitoris extinguitur actio debiti.*

3 *Acceptatione vsufructus omnium bonorum alicui mulieri relicti cum onere, quòd contenta sit de dotib. suis simpliciter videtur remissum ius, quod prætendebat in dote.*

4 *Domus, quæ ualebat centum, si alicui fuerit legata cum onere, quòd alteri soluat ducentum, & simpliciter acceptauerit legatum, tenetur ad ducentum.*

5 *Legatarius speciei non potest in plus grauari, quam valeat ipsius speciei pretium.*

6 *Uxor, cui fuerit relictum legatum a marito, ipsum legatum acceptando non videtur renunciare iuribus suis dotalibus.*

7 *Legatum factum alicui episcopo de sua legitima portione, non adimit portionem sibi tangentem de alijs legatis factis alijs ecclesiis.*

8 *Legatum factum a debitore eius creditori de rebus datis per eum in pignore animo compensandi, si creditor acceptauerit legatum, nihil ultra petere poterit.*

Mar-

Et ita procedit tex. in terminis, in l. penul, §. primo, ff. de alimen. legatis, Doctores in l. Imperator, §. qui in uita, de leg. secundo, per l. ciuitatibus, de leg. primo, & hoc nisi prædictus Antonius expresse depoluisset, quòd nil ultra petere potuisset prædictus Cæsar, quod non fecit, & ita Doct. intelligunt d. cap. officij, & determinat in terminis, Pau. de Cast. in l. Imperator sup. alleg., & omnes Doct. vbi supra, facit tex. in l. ciuitatibus, §. fina. de leg. 1. vbi si alicui fundus relinquitur, si centum hæredi dedisset, si tantũ sit in pretio fiendi, quantum hæredi dare iussus est, non est cogendus legatarius fideicommissum a se relictum præstare. Quoniam nihil ex testamento videtur capere, quia tantum erogat, quantum accipit.

Facit etiam pro hac parte tex. in l. uni, §. sciendum
6 C. de rei vxo. actio. vbi vxor, † cui fuit relictum legatum a marito, ipsum legatum acceptando, & recipiendo, non uidetur renunciasse actioni pro dotibus suis competenti. Quia recipiendo unum, non videtur renunciasse alterum, quod sibi competit, l. quotiens, ff. de oblig. & actio.

Restat modo respondere ad omnia in contrarium allegata, atque deducta: & primo non obstat, l. si compensandi, C. de hæred. instit. Nam ibi uxor instituerat maritum hæredem animo, & uoluntate debitum compensandi, quod ipsa eidem suo marito debebat, de qua voluntate constabat, ut expresse ibi text. dicit in illis uerbis fin. videlicet. Verum etiam uoluntas defunctæ refragatur, at in casu nostro minimè constat de prædicti testatoris uoluntate, quòd noluerit, quòd prædictum legatum prædictus Cæsar compẽsaret pro bonorum debito maternarum, de quibus ipse testator debitor erat. Cum prædictum debitum iam radicatũ erat, vt æs alienum, quo casu legatum non computatur, l. si debitor, ff. ad l. falcid. alias l. si creditor, & l. si adulta, C. de hered. actio. Et tenet Bald. in Auct. præterea, C. unde vir, & uxor. in 3. colum. vers. restat modo. Causæ enim sunt separatæ. Videlicet legati, & bonorum maternorum, & diuerso natæ tẽpore, & ideo altera de alterius corpore non euellitur. Sicut de duabus quartis diximus, de quibus in l. quamquam, C. ad l. falcid. Et facit d. ca. officij, de testam. ubi quidam
7 in suo † testamento Episcopo reliquit suam legitimã portionem, & multa alia monasterijs reliquit, & Ecclesijs: ibi dicitur, quòd legitima, non obstante portione relicta sibi per testatorem, Episcopus de alijs relictis portionem petere poterit sibi tangentem: & eodẽ modo responderi potest ad l. si ab eo, ubi pro ea parte, pro qua creditor debitori succedit, obligatio confunditur.

Non tamen agere prohibetur pro residuo debiti, quod defunctus sibi debebat, & ita alia intelliguntur iura in contrarium allegata. Videlicet l. ut debitum, & l. si adulta, & l. creditorem, ubi Imol. per l. ciuitatibus, §. fi. supra alleg. tenet testatorem non posse grauare ultra relictarum rerum ualorem, per dicto §. finali.

Non obstat etiam l. Imperator, §. si centum, ff. de leg. secundo, quam in d. l. si creditorem, glos. allegat. Quia responderetur, ut Din. in d. §. fina. respondet, & Imo. in d. l. creditorem, quòd dispositio illius, §. si centum, procedit quando quis dare grauatur rem propriam, cuius præsumitur scire æstimationem, ut leg. quisquis, C. de rescin. vend.

At ista ratio in præsenti casu cessat, in quo prædictus Cæsar non habebat notitiam maternarum rerũ, immo nec paternarum, cum fuerit pupillus tempore mortis suæ matris, nec etiam habebat notitiam de ualore prædictæ uineæ sibi relictæ per patrem cum semper extra territorium Orthonæ æquitauerat, ubi sita est dicta uinea, & parum, aut nihil sciuerit de ualore ipsius, cum prædictus Marcus Antonius eius pater semper dictam uineam coluerit, & eius bona administrauerit, & bona matris ipsius Cæsaris.

Amplius. Non obstat tex. in alleg. l. cum ab uno, & in alleg. l. penultima, nam ibi dicitur, & apparet, quòd animo compẽsandi fuit legatum relictum, alias si non appareret, non præsumeretur, & utrunque peti potuisset, ut in alleg. §. sciendum, & ita declarat Alex. in d. l. si compensandi, & ibi respondet ad glo. in d. l. creditorem, dicens, quòd illa l. procedit, quando cre-
8 ditori † debitor legauit res, quas dederat sibi pignoris nomine animo compensandi cum debito. Quia si creditor agnoscit legatum, nihil ultra petere potest, cum notitiam rerum relictarum æstimationis habeat per d. l. quisquis, quæ ratio cessat in casu supradicto in bonis legatis de nouo, & de hæreditate materna, de quibus non habet notitiam, nec de eorum æstimatione, per l. qui non dum, cum gl. C. de hær. uel actio. vend. & per Bar. in l. qui nondum cum glo. C. de hęred. uel actio. & per eundem in Auct. sed cum testator, C. ad l. falcid.

Non obstat etiam, quòd acceptans legatum onus impositum soluere tenetur, per l. prima, §. pro secũdo, C. de cadu. tollen. quia ibi testator adiecit expresse, quòd nil ultra petere posset, quam prohibitionem hic prædictus Marcus Antonius non fecit, & ita firmat Paul. de Castro in dicta leg. Imperator, & in dicto §. si centum.

Concludendo igitur ex omnibus supradictis II Glossis, & auctoritatibus Doctorum: dico, quòd dato quod Marcus Antonius reliquerit dictam uineã prædicto Cæsari etiam animo compensandi, de quo animo non apparet, tamen intelligitur pro rata ualoris prædictæ uineæ, & petere non impeditur plus illud, quod materna bona ualebant sibi competentia tanquam hęredi, & filio quondam Lucię de Sicha eius matris, & ea poterit consequi non obstante dicto facto legato a dicto Marco Antonio.

Et eodem modo non obstans ea, quę dicit Philipp. Dec. in consilio 299. numero 13. Quia ibi testator legauit suorum bonorum usufructum, cum hoc onere, quòd fuisset quieta, & finita de dotibus suis, ex quo enim acceptauit dictum legatum cum onere hoc, nimirum si uideatur iura suę dotis remisisse, quod in casu nostro non fuit, sed simpliciter vinea fuit legata ipsi Cęsari. Et ita consulo, & de iure censeo ego Petrus Enriquez, &c. saluo, &c.

De materia huius consilij vide Rip. in l. cum filiofam. ff. de leg. 1. num. 17.

CONSILIVM XIX.

SVMMARIVM.

1 *Forma, quæ dat esse rei, si non seruetur, actus corruit.*

2 *Lex dicitur disponere circa formam, quando dicit, quod aliter fieri non potest.*

3 *Clausula actus annullatiua, apposita in aliquo actu, illud censetur appositum pro forma.*

4 *Forma accidentalis, quæ non dat esse rei, sed conseruat in esse iam productum, si lex vltra non procedit, valet talis actus, etiam forma non seruata, secus si est substantialis.*

5 *Fideiussio, quæ præstari debet ab eo, cui fuit dilatio concessa ad soluendum, intelligitur, si petatur a parte.*

6 *Lex, vel statutum requirens præstationem fideiussionis aliter actus non ualeat, debet intelligi si a parte petatur.*

7 *Statutum Patauinum disponens, quod processus non ualeat inter forensem, & ciuem, nisi a forensi præstetur fideiussio: intelligitur si a ciue petatur.*

8 *Lex, vel statutum prohibitiuè loquens, etiam si expressè non annullet actum, nihilominus dicitur annullare omne id, quod contra prohibitionem fit.*

PRo parte Nob. Iacobi Passara filij, & hæredis quondam Alexandri Passara producuntur infrascripta contra Ioannem Benedictum de Luceria ciuitate Apuliæ ad ostendendum quòd non obstantib. pro parte ipsius allegatis debet de persona detineri, donec soluat ducatos centum in instrumento cōtentos contra ipsum præsentato, iuxta formā ritus 164. inci. Item quod si quis debitores, &c.

Et primo eidem Ioanni Benedicto non suffragatur id, quod ait, quòd Magnif. Iudex non fecit interrogari ipsum Iacobum, si aliquid recepisset de dicta sūma ducatorum centum contenta in dicto instrumento iuxta ritum 166. incip. nota quod ille ritus illo modo practicatur, & cum hoc fuerit omissum videtur, quòd præsentatio instrumenti non valuerit, quia forma † non seruata, actus in totum corruit, Ioan. Fab. in §. hæreditas, inst. de hæred. inst. Ias. in l. cum de om nibus, ante finem, C. de inoff. testam. Quia forma est, quæ dat esse rei, l. Iul. §. sed si quis, ff. ad exhib. Ias. in l. cum quis, in 4. colum. circa medium, C. de iur. & facti igno. Alexan. in cons. 28. in 4. colum. vers. pro hoc, in 3. volumine cum Philosopho 2. Physic. & S. Tho. in libello de formis. Quia adhuc multipliciter respondetur, & primo, quia ille ritus loquitur, quando creditor fuit præuentus, vt rumpat ei instrumentum. Tunc debet interrogari creditor, si quid receperit de summa in instrumento contenta, vt in eo patet, quod in casu nostro non est.

Secundo modo respondetur, quòd istud non requi
2 ritur pro forma: Nam vt dicit Bartol. in l. de his, ff. de transac. lex dicitur disponere circa formam, quando lex dicit, quòd aliter fieri non possit: quod ritus nō dicit hoc. Idem dicit idem Bar. in l. fi. C. de vend. re. ciu. libro 11. quem refert Ias. l. sed & si quis, §. quæsitum, numero 24. ff. si quis cautio: facit, quia ubicunque ap
3 ponitur † clausula actus annullatiua, illud censetur esse inductum pro forma, secundum Bal. Ang. & Moder. in l. prima, ff. de lib. & posthum. Ias. in l. ius publicum, in fine, ff. de pact. in l. penultima, columna 8. C. eodem in l. pacta, quæ contra, in primo nume. C. eod. tit. de pactis, Alexan. in consil. 36. circa princ. in 4. uolum. in casu autem prædicti ritus non sunt prædictæ clausulæ appositæ, meritò non censetur esse inductum pro forma.

Præterea duplex, ut in Philosophus 2. Physic. forma reperitur, altera substantialis, quæ aduenit rei in potentia existenti, & altera est forma accidētalis, quæ rei existenti iam in actu aduenit, ita etiam Bald. in leg. uniuersa, ubi Ias. in tertia columna, ante finem, C. de prec. imper. offer. vnde si dicit possit prædictum ritum requirere pro forma, quòd creditor interrogetur, esset forma accidentalis, cum adueniat rei existenti iam in actu, & forma accidentalis non dat esse
4 se rei, sed habet conseruare in esse iam productum, & tunc si lex ultra non procedit annullando ualet mero iure talis actus, etiā nō forma seruata, ita expressè ait Bald. in l. hi qui, ultima columna, C. de appellat. cum concor. per dictum Ias. in d. l. uniuersa, in 3. col. in fi.

Tertio modo respondetur, quòd prædictus ritus deponens, quòd creditor interrogetur, & iuret si aliquid receperit de summa contenta in instrumento intelligitur, intelligique debet, si hoc petatur a parte. Istud ex notatis probatur per glos. in d. l. vniuersa di
5 cens, quòd † fideiussio, quam debet præstare debitor, cui fuit concessa dilatio ad soluendum, intelligitur si aduersarius postulat. Vnde colligitur pulchra regula, Paul. de Cast. ibi, quod quando, l. uel statutum re
6 quirit, quòd † certa fideiussio præstetur, aliter actus non ualeat, quod fortius est, intelligi debet si a parte petatur. Vnde infert ad statutum ciuitatis Patauinę, quo cauetur quòd si forensis conueniat ciuem, debeat fideiussionem idoneam præstare de soluendis expensis, aliàs processus factus non teneat.

Tale statutum intelligi debet, si talis fideiussio petatur a forensi, aliàs si non fuit petita, & processum est in causa, ualet processus, & ita ibi tenet Ias. ubi multa cumulat in primo notab. & est ponderandum quod DD. loquuntur in fortiorib. terminis, videlicet quando i l. vel statuto clara annullatiua, quod aliter actus, uel processus non ualeret, quo casu illud censetur inductum pro forma, ut supra est ostensum, & nihilominus si non fuit petitum, tenent quòd actus ualeat, quanto magis debet ualere in casu nostro, ubi ritus prædictus non procedit annullando, sed simpliciter mandat repræsentationem certo modo fieri?

8 Ad hoc optimè facit, quia lex † uel statutum prohibitiue loquens, etiam si expressè non annullet, dicitur annullare id, quod contra eius prohibitionem fit: l. non dubium, C. de leg. facit quod no. Doct. in rubr. C. ne fide do. den. Attamen quando lex, uel statutum non loquitur prohibitiuè, sed simpliciter mandat aliquid fieri, si non processit ultra annullando. Licet ille modus non seruetur, actus tamen ualet, ita probatur in l. statutis, C. de sententijs ex breu. recitan. iuncta l. 2. eodem tit. & Bald. & clarius, Sal. in d. l. statutis, Alexan. in cons. 24. in prima colum. post medium in 4. volum.

Non

Non obstat si dicatur quòd pro forma testamenti, traditum est, quod interueniant septem testes, l. hac consultissima, in princ. C. de testam. iuncta l. fina. C. de fideico. & tamen nemo diceret testamentum non ualere sine septem testibus, etiam si non apponatur per partem, quia ad hoc clarè potest responderi, quòd in testamento non potest cadere secundum rationem recti sermonis, quod quis hoc petat, prout est casus noster, uel potest responderi, quòd septem testes requiruntur in testamento pro forma essentiali, ita quòd si vnus testis deficit, tota fides testamenti vacillat, l. si vnus, & ibi not. C. de testam. Sed nos sumus in solennitate leui, quæ omissa non vitiat, illud enim reputatur leuis solennitatis, quod factum, vel non factum parum releuat, & eius omissio nihil releuat, uel uitiat, Bar. in l. prima, §. fina. ff. de vend. inspi. Ias. in l. secūda, §. quod diximus, in secunda colum. circa medium, ff. si quis cau.

Et posito quod esset forma, prout non est, per supradicta forma esset accidentalis, cuius omissio non uitiat vt est supra dictum.

Respondetur tertio, quòd presentatio instrumenti, & testamentum a pari non procedunt. Nam in testamento nihil habet pars implere, sed testator impleuisset. Nos autem loquimur in terminis, in quibus pars debet aliquid implere, puta in forensi, qui stante statuto prædicto non debet audiri, nisi præstiterit fideiussiores de reficiendis expensis, qui non tenetur offerre fideiussores, nisi petantur tex. in l. si quis filius, §. stipulatio, in verbo cum interpellatur, ff. de collat. bon. & in l. 2. §. quod ait Prætor, ff. quo leg. in ver. non ergo debet offerre satisdationem, sed petenti non facere moram, & est tex. in l. prima, §. non exigit, in ver. quæritur si non fuit, qui interpellet, ff. ut leg. nomine caue. cum multis alijs allegatis per Ias. in prædicta l. uniuersa, in primo nota. & sic si non fuit petitum per prædictum Ioannem Benedictum, prædictus Iacobus non commisit moram.

Ad aliud, quod dicit prædictus conuentus, quòd sine citatione præuia fuit interrogatus super tenore instrumenti, dum casualiter inueniretur in Curia Magnifici Capitanei pro alijs suis negotijs, & quòd debebat citari iuxta ritum incip. Item quòd si qui debitores, nume. 164. & sic etiam non fuit seruata forma ipsius Ritus, quæ debebat seruari, iuxta superius allegata, & tradita per Afflict. in constit. si quis in posterum, de defen. impo. in primo notab. & per ea, quæ notat Bald. in l. omnes populi, in fi. pen. col. ff. de iust. & iure. Dicens, quòd etiam in actibus fauorabilibus forma debet obseruari semper. Facit etiam quod dicit Archid. in cap. quorundam, 23. dist. quòd quando, l. vel statutum dicit aliquid debet fieri, semper illud dicitur de substantia, & substantia est talis naturæ, quòd ea omissa, actus est nullus, l. prima, §. primo, ff. de verbor. obligatio. Et sic videtur, quòd omissa citatione, quam requirit Ritus prædictus dicendo, & de mandato ipsarum Curiarum, seu alterius ipsarum, citentur, ut in certo termino peremptoriè, &c. sit omissa substantia, & sic actus interrogationis factus absque prædicta citatione, sit nullus, & sic corruere debeat confessio eius asserta de asserto debito, ob quod ad præsens detinetur, sed quòd debeat relaxari, & iterum citari responsurus super tenore instrumenti ipsius, iuxta formam, & substantiam prædicti Ritus, numero 164. & in tantum hoc est verum, quod forma, seu substantia a lege data, vel a statuto debeat seruari, quod dicit Bald. in l. si institorem, ff. si certum pe. quòd ubi datur certa forma, si seruetur equipollēs, & non forma, non dicitur tunc forma seruata.

Facit etiam, quòd licet iuramentum habeat uim clausulæ expressè, l. cum pater, §. si filius matrem, ff. de leg. 2. Tamen non habet operari illud quod est forma. Bal. singulariter. Bal. in l. si quis maior. C. de tran sact. & in l. secunda, in fine, C. de bon. poss. secundum Tabu. quæ omnia non obstant ex infrascriptis dicendis.

Et primo, non obstat id, quod dicit prædictus conuentus, quòd non fuit citatus, prout debebat citari iuxta formam traditam per ritum prædictum. Nam prædictus Ritus requirit citationem ad effectum, ut compareat responsurus super tenore instrumenti præsentari, & sic ut certioretur debitor de pena contra eum accusata per prædictum creditorem eius, ut apparet ex lectura dicti Ritus. Et quando a lege, uel statuto requiritur citatio ad effectum prædictum, sufficit præsentia talis citandi in iudicio, ita Ias. in rubr. C. de in ius vocan. Alex. in consilio 24. quarto uolum. & in dub. præsumitur requiri talis citatio pro effectu prædicto, & sic ad finem certiorandi, tenet Soc. consil. 94. in 4. uolumine, in prima col. Nec potest dici, quod de forma substātiali, requiratur talis citatio de forma, sed potius accidentali, qua omissa, actus nō redditur nullus, ut supra est dictum in secundo responso facto contra ea, quæ ex aduerso dicebantur super non obseruantia ritus 166.

Præterea prædictus conuentus statim, quòd fuit interrogatus, nihil opposuit de prædictis, sed confessus est statim prædictum instrumentum esse verū, & se esse debitorem prædicti actoris in quantitate, & summa in prædicto instrumento contenta, & in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, l. uni, C. de confess. & confessus habetur pro condemnato nota. Bal. in l. Mercalem, C. de cond. ob turp. cau. & maximè stante dicto instrumento publico de iam dicto debito, quod instrumentum est probatio probata, Bald. in l. interest, numero 2. de solut. Et ex quocunque inordinato processu, ratione confessionis, potest ferri sententia in criminalibus, nedum in ciuilibus, Bar. in l. si confessus, ff. de cust. reo. Ias. in l. cunctæ, in 3. notab. C. de transa. Et sicut potest ferri sententia contra confessum, de iure communi ex quolibet inordinato processu, ita poterit de persona detineri vigore dicti Ritus.

Amplius dato, quòd prædictus conuentus confessus non fuisset prædictum instrumentum uerum esse, prout fuit confessus ad simplicem eidem factam interrogationem per Magnificum Iudicem, ut ex actis apparet. Nihilominus absque aliqua citatione, & non obstante dicto Ritu, capi de persona poterat. Nam si bene inspiciatur dictum instrumentum, & in eo clausula, & pactum extat, quòd prædictus conuentus potuisset capi ex sola ipsius instrumenti ostensione, quo casu potuit absque alia citatione capi: ita eleganter dicunt, Io. de Imo. Alexan. Ang. in l. si sic, ff. de leg. prim. o, per l. cum quidam, *la grande*, ff. de lega. 2. quos tenet, & sequitur, Afflict. in const. pacis, cultum, sub tit.

de

de pacis cultu, seu de cult. pac. num. 20.

Et si diceretur, quòd tale pactum non valeat, cũ per eum defensio tollatur, cum citatio defensio quædam sit. Clem. pastoralis, de re iu. & reus non potest renunciare defensionibus, Glo. in l. pactum inter hæredem, ff. de pac. Dicitur, quòd per hanc renunciationem defensio non tollitur, sed modi defensionis variantur, cum reseruentur ... facto quod fieri potest, l. fin. C. de compen. Alex. in d. l. si sic.

Nec obstat, quòd etiam pro parte ipsius allegatur, dicendo, quòd liquidum non erat instrumentum, cũ contractus in eo appositus ultro, citroque obligatorius fuerit, cum in instrumento iam dicto præfatus Iacobus promiserit ratificare facere Armellinam eius vxorem, affatam uenditionem fundi conterti, & nominati in instrumento, ita quòd antequam ageret, oportebat probare ex parte sua adimpleuisse omnia cõtenta in dicto instrumento per ea, quæ not. Barto. in l. quæro, §. inter locatorem, ff. loca. l. Iul. §. offerri, & ibi Doct. ff. de act. empt. & vend. nam unum instrumentum liquidatur per aliud, vt dicunt Docto. & Bald. in l. fi. C. de falcid. adiect. leg. & Ritus, num. 165. incip. nota quòd iste Ritus, &c. & iam fuit prædictum instrumentum ratificationis productum in actis confectum manibus egregij Notarij Sigismundi de Aquila, publici Notarij, per quòd apparet prædictam Armellinam in ampla forma præfatam ratificationem fecisse cum clausulis omnib. necessarijs, & oportunis. Et licèt dicatur, quòd postquam fuit oppositum pro parte ipsius conuenti de affatæ ratificationis defectu, fuit confectum prædictum instrumentum, & sic facta dicta ratificatio: Nam hoc sufficit, aut reconualescit iudicium, & ille, qui tenebatur adimplere, dicitur adimpleuisse, etiam si pendente iudicio adimpleuerit, ita singulariter tenet Alex. in conf. 27. incipiente viso libello, colum. 2. vers. præterea obstat, lib. 1. cõs. Et tãto magis, quia statim, quòd fuit præsentatum instrumentum debiti antecedẽti, fuit facta dicta ratificatio, & eiusdem ratificationis eodem modo præsentatum aliud instrumentum, vt ex actis apparet. Nam ea, quę incontinenti fiunt, inesse videntur, in l. penul. ff. de testam. mili. l. lecta, ff. si cert. pet. tradidit Specu. in titu. depositi. §. 10. vers. post li. Ex quibus omnibus apparet bene fuisse prouisum per Curiam esse præfatum conuentum detinendum, & sic ipse actor petit detineri, donec, & quousque cum effectu satisfactum sit sibi de affato debito, & pœna competenti ipsi Curiæ.

Quam pœnam (ut mihi relatum fuit) prædictus cõuentus agnoscens se iniustè apposuisse prædicta, iam incipit soluere, & sic potest prædictum debitum soluere cum sit principale, & pœna sit quid accessorium. Nam si ad solutionem debiti non teneretur, nec etiã ad pœnam. Et ita consulo, & de iure censeo ego Petrus Enriquez Hispanus Miles religionis sancti Lazari Hierosolymitani inter ll. DD. minimus. Cætera suppleat Magnifici Iudicantis Religio, & Sapientia.

Demum heri sero Cliens meus mihi copiam cuiusdam petitionis attulit prædicti conuenti, in qua se offert, facto computo inter ipsos, soluere: propter quam oblationem petit se excarcerari. Et quia non sufficit oblatio verbalis in hoc casu, sed oportet, quod interueniat etiam consignatio, ut ait Bar. in l. acceptam, C. de vsu, & per prædictam oblationem non dicatur satisfactum de prædicto debito ab ipso conuento confessato, propterea petitur ipsum detineri, quousque satisfaciat cum effectu, iuxta formam prædictorum Rituum allegatorum supra, & Ritus 171. incip. Item seruat ipsa Curia, & ita de iure censeo, &c.

CONSILIVM XX.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrorum potestas a partium compromisso pendet.*

2 *Clausula, Altè, Bassè, liberum arbitrium importat.*

3 *Clausula, quod arbiter possit tollere de iure vnius, & dare alteri, est maximæ importantiæ.*

4 *Iuramentum est exclusiuum reductionis ad arbitrium boni viri, appositum in compromisso.*

5 *In materia concernente peccatum, seruandum est ius canonicum, & non ciuile.*

6 *In uria fient, nec dolus scienti, & volenti non infertur.*

7 *Arbitrorum pro sententia semper præsumitur.*

8 *Confessio debitoris credentis non habet obstare, aut nocere cessionario, quando contra cedentem non datur regressus.*

9 *Iudex bonus omnia debet inspicere, & inquirere pro ueritate indaganda.*

10 *Libris Mercatorum nostri temporis, nec de iure, nec de consuetudine fides adhibetur in his, quæ pro ipsis Mercatoribus faciunt, & scripta sunt.*

11 *Verba ciuiliter sunt intelligenda, & potius iuri communi conformia interpretanda.*

12 *Argumentum ualidum est a ratione cessante.*

13 *In dubijs semper adhærere debemus tutiori, & benigniori interpretationi.*

14 *Ea, quæ incontinenti fiunt, inesse videntur.*

15 *Regressus contra debitorem cessum datur, quando cessionarius denunciauit certiorando debitorem, ne solueret creditori.*

Intemeratæ Virginis Mariæ implorato suffragio. Amen.

PRò Laudi defensione in hac præsenti consultatione ex causæ meritis, & forma compromissi, plura in mediũ ueniunt differenda, quæ unico argumento a partibus enumeratis, l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. uel iuxta rem, & materiam, vt compendiosius potero, differendo complectar, pre. cons. Specul. in titu. de allega. & glos. in l. prima, ff. quod metus causa.

Præmittendo unum in materia, & iure clarum,
1 quòd † omnis potestas arbitrorum a partium compromisso pendeat, iuxta l. nam distinguemus, §. de officio, l. si cum dies, §. penul. de arbit. ff. Come. in cons. 113. in 2. vol. in 1. col.

Vnde tunc, aut pars aduersa a Laudo vult discedere per remedium appellationis, quod facere non potest ex ratione. Quoniã cum ex tali arbitramento non oriatur actio in factum, cessat omnis appellatio, per l. prima, C. de arbit. Item ex alio arguendo ab absurdo,

& su-

& superstilius, quæ ualida sunt. l. nã absurdũ. de bon. lib. ff. §. quib. 2. constit. C. cum vulg. Absurdum fuisset .n. ac frustra. ll. introduxissent reductionẽ ad arbitriũ. iuxt. §. arbitrorum. l. societatem. ff pro socio. si pro dicto arbitramento supererat appellationis remedium, seruisset aliàs de uento. §. ille, quod non est dicendum. Meritò. &c. Et qd nõ possit appellari, firmat Ba. in l. hi q ad ciuilia, propè fi. de app. cui Pon. adhæret in Rub. de Arbi. 26. col. & hec est cõior scribentium snia. &c.

Aut per uiam reductionis pars nititur impugnare laudũ, & non põt, stante forma compromissi; Nam in
2 eo stat clausula † altè, & bassè, quæ importat librum arbitriũ ut uoluit. Ioan. And. in c. humilis. De maio. & obed. Et operatur, q respectu læsionis nõ possit peti reductio iamdicta. Abb. in c. fin. eo. tit. nu. 4. Item extat alia clausula, q possit tollere de iure unius, & date alte
3 ri. et in maxima quãtitate, q clausula † est mirabilis importãtię. Dat. n. largam potestatem habenti arbitrati, taliter quod impedit reductionem. vt voluit idem Ioan. And. in addit. ad Spec. §. fin. vers. item si compromissum in tit. de Arb. sequuntur Pon. in rub. de Arbi. 25. col. & Lanfran. in Tract. de Arbi. in 18. quæsito.

Item ex alio tollitur oĩmoda reductio stante renun-
4 ciatione iuramẽto † allata, quę (ut dixi) est exclusiua reductionis, ut not. consuluit Fed. de sen. in cons. 115. in proprijs terminis, cũ eo casu dẽat iuramẽtũ seruari citra interitũ & dispẽdium salutis ęternę, nẽ qd turpe, aut cõtra bonos mores præceptum fuerit. c. uenientes & c. cum cõtingat. de iuriu. & Moderni Cano. in c. q̃uis. de pac. in 6. Add. n. iusm forum foro, quemadmodum Moderni in l. si quis cum maior. C. de trãs. & in Authent. sacramenta puberum. C. si aduer. uendic. Bal. in tit. de Pace iura. firman. in usi. feud. uoln. &c.

Amplius. Posito, & nõ concesso, quòd reductio peti possit, stante iuri interpositione, non petiti absolutione. peteti reductionẽ obstat periurij exceptio, & vt periurus uenit à limine iudicij repellendus, vt uoluit Lud. Pon. & Lanfr. in præallegatis locis. Aut de Butr. & Panor. in c. debitores. de iur. iur. Conferunt scripta, & notata per Do. in d. l. si quis cum maior. Idem tenet Ioannes de Syllua in suo paraulo compend. de iureiu.

Nec obstat, quod uoluit Bar. in d. §. arbitrorũ, quatenus dicit bac iuramẽtũ tãtam hẽre cõditionem pacti preambuli, si dolo non fuerit arbitratus, &c. l. fin. cum simi lib. C. de non num. pecu. Quia quando sumus in
5 materia † obseruationis iuri concernente peccatum, seruãda sunt canonica iura, & nõ ciuilia per tex. & Doc. in d. c. q̃uis, & in reg. possessor. de reg. iur. in 6. Et pro tutiori animarũ salute, uię tutiori est adhęrẽdũ. c. iuuenis de spon. Verũ ius canonicũ oẽ iusm, qd est sine interitu æternæ salutis, mãdat obseruari. c. si uerò. de iur. iu. d. c. debitores, ergo dẽt obseruari, & reductionẽ uolenti obstabit periurij exceptio. Secũdo ẽt ex euidẽti ra
6 tione. Nã clarũ est, q † scienti, & uolẽti nõ infertur iniuria, nec dolus. l. 1. §. usq; adeò. De iniur. l. 3. §. si quis volente. de libe. ha. exhib. Sed sic est, q stantib. clausulis primò dictis, de quib. in cõpromisso partes ipsę uoluerũ, q Arbitrator potuisset ipsarum quamlibet lædere, & cuilibus auferre, & alteri dare, ẽt in maxima quãtitate, Meritò, &c. Tertio principale, & posito, & nõ cõcesso, absq; ueri pręiudicio, q prędictis i iure militant ib. per superius adducta non militarẽt, adhuc in terminis istis nõ detur modus ad reductionẽ euitandi & tũc si ex aduerso, aut in cãm doli, aut enormis læsionis, si doli, aut ex proposito, aut præsumptiuè si ex proposito, & tunc cũ dolus sit facti, & cadat in animo est, difficillimę probationis arg. l. primę. §. dolũ, ff. de dolo, gl. in l. fulcinius. §. qdsi latitare. ff. ex quib. cau. maio. Allegãti incũbit onus probãdi. l. ei qui. ff. de prob. cum alijs uulga. qui dolus non fuit deductus, nec probatus. Meritò prędicta reductio cõcedi nõ põt, nec dẽt. &c.

Nec ad doli detectionẽ possent in hac instãtia reductionis nouæ probationes fieri, si ex antiqs corã arbitratore factis nõ deduceret, ut noluerũt. Fi. & Bar. quos cõiter Doc. sequũtur i materia dicti. §. arbitrorũ ex rõne. caderet. n. in Arbitratorẽ probabilis ignorãtia ex de nouo pbãtis, q nõ potuit diuinare. c. 1. de ele. bñ. &c.

Si ex præsumptione, q nõ cadat doli præsũptio, de
7 ducit arg. tex. in l. merito. ff. pro socio. c. 1. de iesu. fac. qm pro Ini † arbitratoris sp præsumitur. l. Herennius §. Gaza de euict. Tenuit in specie Ale. in cõs. 119. in 2. vol. post. Dyn. in cõs. inci. Ptolomeus p tex. in l. ab ea parte. De prob. & in l. Titia, iuncta. l. sciẽdũ. De verb. oblig. vbi ẽt uoluit Alex. q nec aliqua iusta cã excuset petentẽ a pęna cõpromissi. Aut ex facto enormis apparẽtis læsionis, q tacitũ includit dolũ. p tex. in l. superstite. C. de dolo. Bar. in l. pen. ff. de præto. stipu. & p eũdẽ in §. arbitrorũ, & tũc, q in terminis istis dicta læsio non cadat, apparet euidẽtissime ex probatione, seu cõfessione debiti, quæ non reficiatur in dubium. Potuit igitur Arbitrator iuxta regulam. l. proinde ad l. Aquiliam & materiam. l. qui accusare. C. de eden. à contrario sensu cum uulgat. Petrum Antonium debitorẽ ad summam ducatorum octoginta petitorum cõdemnare laudando, vt euidenter, perspicueq; apparet. &c.

Non obstat, quatenus ex aduerso allegaretur debiti solutio seu liberatio p cessionẽ assertã nominati asserti debitoris cassati in libris eiusdẽ, & per cõsequẽs dicta asserta cessione stãte, satis ueneràt absoluẽdus. l. qd debitor in fin. ff. de pec. l. 3. §. idem labeo de in reuerso. Et p Corn. in cõs. 23 t. in vlt. col. in 2. vol. qa respõdet dupliciter eodẽmet reassumpto argu. Nam aut vult, q
8 obstet in uim confessionis, aut in uim scripturæ; quòd confessionis † debitoris cedẽtis nõ habeat obstare, aut nocere cessionario, voluit Spec. in tit. de cessione acti. §. 1. vers. sed nunquid sola cõfessio, & post eũdẽ firma ut ibi in add. Io. An. Bar. Pau. & Alex. post Dyn. in l. facta. §. hæres, ad Trebell. Vbi cõiter tenent, q siue sit iudicialis, siue extraiudicialis, non hẽt dicta confessio nocere cessionario, qñ contra cedẽtem non datur regressus, cum alias (vt dicunt ipsi) daretur materia colludẽdi cessionarium, qd esse nõ debet, tum maximè quãdo hęc cessio fit ad commodum meræ lucratiuum debitoris cedentis, quod in specie Io. An. Immo. & Doct. in præallegatis locis firmant. &c.

Accedat ẽt, q assertus cedẽs non cessit, neq; tradidit creditori suo liquidas cautelas ullas contra debitorẽ assertum suum, vt facere tenebatur, nec eundem exigibilẽ præbuit, ex quib. potuisset liberatio sequi, nec bonum debitorem assertum fecit, ut facere tenebatur. l. si nomen, cum l. sequen. de hær. uend. quæ oĩa bonus Iu
9 dex † ad collusionem istam uitandam considerare debet, inspicere, atq; inquirere pro ueritate indaganda. l. Is apud quem cum materia, C. de eden. & in terminis proprijs firmat. Io. And. in preal. loco.

Si autem in uim scripturæ ex fide librorum ex cessatione asserti debitoris. Et tunc, q non obstet apparet cum ex iuris dispositione, nullibi propria scriptura releuare

F

leuare producentem habeat, nisi quatenus ei præiudi
cat. l. exemplo, l. probationes, seu rationes, C. de prob.
cum materia, l. publia, §. fi. ff. de pol. Tum quia libris
10 Mercatorum nostri temporis, neque de iure, neq. de
cõsuetudine fides adhibetur in his, q̃ p Mercator scri
pta sunt, quia daretur materia delinquendi habentib.
exercere artem mercantiæ, si tali gauderent prærogati
ua, quod esse non debet, arg. c. quanto, de diuor. l. con-
uenire, de pactis dota. præsertim in magna quantita-
te, vt per Bar. in l. quędam, §. nummularios, de eden.
& in l. nuda ratio, de do. Bal. Nouel. in rub. C. de pro-
bat. alius de fide instr. Bar. Bal. & Moder. in l. 1. C. de
Bal. in l. comparationes, C. de fide instr. Modern. in l.
admonendi, ff. de iureiur. & hęc cõior scribentium sen
tentia, & licet ex consuetudine eorum officium sit ap-
probatum, coiter id habet locum in spectantib. ad artẽ
seu officium, non autem in his, quæ ipsimet scribunt
pro se: uolunt Doct. in locis præalleg. & firmat Corn.
in cons. prædicto, & Ponta. in cons. 346. in 1. col. &c.
Nec prædictis obstat, quatenus ex aduerso diceret-
tur, q̃ d. creditor coram arbitratore simpliciter dixerit,
ac fassus fuerit se uelle fidem adhibere libris sui debi
11 toris, cum † ista uerba sint simpliciter, & indiscreto
modo prolata, & non debent interpretari contra men
tem, & intentionem proferentis, & in ciuili modo, l. so
lemus, l. si quis intentione ambigua, de iud. iuncta, l. si
cui, ff. de seru. Cum quilibet censeatur se conformare
cum iuris dispositione, ut volunt Barto. in l. iurisiur. de
oper. liber. Bal. in l. tres fratres, de pactis. Imò in c. po
tuit. de loc. Corn. in cons. 63. in 4. col. in 2. uolu. & in
cons. 24. eo. uol. Debent igitur dicta verba interpreta-
ri sano modo, & ciuili modo, & maxime ex euidenti
ratione, quia si assertæ confessioni, & uerbis sic simpli
citer, & indiscreto modo prolatis staretur contra pro-
ferentem, resultaret fl. & iurium correctio, dico, repu-
gnantia, quæ volunt propriæ scripturæ fidem adhibe-
ri non debere ad tollendam materiam delinquendi,
12 d. l. conuenire, & d. cap. quanto. † Cumque ualidum
sit argumentum a ratione cessante, l. adigere, §. quam-
uis, de iure patro. c. cum cessante, de app. & uenire cõ
tra rationem sit venire contra legem, cum ratio sit ani
ma legis, l. cum ratio, de bon. dam.
Vnde succedit regula, quòd confessionibus, & simi
libus verbis, quibus ius, & ratio repugnant; Arbitra-
tori non standum fore, l. inde neratius, §. fin. ff. ad l. A-
quil. l. confessionib. de interrog. act. l. viii. C. de confe.
in gl. magna. Meritò contraria interpretatio fieri non
debet, vt dictum est.
13 Facit, quia semper in dubijs debemus tutiori, & be
nigniori interpretationi adhærere, l. quotiens, l. in am
biguo, cum vulg. de reb. dub. Eo maxime, cum in ter
minis istis uertetur iactura confitentis, tractaturq. de
dam. euitan. Ex aduerso autem de lucro captando, vi-
delicet de liberatione, quorum ratio est impar. l. si, cum
similib. C. de eod.
Accedat ulterius ipsius confessionis incontinenti
sequuta declaratio, ubi declarãdo dictum suum dixit,
se uelle eatenus dictis libris fidẽ adhibere, quatenus
de iure teneretur, & non aliter. Potuit enim confitens
non solum in continenti, sed etiam ex interuallo suá
declarare confessionem, dummodo eam ex toto non
tollat, aut perimat, ut uoluit not. Bal. in l. 2. C. de cu-
reo. per tex. in c. dilecti, de acc. & ibi Are. Ale. in cons.
1. in 3. uol. Sed dic est quòd in terminis tuis, per talẽ
declarationem, confessio eius non tollitur, nec perimi
tur, sed fit transitus, & declaratio de confessione sim-
plici, & indiscreta ad cautam, & disertam, prout de iu
re haberi debet, per superius allegata, meritò. &c.
14 Facit ẽt, quòd ea, quæ incontinenti fiunt, inesse ui-
dentur, l. lecta, ff. si cer. pe. cum alijs similib. cum ergo
dicta declaratio fuerit paulo post facta dictam confes
sionem intelligi debet inesse dictæ confessioni. Qua
declaratione sic stante, euitantur omnia contria, quæ
de prohibita reuocatione iuris, & facti ante, & post li
tẽ possunt adduci, c. circa præparatoria iudicij, seu me
rita causæ, & an, & quando fuerit acceptata, vel reda-
cta in scriptis, & quid si non præcesserit deliberatio,
quod potius esset laboriosum, q̃ subtile in mediũ addu
cere, cumq. (ut diximus) sumus in materia declaratio-
nis, non aũt reuocationis. Non cadit ideo diuersa disse
rere, nec ad illa respondere, de quib. plenè per Doc. &
Bar. in l. non fatetur, de con. Bal. & alios in l. 1. C. eo.
Io. And. in addi. ad Spec. eo. tit. Rom. in cons. 391. &
cõs. 353. Bal. in l. edita, C. de eden. & in l. cum precij,
de liber. cau. & in l. error, C. de iure, & fac. ignor. & in
l. de ætate, §. iusto, & §. interrogatus, ff. sumus igitur ex
tra terminos, d. reuocationis, cũ ex diuersis non fiat il-
latio, l. papinianus exul, ff. de mi. l. naturaliter, §. nihil
commune, ff. de acqu. poss.
Vel posito, & non concesso absq. veritatis præiudi-
cio, q̃ essemus in terminis reuocatorijs. Adhuc nõ est,
quòd obstet in contrariũ, quia d. confessio non possit
in totũ reuocari, corã Iudice reductionis, uel possit di-
ci confessionem factam coram arbitratore esse extraiu
dicialẽ, ex quo coram Arbitratore proceditur, absq. for
ma iudicij, & ipsius Arbitramentum non hẽt executio
nem paratã, d. l. 1. C. de arbit. formaliterq. in his termi
nis, quod possit reuocari, tenet Bar. in d. l. non fatetur,
in fi. ver. & Pont. in cons. 346. per hanc rõnem, quia re
gulariter oĩs confessio extra iudicialis vt erronea p̃t an
terẽ indicatam reuocari, Doc. in d. l. error in cap. 1. de
confes. & hæc est sententia cõior. in materia hac.
Vltimo ad ostendendum, quòd nulla adsit in termi
nis nostris laudum assertio cedenti læsio inflicta dede
cit in p̃senti, qd certũ est, quòd hic debitor cedẽs tunc
& eo casu posset dici enormiter lęsus, qñ regressum nõ
15 haberet contra debitorem cessum creditori suo, sed sic
est quòd non obstante cessione, adhuc datur sibi regres
sus ad exigendum, & petendum contra suũ debitorẽ
cessum, postq̃ sua iura, & actiones contra eundẽ sunt
salua, si quas experiri, & eis uti uelit. Ergo, &c. Hæc
euidenter probantur in l. 3. C. de noua. vbi cedẽs iura,
nihilominus apud se retinet actionem directam, quæ
tanquam character ossib. inhærens, non põt ab eis ossi
bus auelli, l. quis ergo casus, ff. de pec. qua actione ipse
cedens experiri põt, nisi in trib. casib. primo si cessiona-
rius fuerit: secundo, si cessionarius partẽ debiti susce-
pisset: tertio, si cessionarius denunciauerit certiorando
debitorem, ne solueret creditori, & sic cedenti extra ca-
sus hos ubiq. cedenti datur regressus contra cessum de
bitorem, ita formar no. Bar. Soc. in reg. 80. ad fal. Bal.
Pau. & cęteri Doc. in præall. l. 3. C. de noua. sed sic est,
quòd ex processatis in terminis nostris nullus casus
fallentiæ deducitur de prædictis. Meritò apertissimè,
& manifestè, atq. consequenter sequitur ex prædictis
dictum cedentem, cui reseruatus regressus est assertũ
debitorem cessum in nullo fuisse lęsum ex prędicti
laudi promulgatione.

Ex

Ex præmissis igitur simul iunctis, uel ex uno quoque de per se indubitanter patet, partes Magnifici Iudicantis, & inspicere debentis prædictum Laudum fore, & esse in prounnciando nulliter, & iniustè fuisse reclamatum, & optime laudatum, & fore, & esse in mandando id executioni, iuxta eius seriem, & tenorem, & ita de iure censeo, &c. Cætera suppleat Magnifici Iudicantis religio, cuius me submitto iudicio, &c. Laus Deo, &c.

Enriquez V. D. I. &c.

CONSILIVM XXI.

SVMMARIVM.

1 *Carceris custos, si ex eius negligentia, siue dolo carceratus aufugerit, eadem pœna, qua ipse carceratus tenebatur, tenetur.*
2 *Carceratus carceratorum depositarius dicitur.*
3 *Carcerarius, qui salarium recipit a publico, pro custodia alicuius carcerati, ipsius periculum subire tenetur.*
4 *Magna negligentia culpa est, & magna culpa dolus est.*
5 *Carceris custos statim quod aufugerit carceratus, potest poni ad torturam, quia contra eum est præsumptio.*
6 *Custos carceris, quando ei mandatur, ut aliquem diligenter custodiat, potest eum ligare.*
7 *Aufugiens a carcere habetur pro confesso.*
8 *Carceris custos, si aufugerit debitor, tenetur creditori ad solutionem prædicti debiti.*
9 *Pœna debet substinere suos auctores.*
10 *Substituens tenetur de facto eius substituti.*
11 *Electio imprudens est in culpa.*
12 *Feudatarius si in seruitio feudi substitutum fecerit, & talis substitutus feloniam commiserit, priuabitur feudo propter prædicti substituti culpam.*
13 *Carceris custos tenetur pro carcerato fugienti, quando talis erat iustè carceratus.*
14 *Carcerati iniustè si carceris custodes occiderint, non tenentur.*
15 *Carcerati qui fideiussores præstiterunt de securo carcere si iniustè detinebantur, & aufugerint nec ipsi, nec eorum fideiussores ad pœnam tenentur.*
16 *Testis nemo potest esse in causa propria.*
17 *Offenso dicenti in articulo mortis se fuisse vulneratum a tali persona non creditur.*
18 *Testes examinati parte non citata, non probant.*
19 *Inquisitio non procedit, nisi de delicto constet in genere.*
20 *Suspicio probabilis saltem debet esse contra inquisitum, ad hoc vt capi possit pro delicto.*
21 *Iura communia circa capturã in Regno sunt correcta.*
22 *Iudex in criminalibus potest a captura incipere.*
23 *Testes de fama deponentes debent dicere nominatim, a quibus audiuerunt.*
24 *Testes in criminalibus deponere debent coram Iudice, vel de eius commissione.*
25 *Magna Curia Vicariæ in quibus casibus vtatur, & contra quos eius præeminentia.*
26 *Sententia in dubio debet proferri in fauorem rei.*
27 *Nec culpa, nec negligentia ei imputari potest, qui adhibet diligentiam quam debet.*
28 *Casus fortuiti dicuntur insidiæ, quæ non possunt prævideri.*
29 *Fugiens à carcere ad hoc ut habeatur pro confeßo, quæ requirantur.*
30 *Officialis, si quis non habens carceres recommendauerit aliquem carceratum alteri officiali, & ille aufugerit, non tenetur iste officialis, qui ipsum pro carcerato tenebat.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen.

IN causa Sebastiani Orthega Hispanioli in Militis ciuitatis Aquilæ, dubitatur quæ sint partes Iudicis syndicatorum in iudicando, contra proponitur casus, quod Magnificus Auditor Prouincialis volens discedere a Ciuitate Aquilæ misit quendam Seraphinũ ad carceres Mag. Capitanei ipsius Ciuitatis inquisitũ de furto ducatorum 300. quorum carcerum, carceratorũq; in eisdem carceribus existentium custos erat prædictus Sebastianus. Qui Seraphinus cum ad dictos carceres fuit ductus, Miles prædictus nó erat in Curiæ domib. nec ipsi fuit consignatus, qui carceratus aufugit. Dubitatur, an Miles iam dictus teneatur criminaliter pro fuga prędicti carcerati, nec non ad interesse parti lęsę ob dictam fugam.

Et videtur prima facie dicendum, militẽ affatũ teneri criminaliter Curiæ, & ad interesse dicti querelatoris nomine Francisci Io. Antonij, & sic ad prædictos ducatos 300. quos petit, & asserit furto subtractos a iam
1 d. Seraphino. Nam miles † & custos ex cuius negligẽtia carceratus aufugit, siue eius dolo, tenetur eadem pœna qua carceratus tenebatur, l. milites, in princip. & in §. 1. l. fi. ff. de cust. reo. l. ad commentariensem, C. eo. tit. & ibi Bal. ubi ait, quòd custos carceris ratione culpæ tenetur capitaliter, quia in sua fide recepit cu-
2 stodiendos, cum † carcerarius sit quidam depositarius carceratorum, vt consu. Paul. de Castr. in cons. 42. arg. l. 1. in prin. ff. eo. ti. Tenetur enim diligenter custo-
3 dire, cum recipiat salarium a publico. Et † qui mercedem pro custodia alicuius rei recipit, eius illius rei periculum pręstare tenetur, l. qui mercedem, ff. loca. ubi gl. dixit, quòd de omni culpa tenetur, & negligentia,
4 & magna † negligentia culpa est, & magna culpa dolus est, l. magna, ff. de uerb. sig. l. si merces, §. culpæ, ff. loca. Immo omne reprahensibile culpa est, Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act. Immò statim, quòd † carce-
5 ratus aufugit, custos potest ad torturam poni. Amod. in suo tra. sind. nu. 99. Et qñ aufugit carceratus in dubio, & cõtra custodem præsumptio est, l. pe. de cu. reo. & d. l. ad commentariensem, & is qui in casu criminis est, prout erat prædictus Seraphinus, diligentius debet custodiri in l. si quis filio, §. eius, in ver. diligẽtioris custodiæ, ff. de iniust. rup. Et tunc dr̃ quis diligenter custodiri, qñ custoditus fugere non potest, nec de eo pôt
6 aliquo modo dubitari. Et ideo qñ † mandatur alicui officiali, vt aliquem diligenter custodiat, pôt eum ligare, vt est tex. iuncta glo. in l. 2. ff. de seruis fug. & ita tenet Camp. in c. prædicti, sub tit. quod non procedatur ad destru. rei, burgensa. num. 11. & idem tenet in c. cõtra effrenatas sub tit. ne quis auct. propria, nu. 19.

Vbi ponit, quotuplicem esse custodiam. Et eandem
pœnam capitalem imponit Regni constitutio Castel
lanis, quãdo fraudolenter carceratos dimiserũt. Quæ
constitutio incip. Castellani. sub titu. de offic. Castell.
& seruien. & ibi Afflict. Tenetur etiã ad interesse par-
tibus. tex. est in l. si per exactorem, & l. quotiens: de
exacto. tribu. lib. 10. & d. l. ad Commentariensem &
idem disponit. l. 12. titu. 29. in 7. partita in ll. Hispa-
niæ, & ibi glo. Montaluij.

7 Præterea, fugiens † à carcere, prout aufugit prędi-
ctus Seraphinus, habetur pro confesso. l. in eos, & ibi
Bar. ff. de custo. reo. & Fely. in c. nullus, de præsump.
Si ergo prædictus Seraphinus fugiendo, prout fu-
git, est prædictum furtum confessus prædictorũ du-
catorum 300. nulli dubium est, ꝙ prædictus Miles
ad interesse iam dicto querelatori teneatur. Nam si
8 † notificans debitori alicuius, quòd aufugiat (Quia
eius creditor ordinauerat eum capi facere) tenetur cre
ditori ad debiti illius solutionem, si debitor talis aufu
git, vt tenet Ancha. in cons. 241. incip. viso themate.
Et est singularum Hyppol. de Marsi. 137. incip. in in
re clarum est. A fortiori, custos tenebitur ipsius carce
rati, qui eius incuria, & negligentia, siue dolo aufu-
git, quem tenebatur diligenter custodire, vt in iurib.
superius allegatis, & teneatur de leuissima culpa, ad
instar Magistratus. l. non similiter, ff. de magis conue.
& l. in magistratu, cum alijs vulgaribus, eodem titu.

Nec debet ei opitulari, ꝙ ipse erat absens tempo-
re, quo prędictus inquisitus, fuit ad carcerem ductus,
&, ꝙ fuit consignatus Ioanni Sarubo, qui similiter
curam carceratorum haber, vt satis est probatum per
quàm plures testes in fauorem ipsius inquisiti exami
natos, & querelati. vt apparet in processu: & quòd pę
9 na † debet tenere suos auctores. l. sancimus. C. de pęn.
l. si hæredis seruus, §. fin. ff. de legat. primo. cum alijs
similibus. Nam prædictus Ioannes Sarubus in casu,
in quo habet curam carceratorum (quod negatur ex-
presse) attamen est substitutus ipsius militis; & sub-
10 stituens † tenetur de facto ipsius substituti. in l. 1. in
princ. de magis conue. Bar. in l. si cum exhibuissent,
ff. de publi. Vnde dicit Bal. in l. nã & seruus. §. si man
dato, ff. de nego. gest. quòd quis tenetur de sui substi-
tuti culpa, & si ipsum insufficientem elegerit, si igno
ranter est in culpa: si scienter est in dolo. Quia impru
11 dens † electio est in culpa: & facit. l. si quis mandato.
to. de nego. gest. l. ex facto. ff. eod. tit. argu. tex. in l. qui
tamen non idoneum. ff. como.

Facit etiã, quod in simili Lucas de Pen. ait in l. ne-
12 minem. C. de decur. lib. 10. quod si † Dñs in seruitio
feudi fecerit substitutum, & talis substitutus fellonia
commiserit, quod dominus feudo priuatur ob culpã
substituti eius. Et sic eodem modo prædictus Miles
debet propter culpam puniri, seu dolum sui substitu-
ti, nam ipse tãquàm principalis custos carceratorum
tenere debebat prædictum Seraphinum de furto in-
quisitum cum cõpedibus, & manicis ferreis. Et inqui
siti nunquam quando sunt carcerati excogitant aliud,
quàm modum, & quomodo possunt aufugere. Nam
quilibet pręsumitur velle sanguinem suum redimere
per fas, & nefas. l. 1. de bon. eo. qui sib. mor. consci.

Nec ei suffragatur, quòd habebat ipsum Seraphi-
num cum ferris, & sic quod cautè eum detinebat,
nam fuerunt prędicta ferra, seu compedes limata, qui
non poterant limari sine lima, quæ fuit ei data, & mu
rus fuit inuentus ruptus, qui rumpi non poterat, nisi
ferro. cum naturaliter non rumpatur murus, capite,
sed ferro, & ideò debet puniri, per tex. in l. carcerati
præpositus, ff. de custo. reo. & ab officio remouetur, vt
ait ibi text. & facit tex. in l. non facile. ff. eod. titu. & l.
milites eod. titu. nec non tenetur ad solutionem præ-
dictorum ducatorũ trecentorum, vt supra dictũ est.

His tamen non obstantibus, de iure contrariam
partem puto esse veriorem; & prædictum Sebastia-
num puniri non posse, nec teneri ad aliquod interes-
se, sed absoluendum esse, vt ex infra dicendis appare-
bit. &c.

Et primo præsuppono vnum, quod in iure clarissimum,
quòd tunc demum carcerarius, seu carcera-
torum custos pro carceratis fugientibus tenetur, quã-
13 do tales carcerati iustè detinebantur. Quoniam † si
iniustè, & nulliter, tunc nõ tenentur. ita tenet singula-
rum Angel. in l. quotiens, §. primo, ff. de condi. instit.
Tenet Alex. in l. sed eximẽdi, §. item si quis, in fin. ff.
ne quis eum, qui. de quo videas cons. Io. de Ana. 83.
Visis post me. quos sequitur Mar. in sua pract. in §. at
14 tingam. nu. 46. Intantum est hoc verũ, quod † si tales
iniuste detẽti occiderint carceris custodes, impunè oc-
ciderent. Mara. in Rub. de proba. C. & in l. 1. ff. de sy-
ca. Gram. in cons. 51. & in voto. 39. & 40. imò si prę-
15 stitissent † fideiussores de securo carcere, & aufugis-
sent, non dicerentur dictã fideiussionẽ rumpere, neq;
fideiussores tenerẽtur ad aliquã pęnam. Gramm. in d.
cons. 51. & in voto vlt. nec talis fuga facit indiciũ ad-
uersus ipsos. Docto, vbi supra; & Mar. in §. diligẽter;
Et in tantũ est verum hoc, ꝙ si tales iniustè detenti
iurassent custodi, ꝙ si eos relaxaret, vt possint ire ad
audiendam missam, & quòd ea audita reuerterentur,
ꝙ non incurrunt periuriũ, si nõ reuertuntur. Io. And.
in add. ad Specu. in rub. de iur. iur. de quo per Mar. in
singul. 177. & per alios docto. ibi ab ipso allegatos.

His pręsuppositis deueniamus ad processum fabri
catũ cõtra ipsum Seraphinũ, & quę contra ipsum sint
probationes; & an si fuerunt sufficientes ad capturam
ipsius; & si non iniustè detinebatur. Et primò, in pro
cessu apparet dictum, & depositio prædicti Francisci
Ioãnis Antonij querelatoris, qui statim, quòd amisit,
& perdidit dictam pecuniarum quantitatem de Se-
raphino afflato est conquestus, vt per testes probat, &
ipse in sua depositione dicit prædictum Seraphinum
furatum fuisse ducatos prædictos tricentos, & nõ est
verisimile, ꝙ talis persona qualis est prędictus Frãcis.
attẽta eius legalitate deferasset, & conquestus fuisset
de prędicto Seraphino, si verũ nõ fuisset. Attamẽ prę
dicta eiusdẽ querelatoris depositio nullã facit fidem,
16 quia † nemo põt esse testis in causa propria. l. omnib.
C. de test. & l. nullus, ff. eo. & in tm̃ est hoc verum, ꝙ
ẽt, si offensus principalis in articulo mortis constitu-
tus, dicat ipsum vulneratũ fuisse à tali persona, quòd
17 † nihilominus non præstatur ei fides, ita est tex. & ibi
Doct. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Syl
leianũ. Gãdi. in rub. de homic. in vers. sed pone, quòd
quidã; Boni. in rubr. de insultu. 4. col. Mar. in §. diligẽ
ter. 18. eãetiã si teneat sacratissimum Christi corpus
in manibus, vt tenet Alex. in cons. 14. vol. 3. nisi alia
concurrant, quæ hic non concurrunt; nec sunt aliqua
signa; puta quia fracta repetitur domus, vel camera,

vel

vel capsa;debet enim clarè constare,cum simus in cau
sa criminali, in qua probationes luce meridiana luci-
diores esse debent. l.sciant cuncti.C.de probat.5.q.6.
c.Epiphanium. gl.in c. at si clerici. de iudi.in ver.le-
gitima probatione. Idem disponit.l.12.ti.14.in 3.par
ti.& l.26.ti.1.in 7.partita in ll.Hyspaniæ. Et si repli
caretur, quòd depositio prædicti principalis corrobo-
ratur depositione domini Francisci Caroli deponen-
tis,quòd in domo prædicti principalis erant decem lo
culæ siue facchettæ pecuniarum, & quando fuerunt
portatæ in castrum siue castellum erant nouem; nam
non sequitur: Ergo Seraphinus abstulit,quia non pro
bat hoc esse,quod ab hoc contingit abesse.l.neque na-
tales. C.de probat.

Item, prædictus dominus Franciscus est testis sin-
gularis in sua depositione, qui non probat. l. vbi nu-
merus.ff.de testi.l.iusiurandi.C.eo.tit.Ioannes de A-
mic.in consi.86.num.2. Et tanto magis,quòd contra
eius depositionem Victorius, & Sances testes produ-
cti per ipsum querelatorem,dicunt, quòd non fuerũt
nisi nouem facchettæ,siue loculæ; & sic cum adinui-
cem contrarietur vnus alteri, & alter alteri diminuit
fidem,ut per Bal.in l.testium in quinta col.vers. cir-
ca secundas.C.de testibus. Aret.in consi.71.in 3.colu,
18 & fuerunt prædicti testes † examinati parte non cita-
ta,qui minimè probant, nec aliquale iudicium faciũt
contra prædictum inquisitum, per l. si quando. C.de
testi.Bar.in l.maritus,ff.de quæst. Et de hoc est casus
in ca.in nomine domini.in ver. nullius momenti.de
testi.& ibi Panor. & in c.significauit eo.tit.licet idem
Bar.in l.res hæreditarias. ff. de ori.ex. hæred. dixerit,
quod faciunt aliquale indicium,vel præsumptionem,
quia non bene dixit,cum sit contra tex. in d.c. In no-
mine domini,&c.

19 Amplius, ad hoc ut procedat † inquisitio, debet
prius constare de ipso delicto saltem in genere: Et sic
furtũ fuisse commissum, quia ubi non est delictum,
ibi non est pœna.l. sancimus. C.de pęn.l.1.§.item il-
lud,ff. ad Syllan. Ioannes de Amic.cons.60.nu.2.&
sic hic non probatur dictum furtum,nam fieri non po
test aliquod fundamentum in testium depositionibus
ipsius querelantis,quia vnus testis dicit, quòd prædi-
ctus Franciscus lamentabatur perdidisse. 95. scutos,
& postea dixit ducatos 400. de sygillato bursone; &
sic uariauit prædictus querelator in suo dicto, ut dicit
Ioannes testis. Gabriel alter testis ait de scutis. 300.

Ioannes de Sicca ait in depositione sua,quòd lamẽ
tabatur *de vna facchetta de mezi Iuly de mane* 402.
Qui faciunt. 90. ducatos, ad quattuor medios Iulios
pro manu;& postea dicit, quòd dixit,quod erant du-
cati ducento. Et aduertat habẽs iudicare,quòd dictus
Frãciscus in sua depositione dicit, quòd fuit sibi sub-
tracta *vna facchetta de mezi Iulij*, quæ non erat tantæ
quantitatis, cum esset de 400. *mani & meza, è quat-
tro mezi Iulij la mano*, vt probet Ioannes Sicca testis ip
sius,quæ summa non facit.330.scutos; Et sic lamen-
tatio eius non est conformis cum eius querela; Et de
contentis in libello nullo modo constat, &c.

Item aduertant Magnifici Syndicatores,quòd Fa-
britius Pezze alter inquisitus,qui pro eademmet cau
sa fuit carceratus,confitetur, quòd ipse portabat bur-
gias seu loculas,& quòd in burgia, seu locula erat po
sita dicta *facchetta de mezi Iuly*, & ita ait Franciscus
Barilli alter testis,& sic non erat verisimile,quòd di-
ctus Seraphinus fuerit furatus hanc facchettam ab a-
lio delatam, & prædictam facchettam dicunt testes,
quòd dicebat dictus querelator esse furto subtractam,
& sic cessat in hoc suspicio contra dictum inquisitum.

Vltra hæc Ioannes Maria alter testis dicit, quòd,
prædictus Franciscus lamentatus est de scutis 91. &
postea de 400. Ioannes Aloysius deposuit quòd lamẽ
tabatur de ducatis centum;& sic de furto non constat
ullo modo,nec etiam præsumptiuè.

Et ex lamentatione prædicti principalis,sumi non
potest aliqua coniectura furti propter uariationem ip
sius dicentis modò perdidisse centum,modo.90.mo-
do tercentum,& modò plus,& modò minus,ut supra
dictum est; Facit,quę dicit Iuris consultus in l.qui va
ria.ff.de probat. Et deponunt de auditu,qui nihil pro
bant. Iuxta illud Euangelistæ, Domine quis credet
auditui nostro? Et gl.& Docto.in l.testium, C.de te-
sti.& l.qui habebat. C.de erroga.milit.anno.lib.12.in
c.cum causam.de testi. c.per inquisitionem, de elect.
c.fi.de succe.ab intest.cum igitur non constet de præ-
dicto furto commisso,nec de quantitate furto subtra-
cta,non potest iudex se fundare ad condemnandum,
nec ad procedendum ad capturam;nec prædictus in-
quisitus poterat capi,non constituto prius de prędicto
furto commisso, nec contra ipsum, quòd commiserit
iam assertum furtum per aliqua indicia sufficientia ad
capturam,prout de iure requiruntur. Aliàs dicuntur
officiales procedere, nullo iuris ordine seruato, ut ait
Pragm.incip.inoleuit,sub tit.vt nullus de psona,&c.
Et debet constare saltem semiplenè contra reum ac-
cusatum, ita quòd ex meritis probatorũ posset ad tor-
menta procedi iuxta obseruantiam magnæ Curie Vi-
cariæ,ut est ritus Incip. Item si accusatur nu.162.sub
rubr.detinetur inquisitus,&c. Et hanc practicam, &
obseruantiam approbat Iset.in consti.Regni Clemẽ-
tiæ circa princip.in ti.de ord.ban.& in constit.huma-
nitate,not.Bal.in l.si quis post.ff.de testa. Bar.in l.2.
ff.de cust.reo.idẽ Bal.in l.nemo,C.de epi.aud. Vel sal
20 tem † debet esse contra accusatum aliqua probabilis
suspicio causata ab aliquo indicio. Inno.in c.aliter,&
quando,el secundo de accus.Io.Andr.in c.si clericos,
de sententia excom.Bal.in l.quod euitandi,in fi.C.de
cond.ob turp.ca.Ang.in l.si uacantia, C.de bon.vac.
Et Aret.in suo trac.de malefi.in verbo.fama publica.
Disponit Carolus Rex. in c. ab illo incohãdum in fi.
alias captura est nulla,gl.in l.2. C.de exhib.reo.Bal.
in d.l.quod euitandi,facit etiam ea,quæ ab Afflic.no-
tantur in d.cõst. humanitate in uers.rursus quæro,vbi
21 dicit quod † circa capturam iura cõmunia in Regno
sunt correcta:facit etiam id quod ait Ias.in l.si quando
C.un.vi. Et Paris de Put.in suo tract.syndic.in verbo
Carcer, vers.quia plerumque. Nec obstat si dicatur,ꝙ
Iudex habens merum, & mixtum Imperium, potest
22 † incipere in criminalibus a captura, vt tenet Bal.in
l.consentaneum. C.quom.& quan. Iud.in 4.col.per
tex.in d.c.si clericos,& idem Bal.in l.2.C.de his,qui
latr.& Bar.in l.fi.ff.ad l.Iul.pecu. quia debet intelli-
gi quando constat de delicto,vel saltem est aliqua pro
babilis suspicio secundum Bal. in d.l. quod euitandi,
& Ioan.And.in d.c. si clericos,& Alex.in d.l.fi.& in
Regno hoc non procedit,vt dicit Puteus in d. versic.
quia plerunq; in 2.col.per d.constit. humanitate,

Et sic prędictus Seraphinus fuit iniuste, & nulliter carceratus, cum contra eum nulla essent indicia neq; probationes; nam fuit carceratus antequam esset aliquod indicium, nec aliqua probabilis susp c o ut patet ad sensum per processum. Nam die 8. Septemb. prędictus Fabritius pręsentauit petitionem & petijt se, & filium suum relaxari, sub fideiussoribus saltem; qui reperiebantur pro eademmet causa carcerati per prędictum Magnificum Auditorem. Nam si petit se excarcerari, erat carceratus, cum priuatio praesupponat habitum, ut ait Philosoph. in c. De oppositis in post prædicam:& habetur in l. decem. ff. de uerb. obliga. & c. ad dissoluendum de despon. impu. Et dictus Dominus Auditor decreuit esse habilitandum, in eodem decreto respondendo instantiæ prædicti accusatoris, dixit quòd dictus accusator dei indicia, & ipse procedet; Ergo dicto die non erant indicia sufficientia contra prædictum Seraphinum; Cum prædictus Fabritius, & eius filius confiteantur eodem die prædictũ Seraphinum esse, & reperiri carceratum in eisdem carceribus insimul cum eis, pro prędicta causa; & hoc etiam dicit Ioannes Maria qui fuit examinatus, & interrogatus coram magnificis Syndicatorib. charta. 9. super secundo articulo, & idem Fabritius super secundo articulo ead. chatra. & idem deponunt Victorius. Io. Marinus de Friano, qui fuerunt insimul cum prędicto Seraphino carcerati & sic prædictus Seraphinus fuit carceratus antequam fuissent contra eum examinati alij qui testes, cum primi Testes, qui examinati reperiuntur, u ideilcet Marianus. Gabriel. Ioannes Lepari, & eius frater, & Ioannes de Laurentio fuerunt examinati die. 17. Septembris; quæ captura fuit iniusta, & nulla, & sic eiusdem prædictus Miles non tenetur per ea, quę supra sunt dicta. Et maxime, quòd charta. 28. ipsius processus, reperitur pręsentata quædam littera, seu Epistola d. Auditoris habere per ipsum accusatorem, in qua dicit se nullum habere indicium aduersus præfatum Seraphinum; & quòd ipsum tenet ad eius instantiam; & hortatur ipsum ut cum habilitet, & inquirat: ne ipse Dominus Auditor de iniustitia notetur, & de crudelitate. Apparet ergo concludendo ex dictio ipsius Curię, quòd contra ipsum non erant indicia aliqua, ex quibus, nedum poterat torqueri, imò nec detineri ut supra est dictum.

Nec obstãt asserta testium Ioannis Lepotis, & eius fratris carnalis examinatorum contra ipsum depositiones, qui vidisse aiunt ipsum ire cum pallio, seu mantello coopertum & cum certo onere, siue Imbroglio, subtus brachium, quia non deponunt eum vidisse exire à loco, in quo pecunię erant repositę, & sic ex domo prædicti accusatoris. Tunc enim essent sufficiens indicium, vt ait Angel. in l. 2. C. de quæstio. Marcus Ant. Blan. in repet. l. fin. eod. tit. num. 418.

Vlterius. Hi Testes familiares sunt, atq; domestici accusatoris iam dicti, & sunt eius famuli, & salarium percipiũt accusatoris, ut probatum est in repulsis, quo casu non probant. c. in litteris. de Test. l. etiam, & ibi Bal. C. de testi. Innoc. in c. litteris de offic. deleg. Lanfran. in repet. c. quoniam contra, de prob. in uerb. Testium depositiones. Vers. quęro ergo primo. nu. 102. 104.

Preterea. Ioannes Leporis portauit pecuniam cum alijs ad castrum, & ipse confitetur, & tractat de se exonerando quia deponendo contra Seraphinum liberat se à suspicione, quæ contra ipsum nasci potuisset ex dictæ pecuniæ portatione; & Testi, qui tractat de se exonerando, non præstatur fides. l. deserre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci.

Item asserti testes de fama deponentes contra prædictum accusatum non deponunt fortiter; quoniam non dicunt à quibus audiuerunt eos per eorum nomi-
23 na nominando: Nec dicunt † à maiori parte hominum; & si fide dignæ personæ erant. quo casu nõ probant. Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quęst. Bal. in l. ea quidẽ. C. de his qui accu. non pos. Alex. in cons. 83. in 2. volu. Et prædicta fama non fuit orta post carcerationem prędicti Seraphini quia, vt iam dictum est omnes testes fuerunt examinati ipso in carcerib. existente. Et testes interrogati de tempore dicunt, *Che l'hãno inteso dapoi, che il detto Seraphino è carcerato*, quo casu minus probant. per ea quæ not. Doct. in d. l. de minore. §. plurimum. Bal. in l. Milites. C. eod. Facit etiã, nam prædicti asserti testes non fuerunt examinati per Magnificum Auditorem, nec per eius Actuarium, cũ fuerit examinati post eius recessum; quo casu non
24 probant. Cum † testes in criminalib. non possint, nec debeant examinari nisi per Iudicem. Mar. in l. 1. 4. col. versic. 7. requiritur. ff. de quæst. nec Notarius hoc potest facere, nisi ex Iudicis commissione ex causa. glo. in Clem. 1. de offic. deleg. Bal. in rubr. de controuer. inuest. 2. col. & facit text. in Auth. apud eloquentissimũ C. de fide instru.

Item fuit processus, inquisitioq; generalis facta, & Testes examinati ad informationem curiæ non nocent ei contra quem specialiter inquiritur. l. si quando C. de Test. Bar. in l. fin. de quæstio, Ioan. de Amicis in conf. 37. num. 13. Nec potest ad torturam deueniri, ut Ang. tenet in suo Tract. malefic. in verb. fama publica. versic. ex quo infertur, & sic contra Seraphinum nõ potest dici, quod erant indicia aliqua, cum adhuc non erat processus formatus contra eum, cui defensiones dari debebant, & repulsa concedi, vt Afflict. ostendit in d. constit. homanitatem.

25 Quod si diceretur, quòd Regia Aprutina† Audientia habet præeminentiam Magnæ Curiæ Vicariæ, & quòd ipsum Seraphinum potuisset torquere ex informatiuo processu, dico, q; non sic passim, Magna Curia dicta præeminentia vtitur, nisi concurrat leuitas vitæ torquendi, & quod sit infamis, & probetur mala fama, & concurrat semiplena probatio, vt tenet Petrus de Monte forte. in constit. si damna clandestina sub ti. de damnis, seu homic. clandest. & contra insignes latrones, & malefactores, & stratarum corruptores, seu *disrobbatori di strada*, vt latè congerit Tho. Grammatin voto 3. vb latè declarat dictam præeminentiã, quæ omnia in ipsius Seraphini causa cessabant; cum nil de præfatus probatum reperiatur in processu. Et non fine indicia talia, propter quæ ad torturam deueniri potuisset. ut palam, lateq; apparet in processu, & ex superius adductis potest colligi, atq; uideri, &c. Ex omnib. quibus apparet, prædictum Seraphinum fuisse iniustè captum, & iniustissimè detentum, & potuisse aufugere: Minimeq; præfatum Militem in aliquo teneri nec fi-
26 sco, nec parti, ipsumq; Militem absoluẽdum esse, † cum in dubio sententia proferri debeat in fauorem rei, & custodis. Bal. in l. si curator. de pigno. actio. Maximè, quod

quod erat iniustè carceratus. argu. l. eius. C. de proba. & assertur Seraphini processus, & aliæ scripturæ presentatæ in Curia ipsorum Magnificorum Syndicatorum non nocent, nec nocere debent prædicto militi, quia non fuit citatus ad videndum præsentationem ipsius pro ut de iure sequiritur, & debet copia decerni cum termino ad opponendum, alias non probāt Bart. singul. in extra, ad reprimendum. In verb. de plano. Aret. in §. appellatur in ult. uerb. inst. de excep. Rom. in consi. 196. & 319. Marsi. in singu. 81.

Restat nunc respondere ad obiecta, & adducta contra iam dictum militem. Et primo in quantum fuit dictum quòd carcerarius tenetur, quando carceratus aufugerit, capitaliter. Quòd hoc est verum, quando iuste detinebatur, secùs si nulliter, ut superius ostensum est. Et id facit, quod in simili dicitur, quòd eximens captum tenetur ad interesse partis. l. 1. §. ne quis eum, qui, in ius uoc. ut. exi. intelligitur, quòd fiat quando est ritè captus, secus si non ritè. Bal. in c. dilecti. de appell. 3. col. Ioan. de Ana. consi. 55. incipit. Quia dubia. Bar. & Ias. in d. l. 1. §. quòd prętor. ff. nè quis eum, qui iniustè in ius, &c. Et maximè, quod est probatū, per quamplures testes, qualiter diligenter custodit, & carceratos solitus est custodire, & præcipuè prefatum Seraphinum, qui erat detentus criminalibus in carceribus, & compedibus, ut mos erat, eius alios similes criminaliter detinere malefactores. Et si diceretur, quòd compedes fuerant inuenti limati, & quòd limari non poterant sine aliquo ferro, siue lima, & quòd in hoc uersata est magna negligentia ipsius militis; Ad hoc potest responderi, quod non potest dici esse in culpa, seu negligentia ille, qui adhibet diligētiam, quam
27 debet ut in l. si negotia. ff. de nego. gest. in §. nunc uidendum. l. si vt certo. ff. como. & satis dicitur adhibuisse diligentiam necessariam si quidem tenebat ipsum in carceribus ipsius ciuitatis in compedibus. Vnde dicit Bal. in l. 1. §. fin. de fer. fug. quòd dicitur quis diligēter carceratos custodire, si eos ligatos tenet, & non est in culpa carcerarius, si carceres sunt in loco publico, & de die aperiebat fenestras, vt carceris squalore non macerarentur carcerati, & per dictas fenestras fuit dictū ferrum; siue lima immissa, qua dicti compedes fuerūt limati, quia nemo potest se à proditione cauere, & in
28 sidię, quæ non possunt præuideri, casus † dicūtur fortuiti, & culpam non arguunt. l. in rebus. ff. loca. Nam hoc plerumque accidit, vt refert Valer. Max. in lib. 4. c. 6. in fi. ubi dicit, quod cum Lacedemonij a Spartanis inclusi capitali supplicio seruabantur, coniuges eorum illustris sanguinis ueluti allocuturæ Viros perituros, intrauerunt carceres, impetrato a custodib. aditu commutataq; ueste uiros per simulationem doloris, capitib. velatis, eos abire passæ sunt & idem fecit Serenissima Santia filia Regis Don Garziæ, qui erat Rex Nauarræ, & uxor Ferdinandi Gundisalui comitis Castellæ. qui cum detineretur in castro Ciuitatis Lugdunensis, rogauit Regem vt permitteret ipsam cum prędicto suo comite, & uiro illa nocte dormire, & annuēte Rege, cū dormiret in castro cum eius uiro, summo mane rogauit castellanum, vt aperiret sibi ianuam, & commutatis uestibus prædictus comes recessit aperto ipsius castri ostio per prędictum castellanum, putantē esse Comitissam, & ipsam in carceribus remansit. vt in Cronica Valeriana legitur, in c. 27. ubi loquitur de vita ipsius Regis.

Et sic non potuit ei aliquid imputari, si fecerit id, qđ debebat, etiam si casus malus sequatur, quòd aliquis porrexit prædictam limam per fenestram, per quam lux de die intrabat, & aperiebatur nè in carcere macerarentur, & tanto magis quòd prędictus Miles caret culpa, quia non fuit sibi consignatus dictus Seraphinus: & licet fuerit datus prædicto Ioanni Sarabo, attamen non fuit consignatus per Magnificum Auditorem, nec de consignatione apparet in actis, pro ut debet fieri secundum Angel. in d. suo tract. versic. qui iudex dictum inquisitum carcerari mandauit. nec ei fuit dictum, quòd eum detinere debuisset cautè, nec ei fuit expressa causa, propter quam debebat cautè detineri, & propterea excusatur ipse Miles, & eius substitutus, & tanto magis, quòd ipsum cautè detinuerunt, vt est ostensum, qui non poterat detineri, cū fuisset iniustè, & nulliter captus.

Et eodem prędicto modo respōderi potest ad illud, quod dicebatur, quod propter fugam prædictus Seraphinus fuit habitus pro confesso, & sic quod delictum
29 erat probatum. Nam illud habet locum, quando † iustè detineretur, & cum conspiratione fracto ostio aufugisset, ut alleg. l. in eos. de custo. reo, & ibi Bar. & Alber. de Ros. Thomas Gram. in voto 37. Paul. Grillan. in tract. de fuga carcer. 1. q. secus si iniuste detineretur. nam tunc nec habetur pro confesso, nec eius fuga facit indicium, imo licitum est occidere custodes impunè, vt Doct. in locis sup. alleg. & maximè quod prędictus Seraphinus fuit recōmendatus in prædictis car-
30 cerib. & quādo † vnus officialis non habens carceres, & recommēdauit aliquem captiuum in carcerib. alterius officialis, si talis carceratus sine dolo ipsius carcerarij aufugit, non tenetur carcerarius, maximè si præmium non recepit pro custodia, ita singulariter Puteus in suo tract. de Syndic. in uerbo. Carcer. vers. An potestas, circa fin. Vbi multa alleg. Et sic ex supradictis est responsum omnib. in contrarium allegatis, atq. deductis. Ex quibus concludendum censeo prædictum Mi-
1 lites absoluendum esse à petitis tàm per Curiæ coadiutorem, quam per prædictum Querelatorem, & amplius non esse molestandum, pro prędicta causa, & ita &c. Saluo.

Enriquez V. D. I. &c.

CONSILIVM XXII.

SVMMARIVM.

1 *Qui malè agit, odit lucem.*
2 *Occultè dicuntur fieri ea, quæ de nocte fiunt.*
3 *Iniuriarum actione tenetur, qui ingreditur in domum alterius, episcopo domino inuito, & ignorante.*
4 *Offendi dicitur ille ab aliquo, quando ex facto illo offensus potest petere illum puniri.*
5 *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda.*
6 *Pax est res fauorabilis, cum ex pace resultet bonum publicum, & tranquillitas regionis.*
7 *Pacem faciens, & non offendere promittens sub pœna, intelligitur promisisse de offensa de inimicitia tunc sopita, secus si oriatur ex noua causa.*
8 *Offendentes se adinuicem post pacis instrumentum, præsumuntur*

si videret hominem tempore noctis absconditum in eius domo, & in eius maximam iniuriam, & offensam tale facinus sibi non attribueret? Et maximè prædictus Bernardinus fuit grauiter offensus prædictum vldendo Laurentium eius inimicum, qui paulo ante aggressus fuerat suos filios occidendi causa, ob quod, (tractatu amicorum) fuit facta inter eos asserta pax, & præstita dicta fideiussio quæ omnimodo, propter prædictam causam est rupta, & pœna commissa: Nam aut animo furandi ingressus est: & pax rupta dicitur per tex. & ibi Bald. qui hoc in capitulo primo notat, §. si quis rusticus, in fine, de pa. ten. in vers. feudo, per tex. in l. Imperatores, ff. de diem adiectio. aut alia, qua vis causa. Et dicitur offensam commisisse, & dicitur pax rupta, maximè quod præsumitur illa offensa facta, causa vendicandi veterem iniuriam, cum non possit alia considerari causa, ob quam motus fuisset Laurentius prædictus ad id faciendum, de quo vide Bar. in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de publ. & vectig. & cons. Pau. de Ca. in cõs. 82. & Iason d. l. cunctæ, & per Innoc. in cap. cum illorum, de sent. excommunic. Salyc. in l. filia, C. de inoff. testam. & in l. testamento, centurio, in principio, & §. finali, ff. de manu. test.

4 Præterea ille dicitur offendi ab aliquo, quando † ex facto illo potest petere illum puniri, Bartol. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, in fine, ff. de verborum obligat. & ibi Ias. per tex. in alleg. l. testamento centurio. Sed sic est quòd prædictus Baptista petere potest ipsum Laurentium puniri ex ingressu facto per ipsum noctis tempore in eius domum, ipso inscio, ergo est offensus ab ipso Laurentio, quòd ipsum Baptistam offendens in pœnam incidit in dicta fideiussione contentam de non offendendo.

Item dato, quod prædictus Laurentius non esset motus ad faciendum id, quod fecit ratione veteris inimicitiæ. Attamen quia in instrumento pacis sunt illa geminata verba, & prægnantia, videlicet, quod occasione prædicta, vel quacunque alia inter ipsas partes exorta, vel quocunque alio modo, & causa, vel quæsito colore, vt supra dictum est: Per quæ verba geminata apparet, quod nullo modo partes voluerunt inter ipsas posse haberi offensa, siue fieri, etiam ex alia causa quam ex ea, ex qua pax facta fuit, & ideo talia uerba semper addere debent aliquid, & operari maiora expressis, l. Balista, ff. ad Trebel. Bal. in procem. ff. in 4. columna, Archid. in c. ab eo, de appell. in 6. & prædicta fideiussio videtur esse stipulata, non tantum si fieret offensa ex causa ueteri, sed etiam ex noua causa, & quomodocunque fieret offensio, promittentes tenentur ad pœnam in fideiussione contentam propter supra dicta verba, prædicta occasione, uel quacunque alia, &c.

Nec prædicta uerba non possunt salua ratione recti sermonis restringi solum ad causam propter quam facta est pax, sed etiam ad quamcunque aliam causã, & ratio apparet ad sensum, nam primo dicitur in instrumento, quod non offendere promiserunt occasione prædicta, & sic causam posuerunt ex qua fuit facta pax, & postea subiungendo fuit dictum, ex quacunque alia causa, uel quocunque alio modo. &c.

Quæ verba referruntur ad causam, ex qua fuit pax facta, non possunt. Quia iam est dictum, & alias illa uerba essent superflua, & sine effectu, quod esse non debet, argum. l. si quando, ff. de legatis primo, & glo. in l. prima, ff. quod metus causa, & argum. eorum, quæ per Dncto. in l. si de certa, C. de transactione dicuntur.

5 Amplius ista verba † generalia generaliter intelligi debent, scilicet ex quacunque alia causa, & quocunque modo apposita in stipulatione ipsa, ergo debẽt generaliter intelligi de offensione quacunque etiam non nata ex ueteri causa, propter quam fuit inita pax, l. prima, §. generaliter, ff. de lega. præst. A significatione enim verborum non est recedendum, l. non aliter, ff. de leg. primo. Et imputetur ipsis partibus. Quæ uerba sic generalia passæ fuerunt in prædicta apponi fideiussione. Vt ait Ias. in l. sub prætextu, C. de transa. & ideo Bal. in l. pactum, 14. q. cum duabus sequent. C. de col lat. consulit, ne renunciantes, & contrahentes utantur uerbis nimis generalibus, ne in promptum periculũ incidant. Dicit tex. in l. fi. in fine, C. de dotis promiss.

Ad hæc, in materia fauorabili, quæ debet latè interpretari, iuxta reg. odia, de reg. iur. in 6. relatio nunquã facta intelligitur ad supra dicta, quando ex tali relatione materia illa restringeretur, Alex. in cons. 48. incip. super hæsitatione, colum. 4. lib. 1. & in cons. 219. incip. visis, col. pen. lib. 2.

6 Sed materia pacis debet latè interpretari. † Cum pax res quædam fauorabilis existat, & ex pace bonum publicum resultet, & regionis tranquillitas, vt in l. uni, C. publicæ lætitiæ libro 12.

Et ideo pacis obligatio, & eius effectus, & obseruantia, quam nimium est fouenda, vt ait Luc. de Pen. in d. l. vni. columna 28. in princ. ergo supradicta uerba, & si non referantur, prout non debent referri ad causam prædictam præcedentem. Nihilominus pax esse rupta dicitur ob prædictorum uerborum generalitatem ipso pacis instrumento appositorum, vt supra est dictum.

Sed ijs non obstantibus contrariam partem uerorem existimo, & quòd pax non sit rupta, vt infra demonstrare tentabo.

7 Primo quippe supponendum est, quod in pacis instru promittentes † sub pœna de non se ad inuicem offendendo promisisse intelliguntur de offensa ex inimicitia tunc sopita, secus si oriatur noua causa iniuriæ, siue inimicitiæ. Nam tunc licet se offendant, non incidunt in prædictam pœnam, Bar. in l. aut. facta. §. causa. ff. de pœn. Et idem Bat. in dispu. Lucanæ ciuitatis, 1. dub. Felyn. in c. cum ordinem, de rescript. col. 8. Ancha. in c. nulli, de elect. in 6. Abb. in cap. pro de treg. & pac. col. 2. & in c. quemadmodum de iur. iur. prima col. Ias. in l. qui seruum, ff. de verb. obligat. Io. Lupus in sua solemni repeti. c. per vestras, de donat. int. vir. & uxo. fol. 235. num. 22.

8 Aduertendum etiam est, quod in dubio semper offendentes præsumuntur se offendere post instrumentum pacis factum ex causa de nouo superueniente, & sic licitè, & non ex antiqua causa. Bal. in l. si prædictũ, C. de ædil. actio. quod dictum reputat singulare, Alexand. in l. semel mora, ff. solut. matr. & in d. l. qui seruum. Ale. in cons. 115. col. 2. 4. volum. Ludo. Rom. in cons. 183.

9 Et pro hoc facit quod dicit Bar. in l. non solum, §. sed ut probari, ff. de no. oper. nunc. quod † in dubio censetur aliquid factum loco licito, & tempore licito.

Cum

Cum ergo prædictus Laurentius ingressus fuerit domum prædicti Baptistæ, quando hoc esset probatum primò, vt non est, ut inferius videbitur, videtur ingressum ipsum fuisse ex aliqua causa de nouo superueniẽte, quod in dubio est præsumendum, & non ex causa antiquæ inimicitiæ, & sic per doctrinas superius allegatas, non intelligitur pacem rupisse, siue fregisse, nec commissã fuisse pœnam fideiussionis, & tanto magis quòd in processu per testes cõstat, saltem per famam, publicam, qualiter prædictus Laurentius deperibat Corneliam prædicti Bernardini famulam, & hoc dicunt quam plures testes, videlicet Hieronymus Adimari, & Pompeius eius frater, & Sebastianus Sarubus, & Leonardus de Gemma, & alij quam plures: & licet non deponant formiter de fama publica, iuxta doctrinam Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. Innoc. in c. qualiter, & quan. de accus. & in c. cum oporteat eod. titu. tradit late Tho. Gram. in suis cons. criminalibus, in cons. 42. sunt iam anni elapsi, num. 8. usque ad. 18. vbi late ponit omnia requisita super probatione famę. Attamen quando testes deponentes super fama sunt ultra decem, licet non formiter deponant, probant tamen, hęc est Bar. doctrina
10 in l. 3. §. eiusdem. ff. de tes. Alex. in d. l. de minore, §. pluriũ, in addi. incip. sed quid si dixit, ff. de q. & cũ in casu nostro sint omnes supradicti testes, & etiam alij, num. 14. etiam si non formiter deponant, prefatam famam, & eo magis, quòd Petrus Barrilli, & Io. Paulus de Romano deponunt sępe sępius vidisse prędictum Laurentium cum prædicta Cornelia loqui, dum ipsa ad fontem accederet dictam, La Drag mara, pro aqua haurienda, & sic si prędictus Laurentius in domo prædicti Bernardini inuentus fuit, potius præsumendum est causa libidinis, & ipsius Corneliæ amore captum ingressum fuisse, & sic ex noua causa, potius, quã ex ueteri, pro qua fuit facta inter eos pax. Quod confirmatur ex depositione præfati Bernardini, & suorum aliorum domesticorum deponentium, præfatum Laurentium per fenestram aufugisse eiusdam camerę, vbi iam dicta Cornelia dormit cum alia pedissequa, ex quo clarius apparet, quòd Laurentius affatus accellerat (quando verum esset) ad domũ præfati Bernardini carnaliter gratia cognoscendi eam ipsam Corneliam potius, quàm ipsum Bernardinum causa offendendi, quo casu, etiam si domum pię dictam ingressus fuisset, vxorem gratia adulterandi
11 ipsius Bernardini, † non dicitur pacem fregisse, nec in pœnam fideiussionis incidisse ita Bar. in l. verum, ff. de furt. Roma. in cons. 184. & cons. 255. & Alex. in cons. 114. in 2. vol. Ias. in d. l. qui seruum, & Paul. de Cast. ibi. Io. And. in regu. frustra. de reg. iur. in 6. Imo. Alex. in d. cons. loquitur in fortioribus terminis, videlicet quando filia illius, qui fecit pacem, gratia libidinis fuit rapta, & in conducendi actu nonnullæ interuenerunt percussiones, vt ipsa se conduci, pateretur, quòd pax non est rupta, nec pœna commissa, vt ibi per eum. Et ratio huius est, quia uendicandi, que ulciscendi hoc non facit, nec iniuriam retractandi iam sopitam, & inimicitiam, sed libidinis gratia.

Vlterius de ipsius Laurentij ingressu domum noctis tempore præfati Bernardini, non est in processu probatum, & quod per fenestram aufugisset, pallio relicto (licet nonnulli hoc deponant testes) nam fidẽ non faciunt ex pluribus causis. Et primo ipsorum testium depositiones seriatim referendo, & primi testis, qui est iam dictus Bernardinus in causa ipsa principalis, & accusator est,
12 † qui nullam facit fidem, l. omnibus, C. de testi. & l. nullus, ff. eodem tit. Spec. in tit. de teste, §. primo, versic. Item quòd est testis in causa sua. Est & alia testis Victoria ipsius Bernardini vxor, quę etiam propter affectionem, quam ad maritum habet, non probat, & etiam videatur offensa quodammodo, ex tali ingressu, consuluit Soc. in cons. 175. columna, volumine primo, Bal. singulariter in cap. in literis, de testibus quod procedit etiam si esset a uiro expulsa. Ita Bal. ubi supra, quod potest ita simulatè fieri, glo. in §. in testibus, Instit. de testam.

Alius testis Franc. qui etiam deponit, est ipsius Bernardini seruus, ut ipsemet in sua depositione fatet, f. 12. qui absq. tortura nõ pbat, ut dixit Bal. in l. milites, C. de qõ. Et melius in Auct. si dicatur, ult. col. versic. tertio casu, C. de test. sunt etiam prædictæ Cornelia, & Catherina, quæ famulę sunt Bernardini ipsius, quę non probant, nec indicium faciunt, nec præsumptio-
13 nem, † cum sint domesticæ. Bal. in l. testimonium in Apost. ff. de test. Abb. in c. in literis de testibus, Ang. cons. 228. in facto proponitur, probatur, in §. testes, 4. q. 3. l. penu. ff eo. tit. Et si diceretur quòd non poterat, nec potest per alios probari factum istud, nisi per domesticos prædictos argu. l. consensu. C. de repu. quia aliter ueritas haberi non poterat. Dico, hoc esse verum, quando proceditur ex officio, secus ad querelam, nam tunc probationem non faciunt, neque admitti debent. Aug. in tract. malefic. in versic. mentior, de malida. prima colum. & Thom. Gram. in cons. 45. num. 12. & dato quòd admitterentur, non admittuntur, ut plene probant, sed tantum faciunt talem qualem præsumptionem, vt not. glo. in l. etiam matris, C. de probat. Mar. in cons. 31. 41. & 80. prima colum. in primo vol. Ad hęc ipsi dicunt testes, quòd *erano circa quattro hore di notte, & che hauendo andata la Caterina con una lucerna alla camera uedette il predetto Lorenzo, & che gridò, & cosi corsero tutti, & uederno, che lo predetto se buttò da una fenestra, che uscina alla strada*, & sic deponunt de tempore noctis, quo casu non probant, cum non dicant, quòd eum cognouerunt, quia erat lumen accensum, seu quò la luna lucebat, & ita congruam consignando ratio-
14 nem, † sic Bal. in capit. primo. §. si instrumentum, de no. feud. Franc. de Are. in c. proposuisti de proba. & in c. cum causam, de testi. Alex. cons. 65. in primo volum. *Et prędicta Catherina interrogata, Se portaua la lucerna allumata.* Dixit; *che si: ma quando intrò per la porta della camera segli smorzò, per lo uento*, vt apparet. f. l. 15. Itaque non potuit prædictum Laurentium cognoscere, cum sine luce esset, postquam cameram ingressa est.

Præterea Ioannes Tambarus alius examinatus testis per Curiam, & examinatus, & interrogatus, *se conosce quella cappa negra, che gli è mostrata*, dixit, *che à giuditio suo e la cappa di Laurentio figlio di miser Battista perche pare hauercila uista portare per la ter-*
15 *ra*, † Qui testis non probat, cum deponat de iudicio suo, & prout credit, Ita est textus in l. testium, C. de testi. l. qui testa. §. fin. ff. de testam. Bal. in l. de quibus, 20. col. ff. de verb. oblig. quia tunc testes non dicuntur

tur deponere, vt dicunt ibi Doctores, & eodem nnn
qui eadem Credulitate deponunt. Bald. in l. testium
supra allegat. & ibi Salycet. & idem in l. conuen-
ticulam. C. de episcopo, & clerici: & alij testes de-
ponentes super dicto pallio, dicunt quòd audiuerunt
prædictum pallium fuisse, & esse præfati Laurenij,
qui non faciunt similiter fidem, c. licet ex quadam de
test. cum multis alijs similibus.

Similiter non obstant Lucretiæ Girandæ, & Lu-
ciæ eius sororis depositiones, deponentium ipsasmet
uidisse ipsum exire per fenestram domus prædicti
Bernardini, quod eum cognouerunt ad clamores præ
fati Bernardini, cum luminibus exierunt, & candelis
accensis ad causam intelligendi clamorem prædicto,
qnia præfata Lucretia est Mater ipsius Bernardini,
& Lucia est Matertera, quemadmodum ipsemet, in
suis depositionibus fatentur. fol. 25. & inter ipsum
Laurentium, & præfatas testes causa inimicitiæ sub-
est, ex iniuria prætensa ipsi Bernardino illata ex in-
gressu in eius domum facto noctis tempore. Et ubi
subest causa inimicitiæ (etiam si non probetur) semper
testes repelluntur, etiam si ipsimet attestentur nullam
inter eos esse inimicitiam. Ita dixit Bal. in auct. si di-
catur. C. de test. & Abb. in c. repellantur, & in c. eum
oporteat. De accus. Idem Bal. in l. præscriptione. C. si
contra ius, vel util. pub. & est Alex. cons. 174. incip.
visa inquisitione, primo volum. Et eodem est iudican
dum de inimico præsumpto, quòd iudicatur in inimi-
co vero, maxime in recipiendis testibus. Inno. in cap.
cum i & a de se iudi. Bar. in l. prima ad fin. C. de his
qui ut indig. Bald. in d. locis, & maxime, quod iniu-
16 ria facta uni de agnatione † vniuersa agnationi ui-
detur esse facta. Bar. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. Saly.
in l. parentes. C. de test. probat textus in l. uni. C. de
rapt. uirg. ubi ibi hoc not. Bald. in 5. nota. Ias. in l. si
stipulatus. §. Cringonus penul. col. de verb. obligat.
Similiter, & depositio venerabilis Domni Hierony-
mi de Lagna, clerici examinati fol. 32. non nocet ipsi
Laurentio, licet ipsum uidisse deponat, quando aufu-
giebat, quòd ipsum cognouit, quia cum eo allocutus
est. Nam prædictus Dominus Hiernnymus non pote
rat se examinari, quia est criminalis causa, Et in causa
17 † criminali maximè ad offensam clericus non admit-
titur, cap. testimonium. 9. q. prima Inno. in c. cum p.
Mancho. De accu. Abbas. in c. de cætero. De test. Et in
Regno habemus ritum 43. incip. item, quòd clerici,
vbi Ritus dictat, quod nullatenus in criminalibus
causis admittatur, Quæ dictio importat nullitatem
actus ipso iure, glo. sing. in Auth. si qua mulier, C. ad
velleia: de qua facit magnam festum Cardinalis in c.
super litteris. De rescriptis: & apposita in l. importat
idem quod clausula decreti annullatiua, ita quod Iu-
dex nnn potest in contrarium disponere. Aut. de Butr.
& Imol. in Clem. prima de sequestra possc. & fruct.
Et si diceretur, quòd prædictus Clericus fuit admis-
sus in testem in subsidium, quod fieri potest, vt ait
Abb. in d. capito. de cætero, quod intelligendum est,
quando ex natura facti alij testes verisimiliter adesse
nnn possunt, vt tenet glo. in c. tertio loco, & ibi Anto-
nius de Butr. deprobat, & Alex. in cons. 65. 2. volu.
Tamen hic in casu nostro non præcessit licentia, siue
facultas prout dictat dictus Ritus, habita prius licen
tia &c.

Nam prædictus Iestis examinatus fuit die. 22.
Maij, & licentia data fuit ultima die eiusdem men-
sis, in qua præsentatio ipsius licentiæ fit, Et quando
aliquid pro forma requiritur à l. Omissa forma actus
redditur nullus. Io. Fab. in §. hæreditas: Institut. de
hære. institut. Ias. in l. cum duobus. C. de inoffic. te-
sta. qnia forma est, quæ dat esse rei, l. Iulianus, §. sed
si quis ff. ad exhiben, & forma est omnino seruanda,
cap. prim. de Bapns. cap. cum dilecta, de rescriptis.
l. forma, ff. de cer. l. certa forma, & ibi Luc. de Pen. de
iur. fisc. lib. 10. Cum ergo ritus dictus dicat, quod ha-
bita prius licentia nullatenus admittatur, si ex post
facto sequatur, nnn ualet talis facultas, nec eius de-
positio conualidatur, sicut dicimus in teste Nam te-
stis deponere mediáte iuramento debet, vt est tex.
in cap. fraternitatis de testi. l. iure iurandi, C. eodem
titu. & istud iuramentum, debet præcedere eius di-
ctum, alias si post eius dictum, iuramentum præstet,
non valet Bald. in d. l. Iusiurandi, & Felyn. in d. cap.
fraternitatis. Lanfr. in repetit. C. quondam contra
de probat. in verb. testium, de positio. in prin. num. 6.
18 Et en magis, quòd quando requiritur licentia in ali-
quo actu faciendo, talis licentia debet præcedere, ita
est tex. qui quotidie ad hoc allegatur, in c. licet de reg.

Vbi dicitur, quòd si religiosus uult transire ad stri-
ctiorem religionem, hoc faciat petita prius licentia à
suo Prælato: Ad idem est tex. in c. omnis utriusque
sexus de penit. & remissi. in §. si quis, vbi dicit tex.
quod si quis alieno sacerdoti iusta de causa uoluerit
confiteri, licentiam prius postulet. Ad idem est tex.
in l. prima, C. de sacr. sanct. Eccle. quem ad hoc not.
Bald. in l. bonorum, col. 17. C. qui admitti. num. 45.
& facio. l. uni. C. de comea. lib. 12. & in rub. & in ni-
gro. C. non licet metropo: eo. lib. & quod not. Bald.
in l. fina. §. necessitate. C. de bon. quæ. lib. Bar. in l. si
autem plures, ff. de aqua pluui. arcen. & idem in l. si
quis mihi bona. §. iussum de acquiren. hær. & est lex
Regni Hispaniæ. 32. titu. 4. in prima par. & licentia
hæc debet expresse concedi, & non sufficeret tacitè.
Io. Andre. post Arecbid. in c. si Abbatem, de elect. idē
Io. And. in reg. qui tacet. de reg. iur. in 6. in 4. q. Lap.
in alleg. 86. Bald. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de of-
fic. procó. & lega. Alex. in l. 2. §. uoluntate, ff. solut.
matri. & ibi Lud. Roma. & est glo. uot. punctu tex. in
clem. prima de testa. ubi dicit tex. quòd Religiosus
19 non potest exequi ultimas uoluntates, nisi habita su
perioris licentia: dicit glo. ibi, quòd non sufficeret
tacita, quam glo. ad hoc allegat Campegius in tract.
de dote, s. partè. q. 81. Cum ergo prædictus Hierony-
mus sit examinatus absque quod præcederet licentia,
& in causa criminali, Cum pæna fideiussionis ue-
niat fisco applicanda, l. agraria, & ibi glo. de termino
mo: & præfatus Laurentius veniat puniendus crimi
naliter propter ingressum prædictum in domum ip-
sius Bernardini, Meritò eius depositio nnn ualet, Ex
quibus omnibus apparet il fuisca contra prædictum
Laurentium probatum de prætenso delicto, de quo
inquiritur, nec prædictum Baptistam eius patrem,
& ipsum Laurentium non teneri ad pœnam in instru
mento contentam, nec alios compromissores, & fide-
iussores, nec pacem fuisse ruptam ex prædictis causis
deductis in processu, vt latius est ostensum, atque
declaratum.

Modo

Modo restat respondere ad omnia in contrarium
adducta, & primo non obstat, quod dictum est de of-
fensa facta per ipsum Laurentium ex causa ingressus
in domum ipsius Bernardini, quia hoc non probatur
legitimis probationibus, & simus in causis crimina-
libus, in quibus probationes debēt esse luce meridia-
na clariores, l. sciant cuncti de probat. cum alijs uul-
gat. Et dato, quod probaretur, accusator potest agere,
vt prædictus Laurentius puniatur pænis legalibus,
& hoc debet esse contentus, & non potest petere pę-
nam fideiussionis, cum in dubio offensa facta esse
intelligatur, quando esset hoc uerum, ex libidinis cau
sa, & sic ex cā asserta noua, & non ueteri, ut ait Ias.
in d. l. qui seruum, & cęteri Doctor. supra allegati.
quo casu non dicitur pax esse fracta, nec pęna com-
missa cum simus in stipulationibus, quæ stricti iuris
sunt, & omissum in eis habetur pro omisso, l. quic-
quid astringendæ, De verb. obligat. Ias. in l. si stipu-
latus fuerim, §. cum stipulamus, ff. eod. titu. & fide-
iussio intelligitur pro causa, quæ vertebatur tempore,
quo fuit præstita, & non de futura noua, & impute-
tur partibus, qui non sibi prouiderunt apponendo in
dicta stipulatione fideiussionis, quod ēt ex causa noua
non potuisset se offendere, Et cum non fuerit oppo-
situm, dicta fideiussio non debet extendi extra casus
in ea expressos; sicut in simili dicimus, quod si ali-
qui pacem fecerunt cum pacto, ex pœna de non se
20 offendendo, † tam per se, quam pro adhęrentibus fa-
mulis, & eius filijs, quòd talis pax intelligit' de adhæ
rentibus, & famulis præteritis, siue præsentibus, &
non de futuris, & sic de filijs tunc tempore natis, &
non de posthumis. Ita ait Bald. in c. inquisitioni col.
fin. de appel. & allegat, qui in simili dicit Archid. in
cap. excellentissimus. 11. q. 3. quòd si Papa excommuni-
cat Titium, & omnes fautores eius, & communican-
tes, quòd præsentes tantum, & non futuri compre-
henduntur, & ibi latius per eum, & eodem modo, per
supradicta est ad alia obiecta responsum, &c.

Nec illa uerba, ex quacunque causa, vel alio quo-
cunque casu, uel ingenio, vel colore exquisito, &c.
possunt ad causam de futuro referri, sed ad causam de
præsenti referri debeat, videlicet ad causam, propter
quam facta est pax: Vt sit sensus, quòd ipsę partes pro
miserūt in futurum ex causa prædicta, propter quam
pax facta est, non offendere verbis, vel factis vel
alio quocunque modo, vel ex quacunque causa tunc
existenti in pace non expressa, vel habenti depen-
dentiam à causa existenti tempora pacis, & non
ab alia extranea, quæ in futurum oriri poterat, argu.
tex. in l. quòd seruus, ff. de cond. ob causam, vbi omnis
dispositio intelligitur, rebus sic stantibus, & ibi Iaso.
Facit in simili id, quod dicit Bar. in l. de his, ff. de Ar-
bit. quod si fiat compromissum generale de omnibus
litibus, quæ sunt, vel esse possunt inter partes, intel-
ligitur de litibus, quæ possunt ex causa de præsenti
esse.

Facit etiam tex. in l. qui cum tutoribus, & ibi Bar.
21 ff. de transa. §. primo, vbi transactio † non extenditur
ad ea, de quibus non est cogitatū. Facit etiam id quod
Bart. dicit, & alij Docto. in l. qui Romæ, §. duo fratres
ff. de uerb. oblig. & Iaso. in d. l. quod seruus, quod
per istam clausulam renunciantes omni iuri, quod
quis habet, vel habere sperat, quod intelligatur tan-
tum ex causa de præsenti, & non de illa, quæ tunc
causam præexistentem nō habet per d. l. quod seruus,
& sic in casu nostro per prædicta uerba generalia, non
videntur partes intellexisse de causis futuris nouis,
prorsus extraneis à prima causa, ob quam facta fuit
pax, nec est verisimile, quod partes uoluissent ad tam
asperam obligationem se astringere promittendo
vsque ad quartum gradum consanguinitatis, cogna-
tionis, affinitatis, & pro sequacibus, & complicibus,
quod si inter complices offensa fieret ex causa aliqua
de nouo, vel ex inimicitia particulari, quòd teneren-
tur ipsę partes, & promittentes, & fideiubentes, quod
nullo modo est dicendum, & quod non est uerisimile,
non est tenendum, nec iudicandum, & omne, quod
22 † non est verisimile est falsitatis imago. Bald. in l.
prima, C. de seruis fugiti, & in con. scismatis penult.
char. & hoc in terminis tenet Bal. in l. si prædictum,
C. de eddi. actio. in penult. col. versi. sed pone, quòd
procurator circa finem, vbi singulariter dicit, quod
promittens pro suis adhærentibus, intelligitur pro-
misisse de non offendendo, occasione belli, siue guer
re, & non de alijs inimicitijs singularibus hominis ad
hominem. Sic in proposito illa uerba apposita in di-
cta fideiussione intelliguntur, & intelligi debent de
non offendendo occasione pacis, & non de causis, seu
propter causas de nouo superuenientes. Nam ex qua-
litate actuum consideratur animus vendicandi vete-
rem iniuriam, & considerandus est actus, si consonat
primeuę inimicitiæ, nam si non consonat, non dici-
tur factum esse animo uindicandi, & per consequens
rumpendi pacem. Ita ait Bald. in d. l. si prædium, & in
d. uers. Sed pone quòd procurator. Alex. in l. semel
mora. ff. solut. matrimo. Quem refert, & sequitur Ias.
in d. l. qui seruum. Sed in casu nostro inimicitia fuit
ex causa insultus armis facti per prædictum Lauren-
tium, & pax ob causam hanc fuit inita, Vnde si præ-
dictus Laurentius accessit ad domum ipsius Bernar-
dini de nocte, accessit sine armis, vt dicunt omnes te-
stes Curiæ ad domum olim suorum inimicorum, &
solus, vbi erant ipse Bernardinus, & duo filij, non est
præsumendum quòd iuerit causa ueterem uendican-
di, siue ulciscendi iniuriam, sed ex causa libidinis, ex
qua causa pax non dicitur esse rupta, vt Bart. in d. l.
Verum, & alij Docto. supra allegati, tenet etiam Pau
lus de Castren. in l. licitatio. §. quod licite, ff. de publi
can. & quando hoc non appareret, in dubio minor
pœna est eligenda, l. si præses, ff. de pœnis, & inter
duos dolos, minor dolus est puniendus. Bald. in d.
l. si prædium, Et semper est capienda illa præsum-
23 ptio, † quæ excludat maius delictum, argum. eorum
quæ dicit Bart. in l. gerit. Vers. secundo dixi de acquir.
hæred. & l. merito, ff. pro Socio. Aret. con. 47. colu. 2.
Alex. cons. 741. 2. vol. incip. ad propositum.

Pro hac etiam parte facit tex. in l. post emancipa-
tionem, §. primo, ff. de lib. lega. vbi est casus, quòd si
pater tenebatur alicui pro filio, vt fideiussor, & lega-
tur liberatio, an si pater emancipet filium, & det pe-
culium, vel aliud, An pater possit vigore talis le-
gati petere, quod filius iam emancipatus liberetur
ratione sui interesse in illo, quod filio dedit in eman-
cipationem, & ibi dicit Iuris consultus, quod non,
quia actio, quæ primi competit uigore legati, intelli-
gitur de eo, ad quod pater tenebatur testatori tempore

legati

legati, & non ad futura; & sic actio concessa patri intelligitur pro iure existente tempore quo relinquitur; & non in futurum; Sed dicta dispositio intelligitur in futurum ex causa de praesenti, & sic illa verba apposita in instrumẽto debent intelligi de futuris offensionibus ex causis de praesenti existẽtibus &c.

Et sic potest responderi ad illud, quòd dicebatur pro contraria parte de uerbis geminatis, & generalibus, quòd verificantur in causis, quae poterant esse de praeterito ante pacem factam, uel vsq; ad pacem; & sic quo ad causam non uerificatam, & in futurum quo ad modos offendendi ex causa existenti tempore pacis, & non refertur ad causas nouas, ut dixi, & satis declarat Baldus in dicta lege si praedium; & Verba debent intelligi ciuili modo, & non ut iniquitatem contineant. l. penult. ad exhi. l. si cui de seru. Bald. in l. quicumque de seru. fugit. Hinc est, quod Verba statutorum trahuntur ad impropriam significationem, ut euitetur absurditas, & tollatur, siue auferatur iniquitas. Bar. in l. omnes populi. Vers. iuxta praedicta quero. de Iust. & iure: &c.

Et eodem modo potest responderi ad illud, quod fuit dictum de uerbis generalibus, quae generaliter sunt intelligenda, nam debent restringi ad causam existentem tempore pacis, maximè, cum non sit uerisimile, quòd ad talem obligationem, & duram, & acerbam partes uoluissent se obligare: & uerba debent deseruire menti contrahentium, & non contra, Quia intentioni uerba, & non uerbis intentio seruire debent. e. humanae aures. 22. q. 5. & Philosophus in primo perhiermi. & 3. de anima. & ita praeponenda est mens uerbis, sicut anima corpori. not. In cap. sedulò. 38. d. quia mens se habet, ut spiritus, & anima; uerba autem ut corpus, atque materia. Idem uidetur Arist. dicere ubi supra: & ideò potius restringenda sunt uerba, quàm mens coniecturata, quae licet non sit expressa, debet tamen coniecturari ex eo, quod quilibet sapiens fecisset, dicit Abb. in consil. 1. & in consil. 75. primo uolumine. Vnde praedicta uerba quomodocunque, uel ex quacunque causa, non debent intelligi ut sonant, sed stringi debent per praedicta secundum mentem contrahentium, proferentiumq., ut sapientes fecissent ad causas existentes pacis tempore, & non expressas, & non ad futuras: & ista clausula istorum uerborũ quoquomodo, & ex quacunq; causa generalis sequens post specificata solum debet restringi ad specificata Bal. in l. pact. C. de colla: Bar. in l. posth. ff. de lib. & posth. &c.

Et per haec tollitur argum. aliud in contrariũ adductum, dum dicitur in eo, quòd (salua ratione recti sermonis) illa uerba non poterant restringi ad causas pacis praeteritas, cum simus in pacis materia, quae est res fauorabilis. Nã ad hoc respõdetur, quod praedicta uerba referũtur ad causas praeteritas, praeter causam pacis, & nõ ad causas futuras. benè tamen quidẽ referuntur ad offensas, & uarios offendendi modos in futurum ex causa factae pacis, & ex quacunq. alia causa tempore pacis existenti. in pace non specificata; Et similiter illa uerba: Alia ratione, titulo, siue causa, uel alio quaesito colore promiserunt non contrauenire: Intelliguntur enim de modo contraueniendi ex

24 causa pacis factae. Quia † uerba sequentia intelliguntur secundum dispositionem uerborum praecedentium, cum praecedentia magis ad declarationem sequentium influant, quam è contra. Text. & glo. & ibi Barthol. in lege quisquis. ff. de legatis tertio, in lege filium. ff. quando dies legatae cedat. & in simili argum. consuluit Curt. consil. 149. columna. 5. circa medium allegando consil. Oldrad. in argu. ad quod facit illud, quòd dicitur, quòd quando aliqua qualitas est adiecta in una re ex pluribus rebus copulatis, uel positis in una oratione, illa qualitas ad omnes res refertur, & omnes res parisformiter qualificat; ita est text. in lege Seiae. §. Gaio. de fun. instr. & instrum. lega: Vbi testator legauit fundos suos, illum, & illum ita ut instructi sint alicui, & domum superiorem dari uoluit, an domus instructa intelligatur relicta. Cicit Text. ibi, quod sit, propter illud uerbum instructi sint, & eius qualitatem, quia omnia legata reguntur ab illo uerbo, instructi; facit text. in lege si Legatarius. paragrapho primo. ff. de legatis tertio. Vbi Barthol. format unam quaestionem. Maritus reliquit uxori decem corbes frumenti, & decem libras, frumentum debet, & solet solui tempore quo colligitur. lex firmio. §. pater. ff. quando di. lega. cedat, An eodem tempore decem librae solui debeant; & determinat quod sic, quia reguntur à uerbo, reliquit, quod uerbum aequaliter debet determinare. & tota die dictus. §. allegatur ad hoc, quòd

25 quando † dispositio aliqua de pluribus rebus loquitur, & est recta ab uno uerbo, quarum una res debetur certo tempore, similiter, & aliae res debentur tempore eodem: Barthol. etiam cum glos. in l. praetor. §. eritq; ff. ui. bon. raptor. & in l. in repetendis, de legatis tertio. ff. & consuluit Curt. consil. 51. in sexta colum, uers. quia ad ista omnia. Vnde ad propositum nostrum dicitur in instrumento pacis: & una pars alteri. &c. promiserunt occasione praedicta, uel alia quacumque occasione exorta non offendere &c. Nota participium, exorta: loquitur de causa tempore pacis: in tempore preterito, ut est, tempore pacis existente: & illa uerba: Vel quocunque alio modo, & causa &c. reguntur ab illo uerbo exorta; Et sic cum sit praedicti temporis debet qualificare, & limitare dicta illa uerba, uidelicet. Quocumque alio modo, &c. ut sit sensus ex causa propter quam fuit facta pax uel ex quacunque alia exorta tempore pacis, & non expressa. &c.

Nec obstat illud uerbum; offendi possit; & quòd uerbum possit sit extẽsiuum ad futura. l. si ita quis. ff. de legat. 2. & Bart. in d. §. duo fratres in 6. q. quia illud uerbum. Possit solum est extensiuum in casu nostro ad illud uerbum: exorta: & sic ad causam tempore pacis existentem, & non ad futuram, per iura supe rius allegata. & ultra praedicta hoc probatur ex doctrina Bar. in l. si ita in uers. pro declaratione de annu. legat. dici de auro, & argento legat. ubi dicit Bart. pone, quòd Testator dixit, Lego omnes res meas, quae sunt, & reperiri possunt Perusij; deinde Testator superuixit, & multa alia alquisiuit, quaerit, An futura ueniant, & sic postea acquisita, et determinat, quòd nõ; Et sic in proposito nostro, illum uerbum; Possit, extẽditur ad causas praeteritas, uel existentes tempore pacis. Ex quibus omnibus concludendum puto, praedictos principales promittentes, & fideiussores non molestandos esse, cum pax non sit rupta, nec poena stipulationis commissa; sed absoluendos esse ab accusatione contra ipsos per praefatum Bernardinum

G insti-

instituta, sed quod predictus Bernardinus gressus dirigat suos contra prædictum Laurentium pro prædicta offensa, vt pœnis legalibus, & iuridicis puniatur in casu, in quo aliquid contra eum probaretur. Sed quoniam (vt supra est dictum) nihil probatur; prædictus Laurentius debet absolui. Non omittam ad illud, quod in principio dictum fuit, respōdere, quid videlicet propter furtum rumpitur pax; quia commu
26 nis opinio se habet in contrarium, cum † nec propter furtum, nec propter adulterium pax frangatur, cum non fiant animo vendicandi, siue, (ut rectius loquar) veterem vlciscendi iniuriam, ut tenuit Bartolus in l. d. verum. & Iaso in alleg. l. qui seruum. Roma: con: 258. Corn: in cons. 51. Littera. C. in primo volu. & in 2. volu. in con. 42. littera C. & in 4. uolum. cons. 44. littera R. & L. & plus ait ibi quod auferendo aliquid de manibus alicuius per vim, cum quo erat facta pax, non dicitur esse pax rupta. Rom. con. 283. & per hæc sum ab isto consilio, Deo dante, expeditus.

Fuit postea dubitatum, utquam anceps propositio præposita, quanto tempore duraret fideiussio de non offendendo præstita. Dictu, quidem, durare arbitrio iudicis. Alber. de rosa: in l. illicitas. §. nè potentiores. ff. de offic. præsid. & ibi Bar. Anchar. in c. 1. de homici. in 6. in 10. nota. & Iudex potest fideiussionem similem capere per decem annos. Ang. in l. Valerianus ff. de prætorijs stipul. & punitur etiam si offenderit extra territorium. in quo præstitit fideiussionem, huius sententiæ est Albert. vbi supra &c.

Nota quod Clericus pacis violator, quando punitur pecunialiter, pœna applicatur domino temporali; licet fuerit per Episcopum condemnatus. Oldrad. consl. 17. Stephan. Aufrer. in suo tract. de potestate Ecclesiastica super laicis, & verb. eorum. nume, 31.

Enriquez Consultor &c.

CONSILIVM XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Mulier tenetur stare cum uiro, & non potest ab eo se absentare sine eius licentia.*

2 *Mulier dicitur esse in potestate eius viri, quamdiu viuit quoad tria.*

3 *Testator si instituit hæredem cum conditione si construxerit hospitale, si Episcopus non tribuit licentiam construendi, non priuabitur hæres hæreditate.*

4 *Conditio seu modus habetur pro impleto, quando impeditur impleri per habentem potestatem impediendi, limita, vt ibi.*

5 *Morari Verbum significat continuationem facti, saltē pro maiori parte temporis; sicut verbum stare, quod significat veram habitationem.*

6 *Taciti & expressi eadem est virtus.*

7 *Modus si est casualis, deficiente casu, habetur pro non impleto.*

8 *Parentes præsumuntur omnia velle pro filijs ex voto ipsorum.*

9 *In certis non est locus coniecturis.*

10 *Impedimento iusto impeditus aliquid facere, dicitur ex necessitate coactus facere non posse.*

11 *Qualitas præcedens in aliqua oratione posita, respitiēs aliquod capitulum intelligitur repetita in oratione prædicta.*

12 *Pater filios in sua potestate existentes ex causa vendere potest.*

13 *Filij patribus in omnibus obedire tenentur, nisi in his, quæ ad delictum tendunt.*

14 *Filius non potest votum facere de peregrinando ad aliquem locum sine consensu patris.*

15 *Filium ingressum in aliquam religionem, pater si non consenserit, potest reuocare.*

16 *Filius dicitur pars esse corporis patris: & est de eius familia.*

17 *Filius eius patrem personam sanctam, & honestam debet reputare.*

18 *Pater potest cogere filium ad secum habitandum, & secum standum ratione vsusfructus, vt sciat quantum lucretur.*

19 *Filius tenetur patri operari & cum eo stare, si ab eo alimentetur.*

20 *Filij cum eorum patribus cohabitare coguntur etiam si patres sint excommunicati.*

21 *Conditio impossibilis non vitiat actum, sed vitiatur.*

22 *Conditio impossibilis, seu turpis est illa, quæ separat filias impuberes, vt habitent seorsum à patre earum.*

Iesu Christi, eiusq; Gloriosæ Virginis Matris Mariæ nominibus inuocatis.

IN præsupposito casu, retenta illa conclusione pro verissima
1 quod mulier † tenetur stare cū eis viro, vt est tex. in l. consensu. §. vir quoq; C. de repud. ubi dicitur quod si vxor extra domum viri sui pernoctauerit, potest repudiari: ad idem est. tex. in l. 2. ff. de liber. exhiben. specul. in tit. qui filij sint legit. Vsi quod si viro absenti, dicit quod uxor sine licentia viri non potest ab eo se absentare, dato quod sit excommunicatus, vel bannitus. c. quoniam xi. q. iij. quia vir & vxor sunt vna caro. c. debitum de. biga. & vna est domus viri, & vxoris. l. 1. §. si vir. ff. ad syllc. & vna societas. c. cum societas. 27. q. 2. & c. 2. de spons. & est eadem lex uiri, & vxoris. c. fi. & c. penul, de. secund. nupt. nec debet uir & vxor ad nuparia iudicari. cap. gaudemus. §. quia vero. de. diuor. & dicit. Bal. in l. si. uxorem, C. de cond. inser. mulierem quoad
2 † tria esse in potestate viri. Quoad operas: quoad obsequium & torum; & quoad residentiam. quia cum eo debet residere & participare de infortunijs & calamitatibus viri l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. mat. sicut recipit priuilegium, dignitatem, & honorem à viro. l. 1. ff de senato. l. 1. & l. Medicos. C. de professo. & Medi. lib. 10. & l. fi. C. de reb. agen. li. 13. & uxor alibi appellatur famula uiri. c. hæc imago. & c. fuis. & c. mulier. 33. q. 5. vnde aliter qd matri-

trimonium est uiri & fœminæ coniũctio indiuiduam uitę consuetudinem retinens in §. 1. instit. de prima potestat. Præterea est clara decisio in iure, quod condi tio seu modus mixta siue mixtus, habetur pro impleta quando est impedita per tertium legitimè, contra quem nõ datur regressus. l. si tuius statuas & ibi. Bar. ff. de condit. & demonst. Soccin. in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. eo. tit. in 4. colum. vers. 3. infertur. & per DD. in l. 1. c. de condit. instit. per quæ iura dicit. Bal.
3 in l. deberi, C. de fideicom. liber. quod si † testator aliquem instituit hæredem cum hac conditione, quod in strueret hospitale, quia non potest construi sine licentia Episcopi, & Episcopus non permittat hæredem dictum hospitale construere quod non propterea priuabitur hæreditate prædicta, quem refert Socc. & eum sequitur, in d. §. Termilius. & quod non possit hospitale construi maximè cum oratorio sine licentia Episcopi est tex. in c. ad hoc de relig. Domin. q. in c. quidam, Monachorum 23. q. 2. q. in clemen. per litteras de pręben. & similiter dicit Bal. in l. 1. C. de instit. & substit. quæ sub condit. quid si testator mandauerit hæredi, quòd construat Capellam in domibus suis cum hac conditione, quod si hæres construat dictam Capellã, & Episc. non consentiat, quod nihilominus conditio habetur pro impleta, & hęres consequitur hæreditatem: Et sic uidetur quod si testator dixerit prout in casu nostro quid uult, quod filia eius habeat eius bona, si uenerit ad habitandum in eius domo, quòd siue ista conditio sit mixta siue potestatiua, ex quo est legitimè impedita per eius maritum, non permittentem ipsam uenire ad habitandum in eius domo quòd prædicta conditio habeatur pro impleta: & consequi debeat eius hæreditatem, & non est insistendum in hoc. an sit conditio uel modus in casu nostro, de quo per Bar. in l. cũm te, C. de donat. & est tex. in l. si societatẽ mecum, ff. pro socio. Ias. in l. si debitori. C. de Pactis. & si in casu nostro possit dici, quod sit conditio & non modus per ea, quæ tradit Bar. in d. §. Termilius, uers. quid si testator expresse in 1. col. ubi dicit quid quando apparet de uoluntate testatoris uolentis prius adimpleri grauamen, quàm relictum uel legatum, quòd tunc est conditio, & non modus: sed in casu nostro testator dixit, quòd post eius mortem mulier, uel eius filij ueniret ad habitandum in eius domo ex prædictis uerbis colligi, quòd intentio testatoris fuit, quòd prius ueniret ad habitandum, quam consequeretur bona eius filia; merito &c.

Verum quia in testamẽto dixit primo, quòd filia testatoris & eius filij ueniret ad habitandum & sic copulatiuè hoc onus fuit impositum duobus & pluribus personis: & postea per uiam præcepti pœnalis trãseundo testator loquitur alternatiuè, uidelicet quòd si filia uel eius filij habitarent, an dicta conditio seu modus debeat adimpleri in personis omnibus, uel uno adimplente conditionem, alij consequantur legatum? Circa quod & si testator primo disponat copulatiuè, tamen postea præcipiendo, penaliter, loquutus fuit alternatiuè, dicens quod si filia uel eius filij non uenirẽt ad habitandum in eius domum, quod liceat executori bus eius testi. capere medietatem omnium suorum bonorum pro maritandis orphanis: & sic dato quod prius loquutus fuisset copulatiuè: tamẽ postea locutus fuit alternatiuè: & sic uisus fuit noluisse, quod dictum grauamen haberet locum, quãdo per nullum ex eis adim pleretur. cum in alternatioris sufficiat alteram partem esse ueram per iura uulgaria: sed quia dicta filia est iusta de causa impedita ex facto uiri, potest dicta conditio seu modus. pro parte aliorum adimpleri, cum iam ex parte filiæ habeatur pro impleta.

Modo restat uidendum, an hoc impedimentum sit sufficiens, ut non adimplendo dictam conditionem possit consequi dictam hæreditatem integram? Et uidetur dicendum quod non. nam illa regula, quod
4 † conditio seu modus habeatur pro impleto, Dato impedimento per habentem potestatem impediendi, nõ habet locum quando aliter apparet de uoluntate testatoris. ita Alex. & Ang. ex d. l. 1. de instiut. & substit. sed in casu nostro clarè apparet de eius uoluntate dicendo, quod eius filia uel eius filij uenire debuissent ad habitandum in eius domum, ita quod non erat contentus facto impedimento in personam eius filiæ solius, nam hoc dixisset, & propterea adiecit, quod eius filia uel filij eiusdem filiæ uenissent ad habitandum: ita dicunt Angel. & Alex. in d. l. 1. item ipse testator dixit, quod deberet morari in eius domo, ex quo uerbo apparet, quod uoluntas testatoris fuit, ut uerè imple-
5 retur, & non fictè. nam uerbum † morari, ut ex eius significatione patet, uult continuationem facti saltem pro maiori parte temporis, ut est tex. in l. uxori suæ & ibi q. & DD. ff. de lega. 3. de quo uide decis. Thoma. Gram. 83. succedente homicidio.

Item testator adiecit, & posuit uerbum stare, quod similiter ex eius etymologia denotat ueram habitationem, ut dicit Bal. in l. 1. C. de lega. & adeo fuit uoluntas testatoris, quod eius filia uel eius filij uenirent ad habitandum uerè in eius domo, quod in casu contrarij uoluit, quod maritentur tot orphanę de medietate bonorum suorum, & ponerentur in dicta eius domo. ut ibidem dictæ orphanæ, verè starent & habitarent, & sufficit si tacitè vel expressè appareat de uo-
6 lũtate testatoris, cum † taciti & expressi eadem sit uirtus, l. cum quid. ff. si cer. pet. unde dicit Bald. quod quãdo uere uoluerit testator conditionem, seu modum adimpleri, non sufficit quod per fictionem impleatur. quem sequitur moder. in d. l. 1. maxime Alex. & Ias. in limitationibus, vnde est dicendum, quod quoad personam filiæ dicta conditio non habeatur pro impleta, Dato dicto impedimento, sed quod uerè debeat ueni re ad habitandum.

Est etiam uidendum, quæ conditio siue modus sit in persona filiorum ex filia, & si ipsi non adimplent, an filia priuetur medietate bonorum pdictorum? Et clarum est, quod respectu filiæ institutæ prædicta conditio est casualis, cum solum dependeat ex facto ipsorum, unde eis non uenientibus ad habitandum, deficit conditio, & filia perdet prædictam medietatem bonorum per ea, quæ dicit Bartol. in l. prima, ff. de condit. & demonstrat. & ibi Soccin. & omnes DD. in d. l. 1. etiam si diceremus esse modum & non condi-
7 tionem in personam filiorum: quia si † omnis modus est casualis, deficiente casu habetur pro non impleto, quando testator aliter non reliquisset, nisi impleretur ipse modus. Sed quando testator fuisset aliàs relicturus, Dato quod conditio seu modus non impleatur, tum talis defectus non impedit institutum hæredem consequi hæreditatem: ita est q. in d. l. prima, & in l. quæ sub conditione §. quotiens in uerbo defectus de conditione institu. Paulus, Alexander, & Iason,

 & om-

& omnes Moder. in d. l. prima. Sed presumendum, &
coniecturandum est, quod pater omnino fuisset huic
filiæ relicturus, vt probat tex. in d. l. prima, vbi Ias. in
2. colum. in princ. versicu. in 2. parte, principaliter, &
dictis pecu. in titu. de loca. in §. octo, vel alius in titu.
de emphyte. in §. primo, ver. 156. nam ex uoto paren
8 tum † pater præsumitur omnia velle pro filijs, l. ex
scripto, in fine, ff. vnde liber. & est tex. in cap. prædica-
tor, 16. quæst. prima, vbi dicit, quod parentes debent
thesaurizare pro filijs, & ex voto eorum quicquid fa-
ciunt, pro filijs parant, l. penult. ff. de bon. liber. & hæ
reditas parentum, dicitur quasi debita filijs, & quo-
dammodo ad bona propria deueniunt, ff. de success.
edic. l. prima, & hinc est quod de patre in filium fit cō
tinuatio dominii, ut in Auct. vt cum, de app. cognot.
§. considerate, collat. 8. & sic videtur dicendum, quod
non obstante, quod prædicta conditio, seu modus nō
fuerit adimpletus, quod prædicta filia cōsequi debeat
totā hereditatem, tamen quia hoc procedit in dubio,
& eo casu, quando testator nihil disposuit ad quos irēt
bona eius in casu defectus conditionis, sed quando te
stator disponit, quod si conditio non fuerit adimple-
ta, tunc bona sua vadant ad alium, tum clare constat,
quod non erat aliàs relicturus, nisi impleretur condi-
tio: vt est in casu nostro, in quo voluit testator, quod si
non adimpleretur conditio, dimidia prædictorum bo
norum daretur orphanis, & sic pater non erat relictu-
rus vltra dimidiam, si modus, vel conditio non esset
adimpleta per ea, quæ notan. in l. in testamento, §. hæ-
res, de leg. 3. & ibi Bar. & alii in l. fina. ff. de his, qui.
9 vt indi. & in † certis non est locus conjecturis, l. ancil
læ, cap. de fur. & in l. ille aut ille, de leg. 3. & ponen-
do testator illud onus de habitando, videlicet ex cau-
sa necessitatis ad denotandum, quod si dicta filia, vel
eius filii ex necessitate fuissēt impediti habitare, quod
filia non priuaretur dimidia parte hæreditatis, sed cla
rè apparet, quod ex iusta causa necessitatis fuit impedi
ta, cum fecerit omnem conatum suum, vt constat,
& notorium est, ipsam, & eius filios incepisse habita-
re dictam domum, sed maritus, & pater reuocauit eos
& non permisit eos in dicta domo habitare, prout te-
stator disposuerat, & sic fuere impediti ex iusta necessi
10 tate † recesserunt a prædicta domo, & prædicta filia,
nec eius filii stante dicta clausula, & exceptione neces
sitatis apposita, quæ solum trahitur ad filiam, sed etiā
ad eius filios, cum clausula in principio appositos tra
hatur ad sequentia, ac si etiam fuisset in fine posita, nisi
sit aliquid, quod repugnet, Bar. Ias. & alii in l. 1. C. de
lib. præte.

11 Item qualitas præcedens † in aliqua oratione posi
ta respiciens aliquod capitulum intelligitur repetita
in tota oratione, Car. in clem. testibus, in princ. de te-
stib. & ex uerbis testatoris apparet, quod voluit, quod
dicta clausula, & exceptio necessitatis intelligeretur
repetita in dicto præcepto pœnali, ibi dum dicit, quod
ipsa, vel eius filii uenirent ad habitandum, nisi ex ne-
cessitate non ualerent, & cum fuissent coacti recedere
stante mandato eius mariti, & ipsorum filiorum pa-
tris, merito non debent priuari dicta hæreditate, ma-
xima enim est potestas parētum in filios, potest enim
12 eos uendere ex causa necessitatis, l. prima, C. de his,
qui fil. distraxe. & filii sunt obligati in omnibus obedi
re parentibus. Dummodo non tendant in delictum,
q. in l. liber homo, la seconda, ff. ad leg. Aquil. immo
13 filij † qui non obediunt patribus dicuntur eos læde-
re, l. congruentibus, C. de patria potesta. & ibi Bald.
in fine, & filius cogitur habitare cum patre, & Abb.
in capitulo scripturæ, de uoto, & uo. rede npt. dicit,
quod in his, quę pertinent ad patriam potestatem, fi-
lius non potest uouere sine consensu patris, vnde di-
14 cit Innocen. quod filius † sine consensu patris non po
test uouere peregrinationem longam, cum per eam pa
ter remoueatur a filio, refert, & sequitur Imol. in capi
tulo cum contingat, de iureiuran. decimanona colum
na, Thom. de Aqui. in secunda secundæ q. 88. articu.
8. & est tex. in l. 2. ff. de pollici. & ad corroborationem
prædictorum, facit quod communiter habetur.
15 Quod ante annos pubertatis potest reuocare filiū
ad ingressu in religionem infra annum, si non consen
sit, tex. est in capitulo primo, & secundo, 20. quæst. 2.
& in capitulo secundo, de regula transeun. ad religio.
& hoc propter patriam potestatem, vnde possunt ad-
stringi ad standum, & commorandum cum patre:
nam si secus esset facillime, possunt corrumpi, & sedu
ci, argum. tex. in l. ut tamen, §. primo, ff. de seruo cor-
rup. & filij tenentur obedire parentibus, & cogi ad ha
bitandum cum eorum patre: filij enim nascuntur pa-
tribus, insti. de legi. agnato. succe. in prin. sunt etenim
16 partes † corporis parentum, l. cum scimus, C. de agri.
& censi. lib. 11. l. fi. §. si quis, C. de nup. & filius debet
conditionem patris sequi, & est de eius familia, gl. in c.
liberi, 32. q. 4. in §. sui, inst. de hæs. quali. & different.
17 patres † etiam possunt corrigere filios, & carcerare, l. si
filius, C. de patria potestate, & filius debet personam
patris honestam, & sanctam reputare, l. liberto, ff. de
obseq. a libe. præstan. filij etiam, prout sunt, de quibus
agitur, debent ali apud patrem post triennium, l. nec
filium, & ibi Bal. C. de patria potestate, et apud matrē
minor triennio, ut ibi Bald. propter, quæ omnia pater
potuit prędictos eius filios reuocare ab habitatione
prędictæ domus prædicti testatoris, & conditio habe
tur pro impleta.
18 Facit etiam quod pater potest cogere filium secum
stare ratione usufructus, ut sciat quantum est, quod lu
cratur, arg. l. fi. C. de bon. lib. si enim patres cogere nō
potuissent filios ad secum habitandum, potuissent se
gerere pro patribus familias, & præscribere libertatē
contra eorum patres, per tex. in l. 3. cum g. c. de patria
pot. & per indirectum patres patria potestate, quam
habent in filios, vnde Bal. in cons. 102. in 4. uol. dicit,
quod filius tenet habitare, & operari patri, si ab eo ali
19 mentetur, sed filij de quib. in casu nostro, sunt pupilli
sub propria potestate constituti, & alimenta eis patre
præstat, prout tenetur iuxta l. 1. & per totū tit. C. de a-
lendis, lib. & l. si quis a liberis, ff. de lib. agn. & sine iu
sta causa nō potuissent habitare seorsum a patre, Alex.
in l. si cum dotem, §. transgrediamur. ff. sol. matr. per
no. in l. fi. ff. de his, qui sunt sui, vel. alie. iur. & in l. cū
anus, C. de emancip. sed in casu nostro nulla datur le-
gitima causa, propter quam prædicti filij possint habi
tare seorsum a patre, merito coguntur commorari cū
eo. immo si discessissent a domo eorum patris, officio
iudicis potuissent reuocare, l. prima, §. primo, ff. de rei
uend. & to. titulo, de exhib. & deduc. liber. immo co-
20 guntur cum eorum patribus † etiam excommunicatis
habitare, glo. in cap. quoniam, in uerbo, uxores, 11. q.
3. Bal. Nouel. in tracta. de dot. in 7. par. in 34. priuil.
colum. 4. & 5.

Facit etiam alia ratio, quod testator sciebat eius filiam esse nuptam, & suscepisse a suo marito filios, & quod erat viuus. Vnde aut volumus dicere, quod intentio testatoris fuit, quod eius filia, vel filio ex ea una cum patre venirent ad habitandum, vel sine eo cum, voluntate tamē eiusdem, & tunc si vir idemque pater nolit ipse venire, nec permittere vxorem eius, & filios a se separari, sumus in casu exceptuato a testatore, videlicet de necessitate, ex qua causatur impedimentum implementi conditionis propter quam voluit filiam excusari, & non priuari aliqua parte bonorum, aut enim volumus dicere, quod voluntas testatoris fuit, vt vxor sine viro, & filij sine patre venirent ad habitandum in dicta domo: & tunc cum hoc fieri non possit de iure, nec sit honestum, immo turpe sine voluntate
11 uiri, dicta † conditio tanquam impossibilis, & continens in se quandam inhonestatem, & turpitudinem vitiatur, l. conditiones, ff. de condit. inst. l. obtinuit, ff. de condit. & demonstra. refert Iasin l. si pater, in prima fallen. C. de inst. & subst. & in l. reprehendenda, C. eo. ti. & turpe esset vxorem iuuenem sine uiro, & filios pupillos seorsum habitare ab eius marito, & eorum patre merito est concludendum dictam filiam institutam debere consequi totam hæreditatem. Dato quod non vadat ad habitandum in domo, in qua disposuerat propter impedimentum, & necessitatem allegatam, & non esse locum legato, sed relicto orphanis facto, & ita consulo, & de iure censeo ego Petrus Enriquez V. I. D. saluo, &c.

Enriquez consultor.

CONSILIVM XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sententia a qua est appellatū, non absorbet ius offerendi.*

2 *A sententia sacri Consilij, vel a sententia Regia non appellatur, bene tamen de gratia admittitur reclamatio.*

3 *Appellatio, & suppellatio in omnibus aequiparantur, in quibus ascire non reperitur statuta diferentia inter appellationem, & suppellationem.*

4 *Omnia de iure censentur esse permissa, nisi a iure reperiantur expresse prohibita.*

5 *Sententia Regia si ab ea non fuerit reclamatum infra decem dies, non transit in rem iudicatam, nisi elapso biennio.*

6 *Sententia Sacri Consilij, a qua est reclamatum, sortitur suum effectum, si confirmatur non ab ipsa sententia cō firmata, sed a sententia super reclamatione confirmante.*

7 *Sententia, quæ habet a lege statim executionem paratam, si ab ea est appellatum, tamen illa executio est respectu effectus facti, secus autē respectu effectus iuris, quia iura remanent illæsa.*

8 *Sententia sub conditione ualida non operatur effectum antequam conditio verificetur.*

9 *Conditio adimplenda per aliquod implementum debet fieri scienter, & ad effectum conditionis adimplendæ, alius non dicitur purificata conditio.*

10 *Ab appretio, & eius relationibus potest quandocunque appellari.*

11 *Adiudicatio debet fieri pro debito certo non incerto.*

IN causa Magnifici Prosperi cum Magnifico Sebastiano Garcia Hispano super recuperatione possessionis nonnullorū bonorum vertitur dubium, an lata sententia per Sacrum Consil. super adiudicatione, facto tamen appretio quo facto certo modo, & interposita reclamatione a sententia, & etiam ab ipso appretio liceat dicto Prospero offerre debitum, & rem liberare, & possessionem dictorum bonorum recuperare? & tenendum est quod sic, & præsupponen-
1 dum est, quod sententia † a qua est appellatum, non absorbet ius offerendi, glo. est notab. in l. 1. in glo. magna circa finem, ff. de actio. empt. secundum quam ita dixit ibidem Albericus posuit Bald. & post eum Clarius, Salyc. io l. per hanc, C. de temp. app. Ange. in l. vetustissimam, C. de iure dominij impetr. & melius Cy. in l. properandū, §. sin autē reus, in 4. q. C. de iud.

Facit etiam, nam licet a sententia Regia, siue a sententia S. C. non appelletur, ut in l. 1. ff. a quib. appe. nō
2 licet, & in l. 1. C. de sententijs præfecti præto. posuit Iser. in c. Imperialem, in 8. col. de probi. feu. alien. per Feder. tamen ab ea, de gratia admittitur reclamatio, seu supplicatio, ut in Auc. vt sponsa. larg. §. ad hæc, & in Auct. quæ supp. C. de precib. impera. offeren. posuit Specu. in tit. de supp. §. 1. quæ quidem reclamatio loco appellationis est, ita dixit gl. in l. 1. C. de sententijs præfecti præto. And. in prælud. const. in ult. col. & dicebat idem And. in c. 1. in 4. col. si inter domin. & vassalis orietur quod pari passu ambulant appe. & supplicatio, & dicebat idem Andr. in d. c. imperialem, §. fin. in ult. col. quod recursus ad Imperatorem vim appell. habet: posuerunt hoc idem Canonist. in c. ex litteris, & in c. suscitata, de in integr. rest. Abb. in c. pastoralis, in §. uerum, de app. vnde colligitur ex dicta glo. sing. in d. l. 1. C. de senten. præfec. præto. quod in omnibus in quib. non reperitur statuta differentia inter appella-
3 tionem, & supp. appellat. & † supp. æquiparantur per rationem ibidem per eam appositam, nam habent eadem fatalia, quia non reperitur aliter a iure statutum.

Modo sic in causa appellat. interpositæ, licet offerre per supradicta, & in hoc nō est inducta differētia a iure inter app. & reclamationē, ergo nō est in cā reclamationis interpositæ, licet offerre, & cōfirmatur eodem themate retento, nā oē illud admittitur in causa reclamationis, aliàs appell. quod est prosecutiuum naturæ appellationis, & illius naturæ non est contrarium, ut dicit Bal. in d. l. per hanc, in 1. colum. & dicebat ibi Sal. in proprijs terminis in 5. col. quod si egi pignoratitia, & succubui, quia non erat creditori meo satisfactum de debito, & appellaui, & app. pēdente satis feci, nunc debeo obtinere, & hoc idem in proprijs terminis consuluit Corneus in consil. 230. in primo uolum. & per hanc concludunt ibi Bal. & Doc. quod sentētia, a qua est appellatā, non aufert ius offerendi, sic igitur dicendum est in reclamatione, nam ex quo princeps admittit reclamationem ab eius sententia, ergo admittit oē illud, quod est prosecutiuum naturæ reclamationis, sed oblatio est huiusmodi per supradicta, ergo si admittitur reclamatio, admittit oblatio. iniquus esset Princeps, si gratiam diminuē concessisset, & militat ratio et supradicta, nam cum hoc cōcedatur in app. ut ea pendente, licet offerre, & satisfacere, & cum non reperitur prohibitū a iure in reclamatione ergo licebit.

4 Pro quo est etiam iuris regula, quia † censeri de iure permissa, nisi in specie reperiantur prohibita, l. necnō, §. quod ess, ff. ex quib. caus. maio. & ponit glos. in l. 2. ff. de probat. unde etiam videmus communem stylum emanasse, non sicut non posita in causa principali pos sum ponere in causa appellationis, vt in d. l. per hanc, & sicut conclusio in causa principali non se extendit ad causam appellationis, quia non prolata pro uerbo d. l. per hanc, & in cap. fraternitatis, de testibus, ita nō posita in causa principali, possum ponere in causa reclamationis, & similiter conclusio facta in causa principali non se extendit ad causam reclamationis, & sic ponere satisfactionem non positam in causa principali, & sic licitum erit offerre, & satisfacere, & non sensio quod huic motiuo possit dari congruum responsum.

Et ex his infertur, quod non ualet consequentia, ex sententia responsoria statim fit executio, ergo pendente reclamatione ab ea non licet offerre, nam si ista consequentia valeret suaderet quod minime licet reclamare, cum esset sine effectu quod est absurdum, vnde dato quod essent translata per dictam sententiam mille Dominia: tamen videmus, quod nō stāte translatione tali admittitur reclamatio, & si apparet bene reclamatum, illud dominium per sentētiam vocatur: si ergo admittitur reclamatio aduersus illud dominiū translatum, ergo & oblatio, quod est quoddam prosecutiuum naturæ reclamationis, & ratio est, quia illud dominium non transfertur irreuocabiliter, sed reuocabiliter, l. ex sex tantæ, §. latinus, ff. de exceptio. rei in l. in bello, §. cum seruus, ff. de capt. & postli. reuers. consuluit Aretinus in cons. 104. 2. col. & † sententia

5 Regia si ab eo nō fuerit appellatum infra decem dies non transit in remiudicatam, nisi elapso biennio, & cōfirmatur, non respectu executionis non plus roboris habebit sententia Sac. Consilij, quam ea quę statim habet a lege executionem, & tamen videmus quod si ab ea appellatur, & confirmatur, vt in sententia super irrogatione infamiæ, vel excommunicationis, ille actus habebit firmitatem ex actu confirmante, non ex confirmato, vt in l. in furti, ff. de his, quæ notan. infam. & in cap. pastoralis, §. verum, de appel. Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis, per DD. maxime per Moder. in l. prima, ff. de re iudi. effectus ergo sine

6 Sacri † Consilij, a qua est reclamatum, habebit suam firmitatem non a sententia confirmata, si confirmabitur, sed a sententia super reclamatione confirmante, sequitur ergo quod stante reclamatione, nō habet omnimodam firmitatem.

7 Ad † idem facit quod dicit Hostien. & Dec. in d. §. verum, quod licet sententia, quæ habet executionem a lege, statim habeat causā, etiam si ab ea fuisset appellatum: tamen illa executio est respectu effectus facti, secus autem respectu effectus iuris, quia iura remanēt illæsa, & possum illa deducere in causa appellationis, & sententiam retractare, sic etiam erit in sententia Regia nam, licet trahat executionem effectus facti, tamē iura non tollit, pendente reclamatione, ergo a pende a re, non est sublatum ius offerendi, & hoc dicit Bald. in l. 1. c. si a non comp. iud.

Præterea sententia Sacri Consilij dictat prædicta bona appretianda esse, & eis appretiatis adiudicanda, &c. ergo ante, quam fuisset factum prædictum appretium, non possit aliquem effectum, ita sentit Barto. in l. Iulianus, in 7. colum. de condi. indebi. l. exceptio, ff. excep. rei iudic. l. sunt, & aliæ, §. ait prætor, de publ. l. ordo, c. de execu. rei iud. & in l. 3. C. de iure dom. impetran. Sed in casu nostro non fuit factum appretium, vt dicetur statim, ergo nullus sequutus est effectus sententiæ prædictæ, & per consequens remanet facultas offerendi, & confirmatur, nam in tali casu effectus sub conditione subsequitur, si fuerit factum appretium, vt in l. a testatore, ff. de cond. & demonst. vbi ablatiuus absolutus conditionem importat, sed in d. sententia est ablatiuus absolutus, scilicet facto appretio, vel quibus appretiatis, & sic sub conditione prædictus effectus debet subsequi, & cum non sit adimpleta, non potest prætendi aliquis effectus, sententiæ secutus, quia

8 talis † sententia, sub conditione lata non operabitur effectum, antequam conditio illa purificetur: ita text. & Doct. in l. ait prætor, §. iudex, ff. de re iud. facit tex. in l. cum ad præsens, cum l. sequenti, ff. si certum peta. posuit Alex. in cons. 37. colum. penult. vol. 3. Et quod appretium non fuit factum, vel saltem talis quod sufficeret demonstratur clare: appretium enim, quod prętenditur factum, solum fuit factum ad effectum, vt Sacrum Consilium potuisset prouidere super hinc, & inde oppositis, & petitis, vt patet ex decreto ipsius Sac.

9 Consil. & regula est, quod † quando aliqua conditio debet impleri per aliquod implementum, debet illud implementum fieri scienter, & ad effectum conditionis implendæ, & si fiat, & non scienter ad effectum conditionis implendæ non dicitur conditio purificata, ita est tex. quem ibi no. Bar. & DD. in l. 2. ff. de condit. & demonst. sed sic est quod illud appretium, & sic illud implementum conditionis non fuit ad effectum adiudicationis, seu ad effectum implendæ conditionis in sententia appositæ, sed solum vt S. C. potuisset prouidere super oppositis, vt dictum fuit, ergo conditio non fuit adimpleta, nec purificata, & sententia nullū fuit sortita effectum, & sic dicendum est: nam si aliter diceremus, vt figurat pars aduersa, esset dicendū, quod S. C. voluisset hūc pauperrimum decipere, qui stabat sub spe, quod tale appretium non fiebat sub spe adiudicationis, sed ad effectum, in quem verba decreti Sacri Consil. sonabant aperte: nam verisimile est, quod si sub ista spe non stetisset, & sciuisset ad illum effectū appretium fieri, pecuniam perquisiuisset, prout de pręsenti perquisiuit, & obtulisset, prout in præsentiarum obtulit, sed quia stetit sub illa probabili spe, cum aliquem fallere sit alienum a Rege, & a suo S. C. argum. l. fi. C. de his, quæ uen. æta. impe. & ita in propositis terminis consuluit Dec. in cons. 192. in fine, columna secunda.

Præterea quomodocunque dicatur illud appretiū fuisse factum, tamen ab eo, & relatione experti electi ad faciendum illud fuit appellatum, potest enim a talibus relationibus quandocumque appellari, l. ab ar-

10 bitrio, & ibi Bar. & etiam ff. qui satisd. cogan. cap. fraternitatis, de frig. & malef. c. proposuisti, de appell. ergo talis app. extinxit effectum de præterito, & suspensit effectū de futuro illius relationis, ut uoluit Barto. in l. fi. ff. ad Turp. c. communiter in rub. extra de app. & DD. in l. prima, ff. de rem iudicata, & maxime ibi per moder. ergo per appellationem interpositam ab appretio, illud appretium siue eius effectus fuit extinctus

tinctus & redactus, ac non esse, et per consequens non potest dici conditio adimpleta, cum ita habitum sit apprecium, ac si non fuisset factum. Nec obstat si diceretur appellationem interpositā ab appretio fuisse desertam, nam ut dictum est a tali appretio potest quandocunque appellare, ut supra dictum fuit & suf ficit ultimum decretum fuisse latum infra tempora, quibus pendebat appellatio ab ipso appretio, quo casu redditus nullum, aut viam attentati venit reuocandum.

Praeterea, appretiator non est secutus formam mae statis sibi traditam per S.C. in faciendo praetēso appel latio, nam S.C. maest. ei quod deberet appretium facere illa uero nihil pure appretiatus est, sed sub conditione, ut puta si hoc enumerabitur cum ipsis possessionibus, poterunt ualere tantum, & si illud demātur, poterit ualere tantum, & sic nihil certum ponit in esse ergo nullus est indirectus effectus, tum quia contra, & formam maestati, iuxta tex. in l. diligenter, ff. mandati tum etiam quia nihil est oppositum in esse, & sic nullo modo potest dici conditio purificata, & sic nullus est secutus effectus sententiae.

Vltimo non potest pars aduersa se iuuare ex ultimo decreto, nam si illud esse interpretandum, ut pars aduersa interpretatur, esset facere actum Sacri Consilij contra iuris formam, scilicet quo pendente reclamatione a sententia, & pendente appellatione ab appretio, & admissa per S.C. idem Sacrum Consilium fecisset adiudicationem, quod non est dicendum, & maxime eum ex tenore primae sententiae debuisset fieri appretium ad effectum adiudicationis, & istud ultimum daret adiudicationem sine appretio, & sic esset sententia contra sententiam, quod est facere actum nullum, iuxta glo. in clemen. appellanti, de appellatio. posuit Alexand. in consilio trigesimotertio, in primo volumine.

Praeterea esset nullum ex alio, quia daret adiudicationem, & dominium pro debito non certo, & sententia adiudicationis sine secundum decretum pro debi-
11 to † non certo non ualet, hoc est quod notabiliter dixit Bar. in l. cum totem, ff. de pecu. posuerunt moderni, & maxime Bolog. in l. si finita, §. Iulianus in antepenultima car. ff. de damno infecto, ubi fortius dixerunt, quod licet secundum decretum sit interpositum pro debito uero: tamen si non est certum tempore lati decreti, licet sit uerum debitum, decretum est nullum, sic etiam in casu nostro esset, ubi tale decretum fuit interpositum pro ea quantitate, pro qua apparetet verus creditor: ergo tempore decreti non erat certus creditor, licet potuisset esse uerus creditor, & propterea ne hoc dicamus, quod est absonam a Sac. Consil. non debemus praedicto decreto, talem absonum intellectum tribuere, quem ei tribuit pars aduersa, sed solum debemus dicere, quod tale decretum non fuit latum ad effectum vero adiudicationis fiendae, aut alicuius dominij transferendi, &c.

CONSILIVM XXV.

SVMMARIVM.

1 *Ciuem aliquem esse, & haberi pro ciue, paria uidentur.*
2 *Pro Matricula, in qua ciues descripti sunt, praesumitur.*
3 *Iuramentum inducit praesumptionem iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium.*
4 *Tractus scripturarum multum operatur.*
5 *Testes deponentes per rationem, quia ita ipsi credant, nullam fidem faciunt.*
6 *Facilius renunciatur iuri quaerendo, quam iuri quaesito.*
7 *Verba, ex certa scientia, & non per errorem vis geminata in contractu, sine instrumento, emxam eorum intentionem demonstrant.*
8 *Verba geminata magis declarant, & afficiunt, & quid operantur apposita in alienatione.*
9 *Parentes, quicquid parant, suis liberis parant.*
10 *Pater, & filius sunt simul copulati nexu diuino.*
11 *Remedium l. 2. C. de rescind. vend. sicut non suffragatur maioribus illi renunciantibus, ita neque opitulatur minoribus eidem renunciantibus cum iuramento, itae amplo ut extendatur ex quacunque causa.*
12 *Obreptionis vitium in exprimendo falsum, maius est, quam subreptionis in tacendo veritatem. &c.*

Iesu Christo auxilio implorato. Amen.

Ex facto iuris oritur. l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil.

IN causa, & causis inter Ioānem Bernardinum, & Ioan. Franciscum Pauli Mariani de Liquotinario incolas, & municipes castro Pragmaticae numeratos in praedicto castro Pragm. ut in processu actores ex una, & uniuersitatem, & homines castri Vigij conuentos ex alt. petentes declarari fuisse, & esse oriundos, origenarios & foculares praedicti castri Vigij, & gaudere debere praeeminentijs, honoribus, dignitatibus, lucris, introitibus, & emolumentis praedicti castri non obstante quauis declaratione, seu cessione in contrarium appa rente, tanquam erronea, nulla, & inualida in Cur. Magnifici Domini Capitanei Ciuitatis Aquilae uertente & vertentibus, videtur dicendum praedictos actores fus in eorum petitis fouere, & sententiam in eorum etiam fauorem proferri debere: cum ex eorū deductis appareat maxime super nono articulo Marianum de Lico fuisse filium praedicti Liei, qui Marianus pater Pauli patris praedictorum actorum, & ipsorum aui erat oriundus, & originarius praedicti castri, & quòd pro tali reputabatur & tractabatur, ut deponit Ioannes Pasqualis Iocte fo. 24. Ioannis Bernardinus alius

Mai-

Marinus etiam deponit de auditu, qualiter erat præ-
dictus Marianus de Lico filius prædicti Lici,& quòd
ita tenebatur esse de quarterio sancti Petri,quod quar
terium est de castro Vigij.fol.26.Maximus Casciocta
deponit prædictum Marianum nominari uti filium
prædicti Lici, fol.29. & Gregorius Marinacci de ca-
stro pragm.quon.prædictus Marianus erat filius præ
dicti Lici, & communiter reputabatur esse de prædi-
cto castro Vigij,licet non viderit ipsum participare de
fructibus,& introitibus ipsius,fol.39. & paria viden
1 tur esse aliquos esse ciues,uel haberi pro ciuibus, text.
est in l.adoptiuum,§.patronum,ff. de in ius uocã. ubi
paria sunt esse patronum,vel haberi pro patrono.

Prætérea per ipsos actores probatur Marianum pa
trem Pauli patris ipsorum fuisse officialem prædicti
castri,ut deponit supradictus Gregorius super eo in
articulo,& alij testes super 11. articulo dicẽtes ipsum
Paulum successisse in hæreditate ipsius Mariani , &
in officio Vicariatus prædicti quarterij,vt de pręd. Io.
Bernardinus Marinus,& Ioannes Dominicus , &
alij,& sic subeundo ista onera personalia, & exercen-
do similia officia,videntur prædicti esse ciues prædi-
cti castri,& eo maxime quondam exercuit pater isto-
rum agentium,etiam officium Massàriatus,prout alij
municipes originarij exercent, & exercere solent , vt
deponunt Gregorius Marinacci de castro pragmatic.
fol.40.super 14.articulo,& Ioan. Bernardinus Mar-
tinus super eo,fol.26.

Prætérea pro parte ipsorum præsentantur tria in-
strumenta in pergameno scripta ad ostendẽdum qua-
liter Marianus prædictus,& Paulus eius filius,pater
ipsorum auorum nominabantur de prædicto castro
Vigij,cum prædicta verba sibi enunciatiua,& de an-
tiquo videntur probare eos esse de prædicto castro ,
Ias.& Dec.in l.ex his, C.de testam.mili.& faciunt ea,
quæ notant per DD.in clem. 1.de prob.

Vltra hæc præsentatur pro parte ipsorum copia li-
bri æstimi,seu catastri,in quo prædicti de Lico nomi-
nantur de domo Incordan,& familia,quæ prætendi-
tur esse de prædicto castro,& quon.in prædicto libro
ipsi reperiantur descripti,& allibrati , ibique soluisse
onera pro bonis per ipsos possessis, quæ copia uidetur
facere fidem per ea,quæ no. Bar. Ang. Ioan.de Platea
in l.rura,C.de omni agro,de ser.libro 11. & præsumi-
2 tur † pro matricula,l.matricula,in verbo,dotali pro-
batoria,vbi Bar.c.de agen.in reb.libro 12.no.Bartol.
in l.petitionem,C.de aduocan.diuer.iud. & in dubio
præsumitur pro æstimo communi,l.fi.vbi Barr. C. de
prædijs mino.lib. 11.l.censualis,C.de don.cum alijs
similibus,&c.

Articulantur etiam alia plura super quibusdã nõ-
nulli testes deponunt de auditu dicentes audiuisse præ-
dictum Paulum inductum fuisse ab aliquibus homi-
nibus prædictæ vniuersitatis ad uendendum ratam
eius focularis sibi tangentem , vt sunt Hieronymus
Cotutia,fol.36.& Ioannes Bernardinus alias Man-
tinus,fol.27.super 20.articulo , ex quibus conantur
pręd. actores eorum ciuilitatem probare , & quod
gaudere debeant introitibus,& redditibus Montanę
& aliorum bonorum ipsius vniuersitatis Vigij, prout
in libello eorum petunt. Veruntamen prædictis non
obstantibus arbitror nullum ius eos fouere , &. ideo
vniuersitatem,& homines pręd. castri conuentos
absoluendos esse a per prędictos actores petitis,& ip-
sos actores tamquam deficientes in eorum salutari,&
probatione in expensis condemnandos fore, ut ex in-
frascriptis apparebit, &c. licet plura conati fuerint
probare ad fundandam eorum intentionem, poterit
enim dici pro eis illud Virgilianũ, Apparent rari nan
tes in gurgite uasto,cum nihil per eos probetur ferè
quod eos adiuuare possit ad obtinendum in præsenti
causa palmam prætensam, immo vt periuros nõ po-
tuisse audiri,& declarari debere in pœnas leg. si quis
cum maior,C.de transact.eos incidisse.

Apparet enim in processu de instrumento declara-
tionis confecto de anno 1545.per eorum partem , &
per prædictos actores declarasse eos cum assensu, &
consensu prædicti Pauli ex certa eorum scientia,&nõ
per errorem ipsum Paulum,& suos antecessores non
fuisse,nec esse de prædicto castro Vigij, nec esse origi-
narios dicti castri, immo ipsum Paulum audiuisse a
suis antecessoribus,& ipsos actores a prædicto Pau-
lo,eorum patre se non esse de prædicto castro, & pro
exoneratione animarum suorum antecessorum bona
fide,& sponte prædictam declarationem fecisse me-
diante iuramento ad sancta Dei Euangelia , & tactis
3 scripturis,quod iuramentum † inducit præsumptionẽ
iuris,& de iure,contra quam non admittitur probatio
in contraria, Bald. Paul.de Cast.in l.prima,alius si al-
terius,C.si minor se maiorem dixe. Beroius in q. 43.
4 quidam in contractu diuisionis. Tractus † enim scri-
pturarum multum operatur,Bal.in d.l.si alterius,nu-
mero 6.facit tex.in Auct.sacram. puberum , C. si ad-
uersus vend.& ibi Bal.secus tamen esset in iuramento
simplici.Beroius vbi supra,numero primo,& licet co-
nentur probare tempore prædictæ declarationis , re-
nuntiationis,& cessionis prædictos actores esse mino
res,& etiam ex lectura ipsius instrumenti colligi po-
test,tamen ex quo iam erant puberes , & iurauerunt
prædictam declarationem,renunciationem obseruare
& aduersus eam non petere in integrum restitutio-
nem,vt ex lectura ipsius instrumenti apparet , nullo
modo poterunt, nec possunt eidem contrauenire, quia
iuramentum repręsentat ipsos maiores, d. Auct. sac.
puberum, nec possunt se iuuare prædicto beneficio re-
stitutionis in integrum,etiam si non fuissent tunc tem
poris certiorati de prædicto beneficio,tum vigore præ
dicti iuramenti,ut tenent Bar.& Paulus de Castro in
l.2.C.de rescind.vend.& Alb. in cap. cum causa pe-
nul.ul.de emp.& vend.& ibi Barb.in 7.columna, &
idem in cons.ult.columna penul.libro 3.cons.Felin.
in cap.si diligenti,de foro compet. columna 4. Ias. in
d.Auct.sacram.puberum,colum.19.versi.3. principa
liter.Parisius in cons.96.volum.primo,quia iuramen
tum est loco,etiam certiorationis prædicti beneficij ,
cap.ex rescripto cum ibi.no.de iureiur.d. Auc.sacram.
puberum cum l.præcedenti, Cagnolus in rep. d. l. 2.
numero 107.& 108.tum etiam quia prædicti actores,
quando aduersus prædictam renunciationem, siue de
clarationem,siue læsionem prætensam prædictam re-
stitutionem petere potuissent,prout non possunt,atta-
men eam petere debebant intra quadriennium, quod
tempus datur minoribus postquam effecti sunt maio-
res ad petendum prædictam restitutionem , ut tenet
Bar.in l.prima,ff.ex quibus causis maio.Bal. in l.fal-
sam,C.si ex falsis instrum.Alexan. in cons. 150. co-
lum.2.

lum.2.libro 7.& in cons.79.colum.4.libro 6. si ergo tempore prædicti contractus, & renunciationis, qui fuit celebratus de anno 1545. ipsi actores erant annorum 14. ut ipsimet in eodem contractu asserunt de anno sequenti 1549. fuerunt effecti maiores, iuxta constit. minorum iura, de restit. in integ. ergo de anno 1553. petere debebant prædictam restitutionem in integrum, quam cum non petierunt, nec egerunt, pœnitentia sunt exclusi a prædicto beneficio, & nullatenus sunt audiendi in præsentiarum agentes de anno 1571.

Immo per tam longam taciturnitatem, & diutinā annorum uiginti sex elapsorum a die prædicti contractus usque ad diem litis præsentis per ipsos intentatæ prædictum contractum ratificauerunt atque ratū habuerunt, quo casu nec per restitutionem in integrū nec dicendo contractum nullum contrauenire possunt, nec ipsum rescindere, siue prædictus contractus nominetur onerosus, quo casu sufficeret lapsus, & taciturnitas per quinquennium, siue dicatur lucratiuus quo casu sufficit tempus decennij labi, vt est text. clarus, & ibi omnes scriben. in l.1. C.si maio.fac.ra.uen. habu. Beroius in dicta quæstione quadragesimatertia, numero 5.

Et licet conentur nonnullos testes examinari facere super 18. articu. continente, qualiter errore ducti fecerunt dictam renunciationem, attamen id non probāt, nam testes deponunt, quòd ita credunt, quo casu nullam fidem faciunt,

5 †Bal.in l.data opera, C.qui acc.nō possunt, Bar.in cons.66. Innoc.in cap.fide iureiur. debent enim testes deponere per aliquem sensum corporeum, Bal.in rub.de controuer.inuestiturae. Immo non sufficeret eis probare rem aliter se habere, quam dicunt in d. renunciatione, quia cum non tractent in præsentiarum de damno euitādo, sed de lucro captando, non sufficeret dicta probatio, ita tenet Bar.in l.nō fatetur. ff.de confe.& Doc.in cap.si.de confess. Alex. in cons.17.nu.7.in 3.uolum. Immo cum sit simplex renunciatio, & non aliquis contractus respectiuus, sed ex eorum mera liberalitate dictam renunciationē fecerūt, declarantes eos non esse ciues, nec unquā fuisse, & prædicta declarare causa exonerandi conscientiam suorum antecessorum, & si probaretur, prout nō probatur, aliquam læsionem ultra dimidiam interuenisse, non daretur recissio prædicti contractus, & instrumenti, Bart.in cons.90.incip.dilecto, numero 2. eo magis, quòd prædicti actores tempore prædictæ renunciationis, declarationis, siue cessionis nullum ius quæsitum habebant super fructibus prædictæ montaneæ, nec super eius redditibus, cum eorum pater Paulus uiuebat, sed solummodo spem succedendi in eis

6 post mortem eorum patris, & facilius †renunciatur iure acquirendo, quam iuri quęsito, ut est decisio Rotę in nouis decisio.291. incip.licet appellatos. Et multa potuissent contingere, propter quę prædicti actores in dictis iuribus succedere non potuissent, quando fuissent municipes prædicti castri Vigii, prout non sunt, & ipsimet fatentur in dicto instrumento, dicentes, & confitentes se non esse originarios prædicti castri, nec fuisse. Et quòd propterea uolentes recognoscere bonam fidem, & animas eorum antecessorum exonerare, ex certa eorum scientia, & non per errorem confessi fuerūt & confitentur se ipsos non esse de prædicta uniuersitate, &c.

7 Quę uerba† ex certa eorum scientia, & non per errorem bis geminata in dicto instrumento, siue cōtractu apposita eorum enixam intentionem demonstrant, Bart.in l.eum scimus, C.de agrico. & censi.libro 10. per text. in l.Balista, ff.ad trebel.cum similibus, & semper debent aliquid operari, Felyn.in cap. primo, versic.priuilegium, de rescript. & istæ geminationes magis declarant, magisque afficiunt, Aret. in consilio 103. Socin.in cons.242.numero 2.libro 2. Felyn. in cap.si cautio, de fide instrum. Vnde prohibita alienatione per uerba geminata intelligitur etiam ex causa dotis, quæ aliàs non intelligeretur, Ruyn.in cons.98. num.11.& in cons.123.& 147.nume.14. libro 1.&

8 confessi†storum actorum geminata, ut in prædicto instrumento asserentium se non fuisse, nec esse de prædicto castro omnino inducit ueritatis præsumptionē, Felyn.& cæteri in d.capit.si cautio, Curtius iunior in cons.168.num.8. Afflict.in decis.337.num.5. & maximè quòd est in scriptis facta, quæ maiorem vim, & efficatiam habet, Castren.in l.publia, §. fin. columna prima, in fine, depositi.ff. Bal.in l.cum falsa, 2.columna, C.de iure, & facti igno. Et similes clausulæ excludunt omnem ignorantiam, & errorem, ac probationem in contrarium faciendam, Gozad.in cons.71.columna finali, Paris.in consil.15. columna antepenul. libro 2.

Consideranda est etiam prædicta confessio in scriptis facta, mediante publico instrumento, confitentes se non esse de dicta uniuersitate Vigii, nec debere participare de fructibus, & introitibus dictæ uniuersitatis ex certa eorum scientia, & non per errorem, quæ confessio fuit acceptata eodem instanti, & ibidem per Notarium Ioannem Dominicum Viuium, Hieronyм. Ioan. Mar. Spitilli, & alios ibidem præsentes, stipulātes, & recipientes pro se, & aliis de uniuersitate prædicta, quo casu prædicta confessio reuocari non potest, nec contra eam admittitur probatio in contrarium, Glo.in cap.cum impositionibus, in uerbo iusta causa, de iureiur.in 6. Bal.in l.gallus, §.quidam rectè, de lib. & posthum. Ias.in l.error, C.de iuris, & facti igno. in 2.columna, & ibi Bal. Lud.Rom.in l.prima. §. si quis simpliciter, ff.de uerbor.oblig. Cæp.cautela 69. incip. confessio, quæ dicitur: nec iuuari se possunt, ex quo erant minores, quia eis obstat iuramentum, quod ipsos maiores fecit immediate quòd iurauerunt in prædicta [Auct. sacramenta puberum, & restitutio eis non datur contra iuramentum Spec.in tit.de emp. & uen dit.§.4. versicu. illud, in prima columna, & eo maximè quod ut apparet in instrumento renunciauerunt beneficio restitutionis in integrum, ut supradictum, & allegatum fuit, & quilibet potest renunciare his, quæ pro se introducta sunt, l.si quis in conscribendo, C.de pac. scriben.in l.nemo potest, ff.de leg.primo, & in cap.si diligenti, de for. compe.columna 4. Dec. in consil. 513.columna secunda, & quando fuissent municipes prædicti castri, prout non sunt, & ipsimet fatentur, & post mortem prædicti Pauli eorum patris succedere debuissent in participatione fructuum, & redditūū ipsius uniuersitatis Vigii, ex quo cum cōsensu, & auctoritate prædicti eorum patris cum iuramēto renunciauerunt, etiam si essent minores amplius non possunt prædictæ renunciationi contrauenire, tex. est clarus, & apertus in cap. quamuis de pactis. in 6. et ibi DD. Castren.in cons.311.incip.viso puncto, &

& renunciatio suorum iurum ualet glo. & DD. in l. pactum inter hæredem ff. de pactis.

Nec credendum est, qui si prædictus Paulus & ipsi actores habuissent aliquod ius in redditibus ipsius vniuersitatis & quod fuissét municipes pdicti castri, quòd declarare debuissent se non esse municipes nec aliquam partem habere in bonis prædictę uniuersitatis prout declarauerunt nullo habito, nec recepto, nemo enim præsumitur suum iactare uelle. l. cum de indebito ff. de proba. nec prædictus Paulus eorum pater in negocio tam præiudiciali prædictis actoribus consensum & auctoritatem præstasset uti eius filijs, cum patres semper conentur ditiores facere filios, omnia enim quæ faciunt, suis liberis parant. l. pen. §. pe. ff. de bo. liber. plus † enim diligit pater filium quam se ipsum accursius in l. isti quidem ff. quod me. cau. in §. ultimo, nullus enim amor uincit paternum in l. 6. c. de curat. furio. filius enim non potest meliorem amicum inuenire quam patrem, Angel. in l. quidam cum filium ff. de hære. inst. & in dubio pater propter affectionem, quam habet, potius uidetur eius filijs prouidere, quam grauare, Bald. in cons. 423. uel ba ie sti. lib. 1. melior enim amicus mundi est pater. Bal. in c. per tuas de proba. col. 2. facit text. in l. nec in ea ff. de adult. ibi pietas patris consilium capit pro filijs, ardens enim est amor parentū erga liberos, Bald. in cons. 320. Ser. Petrus lib. 1. & 6. ad rem nostram ueluti longo postliminio redeam, si prædictus Paulus prædicti castri, esset municeps, utique prædictam declarationem nō fecisset nec prædictus suis liberis ad eamdem faciendam consensum præstitisset: Sed ductus bona conscientia quæ est Angelus humanę uitę presidens, cui soli absque testibus creditur, ut dicto Bal. in l. 2. C. de fideic. & lex fauet & commendat illud, quod ex conscientia factum est, cui non conuenit de apicibus iuris disputare. Vnde commissum ad conscientiam videtur ad ueritatem commissum, vt ibi per Bal. & habetur Matth. c. 10. & Lucę 11. & in c. vnico. §. ad exhibendum de Sacra Vnctione, satis est rationem conscientię habere quoad Deum, & quando Deus est Iudex alius testis quam conscientia tua non erit cap. custodi. 11. q. 3. Vnde prædictus Paulus non immemor salutis ęternæ pro exoneratione conscientiæ suæ & suorum antecessorum, & ipsimet actores sidem adhibentes uerbis sui patris, pro
10 ut tenebantur, cum † pater & filius sint copulati nexu naturali, Bal. in l. cum in adoptiuis. 2. col. uersic. ibi cum enim. C. de adop. & pater non præsumatur, vel le decipere filios. l. qui superstite in fine. C. de dol. Pau. de Cast. in consi. 307. & semper præsumatur be nefacere filio, & ideo lex multum confidit de eo. Spec. in tit. de tuto. §. fi. ver. item excipere contra tutorem. similiter non immemores salutis ęternę eorū & pro exoneratione cōsciētiæ suorū antecessorū fecerūt dictam declarationem confitentes se non esse originarios prædicti castri, nec eorum progeniem de prædicto castro fuisse nam si recepisset aliquid de fructibus prædictæ vniuersitatis cum non essent municipes cum mala conscientia recipiebant & ad restitutionem tenebantur, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, in Reg. peccatum de reg. Iuris in 6. dicit Sanctus Bern. in tracta. de rest. male ablatorum sermone 38. in 2. colu. incipit adolescens tibi dico surge. immo nemo qui rapit, nisi prius restituat, etiam moriens, si potens est ad restituendum, absolui potest. c. si res. 14. quęst. 6. quod si filij prædicti Pauli sciuissent eorum patrem ex prædicta causa falsa municipij prædicti castri aliquid recipere sine eius consensu restituere poterant Bal. in l. pdicta. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris & ob hanc causam nimirū si illi de castro Vigij tam nomine suo quam nomine prædictæ uniuersitatis qui præsentes fuerunt eorū cōfessioni & declarationi & prædictā confessionem acceptauerunt, remiserunt eidem Paulo & filijs, id qd ex prædicta causa iniuste & minus debite aliquid de prædictis fructibus recepissent, cum tenerentur ad restitutionem omnium per ipsos habitorum, ad quæ tenebantur, si prædicti homines non remisissent eisdem & cum eis nomine prædictæ uniuersitatis prædicti actores se non concordati fuissent, nec ex hoc, ut ex aduerso dicitur, potest colligi ipsos fuisse municipes prædicti castri cum non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales. C. de probat. nam potuit esse aliquid iniuste recepisse ob causam prædictam & minus iuste dicentes se esse municipes prædicti castri, prout non erant, & ideo agnoscentes bonam fidem eorum confitentes exonerantes prædictam declarationem & confessionem fecerunt mediante prædicto publico instrumento.

Nec eis suffragari potest asserta absolutio siue habilitatio a iuramentis in dicto instrumento contentis per eos in actis præsentato, quia narrauerūt & propo suerūt læsionē enormem ultra dimidiā putantes eis cōpetere remediū. l. 2. C. de rescin. uen. in libello non nullā mentionem faciunt sed solūmodo dicunt se declarari oriundos siue originarios dicti castri Vigij nō obstante quauis declaratione in contrarium apparente tamquam erronea nulla & inualida, quā enormem læsionem prædicti actores non probant licet eā articulent vt apparet in articulo 17. sed solummodo probant minorem eorum ætatem, quæ eis non opitulatur virtute iuramenti ut sup. ostensum est. immo ex quo iurauerunt non contrauenire prædictę renunciationi cessioni, & confessioni renūtiando beneficio restitutionis in integrum, non debebant absolui nec possunt cōtrauenire ob dolum recusantem re ipsa ex enormi læsione vltra dimidiam, ita tenent DD. in c. cum causam de empt. & uend. Imo. in c. cum contingat, col. 28. de iuretur. Bar. in l. 2. supra alleg. Castrē. in cons. 428. uisis & consideratis col. 2. in fine uersi. si vero ostendamus li. 1. Alex. in cons. 127. col. 2. uersic. pro hoc etiam benefacit li. 2. Guido Papæ q. 367. in fine. Iason in l. sciendum col. 2. uer. istam gl. indu cit Dynus ff. de uerb. obli. Crotus in l. stipulatio hoc modo concepta col. 10. eo. tit. ff. Alexandrinus in con sil. 12. col. 4. Ant. de Butrio in cons. 181. col. 1. & in consi. 349. col. 4. uersi. & ista conclusio comprobatur sequendo Abb. in d. c. cum contingat, Corn. in consi. 13. col. 6. post medium num. 11. & in consi. 226. col. 2. post med. lib. 4. Dec. in cons. 403. colum. 6. uersi. 4. quia quando iurant minores contractibus per ipsos factis non contrauenire ex aliqua causa uel ratione eis non subuenitur, nisi quando esset læsio nimis excessiua ultra dimidiam Castren. in consi. 155. Viso puncto & allegationibus ad fi. lib. 2. Cornus in con sil. 133. col. pen. uer. itaque restat alia dubitatio & in cōs. 214. col. 1. 2. & in cons. 28. 8. 9. col. uers. facit etiā ad prædicta in fi. lib. 3. & in consi. 27. col. 7. uersi. obstat

stat etiam ad impediendum, & in consil. 258. col. 5. post. in lib. 4. Et ratio est, quia quando læsio est vltra dimidiam nimium excessiua, tamen subuenitur etiam maioribus non obstante iuramento, quod relaxari debet, quia præsumitur dolus ex proposito ex tamquam excessiua læsione: cum non sit verisimile quem passum fuisse se lædi adeo enormissime, quin interuenerit dolus partis, vt per Corne. in dictis con. & cum iuramentum istorum præstitum non sit limitatum solum ad restitutionem in integrum ratione eorum minoritatis, sed propter illa verba ex aliqua causa vel ratione sit prægnans & extensiuum ad omnem causam, tamen per omnia æquiparantur maio-
11 res & minores: & sicut † maioribus renunciantibus remedium. l. 2. cum iuramento non subuenitur eiusdem. l. remedio sine fauore, ita & eodem modo non subuenitur minoribus renunciantibus cum iuramento ita amplo, cum extendatur ad remedium. d. l. 2. & isto casu minor & maior æquiparantur, & neutri eorum debet concedi prædicta absolutio, nec competit remedium prædictum. Concurrit etiam qui prædicta absolutio fuit impetrata per obreptionem expressa falsitate, nam fuit narratũ, quod prædicti actores fuerunt læsi in prędicta renunciatione vltra dimidiũ; tamen istud non fuit iustificatum neq; probatum, vt supra dictum fuit. quod vitium obreptionis absolutionem vitiat. l. si quis obrepserit. ff. de fal. no. in l. præscriptionem. C. si contra ius vel vti. publicam. &
12 maius † vitium obreptionis est in exprimendo falsum, quam subreptionis in tacendo veritatem, Alex. in con. nono ad finem lib. 2. & dicit Afflic. in decisio. 220. in quinto dubio, qui Iudex sæcularis non tenetur obedire absolutioni à iuramento, quæ reperitur obreptitia vel subreptitia, & ideo ratione periurij audiri non debent, cum sint periuri in causa, ob quam cognitio. tex. in l. alias. ff. de iure iur. Bal. in consil 118. præmittendum est col. 2. lib. 4. & in c. dilecti. & ibi Decius in 3. noto. de excep. cum similibus &c.

Et tanto magis qui in decreto absolutionis concessæ sunt verba veris existentibus prænarratis & non aliter, nec alio modo, quæ verba denotant, ut nihil videatur actũ, Ias. in l. non solum. §. morte. ff. de no. op. nũc. in 23. col. Alex. in cons. 87. lib. 2. col. 4. incip. Viso, Felin. in c. quæ in Ecclesiarum de consti. nu. 85. est Glo. in l. si quidem, C. de excep. in glo. magna: & ista verba non aliter, nec alio modo inducunt conditionem, & formam præcisam Decis. Peda. 164. numero 13.

Non nulla desunt.

CONSILIVM XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ex facto ius oritur.*

2 *Officialis in syndicatu inquiri potest de barratarijs, negligentijs, furtis, & alijs culpis.*

3 *Inquisitio generalis contra Officiales fit ad inuestigandum, & non ad puniendum.*

4 *Inquisitio succedit loco accusationis: & Iudex inquirens loco accusatoris.*

5 *Libellus accusatorius si non est benè formatus; absoluitur reus ab obseruatione Iudicij.*

6 *Reus protestari debet de ineptitudine accusationis, & absoluetur.*

7 *Remedio ordinario existente, cessare debet extraordinarium.*

8 *Syndicatus causa debent expediri summariè, & de plano.*

9 *Libellorum l. solemnitas non seruatur in Inquisitione generali, secus in speciali.*

10 *Libellorum l. solemnitas non requiritur de Iure Canonico.*

11 *Epistola Reginæ Isabellæ, seu Elisabethæ non tollit probationes necessarias reorum.*

12 *Crimina, vndecumque claruerint, sunt punienda.*

13 *Intellectus ad Epistolam Reginæ Isabellæ, & in quibus casibus intelligatur, vt procedat.*

14 *Suspicio generalis omnium Doctorum in aliqua ciuitate existentium, tamquàm calumniosa non debet admitti.*

15 *Banna, quæ emanantur contra officiales, emanari debent de consilio Iuris periti.*

16 *Consultor, in aliqua causa eligendus, non debet eligi nisi prius partibus citatis ad dandam listam suspectorum.*

17 *Terminus præfixus ad accusandum, videtur præfixus ad inquirendum.*

18 *Libellus ineptus ante litem contestatam, potest emendari, si tempus ad agendum, siue ad accusandum non sit elapsum.*

19 *Suspectos iudices habere, & coram eis litigare durum est.*

20 *In causis Syndicatus procedi debet sine scriptis maximè in querelis minimis.*

QVONIAM à Peritissimo Iurisperito infrascripta apposita per Magnificum Dominum Don Didacum de Salazar olim Capitaneum Ciuitatis Aquilæ, super inquisitione asserta ad instantiã Curiæ Coadiutoris contra ipsum Magnificum Syndicandum formata, ueniunt, determinanda ideo ero paucis contentus, ne
1 videar calcaria currenti addere. Et quouiam † ex facto Ius oritur iuxta l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad. l. Aquiliam. Idcirco proponam vnum, quo præsupposito, deueniam ad apposita, & ex utraque parte replicata. Finita itaque administratione prædicti eius officij in prædicta ciuitate Aquilæ de anno 1555. prædictus Magnificus Don Didacus obtulit reddere cõputum suæ administrationis, prout tenebatur iuxta sententiam Samuelis loquentis ad populum, & dicentis, Loquimini ad me coram Domino, utrum Bouem cuiusq; tulerim. Etc. primo Reg. c. 12. Ad quod facit, quod habetur Ecclesiastici cap. 29. Et electis syndicatoribus per Magnificos de Camera ipsius ciuitatis iuxta Pragmaticam Regis Ferdinandi primi. incipit Regiæ dignitati, & iuxta notab. Pragmaticã Cæsareę Maiestatis Caroli Quinti de Austria. incipit Volumus, fuerant emanata banna cum termino ad porrigendum, & prosequẽdum querelas dierum decem cum comminatione, quod elapso dicto termino non audirentur. Paris. de Put. in suo tractatu syndicat. in uer. sequitur de modo. uers. deinde uero nu. 6. & 7.

& 7. infra quem terminum asserto modo fuit processum ad instigationem Curiæ Coadiutoris ad formandum assertam inquisitionem. in qua inquisitione fuerunt † asserta Capitula posita de diuersis culpis, & ne-
2 gligentijs, & barratarijs; contra quam inquisitionem & Capitula fuit oppositum de nullitate, cùm in ea, & in eisdem capitulis deficerent substantialia, & solemnitates l. libellorum. ff. de accusat. uidelicet, locus & tempus, mensis, & annus. Et licet uerum sit, quod in inquisitione generali, quæ contra officiales formatur, non apponatur locus, & tempus, ut dixit Bal. in l. obseruare. §. proficisci. q. quinta. de off. præsid. Angel. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. Paris. de Put. in suo tract. syndic. in uers. an si potestas. nu. 13. folio 22. libro meo. Et idem Paris. in uerbo Proceditur au-
3 tem. in syndic. fol. 31. num. 1. quia † ista generalis inquisitio fit ad inuestigandum, & non ad puniendum. Felin. in cap. inquisitionis. columna 5. de accusat. & ideo non dantur capitula, cùm non sit persona, cui dentur; vt tenet Abb. in c. qualiter & quando. 2. in 13. notab. de accusat. tenet Barthol. de Capua in c. generales in 2. sub titulo de inquisitione faciendo. Salicet. in l. ea quidem. §. quia propter. C. eod. tit. Mars. in practica sua crimin. in §. constante. Et licet dubium sit, an contra Officialem possit procedi per generalem Inquisitionem, cùm hodie in Regno sint sublatę. Bartol. de Capua in d. c. generales inquisitiones per c. Reginæ Ioannæ incipit, Item statuimus. tenet etiã Charrie. in sua solemni repetitione l. obseruate C. quorum appellat. non recipiuntur nu. 82. Antonius de Nigris super dicto cap. generales. Attamen ex quo specialiter prouisum per d. pragmat. Regiæ dignitati, quod contra Officiales procedi possit generaliter, & specialiter inquirendo, nõ est dubium quod procedi possit, non obstante d. c. Item statuimus. cùm dispositio generalis non extendatur ad ea, de quibus est specialiter prouisum. l. sanctio legum. ff. de pœnis. & ita tenet idem Paris. in d. vers. proceditur autem vers. viso modo Procedendi. nu. 8. Attamen quando proceditur specialiter inquirendo, tunc temporis in inquisitione speciali debent apponi solemnitates prædictæ l. libellorum. aliàs dicta inquisitio est inepta, & nulla. Bart. in l. 2. §. in publico. uers. quæro vtrum. ff. de adult. Ang. in consil. 178. & in consil. 297. column. 1. Angel. de Maleficijs in suo tractatu maleficiorum. uers. quarto principaliter Abb. in c. fin. column. penul. de Purgat. canonica Felin. in d. c. qualiter, & quando. in §. debet column. penult. Bald. in d. §. proficisci. quem refert & sequetur Paris. de Puteo in d. suo tractatu. in uerbo libellus. uers. an contra Officialem nunc. 3. Angel. in auth. vt Iudi. sine quoquo suffrag. §. necessitate. ubi dixit quod cùm fuisset datus libellus contra Potestatem Bononiæ in syndicatu de tortura, & non fuisset descriptus locus torturæ, fuit iste Potestas absolutus. Idem tenet Bal. in l. quæ fortuitis C. de pignorat. act. vbi dixit quod quando agitur contra Officialem, debet adesse locus, & tempus. Idem tenet Ludouic. Romanus in l. 4. §. fin. ff. de damno infect. & hoc est cõfirmatum in Regno per constit. Hi, qui. §. de specialibus. vers. in prędictis. ubi dicitur quod in inquisitionibus debent seruari solemnitates inducta per iura cõmunia super delationibus, & delatoribus. & sic innuit de solemnitatibus accusationum, Salicet. in l. ea quidem. §. quia propter supra allegat. num. 46. Et ra-
4 tio secundum eum est, quia † inquisitio succedit loco accusationis & Iudex loco accusatoris. c. licet Heli. de symon. l. cùm patronum. §. 1. de Iurepatronatus. igitur eius naturam assumere debet. l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. Item quia militat eadem ratio, ne quis in inquisito crimine vagetur cum alieno dispendio. ff. de Iudic. lex. edixit. in princ. Et ideo dixit Antonius de Nigris. io c. subiungendo. sub tit. de crimin. denun. Iustitiario. num. 17. quod in capitulis debent poni, locus, & tempus, aliàs vitiantur capitula. idem tenet Put. in suo sæpè alleg. tract. super verb. inquisitio per totum. cùm prædictæ solemnitates legis libellorum sint solemnitates substantiales respicientes probationes, & defensiones reis, ad hoc vt possit eas facere facilius coarctando negatiuam loco, & tempore, vt dicit Bald. in l. cum fratre. column. 2. C. de his, quibus vt indignis. idẽ Put. in verbo sententia. colu. 10. & 11. & propterea dicit Bal. in d. l. libellorum. §. quod si libelli quod quan-
5 do libellus † accusatorius non est benè conceptus, absoluitur reus ab obseruatione Iudicij. & instantiæ, etiã si per reum non opponatur. Idem Barthol. in l. edita. colum. 3. num. 5. C. de edend. & ibi Paul. de Castro. argumento l. primæ. ff. si mensor fals. mod. dixerit. idem tenet Bald. in d. l. edita. ubi dixit quod si est processũ super libello non continente locum & tempus, libellus est nullus. de quo etiam per Barthol. in l. Prætor edixit. ff. de iniurijs. in d. l. item exigit. ff. de dolo. Barth. in extrauaganti ad reprimendum. vers. inquisitione. Bald. in l. final. C. de accusat. Ludouic. Carrer. in sua pract. crimin. super l. obseruare curabis nu. 82. & 88. C. quorum appell. non recipi. Capyc. in suis decis. quas dicit esse de Sacro Consilio in decis. quinta. incipit in causa uniuersitatis Terræ Tochi. nume. nono. vbi dixit quod tales defectus vitiant libellum, etiam parte non opponente. per tex. in l. in causis. ff. de accusat. & dixit Bald. in l. Ius ciuile. ff. de Iustit. & iure. quod si in libello criminali non apponitur mensis, talis libellus est ineptus, & non potest iuuari. idem tenet Bald. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. vbi dixit qđ si te accuso quod de tali mense me turbasti in possessione rei meæ non confiniatæ, quod libellus non procedit ratione incertitudinis maleficij, quia ista uiolentia poterat committi etiam extra iurisdictionem. Ex quibus omnibus concludendum est prædictam inquisitionem non procedere ex prædictorum substantialium defectu introductorem in fauorem rei. Et sic prædictum Magnificum Don Didacum absoluendum esse a prædicta inquisitione, vt etiam tenet idem Puteus in suo allegato tractatu de syndicatu in uer. an per c. detestantes nu. 5. vbi hoc dixit loquendo de istis solemnitatibus. Vnde cùm istæ circumstantiæ sint ponendæ fauore rei, vt in supradictis Iuribus
6 si non ponantur, & reus † protestetur de ineptitudine & non consentiat, absoluetur per prædicta. Et hoc seruat Magna Curia, quia non recipiuntur in ea libellus accusatorius, nec denunciatio sine prædictis circumstantijs, nec etiam sine his dantur Capitula. Et prædictus Curiæ Coadiutor, siue Magnificus Syndicator, tamquam temerè inquirentes ad expensas veniunt condemnandi. iuxta doctr. eiusdem Parid. in uerbo expensæ nume. 21. 22. & 23. & in uerbo Inquisitio. Bald. in l. sancimus. C. de Iudic. argumento l. seuerior. C. de exsulat. tut. idem Paris. in uer. dicit Constitutio

tutio Regni quod bannitus,nu.4.& in vers. Officialis,siue iniuria officialis, vers. an si contra Officialē in fine.reseruando actionem iniuriarum contra prædictum Curiæ coadiutorem,vel contra quos decet.iu xta doctr. eiusdem Parid.in d.versic. an si cōtra Officialem,& in verbo Iniuria supra allegata. Et eo maximè quod de contentis in dicta asserta inquisitione, vel in dictis assertis capitulis continentur multa. de quibus extant querelæ criminales , ut est capitulum loquens de asserta carceratione cuiusdam Antonij de Santogua, qui querelatus est contra prædictum Magnificum Don Didacum,& eius militem, ut ex actis apparet: sunt etiam alia capitula de assertis commissis per eundem Magnificum Capitaneum,de quibus existunt querelæ afflictatorum castrorum ipsius Ciuitatis . quibus querelis sic existentibus non potuit, nec potest de iure per ipsos syndicatores procedi per viam inquisitionis,prout fuit petitum,& oppositum,

7 quia † existente remedio ordinario, prout est querela siue occupatio , cessat remedium extraordinarium, quod est inquisitio Card.in elem.sæpè, §.fin. in 3.q. de verb.signif.Salyc.in d.l.ea quidem,C.de accusat. Bald.in l.edita C.de edendo,in 14.col.Bart.in l.3.ff. de adult. Thom.Grammat. in consil.crimin. consil. 28.incipit. in causa eiusdem Magnifici Nicolai, nu. 2.cum multis alijs.

8 Nec obstat,quod ex aduerso dici potest, quod † in causis syndicatus proceditur summariè, simpliciter, & de plano. vt dicit Put. in d.tract. in uers.libellus, uersic. an contra Officialem per totum, gl. in Auth. nisi breuiores, C.de senten. ex breuiculo recitandis: Idem Put.in uerbo feriç, Doct.in l.1.C.ut omnes Iudices,per quas clausulas intelliguntur remissę solemnitates l.libellorum , & sic Iuris ciuilis , ut patet in clem.sæpè,de verb.signific.& in d.extrauag. ad reprimendum . cum solemnitates præd. l.libellorum sint introductæ de iure ciuili. Nam per illa verba summariè,&c.simpliciter &c.non inducitur sublatio eorum,in quibus defensio causatur,causa est in d.clem. sæpè, in uerbo defensiones, sed tex.in d.l.libellorum non ex aliquo alio requirit expressionē temporis , & loci,nisi ut reus possit se defendere , probando negatiuam coarctatam expressis locis,& temporibus, ergo sequitur quod hęc solemnitas expressionis,ex qua causatur defensio , non censeatur sublata per prædictas clausulas,ita tenet Ludouic.Rom. in cons.191. in fi.quem refert, & sequitur Maran. in suo speculo aureo,in uerbo. Prima igitur distinctio iudiciorum, nu.66.&65.& idem Put.per multa fundamenta loquendo an per c.detestantes sit sublata solemnitas, l. libellorū, in quo c.existunt similes clausulæ in prædicto suo tract.an per c.detestantes,&c.

Nec obstat gloss.instit.de publicis iudicijs in prin

9 cip.tit,quæ dicit quod † solemnitas l.libellorum non seruatur in Inquisitione,quia intelligitur de inquisitione generali,secus quando proceditur per inquisitionem specialem dando capitula , vt est in casu nostro , ita declarat Bal.in l.1.C.de accusat.& Bal.in l. edita supra allegata. Nec obstat dictum Innoc.in c.fi. de purgat.canon. vbi dicit quod liquidato crimine nō

10 est curandum de Apicibus iuris.quia hoc † habet locum de iure canonico, ubi solemnitates l.libellorum non requiruntur, 2.q.7. c.libellorum. Vel loquitur quando agitur ad remouendum aliquem de aliquo beneficio,non autem quando agitur,de puniendo aliquem ut in casu nostro, Bal.in l.2.§.si publico, ff.de adult. nā vt dictū est per dicta verba summariè, &c. non intelliguntur sublatæ solemnitates substātiales respicientes probationes, sed solummodo formales. ita Maran.ubi suprà nu.65.& hoc etiam innuit Pragmat.dispendia litiū,quæ loquitur de causis ciuilibus, & etiam mixtis , quæ habent partem criminalitatis. Et dicit quod nec per hanc Pragmaticam, neque per c.detestantes circa probationes necessarias intelliga-

11 tur derogatum. Et eodem modo † responderi ad Epistolam seu litteras Reginæ Isabellæ disponentis idem in criminalibus , quod disponit in ciuilibus c. detestantes,quia non intelligitur per prædictas litteras derogatum prædictis solemnitatibus tendentib. in defensionem reorum per prędictum consilium Ludouici Romani 191. Et licet dicatur ī dictis litteris, quod non obstante ineptitudine, seu nullitate &c. intelligi tamen debet de ineptitudine , uel nullitate formali,& non substantiali. Duplex enim est solemnitas Iudiciorum: quædam formalis, & quædam substantialis, vt declarat Card.in d.extrauag.ad reprimēdum. Doct.etiam in d.clem. sæpè, & in l.prolatam, C.de sentent.& interloc.omn.Iud.nec per uerba (sola facti ueritate inspecta) apposita in dictis litteris,intelligitur derogatum circa probationes necessarias reorum. Lanfranc. in d.clem. sæpè in princ. num.4. Petrus de Ferra.in sua pract.sup forma libell. in act. Rea.in uerbo summariè,in fin.nu.21. Et hoc etiam uidetur innuere dicta Epistola,ibi dum dicit personas litigantium cum nō expressis tempore, anno,mēse, & loco, reus non possit parare suas defensiones. Vel dicta Epistola intelligitur,quando fabricato processu reus opponeret de prædictis nullitatibus, quæ non debent admitti,si in processu constat de delicto.

12 quia † crimina,undecumque clarerint, sunt puniēda.cap.ecce,23.q.4.& hoc uoluit prædicta Epistola. dum dicit,dum tamen in processibus ex articulis, & positionibus &c. sicut in simili dicimus quod perēptia instantia non potest Iudex procedere ad sententiam l.properādum,C.de iudic.l.fin.C.ut infra certum tempus , & ibi Salic. tamen quando constat de delicto saltem per confessionē potest procedi ad sententiam. Bald.in l.properandum in fi.principij supra alleg. Felin.i c,de causis de offic.deleg. sicut dicimus quod ex inordinato processu sequi potest condemnatio,si constat de delicto. Alex.in addit.ad Bart.in l.si

13 si confessus, ff.de custodia reorum. & ita † intelligit supradictam Epistolam Reginæ Isabellæ. Campan. super c.frequens sub tit.de testi.publ.dicrob. nu.62. circa finem,ubi dicit quod habet locū, solūm in Magna curia Vicariæ,& quod hodie de facto non seruatur. Et dum prædicta omnia opponerentur per Magnificum Syndicandū,& instaretur,quod super prędictis interloqueretur de cōsilio alicuius Iurisperiti, prædicti Syndicatores se contentauerunt,quod Magnif. Assessor Ordinarius ipsius Ciuitatis super prædictis consuleret, coram quo ex vtraq; parte fuit discussum. Et dum uoluisset iam prouidere prædicti Magnifici Syndicatores uidentes, quod nullum ius fouebat Curiæ coadiutor animosè cum Reuerentia procedentes,noluerunt quod præd. Magnif. Assessor prouideret. Et quod peius est,admiserunt Generalem omnium Doctorum suspitionē allegatam ex parte præ-

dictæ Curiæ coadiutoris, ut appatet in eius comparitione præsentata sub die 14. Nouembris, quæ suspitio † de iure non erat admittenda tamquàm calumniosa, ut tenet Specul. in tit. de requisi. consu. in prin cip. quem sequitur, & allegat Campan. super capit.
14 prolixitatem, num. 17. & 18. sub tit. de suspic. & sic pro parte Magnifici Syndicandi fuit instatum, quod allerta prius generali suspitione prouideretur de consilio Iurisperiti eligendi per ipsos Syndicatores. quoniam officiebat se dare listam suspectorum. Et quod in omnibus causis procederent cum consilio Iurisperiti non suspecti, quod semper renuerũt facere sub prætextu, quod Regia Pragmatica Regiæ dignitati cum dictet, quod fabricato processu, debeat eligi consultor de locis conuicinis. nam prædicta uerba debẽt intelligi ciuiliter, nam per supradicta uerba Regia Pragmatica non prohibet electionem consultoris, vel Iurisperiti, cuius consilio debeant decidere ea, quæ in fabricatione ipsius processus emergunt. cùm ipsi Syndicatores sint idiotæ, ut nesciunt sine consilio Iurisperiti de iure procedere, & decidere ea quæ consistunt in iure, nam si quid committitur alicui Officiali intelligitur de iure. Bald. in l. ea quæ explicando, C. de accusat. nam licet ipsi Syndicatores sint Iudices syndicatus, debent tamen iudicare iuridicè secundum Doctores in l. certi iuris C. de iudiciis, glos. in Authent. de iudicijs. §. primo, adeo quod dicit Paris de Puteo in prædicto tract. Syndic. in uersic. deinde uero eliguntur Syndicatores, num. 7. quod banna,
15 quæ emittunt Syndicatores contra Officiales, debẽt emanari de consilio Iurisperiti, alias quod non ualẽt, de quo per Ang. in cons. 183. incipit uisis igitur prædictis, & in cons. 214. visis supradictis. Et licet dicatur per ipsos Syndicatores quod procedunt cum consilio Iurisperiti, quod non creditur, nisi cum consilio Magnifici Aduocati ipsius ciuitatis, qui est etiã Aduocatus Curiæ coadiutoris, ut est notorium: atta-
16 men † non potuerunt eligere aliquem in consultorẽ, nisi prius citatis partibus ad dãdum listam suspectorum, & confidatorum, ut dicit Bal. in c. super inquisitione de officio de leg. & in l. 1. C. de relat. Philippus Francus in c. eum speciali. de appellat. aliàs potest recusari talis consultor, ut suspectus, ut ibi dicunt Docto. Et inauditi ipso Magnifico Syndicando grauamina grauaminibus addendo sine consilio Iurisperiti, prouiderunt ipsi Syndicatores quod prædictis nullitatibus non obstantibus cogeretur ad soluendum, ut appatet in mandato desuper expedito sub die 13. Nouembris, sub prætextu quod dictus Curiæ adiutor vidẽs supradictas nullitates militare præsentauerat iterum, & de nouo altam inquisitionem cum prædictis solemnitatib. l. libellorum ommissis in prima inquisitione. à quo quidem mandato fuit appellatum ad ipsam Aprutinam Audientiam, & petitum prędictam inquisitionem nouiter præsentatam reijci, tamquàm extra terminum. Nam bannum ad porrigẽdum querelas cum termino dierum decem fuit publicatũ sub die 30. Octobris: & asserta inquisitio fuit præsentata
17 sub die 12. Nouembr. & clari iuris est, quod † terminus præfixus ad accusandum est etiam uisus præfigi ad inquirendum Salic. in l. ea quidem, § quia præter nu. 53. uers. quæro an tempus, C. de accusat. Idem Salicet. in l. querela, C. de fals. col. 3. nu. 3. uer. nũc examinemus, quod etiam disponit prædicta Regia Pragmatica, dum loquitur de inquisitione, & quãuis pro parte Curiæ coadiutoris fuisset dictum quod non est noua inquisitio, sed eadẽ, quæ fuit emendata, quæ de iure potest emẽdari iuxta doctrinam Doctorum in l. edita C. de edendo, hoc est uerum, quando tempora largiuntur ad denuò agendum, uel ad denuò accusandum, secus quando tempora non largiuntur. Nam sicut de nouo elapso termino bannorũ non possunt de nouo querelæ criminales, siue ciuiles porrigi, nec de nouo inquiri, ita eodem modo non potest de nouo emendari per tex. not. in l. accusatorus, ff. de adulter. nàm prædicta accusatio, seu inquisitio ratione reformationis reputatur noua, argum. l. ius ciuile, ff. de iu sti. & iure, & ita in specie tenẽt Paul. de Cast. in d. l.
18 edita, ubi dicit quod † libellus criminalis si in eo deficiant annus, locus, & mensis ante litem cõtestatam, poterit emendari nisi tempus accusandi, uel agendi statutum a lege, siue ab homine sit elapsum, nam tunc non poterit emendari. idem tenet Bart. in d. l. edita, num. 7. & 4. & super prædictis oppositis, & replicatis non fuit aliter prouisum, nec declaratum si prædicta militabant necne, a quibus omnibus grauaminibus fuit iterum de nouo appellatum ad ipsam Regiam Audientiam, & præcedentibus literis inhibitorialibus ab ipsamet Regia Audientia fuit trãsmissa copia omnium actorum, quibus visis supplicatur eidem Regiæ Audientiæ, quod dignetur tot, & tantis grauaminibus succurrere, & succurrendo prædictum Syndicatum ad se auocare, & auocando declarare malè fuisse iudicatum, & nulliter fuisse processum per prædictos Syndicatores, & benè fuisse, & esse appellatũ. Eo magis, quod ipse Magnificus Syndicandus habet ex causis supradictis prædictos Syndicatores, tamquàm animosè procedentes suspectos,
19 & suspectissimos, & durum † sit coram suspectis iudicibus litigare, c. eum inter priorem, de exceptionibus Put. in præd. tract. syndicat. in uerbo suspitio. petitque ipsam inquisitionem ante omnia nullam declarari. Et prædictum Curiæ coadiutorem in expensis condemnari. Non omittam etiam, quod fuit instatum pro parte Magnifici Syndicandi, quod deponeretur vltima tertia per Magistrum Cameræ ipsius ciuitatis iuxta formam præd. Regiæ Pragmaticæ, quod hucusque non fuit prouisum in graue damnum, & præiudicium ipsius Magnifici Syndicandi: & licet idem fuisset mandatum eisdem Syndicatoribus per ipsam Regiam Audientiam, qui obturatis auribus pertransieruut, sicut Vlysses syrenas. Cætera suppleat religio excellentissimi domini Auditoris, cuius iudicio me submitto iuxta l. Claudius felix, ff. qui potiores in pign. habeantur.

Quæ omnia militant in Inquisitione formata contra Sebastianum Orthegam olim militem ipsius ciuitatis, cui fuerunt allata eadem grauamina per supradictos Syndicatores, & in querelis porrectis contra ipsum militem per aliquos particulares prætendẽtes exegisse iniustè sus carceris, uidelicet aucellarum quatuordecim, siue granorum 24. & super petitione carlenorum quinque, siue ducati unius procedunt ipsi Syndicatores ordinariè dando terminum 20. dierum partibus ad probandum reducendo depositio-
20 nes testium in scriptis, cùm † procedere debuissent ex non scripto, attenta modicitate querelarum, vt tenet Paris de Puteo in uerbo libellus uers. an con-

tra

ra Officialem, & licet fuisset petitum ita procedi debere: nihilominus prædictus miles non fuit auditus, imò iam est mensis elapsus, quod de mandato ipsorũ syndicatorum detinetur in carceribus nulla subsistẽte legitima causa, & contra omne iuris debitum, cũ ante exercitium sui officij præstiterit fideiussoriam cautionem in Regia Camera summariè de stando syndicatui, & tandem ad instantiam Magnificorum de Camera fuerũt depositati per ipsum militem pro assecuratione suæ personæ ducati 200. in posse Magnifici Ioannis Francisci Palumbi Regij thesaurarij ipsius prouinciæ, quibus fideiussione, & deposito facto non poterat carcerari, seu saltem detineri ex processu informatiuo, ut tenet Afflict. in constitut. humanitate, & Bart. de Capua super c. ab illo inchoandum: imò quod peius est reddendo se suspectos ipsi syndicatores minantur eidem militi torturam, a quibus omnibus fuit pro parte ipsius appellatum, & trãsmissis actis petit super prædictis prouideri, & maximè super eius excarceratione, cætera suppleat, &c. Tandem auditis Aduocatis ipsa Regia Audientia declarauit prædictas inquisitiones fore, & esse nullas ex causis supradictis decernẽte ita Excel. d. Marino Rubeo I.V.D. eximio tunc temporis Auditore in ipsa Prouincia Aprutina. Laus Deo.

Petrus Enriquez Hispanus.

CONSILIVM XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo communis est in Italia, quod qualibet Ciuitas & Castrum habeat consuetudinem imponendi collectas pro possessionibus in eius territorio sitis.*

2 *Omnis dispositio intelligitur rebus sic stantibus.*

3 *Munus patrimoniale omnes tenentur subire, & nulla causa possunt se excusare.*

4 *Reformatio facta contraria statuto, si post dictam reformationem practicetur; nihilominus vt ante est obseruandum.*

Concedimus de nouo, nouam concessionem important, non confirmationem. ibid.

5 *Lex posterior tollit legem anteriorem contrariam.*

6 *Collecta secundum consuetudinem Italiæ soluuntur in loco, vbi sunt bona sita, & posita.*

7 *Consuetudo præscripta per tantum tempus, cuius memoria hominum non est in contrarium, habetur in uim priuilegij.*

8 *Consuetudo contraria legi annullanti ipsam consuetudinem si fuis obseruata ex tolerantia Principis, valet, non obstante prædicta lege annullatina.*

Dispositione aliqua corruente, corruunt & clausulæ, quæ ab illa dependent. ibid.

9 *Consuetudo contra legem derogatoriam valet, quando est publica utilitas, & rationabilis causa in ipsa consuetudine producenda.*

10 *Ius collectandi, & non soluendi collectas in aliquo loco requiritur spatio decem annorum.*

11 *Forenses non tenentur ad munera personalia, neque ad custodiam portarum, nisi aliter de consuetudine antiqua sit introductum.*

12 *Forenses possunt cogi ad collectas propter consuetudinem decem annorum.*

13 *Populus semper est præsens, & causa proxima consuetudinis est ipsius populi consensus.*

14 *Actus hominum semper dicuntur habere causam discontinuam.*

Negatiua si ueniret probanda, rarò probaretur præscriptio 30. uel 40. annorum, & quare.

15 *Probatio per coniecturas dicitur dilucida probatio in his, quæ sunt difficilis probationis.*

16 *Argumentum à communiter accidentibus est ualidum in iure.*

17 *Consensus & notitia populi per frequentiam actuum, & usum colligitur, & præsumitur.*

18 *Consuetudo introducta in beneficium alterius non potest reuocari sine eius consensu.*

19 *Bona accatastata in catasto communi sunt tacitè obligata pro collectis.*

20 *Collecta imposita, seu quando imponitur secundum Aestimum, tunc non attenditur possessio bonorum; sed solum Aestimum.*

21 *Collecta, quæ in Regno Siciliæ imponitur, non est munus patrimoniale, sed mixtum.*

22 *Consuetudo unius ciuitatis, seu vnius castri non extenditur ad aliam ciuitatem, seu ad aliud castrum.*

23 *Priuilegia concessa a Principe semper intelliguntur cõcedi sine præiudicio tertij.*

24 *Beneficium collatum alicui per summum Pontificem cum clausula, nõ obstante collatione alteri facta prius talia verba debent intelligi de collatione inualida, & non de ualida.*

Videtur prima facie dicendum, quod Vniuersitates, & homines de Barisciano, teneantur soluere functiones fiscales, & alias Regias functiones in Castro de Picentia per capit. Regni quod incipit, fiscalium functionum. Vbi dicitur quod habentes possessiones teneantur soluere, & contribuere in loco, ubi sunt sitæ res.

1 Facit etiam contra Bariscianum, quia † hodiè est communis consuetudo in Italia, quod quælibet ciuitas habet consuetudinem imponendi collectas pro possessionibus, in eius territorio sitis.

2 Item facit contra Bariscianum, quia † omnis dispositio intelligitur rebus sic stantibus, l. qui seruum, ff. de condict. causa data, cum similibus: sed Castra sunt data Baronibus, ubi prius erant de Demanio: ergo cessant consuetudines, & Capitula iuris collectandi.

Facit etiam contra Bariscianum, quia cum datio collectæ imponatur pro rebus, l. rescripto, §. fin. cum Glo. in uerbo incolis, ff. de mun. & honor. & sic non possint imponi forensibus po ssidentibus, ut in l. cũ neque, C. de incolis, & ubi quis domicilium, lib. 10. tamen omni anno imponitur a Rege, & dicitur munus patrimoniale, & ordinarium, & succedit loco indictionis, Andreas de Isernia, in cap. primo, quæ sint regalia: quia indicitur anno pro rebus, l. 1. de indict. & sic uidetur esse idem cum indictione. & propterea Bald. ibi dicit, quod licet Glo. in d. l. rescripto, §. fin.

 dicat,

dicat, quod collecta imponitur pro rebus, tamen dicitur quod quando collectæ sunt ordinariæ, idem sunt quod indictiones, & sic dicitur munus patrimoniale l. cum neque eum ubi notatis, C. de incolis, & ubi quis & lib. 10. & dicit ibi Bald. quod hoc est utile scire; nam si est † munus patrimoniale, omnes tenentur. Vnde isti de Barisciano non possunt se excusare, quin soluant in Castro Picentiæ, cùm in Regno omni anno imponatur ista collecta per Regem, & est subrogatum istud ius focularariorum, quod erat ante collectas.

3 His tamen non obstantibus contraria pars est verior. Et præmitto, quod ad hoc ut quis possit collectari, requiritur, quod sit subditus loci, in quo collectatur, l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honor. Bald. in l. data 16. colum. C. qui accusar. Et propterea Castrum de Picentia non potest collectare homines de Barisciano habitantes in territorio de Picentia, cùm homines de Barisciano non sint subditi Castro de Picentia, & ita communiter de iure concluditur.

Et ad demonstrandum, quòd homines de Bariscia no non teneantur soluere collectas in Castro de Picentia, sed in Castro Barisciani pro rebus sitis in territorio de Picentia, probatur hoc modo. Nam aut Castrum Picentiæ uult se fundare in iure communi, aut in dicto Capitulo Regni, aut in consuetudine. Si uult se fundare in iure communi, clarū est, quod Castrum de Picentia non potest adstringere homines de Barisciano ad soluendum collectas in Castro de Picentia pro dictis possessionibus, sitis in dicto territorio: quia collectæ imponuntur personis pro rebus, & non possunt imponi nisi subditis, quia est munus personale pro rebus l. rescripto, §. fin. ff. de mun. & honor. Et homines de Barisciano non sunt subditi Castro Picentiæ, meritò non possunt collectari in ipso Castro. Aut Castrum Picentiæ vult se fundare in supradicto capitulo Regni, & non potest, quia dictum Capitulum nunquàm fuit receptum cum comitatu Aquilano, & nunquam fuit obseruatum in dicto territorio, imò totum contrarium fuit obseruatum per centum, & ducentum annos. quia omnia castra Territorij Aquilani, & maximè castrum Barisciani semper exegerunt collectas ab hominibus ipsorum castrorum pro bonis in alieno territorio sitis propterea non debet in casu nostro obseruari per ea, quæ notat. Glos. in cap. prima de Treug. & pac. habetur 4. d. §. leges, & l. prima in fine, ff. de uentr. inspic. not. Bartol. in l. finali, §. idem cum antiquitas, C. de curator. furios. & Bartol. in consilio incipit iudex, & Glos. in l. rem non nouam, & ibi Bald. C. de iudic. cùm ergo dictum Capitulum Regni nunquam fuerit obseruatum per castra ciuitatis Aquilæ, & maximè per dicta castra Barisciani, & Picentiæ per spatium decem, uiginti, triginta, & quadraginta, & etiā quinquaginta annorum, & per tantum tempus, cuius non extat memoria in contrarium, ut est probatum per testes: meritò uigore dicti Capituli prædictum Castrum de Picentia non potest astringere homines de Barisciano ad soluendum dictas collectas pro rebus, quas ibi habent. Et ultra prædicta castra Aquilana habent Capitulum in contrarium, uidelicet quod habentes possessiones in alieno Territorio, & castris possint eas accatastare in catasto illius castri, in quo est nnmeratus pro foculari, & sic in suo castro proprio, & ibi soluere collectas pro dictis possessionibus quod Capi. incipit, Item statuimus, & ordinamus quod nullus de ciuitate Aquilæ, & eius districtu alibi soluere compellatur, & est capit. 153. quod cap. & omnia alia cap. fuerunt confirmata per Reges huius Regni, & maximè per Regē Robert. qui fuit ann. 1336. & postea per Regem Ludouicum, & Reginam Ioannam, & Regem Ladislaum, & per omnes successores, & maximè per Regem Catholicum, & demum per Serenissimum Carolum Quintum Imperatorem, & cum sit probatum in processu de antiqua consuetudine, quod quis soluit collectas in eo loco, in quo est numeratus pro focnlari de possessionibus, quas possidet in alieno territorio, & non in loco, vbi res sint situatæ. Et sic aut capitulum prædictum super solutione collectarum fuit factum ante supradictum capit. Regium; aut quia dictum capitul. Regium non fuit obseruatum, nec receptum, ut supra, & non fuit interruptum dictum capitulum. Quod habentes, meritò debet obseruari, vt in terminis tenet Bald. in Auct. Omnes Peregrini C. communia de success. vbi dicit, quod si fuit facta quædam reformatio contraria statuto, tamen statutum, quod antea practicabatur, fuit practicatum post dictam reformationem, quod dictum statutum, quod

4 erat antea, est obseruandum, cùm prædicta † noua reformatio facta post prædictum statutum non fuerit mors vtentium approbata. allegat. not. per Archid. in capit. fin. 4. distinct. Et idem tenet Anchara. in repetit. cap. canonum statuta, de constit. versic. quæro vlterius fuit facta quædam. Alexand. in consil. 78. num. 8. parte prima, vbi loquitur in casu nostro: Et tanto magis supradicta militant, quia in priuilegijs concessis comitatui Aquilæ, inter quæ extat prædictum Capitulum, inest clausula, Et de nouo concedimus ex certa, & deliberata scientia: ita quod non solùm fuerunt confirmata, imò de nouo concessa iuxta not. in Rub. de confirmat. vtili vel inutili, & ibi per Canonistas. Aut istud capitulum concessum prædictis fuit post prædictum capitulum Regium, & tūc tollit Capitulum Regium in hac materia, quia lex

5 † posterior tollit anteriorem contrariam, l. si posteriores, ff. de leg. cum similibus, & Capitulum speciale concessum Comitatui Aquilæ derogat dicto capitulo Regio, cùm sit posterius. nam fuit factum, & concessum de anno M. CC. XXXVI. & dictum Capitulum Regium fuit conditum de anno M. CC. XXXI. ut patet in instrumento Magno producto in actis in anno M. CC. XXXVI.

Aut castrum de Picentia vult se fundare in con-

6 suetudine, quod † scilicet in Italia sit consuetudo, quod collectæ soluantur in loco, ubi sunt bona, & isto casu prædictum Castrum de Picentia non potest se fundare in tali consuetudine, quia per dicta castra comitatus Aquilæ talis consuetudo non fuit obseruata, nec recepta, imò fuit contraria consuetudo obseruata, non solum per decem & uiginti annos, sed per consuetudinem præscriptam per tantum tempus, cu-

7 ius † memoria hominum non extat in contrarium, quod tempus habet uim priuilegij, per textum in l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, l. 2. §. idem labeo, ff. de verbor. significat. & in tali consue-

tudine

tudine non requiritur scientia Principis. Bartol. in l. omnes populi,ff.de iustitia & iure,glos.in §.leges,4. distinct. sed sufficit scientia populi, idest regentium ciuitatem, Glo. in l.aliud, §.refert,de reg.iur. Bart. in l.nulli,ff.quod cuiusque nomiue.

Nec obstat si dicatur, quod consuetudo contra consuetudines,& Capitula Regni in Regno non ualet, nec tenet per constitutionem Regni primam in ordine versus finem, & cum clausula derogatoria, quod nulla consuetudo etiam futura valeat contra constitutiones Regni. Nam ad hoc responderi potest pluribus modis, & primò, quia Reges ipsi confirmarunt dictum Capitulum Castrorum ipsius ciuitatis super solutione collectarum, per quod capitulum, & confirmationes Regum dicta castra Comitatus Aquilæ consequuta sunt priuilegium contra dictum Capitulum Regni, quod pro rebus in alieno territorio sitis quis soluat collectas in eodem castro, vbi bona sunt accatastata, quod priuilegium quantum ad territorium Castrorum Comitatus Aquilæ derogauit dicto Capitulo Regio: & sic castra prædicta uigore prædicti Priuilegii, seu Capituli confirmati non tenentur soluere in loco, vbi res sunt situatæ, & ex prædictis non obstat prædicta constitutio Regni prohibens consuetudines contrarias constitutionibus, seu Capitulis Regni.

Vlterius respondetur ad dictam constitutionem, annullantem supradictam consuetudinem in contra-
8 rium, nam quando † post legem annullatiuam consuetudinis fuit obseruata consuetudo contraria ex tolerantia Principis, tunc valet dicta consuetudo, non obstante quod sit prohibita per legem præcedentem, Butr. in capit.fin. columna 23. in fine de consuetud. Gemin. in summa distinct. 11. & in casu nostro interuenit tolerantia,& scientia Principis, quæ præsumitur ex cursu centum,& ducentorum annorum, vt probatum est,& apparet in processu, ergo dicta constitutio Regni non obstat, & ita consuluit Curt. Iunior consilio 173. numero 8. nam per talem temporis longinquitatem præsumitur consensus Regis interuenisse, vt quis soluat collectam in terra, ubi est numeratus pro foculari de bonis in alieno territorio sitis, & per longinquitatem temporis omnia præsumuntur solemniter acta, l.si filius C.de petit.hæred l.qui in aliena,ff.de acquirenda hæreditate, Roman. consilio 175.

Respondetur & alio modo, quia quando lex prohibitiua consuetudinis non est recepta, tunc non ligat, nec valet consuetudo contraria, iuxta Gl. in cap. fin.& ibi Felin.de consuetud.& per iura superius allegata, quia corruente aliqua dispositione, corruunt & clausulæ, quæ super illa fundantur, & ab illa dependent, glo. in l.si patronus, §.patronum, in uerbo Flauiana, ff. si quid in fraudem patronorum, notat. Bald.& ibi est tex. in l.fin. ff.de constit.pec. & idem Bald. in l.omnes peregrini, colum.fin. C.communia de success. sed dictum Capitulum Regni, quòd quis soluat collectas in loco, vbi res sunt situatæ, nunquam fuit receptum in Comitatu Aquilæ: ergo nec clausula derogatoria tali consuetudini fuit recepta, nec præiudicat tali consuetudini, ut Doctor. in dicto capit.fin.

Item ualet consuetudo contra legem derogatoriã,
9 quando † est publica vtilitas, & rationabilis causa in consuetudine introducenda, Butr. in dicto cap. fi. de consuetud. colum. 28. in fin. Gemin. post Imol. in cap. primo in fine de constit. in 6. & cum castra Comitatus Aquilæ sint circa sexaginta, & quodlibet castrum sit de per se separatum per confines, & vnum castrum confinet cum altero, & quilibet de uno castro habeat bona in alio castro, ita quod si cogeretur in loco, vbi bona habet, esset vna magna confusio, quod collectores de uno castro accederent ad alia castra pro exigendis collectis, & cum sint tot castra, causarentur multa inconuenientia,& potuissent succedere multa scandala, propterea fuit introducta supradicta consuetudo, & ualet, & tenet non obstante lege prohibitiua in contrarium, & ista fuit ratio ipsam consuetudinem introducendi, & alia dari non
10 potest, & habetur pro expressa. Et quod † ius collectandi, & non soluendi collectas in aliquo loco, quæratur non solùm consuetudine tanti temporis, cuius memoria non extet in contrarium sed etiam consuetudine præscripta, & secũdum aliquos spatio decem annorum, est tex. in l.si publicamus, §.in omnibus. a contrario sensu,& in l.licitatio, §.earum rerum, & ibi Doctor. ff. de public. Ioann. Lupus in cap. per vestras, extra de donat. inter vtrum, & vxorem, in verbo, sed est pulchra dubitatio, Ioan. Andreas Anchar. & ibi Imol. in cap. Ioannes de cler. non resid. & idem Anchar. in cap. 3. de consuetud. in sexto, l.sicuti, C.de præscript. triginta, vel quadraginta annorum, l.omnes, & l.cum notissimi, C.eodem tit.& in specie habemus text. in l.fin. de fund. patrim. & in cap. super quibusdam, §.præterea, de verbor. signif. Pontan. in consil. 208. incipit, non est dubium. Roman. in consil. 275.& consil. 242. 3. volum. Ias. in l.imperium ff. de iurisd. omnium ind.& in l. de quibus, ff. de legibus, 13. colum. in vers. confirmatio inferioris a Principe, & in uersic. per prædicta redditur ualde dubiũ. vbi dicit quod sufficit consuetudo annorum de cera, quia non est de reseruatis Principi, quia potest induci per statutum inferiorum, Bald. in l.vn. C.de sent. quæ pro eo quod interest, Bald. consil. 125. 1. uolum. si per statutum, ergo per consuetudinem induci potest, & Bartol. in l.1. C. de aur. coro. libro 11. notat
11 ex illo tex. quod † licet forensis non possit cogi ad munera personalia, puta ad custodiam portarum, l. rescripto, §.fin. ff. de mun.& honest. tamen si de consuetudine est, quod cogantur, valet consuetudo, & antiqua consuetudo dicitur annorum decem, & ita consuluit Alexander consilio 210. incipit, benè discusso processu, colum. quinta, volumine sexto ubi
12 expresse tenet, quòd † sufficiat consuetudo decem annorum, ut imponi forensibus collectæ possint, & licet Bartol. in dictis locis faciat mentionem de consuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non extet, propterea non excludit, quin sufficiat consuetudo annorum decem. Et si diceremus, quod requiratur consuetudo præscripta, tunc quoad res prophanas, & laicales consuetudo præscripta dicitur annorum triginta Glo. est notabilis in l.domini prædiorum, C.de agricol. & censit. libro 11. Spec. de præscript. §. primo, vers sic. de consuetud. Bald. in cap. primo, in princip. qualiter olim feudum poterat alienari, Paulus de Castro, & Iason in dicta l. de quibus, & consuetudo inueterata dicitur decem annorum, glo. relata ad tex. & ibi Doctor. in d.l. de quibus, & dici-

tur consuetudo antiquata. Ioan. Monach.& Archid. in cap.fin.in Glo.in verbo antiqua,de elect. libro 6. Abb. in dicto cap.fin.de consuet. per d.l. de quibus in versi. inueterata,& ibi Angel.& Ias. firmant hoc, quòd quæratur tale ius spatio quadraginta annorū, tenet Bart.in consil.59.incipit in causa Spoleti 2.colum. Barbat.inter consilia Alexandri in 4.vol.consil. vlt.Pont.consilio 198.Roman.cons.275.Corn.consilio 142.volum.1. Barbat.in suo tract.de præscript. in secunda parte quintæ partis, versic.7.quæst. & in tali consuetudine quærenda non requiritur titulus, nec bona fides, vt per Angelum, & Ias.in d.l.de quibus, & est g.º.in dicto cap.super quibusdam, §.præterea,in verbo memoria, Ioann. Andr.in cap.1.de rescript.in nouell. Bald.in titu.de pace Constantiæ, in verbo sicut ab antiquo, & in d.l.de quibus prima op pos.Innoc.in cap.cum Ecclesia de causa poss.& proprietat. Et talis consuetudo inducitur per decennium, non habita distinctione si sit inter præsentes, siue inter absentes, & in hoc differt a præscriptione, Cynus in l.2.C.quæ sit longa consuetudo, & est communis opinio,vt per Ioannem Andr.in d.cap.fin.de consue tud.in 3.part. versic. quod tertio dixi. & ibi omnes canonistæ dicunt hanc esse opinionem communem, quia populus semper est præsens, l.proponebatur,de

13 iudic. & causa † proxima consuetudinis est ipse consensus populi,qui non præsumitur mutari, l.cum qui mutatam,ff.de probat.capit. maiores de baptism. & per hoc dicunt Butr. Alber. Imol.in dicto cap.finali, quod consuetudo dicitur habere causam quasi continuam dato quod in quærenda consuetudine non consideratur, an causa sit continua, vel discontinua. Imol.in dicto cap.fi.de consuet. Corn. in consil.268. 4. volumine. Et ut dixi consuetudo procedit in habentibus etiam causam discontinuam,Imol.in dicto

14 cap.fin. si enim † non attenderentur actus discontinui, numquam haberet locum consuetudo, quia actus hominu n semper habent causam discōnuam, l.foramen,ff.de seruit. vrban.prædiorum, Corn.in suprad.consilio 268. 4.volum.& in consilio 142. Et talis consuetudo non collectandi inducitur ex actibus negatiuis in non soluendo, l.si pupilli, §.in omnibus a contrario sensu, & in l.licitatio, §.earum rerum, ff.de publ. Ioann. Andreas in dicto capit.fin.in 3.opposit. Imo.in cap. Ioannes de cler.coniugat. Bal. in dicta l.de quibus 6.colum. versic. modo quæritur. Nec requiritur, quòd homines de Barisciano probēt negatiuam, scilicet non soluisse, sed sufficit probare lapsum temporis, nisi probetur per Castrum Picentiæ affirmatiuè solutas fuisse collectas, Bald.in consil.252.incipit. Proponitur quod antiquitus, in ult. colum.& in consil.sequenti,quod incipit, ad euidentiam præmittendum est. Nam si negatiua ueniret probanda, rarò probaretur præscriptio triginta uel quadraginta annorum, in iuribus incorporalibus, quia talis præscriptio non nisi ex negligentia non petentis procedit, l.sicut, l.omnes, l.cum notissimi, §. sed & si quis, E.de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum. Et sentit Bart.in consil.quod incipit, Commune Spoleti, num.64. & sic homines de Barisciano iusta ratione moti non soluerunt collectas in Castro Picentiæ, & sunt liberi per lapsum quadraginta annorum per iura superius allegata per tex.in l.fin. C.de fund.patrim. & scientia populi de Picentia, dato quod sit difficilis probationis, tamen potest probari per famam. Ant.de Butr.in d.c.fi.col.

15 pen.& † de rebus, quę sunt difficilis probationis, potest fieri probatio per coniecturas, quæ sunt dilucidæ probationes. Aug.in consi.218.visa narratione facti, per l.licet in principio de leg.1. & l.si quis locuples, de manum. testam. & præsumitur scientia populi, vbi testes deponunt de multitudine actorum, Ioann. Andr.in d.c.fin.in quinto membro, vers. sed quæro, & ibi Flor. in 4.quæst. Et cum per tot tempora sit probatum, quod homines de Barisciano non soluerunt in Castro Picentiæ, & quod de eo habuerunt notitiam,& non fecerunt eos soluere:& generalis consuetudo sit, quòd fiant catasta, & in eis acatastentur

16 omnia bona; sequitur a communiter † accidentibus, quòd argumentum valet, vt in l.neque natales, C.de probat.& ibi Bal.quod scire debebat populus de Picentia, quod homines de Barisciano pro possessionibus, quas habent in Picentia, soluerunt in aliquo catastro. Et quod talem scientiam habuerunt, probatur: nam scientia populi præsumitur ex qualitate factorū, cum negotium sit talis naturæ, quod soleat uenire in notitiam populi: & non facere soluere in loco, ubi res sunt sitæ, illud præsumitur sciuisse,& scire populus de Picentia. & ad hoc facit tex.in c. quanto, de translat. Prælat.& cap. illud de cler.excommun. In quibus iuribus dicitur, quòd translatio Episcopi nō potest esse nisi notoria; sic in casu nostro tot solutiones per tot tempora non factæ in castro Picentiæ uenerunt in notitiam ipsius populi, qui quolibet anno, & per totannos 40.& 60.& vltra super collectis fecit distributionem collectarum, quæ non possunt fieri nisi uiso eorum catasto, & cùm in eo non inuenerint possessiones hominum de Barisciano existentes in territorio de Picentia descriptas; sequitur quod eas non collectarunt, & per tot tempora præsumitur peruenisse ad eius notitiam. Et dicit Bart.in l.de quibus ff.de legibus, quòd sufficit probare tot actus, p quos præsumatur peruenisse ad notitiam populi, Cyn.in l.

17 2.C.quę sit longa consuet.ubi dicit, quòd † per frequentem vsum colligitur notitia, & consensus populi. Nàm quilibet præsumitur habere notitiam de iuribus & qualitatibus suis, l.quisquis, C. de rescind. vendit.& habitans in populo, in quo aliquid est notum, præsumitur habere notitiam de illo noto, aliàs esset ignorantia crassa, quę non prodest alleganti, imò habet uim scientię, cap.1.de postul.prælat.Rom.con sil.41.in fi. Et si diceretur, quòd ista consuetudo est introducta tacito consensu, & quòd eodem consen-

18 su potest reuocari. Respondetur quod quando † consuetudo est in beneficium alterius, non potest reuocari, cap.nouit, & ibi Anton.de Butr.de iudic. Cùm ergo ista consuetudo sit introducta in fauorem hominum de Barisciano non potest reuocari. Eo magis quòd ista consuetudo est fauorabilis, cùm sit conformis iuri communi, per quod statuitur forenses non teneri ad collectas, dicta l.rescripto, §.fin. Et quod homines de Barisciano benè soluerint collectas in Barisciano, & non teneantur soluere iterum in Picentia, probatur, nam in duobus locis pro eadem re & eodem tempore non potest quis cogi ad collectādum Glo.in l.honorem,ff.de mun.& honor. Innoc. in cap.cum non sit de decimis, Bartol.in l.fin. §.quoties,ff.de public. Bal.in l.1.§. quibus in 2.q.princip.

ff.quod

ff. quod cuiusque vniu. Anchar. In clem. præsenti de censibus, Alexand. in consil. 145. in 6. vol. & in consil. 143. iuxta fi. nu. 13. eod. lib. Bald. in c. Capitulum sanctæ crucis de rescript. & soluens eodem anno semel pro vna re, non potest cogi iterum eodem anno soluere, vt per Guidonem Papæ, quæst. 87. Bertran. in consil. 115. par. 3. & cùm homines de Barisciano quolibet anno pro prædictis eorum possessionibus soluerint collectas in eorum castro, quæ solutio est probata, & ita præsumitur, cum dicta bona sint acatastata in catasto Barisciani, & ibi præsumitur solutio esse facta, l. incola, ff. ad municip. Bal. in d. l. 1. §. qui-
19 bus. Et quando † bona sunt acatastata, tacitè sunt obligata pro collectis, Bart. in dicta l. incola, & dicit Bald. in l. etiam, ff. de re iudic. quòd quando bona forensium sunt acatastata in catasto, possunt pro collectis cogi, & dicit Angel. in l. fin. C. quod sine censu
20 vel reliq. fund. comp. non posse. quando † collecta imponitur secundum æstimum, tunc non attenditur possessio bonorum, sed solum æstimum, idem notat Bald. in l. prima, §. quod sine modo, ff. quod cuiusque vniu. not. Bertran. in consil. 115. 3. volum. Dec. consil. 285. num. 5. non possunt nunc pro eisdem bonis iterum cogi ad soluendum pro prædictis bonis in castro Picentiæ, quia originarij vel incolæ habitantes in Barisciano, si non fuerint coacti ad soluendum in castro de Picentia, poterant cogi in loco Originis vel incolatus. Socin. consilio 88. colum. 3. & consil. 302. colum. penult. vers. confirmatur ista responsio. 2. volum. & in cons. 129. 1. volum. in princ. Curt. iunior consil. 60. per totum, Salyc. in l. omnes populi, C. de summa Trinit. & ibi Rimin. in apost. Ioan. de Amicis, cons. 22. per totum, & cùm bona prædicta sint allibrata in catasto Barisciani, facit, quod ibi possint collectari, quia finalis causa quod quis collectetur, est ipsum æstimum catasti, Bald. consil. 427. volu. 1. & firmat Socin in dicto consil. 302. per d. l. rescriptio. §. fin. & benè fuerunt solutæ collectæ in d. castro Barisciani, & sic in loco Originis: & dicit Curt. Iun. in consil. 42. num. 6. quod sufficit consuetudo triginta annorum, quòd quis collectetur in loco Originis, vel domicilij pro rebus alibi sitis, dummodo sint descriptæ in catasto Originis, vel domicilij.

Non obstat quod dicebatur, quod ex quo quolibet anno imponitur collecta, dicatur, & iudicetur munus ordinarium, & patrimoniale, ut dicit Andreas de Isern. in titulo quæ sint regalia. §. plaustrorum, & ibi
21 Afflict. & Bald. quia † communiter in Regno concluditur, quòd collecta, quæ in Regno imponitur, non est munus patrimoniale, sed mixtum, ita Luc. de Pen. in l. qui immunitatem de muner. Patrim. libro 10. & in l. 3. quinta colum. uersic. ex præmissis, C. de qui. mun. nemini liceat eodem libro, Bartol. in l. fin. C. siue cen. uel reliqui. & dato quod collecta esset munus patrimoniale, prout non est, ultra responsum superius datum dicitur, quod potest consuetudine præscribi ius collectandi eos, qui aliter collectari nō poterant, & hoc maximè stante supradicto Capitulo concesso castris territorij Aquilæ, ut supra latè discussum fuit, & per Luc. de Pen. in d. l. fin. de quibus mu net. vel præstat versic. ubi autem præscriptio temporis, & in l. cum neque in principio de incolis, libro decimo, & sic rectè soluerunt illi de Barisciano in prædicto eorum castro.

Nec obstat si fortè aliqui testes de Picentia dixerunt se soluisse in loco, ubi res sunt sitæ, quia ueritas est, quòd Comitatenses, & ciues Aquilani nunquàm soluerunt in loco, ubi sunt bona sita, nec etiam Comitatenses, post concessionem castrorum Baronibus factam. Et si aliqui soluerunt, fuit, ex quo prædicta eorum bona non fuerunt acatastata in castro ipsorum soluentium in loco originis, sed fuerunt descripta in catasto, ubi res sunt sitæ: nimirum si ibi soluerunt, & nos sumus in diuerso casu, quia bona fuerunt acatastata in Castro Barisciani, & ideo fuit ibi facta solutio.

Et dato quòd probata fuisset solutio in aliquibus castris a decem annis citra in loco, ubi † sunt res sitæ; solutio non facit consuetudinem, & consuetudo unius castri non extenditur ad aliud cap. ut animarum de consti. in 6. §. statuto, argumento l. extra territorium, ff. de iurisd. omnium iud. & res inter alios acta, &c. & ita in proprijs terminis consuluit Ioann. de Amic. consil. 8. uers. de consuetud. autem uicinorum, col. 20. Rom. cons. 275.

Nec obstat si dicatur, quòd consuetudo Castri Barisciani non probatur, quia testes sunt de eadem uniuersitate, & sic sentiunt interesse. nam quando testes de uniuersitate deponunt super eo, quod principaliter tangit ipsam uniuersitatem, utputa de causa molendini uel collectarum, dato quod in consequentiam tractetur de eorum commodo, ut de singulis. nihilominus sunt idonei testes: secus si principaliter tangitur de eorum commodo singulariter, ita communiter tenent Doctor. in l. in tantum, §. uniuersitatis, ff. de rerum diuis. Cynus, & Salic. in l. parentum, C. de testibus, & in proprijs terminis nostris tenet Ioann. de Amic. in allegat. consi. 8. in 10. colum. & ibi etiam tenet, quod consuetudine decem annorum potest introduci & acquiri ius collectandi. & q̃ bona tenentes in alieno territorio pro ipsis bonis soluant collectas in loco originis. Non obstat quod in priuilegijs bonorum dicatur, quòd Officiales castrorum possunt pro collectis taxare ciues Aquilanos, quia non extenditur ad Comitatenses, & uniuersalis facultas posita in priuilegijs non tollit ius quæsitum
23 castro de Barisciano, nec alijs castris; quia † intelligitur esse concessa sine præiudicio ipsorum, l. 2. §. nemo, & §. sicut a Principe, ff. ne quid in loco publ. & cap. quamuis de rescr. in 6. & semper intelligunt concessio facta cum suis iuribus, l. cui, §. si feudus, ff. de seruit. rust. præd. l. si aquæductus, C. de contrah. empt. Alex. in consil. 3. in 2. uolum. & consil. 23. uiso processu, col. 3. Et ratio est quia uoluntas Principis nunquàm est de tertio præiudicando d. l. 2. Bald. in l. 1. colum. 1. ff. de constit. Princip. & dicit Dom. in
24 cap. si possident, de prob. in 6. quod † si Papa confirmet alicui beneficium cum clausula non obstante collatione alteri prius facta, quod talia uerba debent intelligi de collatione inualida. Sequitur Alex. in cōs. 125. uiso titulo, quæst. 4. columna 2, libro 2. & consilio 23. uiso processu, collatione tertia. Et dicta uerba posita in supradictis priuilegijs Baronum intelliguntur quoad ciues Aquilanos, uel Comitatenses habentes bona acatastata in illo castro, in quo sunt sita, & ratione quorū acatastationis tenerentur, uel de bonis

bonis, quæ non sunt accatastata in aliquo castro: & non debent intelligi de bonis acatastatis in aliquo castro, prout sunt illa de Bariſciano, in quo per ducentum annos fuit soluta collecta, stante dicta consuetudine antiqua. Ex quibus omnibus concludendum puto prædicta de Bariſciano non esse molestandos per homines de Castro Picentiæ super solutionibus prædictarum collectarum. Et ita de iure censeo, Saluo, &c.

Petrus Enriquez V. I. D.

CONSILIVM XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio, & Matrimonium ex quibus actibus & modis præsumatur, & probetur.*

2 *Matris hæreditas ad omnes eius filios pertinet ex diuersis matrimonijs procreatos.*

3 *Hæreditas filij decedentis sine descendentibus ad ascendentes pertinet.*

4 *Soror ex vno latere coniuncta succedit patri, quando frater sine descendentibus, & ascendentibus, aut sine fratribus, sine sororibus ex vtroque coniunctis decedit.*

5 *Temerè litigans debet ad expensas in lite factas condemnari.*

6 *Parentes succedunt decedentibus filijs sine filijs exclusis fratribus defunctorum vtrumque coniunctis in Regnis Hispaniæ.*

Diuino implorato auxilio amen. In causa uertente inter Magistrum Gregorium de Lazaro actorem ex uoa, & Adiuicam Turianam conuentam ex altera super petitione duarum portionum medietatis cuiusdam clausuræ, seu terræ uulgariter nominatæ de Pironte, necnon & horti iuxta fines eorum in libello actoris ipsius descriptos, & aliàs prout in processu. Primò uidendum est, utrum intentiò actoris sit fundata, & legitimè ad plenum probata. Secundò, quales debeant esse partes Magnifici Capitanei, & eius assessoris in iudicando. Circa primum dubium omissis altercationibus ad partes, uidetur indubitanter dicendum intentionem prædicti actoris esse legitimè, & plenissimè verificatam. Nam probauit fuisse contractum legitimum matrimonium inter quodam Dominicum Scarparum, & quandam Berardinam Lico; & dum vixerunt, habitasse, comedisse, & bibisse in vna eademque domo insimul, & dormiuisse in uno eodemque lecto simul tamquàm uir & uxor, & ita tenebantur, & tractabantur tamquàm uir & uxor, & ita testes eos tenebant, tractabant, & reputabant. Et constante eodem Matrimonio ex supradicto Dominico, & Berardino fuit nata, & procreata Viola Scarpara eorum filia legitima, & naturalis sc. eorum, & uidentibus uicinis, & pro eorum filia ipsi parentes eam tractabant: & reputabatur, & tractabatur ab illis & ab hominibus Casalis Cramatiæ, ut deponunt Venerabilis dominus Stephanus de Francisco presbyter, & Magister Augustinus Scadaius. clericus Sebastianus Guida, Flora uxor Petri de la Silica. Ioannes Sorbilus, Paulus Tauianus, Viola Sorbilla, Ioannes Sorbillus & alij testes super primo articulo producti. Et eodem modo fuit plenè probatum legitimum matrimonium fuisse contractum inter ipsum actorem, & prædictam Violam, & constante matrimonio fuisse natas, & procreatas Auiennam, & Apolloniam eorum legitimas, & naturales filias, & quod pro talibus tractabantur, & reputabantur ab ipso Magistro Gregorio, & Viola eorum parentibus, & ab alijs eorum uicinis, prout deponunt omnes prædictos testes, & alij super secundo

1 iure actoris. Quo casu † dicitur legitimè probatum esse matrimonium, & filiatio iuxta notata per Doctores in l. filium diffinimus, ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris, & in capitulo illud, de præsumptione, & Ioannes Lupus in Rubrica, capitulo per uestras, de donat. inter uirum, & uxorem, §. 5 5. columna prima. Et uide singulare tertium Bartholomei de Capua, & in constitutione sancimus de matrimonio contrahente. Item fuit probatum, qualiter sunt octo anni, & plus, quòd prædicta Viola decessit superstitibus Minico Scarparo eius patre, & Bernardina matre ipsius Violæ, & dictis Auienna, & Apollonia, & Magistro Gregorio filiabus ex secundo matrimonio, & Adiuica Turiana filia eiusdem Violæ ex primo matrimonio. Et quod omnes tres filiæ successerunt in omnibus bonis, & hæreditate ipsius Violæ, prout attestantur supradicti testes super tertio articulo ipsius actoris.

Item fuit probatum, quòd post mortem dictæ Violæ Auienna, & Apollonia prædictæ decesserunt, superstite ipso Magnifico Gregorio, qui in bonis ipsarum successit, prout dicunt testes super quinto iure. Item fuit probatum, quod tempore mortis eiusdem Violæ erant superstites prædictus Dominicus Scarparus, & Bernardina Lico eius parentes, prout deponunt testes super quinto iure, & super sexto.

Item fuit probatum, quod post mortem Dominici Scarpari & eius uxoris bona, quæ fuerũt eiusdem Dominici, & quod terram de Pironte, & hortum de quibus lis uertitur in præsentiarum possidentur per dictam Adiuicam & eius uirum & per Fiuiam filiam ipsius Dominici, prout deposuerunt Augustinus Scadutus, & Ioannea Sorbillus & alij testes super octauo iure examinati.

Item fuit probatum, qualiter terra prædicta de Pironte communi æstimatione locari poterat, & potest singulis duobus annis pro quinque salmis cum dimidia frumenti, prout depoluerunt Sebastianus Garida, & Augustinus, & alij super nono iure ipsius actoris. Vnde cum supradictæ Violæ fuerit condonata medietas dictæ clausuræ de Pironte, & horti per quondam Dominicum Scarparum, prout constat per publicum instrumentum in actis præsentatum: & defuncta dicta Viola, successerunt eidem Auienna, Apollonia, & Adiuica secundum Senatusconsultum Orficianum, l. prima, & l. matri, C. ad Senatusconsultum Orfic. & instit. eodem titulo in principio & melior text. in lege matris, ff. eodem. titulo,

2 titulo, ubi † hęreditas matris ab intestato decedentis
ad omnes eius liberos pertinet etiam ex diuersis ma-
trimonijs natos, & per consequens d. Auienna, &
Apollonia una cum Adiuica successerunt uiolæ pro
uirili, uidelicet Auienna, & Apollonia pro duabus
partibus medietatis dictæ clausuræ, & horti, & Adi-
uica pro tertia parte: & postea decedentibus prædi-
ctis Auieona & Apollonia filiab. legitimis, & natu-
ralibus prædicti Magnifici Gregorij successit eis ip-
se Gregorius earum pater legitimus & naturalis, tan
quam ascendens exclusa Adiuica sorore Vterina ex
prædicto marito, l. scripto, §. fin. ff. unde liberi. & l. iu
re succursum, ff. de iure dotium, & est text. in termi-
nis in Auct. de hæred. ab intestato uenient, §. si igitur
3 defunctus. vbi † si filius decedens nou reliquerit de
scendentes, sed solum ascendentes prout fuerunt
Auienna, & Apollonia, tūc succedit pater unà cum
patre, aut sorore ex vtroque parente coniunctis, &
per consequens succedit dictus Gregorius exclusa
prædicta Adiuica sorore uterina, quia non fuit con-
iuncta ex eodem patre & matre, sicut dicendum es-
set, si altera tantum filia decessisset ab intestato, nam
succederet pater unà cum filia superstite utrinque
coniuncta, & non Adiuica ex uno latere coniun-
cta, vt est textus in Authent. de hæredibus ab inte-
stato defer. in §. si uero cum ascendentibus cum §. se-
quenti, & in Authent. cessante, C. de legit. hæred.
Alexander consilio 86. in 3. volumine, imò soror ex
4 uno latere coniuncta non succedit, nisi ubi † quis de
cederet sine descendentibus, & ascendentibus, &
fratribus, & sororibus vtrinque coniunctis in Auct.
de hæredibus ab intestato uenient. §. si igitur defun-
ctus. secundo. Quare ex superius deductis, & ex alijs
breuitatis causa omissis concludendum puto, partes
Magnifici Capitanei, & Assessoris fore & esse debe-
re in condemnando prædictam Adiuicam ad resti-
tuendum, tradendum, & relassandum prædicto Ma-
gistro Gregorio, tamquàm hæredi Apolloniæ, & A-
uiennæ earum filiarum ab intestato decedentium
duas portiones medietatis dictæ clausuræ, & horti
confinati, ut in libello. Altera tertia parte rema-
nente pro ipsa Adiuica cum altera medietas sit A-
uiennæ sororis prędictæ Violæ, nec non ad restituen
dum omnes fructus perceptos, & qui percipi po-
tuerunt ex dictis duabus portionibus dictæ clausu-
ræ, & horti, uidelicet duas partes salmarum, & dimi
diæ & duorum tuminorum frumenti pro quibuslibet
singulis duobus annis, qui ex dicta clausura per-
5 cipi potuerunt, necnon condemnare † ipsam Adiui-
cam ad expensas præsentis litis, tamquam temerè
cum reuerentia litigantem iuxta l. properandum,
§. sin autem alterutra C. de iudic. & ibi Iason, & in
capitulo finem litibus de dolo, & contumacia. Af-
flict. in pragmatica temeritatem. Et ita de iure
censeo.

Non omittam dicere, quod inquantum supradixi,
quòd parentes succedunt cum patribus defuncto-
rum utrinque coniunctis per iura superius allegata,
6 quòd hoc † non habet locum in Regnis Hispaniæ.
Nam succedunt solummodo ascendentes exclusis
prorsus fratribus, uel sororibus defunctorum per le-
gem septimam in legibus Tauri: & qualiter ascen-
dentes inter se succedant, uide ibi glosam Cifuen-
tes, & aliam eiusdem auctoris super l. decima in eis-
dem legibus Tauri.

Petrus Enriquez consultor.

CONSILIVM XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege quo spatio præscribatur.*

2 *Prædia, licet sint aucta, non ob hoc tamen debet cresce re seruitus aquæductus.*

3 *Verba generalia referuntur ad ea, quæ erant tempore contractus, non ad ea quæ postea euenerunt.*

4 *Dispositio omnis intelligitur rebus sic existentibus.*

5 *Propter excrescentiam soculariorum ab extra debet re cedi a diuisione prius facta.*

6 *Superueniente inopia inexcogitata, cautio, quæ aliàs erat remissa, præstari debet.*

7 *In successione consuetudo est altera lex.*

8 *Collecta si sit imposita rebus, antequam uadant ad cle ricos, transeunt postea cum tali onere.*

9 *Simplex diuisio non comprehendit casus futuros.*

10 *Quando aliquid defertur filijs, non vt hæredibus nec ex beneficio Patris, in eo pater non potest præiudicare filijs.*

11 *Vniuersitas non potest alienare sine consensu superioris.*

12 *Solemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum castrorum, eædem requiruntur in diuisione.*

13 *Quando est facta aliqua diuisio benè, si tamen tractu temporis parit iniquitatem, iniustitiam, & læsionem maximam debet retractari.*

14 *In instrumento syndicatus si non reperitur, quòd interuenerit maior pars populi, non tenet, quod agitur.*

15 *Idem si non fuißet populus conuocatus in loco solito, & more solito.*

16 *Idem si nec de licentia superioris.*

17 *Ad hoc ut ualeat diuisio facta a syndico, debet constare, quòd syndicus habuerit potestatem a populo.*

18 *Mandatum syndicatus non præsumitur, nisi probetur, quod limitatur, nisi fuerit adiutum diuturnitate centum annorum.*

19 *Laudum cum compromisso habet uim transactionis.*

20 *Vniuersitas est nomen iuris, & non personarum.*

21 *Vbicunque si seruaretur rigor iuris ciuilis, resultaret manifesta iniquitas, & euidens læsio, tunc non debet obseruari, sed emendari.*

22 *Adæquatio potest peti ex condictione l. minoribus, C. communia vtriusque iudicij.*

23 *Quando Syndici Vniuersitatis alicuius faciunt aliquem contractum pro Vniuersitate, numquam currit præscriptio prædictæ Vniuersitati, nisi a die notificationis, & tunc incipit currere quadriennium ad petendam restitutionem in integrum.*

Inno-

INnocato iterum diuino suffragio, sine quo nullum fundamentum est perfectum prima, quæstione prima, capitul. cum Paulus. Videtur dicendum prima facie homines de Balneo, habitãtes in ciuitate Aquilę non teneri ad reponendum in cõmuni medietatem d. Montaneæ, nec fructus perceptos ex cõuentione, & diuisione facta inter ipsas partes; cùm principio obligationes sint voluntariæ, & ex post facto necessariæ. l. sicut. C. de act. & oblig. Cùm ergo per pactum diuisa fuerit supradicta Montanea, vnusquisque debet esse contentus sua parte: & maximè quod isti de Balneo, qui sunt intus dictam Montaneam, possederũt per quinquaginta annos, & plus (vt præsupponitur) pro diuiso, nõ potest peti amplius adæquatio, cùm adæquatio petatur conditione legis Minoribus, & ibi Bal. C. communia utriusque iudi-
1 cij. Et condictio ex lege præscribitur spatio triginta annorum. l. receptitia, & ibi Glo. in uerbo triginta. C. de constit. pecun. Et omnes actiones regulariter tolluntur spatio. 30. annorum, ut per tot. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Afflic. in constitut. Duram consuetudinem, in princ. num. 8.

Facit pro hac parte tex. in l. non modo, C. de ser-
2 uit & aqua. vbi dicitur, quòd licet † sint aucta prędia, propter hoc non debet crescere seruitus aquæductus. Facit lege secunda. §. ex his. ff. de uerb. obligat. vbi dicitur, quòd ex persona successorum non debet obligatio mutari. Facit etiam, quòd si numerus istorum de ciuitate fuisset auctus, & de his de Balneo extra habitantibus fuisset diminutus, utique isti ab extra habitantes, si uellent stare cum parte eorum sibi data, non reponerent eam in communi. Ergo idẽ a contrario sensu. Facit etiam, quia non attenditur ista lęsio propter dubium euentum. Nam vt dictum est, sicut poterant augeri isti de ciuitate: ita & illi ab extra minui. Vnde propter hoc dubium euentum nõ potest dici aliqua læsio, si læsio non fuit tempore contractus. l. si pater puællæ, & quæ ibi notant Doctor. C. de inoff. testamen. l. de fideicommisso. C. de transactio. Pro hac parte est tex. in l. Rutilia Polla. ff. de
3 contract. empt. & vendit. ubi uerba † generalia referuntur ad ea, quæ erant tempore contractus, non ad ea, quæ postea euenerunt. text. est etiam in lege prima, & ibi, Alber. ff. eod. titu. Pro hac etiam parte facit tex. in capit. quanto, de cens. & quæstio ibi posita per Io. Arnicum, & Anch. & Butr. Vbi dicunt quod si unus habebat molendinum in emphiteosim, & promisit gratis molere domino, & eius familiæ, & familia augetur, dicunt ibi Imol. quod de stricto iure tenetur omnibus macinare, & ibi dicit Imo. quòd illud capit. loquitur, quando ex liberalitate fiebat illa præstatio, sed si fieret ex contractu, tunc ex quo recipiens potest se habere ad damnum, & ad commodum, debet tacere in damno eueniente, & ita firmat ibi Abb. & Anto. de Butr. Supradictis tamen non obstantibus contrariam partem puto de iure es-
4 se esse ueriorem. Nam † omnis dispositio intelligitur rebus sic stantibus. l. cum seruus, ff. de constitut. causa data causa non sequuta. Et sic si in numero, in quo erat Populus de Balneo ab extra tempore quo fuit facta diuisio, esset nunc, restaret utique in terminis primis, & non esset dubium, sed cùm sint aucta, & augmentata focularia, quæ percipiebant portionem suam de redditibus dictę Montaneę, non debet attendi dicta diuisio; sed ab ea est recedendum, vt probat tex. in l. tale pactum, §. fina. ff. de pact. Vbi pater habens filiam maritauit ipsam, & dedit dotem, & cum non haberet filios stipulatus est, quòd si filia moriatur sine filijs, ea reuertatur, & restituatur fratri suo. Postea ille pater suscepit filium, mortua filia sine filijs: & patre mortuo, frater patris petebat dotem uigore dictę stipulationis, dicit tex. ibi, quòd non debetur fratri, quia res non se habet nunc, prout tempore stipulationis quia tunc pater non habebat filium, postea sic. Ergo &c. Et pro hac parte facit pręd. capit. quanto. & l. quæro. §. inter locatorem, ff. locati. facit etiam capit. cum inter P. de renunciat. Vbi renunciatio etiam iurata non trahitur ad ius superueniens de futuro. facit quod dicit Bald. in capit. cum M. Ferrar. in 7. colum. de constitut. Quòd si canonici fecerunt constitutionem iuratam de non recipiendo aliquem in canonicum ultra numerum taxatum, dato quòd fuerit confirmata a Papa, tamen excrescentibus redditibus ecclesiæ possunt alium reci-
5 pere super numerum, sic in casu nostro propter † excrescentiam foculariorum ab extra debet recedi a dicta diuisione, facit quod dicit Anchar. consi. 84. ubi dicit, quòd si testatrix reliquit bona sua pro parte alicui Monasterio, & pro alia parte, ut diuideretur inter pauperes, euenit quod d. Monasterium deuenit post mortem testatricis ad inopiam, dubitatur an illud, quod per testamentum erat relictum pauperibus, potuisset conuerti in necessitatem Monasterij, & dicit Anchara. quod sic. ex quo Testatrix reliquit pro necessitatibus Monasterij, si scuisset quod Monasterium deuenisset ad inopiam maiorem, vtique totam quantitatem reliquisset: facit etiam text. in l. si conuenerit cum duabus legibus sequentibus, ff. pro socio. ubi est text. quod licitum est ex causa damnosa vel ex aliqua iusta causa recedere a pacto, & conuentione. Facit etiam tex. in lege planè, ff. ut
6 in possess. legatorum. Vbi † superueniente inopia inexcogitata, cautio, quæ aliàs erat remissa, præstari debet. facit tex. in l. curator. §. deficientium, ff. de mun. & bonor. ubi propter paupertatem superuenientem munera publica remittuntur. facit tex. in capit. suggestum, de decimis, ubi præcedens priuilegium a Principio ualidum reuocatur, si ex processu temporis inducit iniquitatem. & ibi Anton. de Butr. & Imol. dicunt quod ubi imponitur onus habito respectu ad redditus, debet onus augeri, & minimi secundum redditus, & ibi Doctores concludunt, quod si quis se obligauit ad coquendum panem alicui, & eius familiæ pro certa pensione, & postea in tantum creuit familia, quòd ille remanet multum grauatus, quòd illi est prouidendum officio iudicis, & a tali onere releuari, & ita concludit. Brixien. in q. 50. & q. 48. & Imol. in clement. literas, uersicul. item quod promittens de rescript. Ias. in l. quominus colu. 28. versic. quæro duodecimo de alia pulchra quæstione, ff. de flumin. ubi latè examinat istum passum, & firmat istam conclusionem. Et in casu nostro proprio consuluit Dec. in consi. 335. & Bertrand. cons. 37. in fine, primo uolu. Ex quibus authoritatibus, legibus,

& ratio-

& rationibus apparet euidenter, quòd ex quo sunt aucta focularia castri Balnei ab extra, saltem officio iudicis debet prouideri vniuersitati Balnei prædicti vt de nouo debeat fieri diuisio, vt à tali grauamine in futurum releuetur. Et dicit Anch. in supra alleg. consi. quòd ex causa superueniente licitum est recedere a qualibet dispositione, nec dicitur fieri contra uoluntatem primam, quia si de tali mutatione cogitasset ille, qui disposuit certè non fecisset talem diuisionem, & dispositionem, ut alias ego consului per supradicta iura in tali casu. Pater habens unicam filiam maritatam in alio loco extra locum, ubi ipse habitabat, disposuit in testamento, quòd illa teneretur venire ad habitandum in domo ipsius testatoris, & si non veniret, quod medietas eius bonorum fuisset eius filiæ, & altera medietas datetur Orphanæ, quæ poneretur in eius domo. Maritus noluit consentire, quod illa ueniret ad habitandum in domo sui patris, quia habitatio mariti erat melior, amenior, fertilior, & dulcior, & ex quo suscepit quinque filias, & vnum masculum, & bona Mariti non sufficiebant ad maritandum duas de dictis filiabus, dixi quod non non debebat poni in eius domo aliqua Orphana, nec ei dari medietas prædicta bonorum propter istā mutationem, nouationem, & augmentum filiarum; nàm si pater fuisset interrogatus, ita disposuisset. l. tale pactum, sic in casu nostro dato quod supradicti diuisissent pro medietate, dato quòd tempore diuisionis erant in numero æquales, & ex quo prædicta Montanea, & eius redditus deseruiunt pro solutione functionum fiscalium, per focularia, non est uerisimile quod si cogitassent de tanto augmento foculariorum isti ab extra non fecissent talem diuisionē, & eorum antecessores non potuerunt præiudicare eius filijs per supradicta.

Ad confirmationem supradictæ conclusionis facit, quod si sint factæ plures diuisiones etiam successiuis temporibus, non tollitur, quin diminorata una linea, possit pars alia uenire ad successionem ex linea quæ est augmentata, & quæ poterit succedere, & sic diuersio non mutat naturam successionis in his, in quibus proprietas non transmittitur propter dispositionem legis vel consuetudinis, cùm † in successione

7 ne consuetudo sit altera lex. Affl. in tit. de natur. succ. feud. §. fin. num. 2. sed in casu nostro ex consuetudine successionis in talibus Montaneis succedunt focularia, quot sunt ampliata. Et ualidum est argumentum de toto ad partem. l. quæ de toto, ff. de rei vendicat. unde si sit finita tota linea, cum qua est facta diuisio, reuertitur ad alios, qui diuiserunt, sic in casu nostro, ex quo maior pars hominum de Balneo intus ciuitatem defecit, & homines & focularia Balnei deforis exereuerunt in minori numero vsque ad quatuor partes, & plus, ergo asserta diuisio de nouo fieri debet. & reduci saltem officio Iudicis ad æqualitatem, vel saltem per restitutionem in integrum.

Similiter retenta conclusione pro vera, quod parentes non possint alienare proprietatem Montanearum in præiudicium filiorum, stante consuetudine annorum, quæ facit legem in tali successione: sequitur quod diuidendo non poterant præiudicare filijs, & successoribus. facit quod in simili consuluit Bal. consil. 148. iuxta finem, primo volumine, ubi dicit

8 † quod si sit imposita collecta rebus antequàm tradantad clericos, quòd transeunt postea cum talionere, sic in casu nostro, cum bona, & Montaneæ Balnei sint ex antiqua consuetudine ordinata, & destinata pro omnibus focularibus illius populi: ergo nō potuerunt patres præiudicare filijs, quia bona destinata a principio ad vnum effectum semper debent manere pro illo effectu, Bald. in consilio 45. in principio, hec prædicta diuisio eis nocere potuit. Facit etiam, quia si duo habent vnam rem communem, & ipsam diuidunt, & in ea debet alter alteri succedere, vno eorum deficiente reuertitur portio diuisa ad superuiuentem, non obstante prædicta diuisione. Sic in ca su præsupposito arguendo de toto ad partem, ex quo homines de Balneo intus defecerūt in maxima quantitate, & homines de Balneo extra, ex quo multiplicati sunt in numero: pro multiplicato numero vltra focularia istorum intus ciuitatem debent succedere in focularibus extinctis, & mortuis, & talis diuisio ad æqualitatem reduci debet, Matthæus de Affl. in usibus feudorum in c. Imperator Lotharius, & in capit. primo, in fine, penult. columna, uersicu. in ead. glo. ibi, quid ergo, & est text. in capit. primo, §. finali, de natur. success. feud. ubi dicunt Andr. &

9 Math. in dicto capit. Imperator, quòd simplex † diuisio non comprehendit casus futuros l. cum pater, §. hæreditatem, & ibi Bald. ff. de lega. secundo, & est tex. in capitulo primo, §. finali, de natur. success. feud. Ias. in l. qui Romæ, §. duo fratres, undecima columna, uers. pro clara intelligentia numero 21. de uerbo. obligat. & vt supradictum est, potest per consuetudinem introduci succedendi modus in aliqua re, puta, vt maior natu succedat tantùm exclusis alijs fratribus, lege prima, §. si conuenerit, ff. depositi. Ifer. in titu. quibus modis feud. amitt. §. item si fuerit in vsibus feud. Bal. in l. cunctos populos, in 15. & 18. columna, C. de summa trinit. Retenta igitur ista conclusione pro uera, quòd in Montaneis succedunt filij etiam non hæredes, & quod pater non possit alienare proprietatem, tali casu non potest diuidi in præiudicium successorum. Sicut dicimus in feudis in quibus licet, possit fieri diuisio, tamen quando vnus frater succedere debet alteri, ista diuisio fieri non potest, in præiudicium succedere debentis. Nec obstat si dicatur, quod diuisio inter eos, qui possunt succedere, non est alienatio, vt in Auth. de litigiosis. §. primo, capitulo primæ, §. sed & si res, per quos fiat inuestitura, l. qui officium, ff. de contrahen. empt. quia ista conclusio procedit, quando illi, qui habent succedere, irreuocabiliter erant successuri post mortem diuidentis. Non sic in casu nostro, in quo isti de Balneo intus non erant omnino successuri. imò portio, quæ deficiebat per augmentum illorum deforis focularium, & pars illorum intus, qui mortui sunt sine liberis, reuertitur ad ipsam vniuersitatem Balnei ad omnia focularia.

Sed quando alienatio fit in aliquo, qui certitudinaliè est successurus, tunc non dicitur propriè alienatio l. pater, §. quindecim de leg. tertio. Et isto casu ualet ista diuisio. dicto §. si res, in titu. per quos fiat inuestitura, & ibi Isern. & in capitulo primo, & ibi Bald. de alien. feud. patern. & Afflict. in dicto §. item si fuerit, & in §. præterea in principio, quibus modis feud. amitt. Sed in casu nostro, ut dictum est, homine

de

de Balneo intus ciuitatem non erāt ipsi omnino suc-
cessuri; sed Vniuersitates Balnei deforis pro maiori
parte, Ergo pro parte focularιorum mortuorum in-
tus ciuitatem Aquilæ, non debent soli succedere ho-
mines Balnei intus ciuitatem. esset enim species alie
nationis, nec dicuntur isti intus ita coniuncti quod in
eis habeat locum ius accrescendi.

10 Facit pro ista parte, quòd † quando aliquid defer-
tur filiis non ut hæredibus, nec ex beneficio patris, in
eo pater non potest præiudicare filijs, l. si arrogator in
fi. ff. de adopt. l. Papinianus, §. si quis impubes. ff. de
inoffic. testamento, Instit. de act. §. cum autem. Ita in
similibus terminis firmat Bart. in l. & iusiurandi de
oper. libert. in Emphyteosi quæsita pro se & filijs per
stipulationem, & in filia, cui pater est stipulatus dotē
restitui ipsi mulieri filiæ, quòd tali casu pater nō po-
test præiudicare filijs & filiæ in emphyteosi, nec filiæ
in dicta dote, & Paul. de Castro in cons. 421. num. 4.
1. vol. tenet idem; sed cum ex antiqua consuetudine
filij in Montaneis non succedant, ut hæredes, nec iu
re hæreditario: ergo parentes non potuerunt præiudi
care eorum filijs diuidendo, ut in casu nostro.

Et ultra consuetudinem prædictam, quando ali-
quid defertur alicui unioni, seu pluribus in unione
coniunctis, & contentis, istud debet diuidi pro uirili
portione, l. Iulianus, & l. item, §. sed si explem asse. &
l. interdum, & l. Lutius, ff. de hæred. instit. & l. pluri-
bus ff. de legat. M. l. 1. §. 1. l. si quis Titio, ff. de usufru-
ctu accresc. Homodeus cons. 93. in fine. Et tales com
moditates Montanearum intra aliquod castrum de-
bent diuidi ex natura distributiui, quod quilibet ha-
beat partem suam, Bal. in l. omnium, C. de uectigal.
& commiss. & idem tenet Calcan. cons. 49. in fine.
Sed si permitteretur talis diuisio Montanearum, in
quorum redditus succeditur per focularia ut patres,
potuissent, sic diuidendo prȩiudicare successoribus in
dicta Montanea, esset contra omnia supradicta, & co
tra dispositionem supradictarum legum, quod non
est dicendum.

11 Prætetea Vniuersitas † non potest alienare sine cō
sensu Superioris, Bal. in l. sicut. C. de seru. Reip. Ma-
nume, de quo consensu in asserta diuisione non appa-
ret, ergo prædicta diuisio est nulla. Et omnia requisi
ta in alienatione rerum ciuitatis, requiruntur in alie-
natione rerum Castrorum, ut tenet Corn. cons. 274.
uol. 4. & Calcan. in supradicto cons. 49. in fine dicit,
12 quòd † eædem solemnitates, quæ requiruntur in
alienatione rerum castrorum, requiruntur in diuisio-
ne, allegat, l. planè, & ibi Bart. ff. quod ui aut clam. &
in l. prohibere, §. planè, & in l. fi. C. de non. reb. ciuit.
in quarum rerum alienatione requiruntur subbasta
tiones, & decretum. Bal. cons. 404. 1. uol. luc. de Cēn.
in l. si qua, C. de uend. reb. ciuit. lib. 12. col. 3. maxi-
ximè quod diuisio in casu nostro est species alienatio
nis, ut supra est ostensum, & per Corn. cons. 24. uol.
2. & cons. 209. lib. 1. & Felin. in c. quæ in Ecclesiarū
de cōstit. nu. 7. Salic. in l. iubemus nulli, C. de sacros.
Eccles. Bal. in l. 1. C. si aduersus transact. Bal. in c. 1.
in uers. quæro an Vasallus de prohib. alienat. p Fed.
Et quod non ualeat alienatio sine prædictis solemni-
tatibus, latè firmat Socin. pluribus rationibus, & au-
toritatibus in consil. 95. per totum, colum. 2. & 3.
volum. 3.

Facit ad prædicta, quòd Vniuersitas est nomen iu
ris Glo. in c. grauis. in uerbo consiliarios, de sent. ex-
comm. & una Vniuersitas non potest se diuidere in
plures, Bal. in Margarita Vniuersitas, uers. 6. Berta-
chin. in litera Vniuersitas, nu. 52. propterea non po-
test dici, quòd Vniuersitas Balnei, quæ in ueritate est
ab extra, sit diuisa in duas, & talis diuisio, quæ asseri-
tur, dicitur quędam diuisio fructuum, & introituum,
& non proprietatis, & ita debet intelligi, quia aliter
intelligendo resultaret absurdum, quia diuidendo a-
lienarent proprietatem in præiudicium filiorum, &
fierent duæ Vniuersitates, quod esse non potest ut
supra,

Et ultra prædicta dato, & præsupposito, quòd di-
cta diuisio fuisset facta benè, & iuridice, tamen ex su
prædictis, & ex noua causa debet rescindi, & fieri di-
uisio per focularia, ut supra ostensum est, & conclu-
13 sum. Et facit, nam quando est facta † aliqua diuisio
bene, si tamen tractu temporis, & successu parit ini-
quitatem, iniustitiam, & læsionem maximam, debet
retractari, c. suggestum de decimis, per quem tex. ui-
detur determinari iste casus per Felin. in c. nouit, de
iudic. col. 43. & Ripa in suis respons. lib. 2. septimo re
sponso, & 7. col.

Tamen asserta diuisio non ualuit, nec tenuit, &
14 fuit ipso iure nulla: & primò quia † in instrumento
syndicatus non reperitur, quòd interuenerit maior
pars populi, ut mihi fuit relatum. Et quando non in-
teruenit maior pars, non tenet quod agitur l. quod
maior, ff. ad Municip.

15 Item non apparet, quòd † fuerit populus conuo-
catus more solito, nec in loco solito, ut de iure requi-
ritur, tex. in l. & ibi Bar. in n. 5. C. de decur. lib. 10.
Item ut ualeat actus factus ab Vniuersitate, & a po-
pulo conuocato, & adunato, debet ante omnia propo
ni id, quod est faciendum, & super eo debet fieri di-
scussio in populo, & postea deliberatio, & si hoc non
fiat non ualet, quod agitur: & hoc non apparet esse ge
stum per homines de Balneo extra. tex. est ad hoc in
l. semper, §. 2. ff. quod ui aut clam, Glo. in l. aliud, §.
refertur, ff. de reg. iur. Bar. ī l. aut facta, §. fi. ff. de pen.
uers. ulterius quæro omnes homines. sed in casu no-
stro non apparet de aliqua propositione, nec de consi
lio, nec de aliqua deliberatione: ergo nō dicitur facta
diuisio per totam uniuersitatem. Et ita in his termi-
nis consuluit Curt. iun. cons. 174. nu. 33.

Item non apparet, quòd in populi consilio fuerit
firmatum, prædictam diuisionem fieri debere per me
dium, ut dicitur, ergo non ualuit, nec ualet prædicta
diuisio, cùm non fuerit facta, prout de iure fieri de-
bebat; & habens potestatem contrahendi, intelligi-
tur ut iuridicè contrahat per text. in l. antepenult. §.
fin. ff. mandat.

Item dato quod esset conclusum, & data potestas
diuidendi: attamen non fuit data, ut per medium di
uiderent, sed ut æqualiter fieret prædicta diuisio, ut
per tot focularia, quæ erant quælibet pars. & ita in-
telligitur de iure data potestas diuidēdi, arg. l. si liber
tus, ff. de operis liber. c. Quintauallis de iureiur. Pau.
de Cast. cons. 122. nu. 4. & 5. 2. uol. & cum nō fuerit
facta diuisio, ut de iure fieri debebat, nō ualuit nec ua
16 let, arg. ēt d. l. antep. §. fi. ff. mandat. nec apparet † con
silium cōgregatū fuisse de licentia Superioris, prout
de iure requiritur, nec syndicus fuit creatus cū decre
to iudicis, tex. in l. 2. & ibi Bar. C. de decur. lib. 10.

Nec

17 Nec apparet † syndicum habuisse potestatem cõpromittendi, nec eligendi arbitrium, vel arbitratorē, nec ad diuidendum: ergo nec valuit tale compromissum, nec talis diuisio.

18 Item † non præsumitur mandatum syndicatus nisi probetur, & non præsumitur nisi per spatium centum annorum, Bald. in l. sciendum, ff. de verborum obligat.

Item Comes Montorij, qui præsupponitur, quod erat Syndicus, non poterit substituere alium ad diuidendum, quia erat electa industria personæ per talē electionem, & vbi est electa persona industria, non potest alter substitui.

19 Et si dicatur, quòd est facta † transactio per viam compromissi, & laudi, quia laudum cum compromisso habet vim transactionis, tex. & ibi Glo. & Doct. in Auth. si vero, & in corpore vnde sumitur, C. de iudic. & cùm transactio de indebito faciat debitum, & impediat repetitionem soluti, l. 2. C. de condict. in deb. hoc est verū in propria transactione, quam quis facit aliquo dato, vel recepto, l. transactio, C. de transact. sed hæc transactio, quæ fit per compromissum, non dicitur propriè trāsactio, Bart. in l. quod si Ephesi, §. fin. ff. de eo quod certo loco, l. furti, §. qui iussit, ff. de his qui notam infamię, Castr. in d. consil. 122. num. 4. volum. 2.

Quod si dicatur quod interuenit commissarius Regius, & assensus Regius; tamen ex quo non fuit facta diuisio equaliter per capita focular iorum, non valuit nec valet: & potestas data Commissario dicitur data vt prestet assensum nomine Regis seruata forma iuris, aliàs non seruando prædictam formam dicitur excedere fines mandati, argum. l. diligenter, ff. mandati.

20 Præterea, Vniuersitas † est nomen iuris, & non personarum, Innoc. in c. grauem in gl. in verbo consiliarios, de sent. excom. Bal. in sua Margarita in verbo Vniuersitas, versiculo quarto. Bartol. in l. aut facta, §. fin. columna prima, ff. de pœnit. & Innoc. in supra. dicto cap. grauem. dicit quod uniuersitas est quid intellectuale, & sic est quid indiuisibile, & cum Vniuersitas Balnei ab extra, & ab intus sit vna vniuersitas, & non possit diuidi, Bald. vbi supra, vers. 6. & sic omnes de vniuersitate sint socij inter se, nō est iustū, nec ęquum, quòd minor pars Vniuersitatis plus percipiat, cùm non ponat plus in cōmuni, sicut dicimus de societate, quia societas est quoddam ius fraternitas, l. verum, ff. pro socio.

21 Facit pro hac conclusione, quia † vbicunque si seruaretur rigor iuris ciuilis, resultaret manifesta iniquitas, & euidens lęsio, tunc non debet obseruari, sed emendari, Io. de Anania, cons. 30. & facit l. quod si Ephesi, ff. de eo quod certo loco, scilicet quod bonus Iudex debet seruare ęquitatem. Et cum in casu nostro plus habeant homines ab intus, qui sunt paucio res in numero, quàm illi ab extra, debet seruari æquitas. Et tale pactum, & talis diuisio rescindi debet cū sit contra naturam contractus, ut dicunt Azo. & Accurs. in l. si non fuerit, ff. pro socio. Et maximè stante supradicta conclusione, quod patres non potuerunt præiudicare successoribus. nec tales diuidendo potuerunt prejudicare alijs, cùm debebant iuste diuidere. Sicut dicimus de Procuratore constituto ad uendendum, quia intelligitur, quòd iusto pretio vendat, & quod bona fide vtatur, l. antep. ff. de procur. Facit quod dixit Ange. quòd quando datur alicui liberum arbitrium ad aliquid faciēdum, quòd non poterit facere aliquid iniquum, uel contra bonos mores, dato quòd ipse concedens potuisset facere. Calcan. consil. 51. nu. 7. & 8. neque isti de Balneo intus, potuerunt prescribere tamquàm malę fidei possessores, reg. possessor malę fidei, de regul. iur. in 6. l. 1. in fi. C. de annal. except. l. 1. in fi. C. de bon. matern. l. cùm notissimi, §. illud, C. de prescript. 30. uel 40. ann. & tanto magis quod tempore, quo isti de Balneo intus inceperunt possidere, erant in minori numero, quàm illi de Balneo extra, & sic sciebant se possidere, quod nō erat suū, & fuerunt in mala fide semper a principio.

22 Nec obstat, quod supradictum est, quòd † petere adęquationem potest peti condictione legis Minoribus, C. communia vtriusque Iudic. & ibi Bal. sed cō dictio ex lege prescribitur spatio 30. annorum, ut in l. receptitia supra allegata, & maximè quia omnes actiones tolluntur spatio 30. annor. & per totum tit. C. de præscr. 30. vel 40. ann. & ita firmat Mattheus in consil. Duram. & in casu nostro, ex quo quolibet anno & singulis annis successiuè grauantur, & lędūtur filij successores in quolibet anno incipit lęsio, & non potest causari præscriptio a lęsione 30. annor. citra, sicut dicimus in simili in iuribus, quę singulis annis incipiunt competere, quando antequàm incipiāt competere, non incipit currere præscriptio, vt dicitur de prescriptione annui debiti pro futuris annis, cùm antea non possit agi, & non ualenti agere non currat præscriptio, vide in hoc Corn. consil. 21. lib. 1. & maximè quod de illis qui fecerunt dictam diuisionem, hodiè sunt multi viui, & dum uiuit onus de dicta uniuersitate, qui est in mala fide, Vniuersitas non prescribit. Innoc. in c. cura Pastoralis de iurepatron. Bal. in l. Imperium, ff. de iurisd. omnium iudic. Bart. in l. potest pluribus in fin. ff. de vsucap. Host. in cap. 2. de purgat. uulgat. quem sequitur Corn. cons. 21. 2. vol. Soc. consil. 187. incipit in controuersia in 2. vol. Io. Antonius de Vrbe Alexand. cons. 13. nu. 6.

Et dato quòd cassata esset aliqua præscriptio, pro ut non est propter malam fidem, tamen datur restitutio in integrum uniuersitati predictę ex capite ignorantię, quia nesciuerunt homines de aliqua diuisione maximè facta ab Officialibus. Nam quan-

23 do † Syndici uniuersitatis alicuius faciunt aliquem contractum pro Vniuersitate, nunquam currit prescriptio predictæ uniuersitati, nisi a die notificationis, & tunc incipit currere quadriennium ad petendum restitutionem in integrum, & in casu nostro nō apparet de aliqua notificatione, ideo non cucurrit quadriennium ad petendum restitutionem usq; nūc. Alex. in cons. 1. col. 4. uers. 2. in 4. uol. Soc. cons. 210. in fi. 1. col. uol. 1. Corn. cons. 164. Franciscus Balbus in suo tract. de prescrip. per supradicta tenet Paulum de Castro male fuisse loquutum in cons. 294. incipit. Ergo Paulus circa finem. dum uult, quòd Vniuersitati currit tempus petendę restitutionis a die lęsionis, licet ignorauerit contractum. Et si diceretur, quòd satis potest dici eis notificatum, ex quo habuerunt notitiam, quòd isti de intus percipiebant medietatem predictę Montanee, dicitur quod nesciebant factam diuisionem, & quod ex capite diuisionis possidereat. Et propterea datur eis restitutio in inte-

integrum, & maximè quod non potuerunt agere, quia infra temp sa prædicta 58. annorum interuenerunt multa impedimenta, videlicet. Prima inuasio Regis Caroli Francorum: postea eius expulsio. Dein de alius aduentus Regis Francorum expellendo Regem Federicum. Deinde aduentus Lotrechi, & destructio exercitus Francorum, & antea aliud Bellum inter Regem Hispaniæ, & Francorum: aduentus Principis Orangiæ, Et transitus militum continuò per biennium, Item annona laboratum est sæpe, & peste. in quibus temporibus Castra Ciuitatis Aquilæ fuerunt multum oppressa, propter quæ non valuerunt agere, & debet eis concedi in integrum restitutio.

Et hanc partem, quòd de nouo debeat fieri diuisio per æquales portiones, tenet Ias. in l. quominus, ff. de flumin. & nouissimè Boer. in 2. par. q. 213. nu. 9. vsque in finem non obstante præscriptione aliqua quia est data restitutio per progressum in causa, post petitam restitutionem, & parte tacente, & sunt viui illi, qui asserueruut interuenisse diuisioni, quando probaretur diuisio.

Non obstat argumentum pro prima parte, quòd ea quæ a principio obligationis, sunt voluntaria, ex post facto sint necessaria. nam hoc non habet locum in casu nostro, cùm parentes non potuerunt præiudicare filijs & successoribus in istis territoribus, cùm in eis non succedatur iure hæreditario, ut etiam si talis diuisio fuisset facta cum Regio assensu, tamen superueniente inæqualitate debet retractari, & ad æqualitatem reduci, vt supra est demonstratum.

Nec obstat text. in l. non modus eum glos. C. de seruit. & aqua, quia in casu nostro, quod habent filij, & successores, non habent iure hæreditario, & ideo non potuerunt parentes eius præiudicare, & in augmento de quo in d. l. nō modus, non fuit aliquod concessum nec promissum.

Nec obstat, quòd ex persona successorum obligatio non immutatur, l. secunda, §. ex his, ff. de verborum obligationib. quia hoc non habet locum in his, in quibus testator non potest filijs, uel successoribus præiudicare.

Non obstat, quòd talis diuisio non debet attendi propter dubium litis euentum, quia poterant isti de Balneo deforis minui, & isti de intus augeri, per tex. & ea quæ ibi notat Doctor. in l. si pater puellæ, C. de inoff. testam, & in l. de fideicommisso, C. de transact. quia habent locum, quando partes poterant sibi præiudicare successoribus, de quo per Iasonem in d. l. de fideicommisso, in fine.

Et eodem modo potest responderi ad cap. quanto de decim. Et ad ea, quæ ibi not. Doct. maximè Ioannes Antonius de Butr. & alii de promissione facta alicui domino, & eius familiæ de molendo in aliquo molendino, quod si augeretur familia, quod nihilominus tenetur molere, quia illud procedit de stricto iure, non de æquitate. nam illud cap. procedit in his, qui poterant præiudicare successoribus. Et facit in argum. cap. Regni. Pondus æquum, per quod videtur decidi ista quæstio. nam naturalis ratio non patitur, quòd ex quo focularia de Balneo intus sunt triginta & octo, & illi ab extra sunt centum, & equaginta, quod pro medietate habeant Montaneā, cùm maiores functiones fiscales, & in maiori quantitate soluant Regiæ Curiæ, quàm illi de intus, & in hanc partem inclino. Et videtur mihi de iure esse verior.

ADDITIO.

QVando diuisio cómodè fieri non potest, tunc deueniendum est ad licitationem, in qua obtinet is, qui habet maiorem partem offerēdo pretium æquale, quod pars obtulit aduersa, ut decidit. Capyc. 26. & dec. 85. & 167.

ARGVMENTVM.

Nota ad hoc, vt possit intelligi retroscriptus casus est præsupponendum, quod antequàm ciuitas Aquilæ a fundamentis erigeretur, iam sunt 300. anni & vltra comitatus Aquilæ erat totus diuisus in casalia seu castra, & quodlibet castrum habebat nomen suum, & quodlibet possidebat suam Montaneam, & territorium, quæ castra postea ædificauerūt ciuitatem prædictam, & omnia castella habebant suum quarterium, & fuerunt diuisa in quatuor quarteria, videlicet in Quarterium sanctæ Mariæ, sancti Gentgij, sancti Ioannis, & sancti Petri, & quodlibet Quarterium habebat suam Ecclesiam, & Montaneam. Et ciuitas Aquilana postquàm fuit ædificata, fuit diuisa in supradictas partes, seu quarteria, & quodlibet quarterium fuit diuisum in tot castra, eodem nomine nuncupata, & quodlibet castrum destris, habet suum castrum intus cum dedicatione eiusdem ecclesię, & fontis, & Montaneæ. Et fructus beneficiorum Ecclesiasticorum deforis diuiduntur inter clericos, tàm deforis, quàm intus, & è conuerso. Et omnia erant communia inter habitantes intus ipsam ciuitatem, & inter habitantes deforis, & in castris. Et de hoc extant duo priuilegia Regum, tempore ędificationis prędictę ciuitatis: in quibus Reges iubebant, quod territorium, & Montanea essent communia. Et introitus, & redditus istarum Montanearum deseruiunt, & sunt deputati pro soluendis functionibus fiscalibus Ordinariis, & extraordinariis: & diuidebantur & hodię debent diuidi per focularia equaliter. Est etiam aduertendum, quod parentes non possunt pręiudicare filiis, uel eius successoribus in redditibus istarum Montanearum, nec in eis succeduntur iure hęreditario, & si decedunt sine filiis masculis, fœminę non succedunt, & eorum portio accrescit populo, & sic se habet inter eos consuetudo, & obseruatur ab initio inter ipsos, & semper ita fuit obseruatum usque in pręsentem diem. Et ita ego de iure vt scripsi supra, sentio.

Petrus Enriquez V. I. D.

CONSILIVM XXX.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ in triplici specie constitutæ sunt.*

2 *Mi-*

2 *Miserabiles personæ de iure canonico dicuntur, quæ nō possunt causam mouere propter paupertatem.*

3 *In priuilegio concesso a Principe contra ius, vel contra priuilegium in corpore iuris clausum, debet fieri mentio de illo iure uel illo priuilegio.*

4 *Priuilegium in corpore iuris clausum non reuocatur per clausulam generalem derogatoriam, nisi specialiter de eo fiat mentio.*

5 *Priuilegium Principis præsumitur concessum sine præiudicio tertij.*

6 *Quælibet Vniuersitas de iure æquiparatur pupillis, & minoribus.*

Priuilegiatus non utitur priuilegio eiusdem naturæ, & potentiæ contra priuilegiatum.

7 *Pupillus, & Vidua contra pupillum, & Viduam non gaudet priuilegio fori.*

8 *Priuilegia concessa Minoribus, intelliguntur concessa etiam furiosis Minoribus comparandis.*

9 *In fauorabilibus, & si in exorbitantibus fit extensio de casu ad casum.*

10 *Clausula ex certa scientia, & ex motu proprio non operantur in præiudicium tertij.*

11 *Certa Principis scientia matura, & deliberata sufficit ad aliquem priuilegiandum indistinctè.*

12 *Verbum distributiuum verificatur contra omnes.*

In nomine Domini Nostri Iesu Christi. Amen.

CAsus talis est. Quædam mulier
vidua, & miserabilis persona
de Ciuitate Cosentiæ, volens
trahere Vniuersitatem Ciuitatis
Tropeæ in Regia Audientia
Prouinciarū Calabriæ pro quadam
quantitate pecuniarum,
quam consequi debebat à prædicta
uniuersitate, fuit dubitatum quid iuris, & a me
petitum, quid de iure censerem? Et antequam ingrediar
materiam præsentis casus, præsuppono quod
1 † sunt tres species miserabilium in materia proposita.
Nam quædam sunt non miserabiles personę nec
habitu, nec actu, quia non habent aliquam qualitatem,
propter quam natura moueatur ad miserādum,
quia sunt masculi, & potentes, vel fœminæ coniugatæ,
& diuites. Quædam sunt miserabiles habitu, &
non actu, vt viduæ, & pupilli diuites. Quædam sunt
miserabiles habitu, & actu, vt viduæ, & pupilli pauperes,
vel illi, qui sunt diuturno morbo fatigati, super
quibus natura mouetur ad miserandum. Doctor.
in l. vn. C. quando Imper. inter pup. & vid. & est bonus
tex. in cap. 1. de postul. vbi vocat Rom. Pontifex
2 † miserabiles personas eas, quę non possunt per se
causam mouere propter defectum paupertatis, vel
alterius impotentiæ. Et etiam relinquitur arbitrio
Iudicis, quæ dicantur personæ miserabiles secūdum
Bart. & Bald. in lum. supra allegat. Ioan. Andr. in c.
significantibus, de offic. delegat. quos refert, & sequitur
Marsil. in l. quæstionis modus, ff. de quęst. col. 2.
num. 12. Redeundo ad casum nostrum dico, quòd
personæ contentæ in prima specie nō possunt aliquo
modo trahere. contentæ verò in secūda specie, si opprimantur
ab alijs, possunt trahere immediate malefactores,
vel aduersarios eorum, c. super quibusdam
in fine, de verb. sign. & c. ex parte, de foro compet. sed
si non opprimantur, debent tūc prius adire suum Iudicem
ordinarium competentem super cognitione
priuatum causarum, nisi habita negligentia sui Iudicis
competentis. Nec tenentur querelare coram suo
superiore de eius negligentia, tex. est & ibi Innoc. in
c. ex tenore, de for. compet. Personæ contentę in tertia
specie, videlicet quando sunt personæ miserabiles
actu, & habitu, tunc possunt alios extrahere etiā non
data negligentia sui Iudicis competentis, ut est tex.
a contrario sensu, in c. significantibus supra allegat.
tex. in c. licet, & in d. c. super quibusdam, & ibi Dominus
Abb. & Doct. Istis ergo præsuppositis deueniēdo
ad casum nostrum. Cùm supradicta vidua Cosentina
sit miserabilis persona habitu, & actu pro
prædicta pecuniarum quantitate, quam consequutura
est, poterit meritò trahere ipsam vniuersitatem per
supradicta iura, & ea quę dicunt Doctores in d. l. vn.
& in constit. Statuimus sub Rubr. de Officio Magistri
iustitiæ. Non obstat priuilegium prędictæ ciuitatis
Tropeę concessum hominibus, & Vniuersitati ipsius
ciuitatis per retro Principes, ī quo apparet, quod
ciues ipsius non possint in primis causis extrahi ab
ipsa ciuitate, nec ratione contractus, nec delicti, &
quod nec Magna Curia Vicariæ, nec Regia Audien-
3 tia possit se de eis intromittere. Nam quando † conceditur
aliquod priuilegium per Principes, & est cōtra
ius, & contra priuilegium in corpore iuris clausum,
prout est in casu nostro, debet facere mentionem
de illo iure, vt in c. ex parte, de capellis Monacorum.
vel saltem debet dicere in genere non obstante quocumque
iure in contrarium dictante, vt not. Bart. in
l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. publicam. Quandoq;
enim emanat priuilegium propter nimiam importunitatem,
& ex nimia occupatione non fuit ponderatum,
quod erat contra ius vel priuilegium alterius,
ideo ut appareat ex certa sciētia Principis fuisse emanatum,
debet fieri saltem mētio in genere modo prædicto,
vt in c. 1. & ibi Doct. de rescr. & ibi Abb. in vlt.
colum. & per Bart. in extrauaganti ad reprimendum
4 in uersic. non obstantibus, vbi dicit quod † priuilegium
in corpore iuris clausum nō reuocatur per clausulam
generalem derogatoriam, nisi specialiter de eo
5 faciat mentionem, quia † priuilegium Principis pręsumitur
concessum sine præiudicio tertij, l. 2. §. merito,
& §. si quis a Principe, ff. ne quid in loco publico.
Et ideo ad præiudicium tertij non extenditur in cap.
quamuis, de rescr. & ibi Abb. & in cap. suggestum, de
decimis, Alex. in consil. 37. in 1. vol. Bar. in l. Gallus,
§. & quid si tantū, in pen. col. ff. de liber. & posthum.
quod est verum in priuilegio concesso ex gratia, &
non ex iustitia, vt dixit Bal. in l. fin. in 4. col. vers. sed
contra hanc opinionem, C. de sententiam passis. Etiā
si priuilegium concederetur motu proprio. Abb. in c.
1. de iud. ex quibus videtur dicendum, quod non obstante
d. priuilegio suprad. ciuitatis Tropeę d. uidua
possit trahere syndicos, & homines pręd. ciuitatis ad
d. Regiam audientiam. Sed oppositis non obstantib.
contrariam partem credo de iure esse veriorem: &
sic quòd suprad. uidua non possit pro præd. debito trahere
d. uniuersitatem ab eius Tribunali ad Tribunal
pręd. Regiæ Audientiæ, apparebit ex infrascriptis di-
6 cendis. Et primò. Quælibet † Vniuersitas de iure

æquiparatur pupillis & Minoribus, Bar. in præd. ex
trauag. ad reprimendum, uers. non obstantibus. Nam
Vniuersitas restituitur propter pupillos, & minores,
& alias personas priuilegiatas, quæ in ea sunt, Bald.
in l. 1. C. ex quibus caus. rest. in integr. & in l. Respu
blica, C. quibus ex causis maiores, Spec. in tit. de re-
stit. in integr. §. 1. Cum ergo pupillus in proposito ca
su gaudeat huiusmodi priuilegio, quemadmodum &
uidua, vt dicunt Doct. in d. c. significantibus, & vni-
uersitas æquiparetur pupillo, vt supradictum est, me
rito sequitur dicendum præd. vniuersitatem gaudere
eo priuilegio, quo gaudent pupilli & viduæ in casu
nostro. Et priuilegiatus contra priuilegiatum non po
test vti priuilegio suo, quando priuilegia sunt eiusdē
naturæ, & potentiæ. nam tunc ambo concurrunt, vt
not. Bart. in Auth. Quas actiones, C. de sacros. eccles.
idem in l. sed & militis, ff. de excusat. tut. in princ. Et
ideo suprad. vidua non poterit vti suo priuilegio, &
debet sequi forum rei, & ita tenet Afflict. in constit.
si quis in posterum, in Gl. Magistro Iustitiario. latius
Lucas de Penna, in l. iubemus, C. de silentiariis, lib.
12. & hoc videtur innuere Ritus Magnę Curię, 227.
7 Item si pupillus, vel vidua. vbi dicit, quod † si pupil-
lus, vel vidua trahit alium pupillum, vel viduam ci-
uiliter, vel criminaliter in ipsa Curia, & cōuentus ve
lit declinare forum, quod actor debet sequi forū rei,
& sic non gaudet priuilegio fori, quod trahat reum
ad eius forum. Præterea, vbicumque a lege duo æ-
quiparantur, statutum in uno extenditur ad reliquū,
etiam in exorbitantibus a iure communi, glo. est sin-
gularis in l. a. C. de curat. fur. vbi uoluit quod omnia
8 † priuilegia concessa minoribus extendantur ad fu-
riosos minoribus comparandos, quam glo. dicit nota
bilem, Bald. in l. fin. vlt. not. C. in quibus causis resti-
tu. in integrum non est necessaria. Ad hoc facit illud,
quod dicitur. quòd in exorbitantibus a iure commu-
ni fit extensio de casu expresso ad non expressum in
specta lata significatione uocabuli, qui sub casu ex-
presso comprehendi potest, l. Senatusconsulto, ff. de
ritu nupt. l. filium habeo, ff. ad Macedon. l. si filius, C.
eod. tit. iūcta l. quod si nepotes, ff. de testam. tut. not.
Bart. in l. liberorum, ff. de verb. signif. Benè ergo suf-
ficit, quòd sub ista lata significatione vocabuli vidua-
rum, & pupillorum, & miserabilium personarum e-
tiam comprehendatur vniuersitas, cùm de iure æ-
quiparetur Minoribus, & pupillis vt supra dictum
est. Præterea facit, quia quando sumus in fauorabili-
bus, quibus iura fauent propter publicam pietatem,
vel vtilitatem, vel aliam causam fauorabilem, etiam
9 † in exorbitantibus de iure communi fit extensio
de similibus ad similia, Gloss. in l. illud, in verbo, a-
lia causa, & in l. fin, in vers. captiuorum, C. de sacros.
eccles. & in l. quæ propter necessitatem, de reg. iur. &
in l. si constante, vers. Mariti, ff. soluto matrim. & ibi
plenè per Bar. in 10. quæst, & Glo. in l. 2. §. de exerci
tio, & ibi Bart. ff. de his qui not. infamia. Et ideo vide
mus ea, quæ introducta sunt contra ius commune in
libertatibus extendi ad pias causas, Bar. in l. si vnus,
C. de testibus, & in l. proximà in fine, ff. de his qui in
testam. delen. & in l. Titio vsusfructus, §. 1. ff. de con
dit. & demonstr. Bald. in l. a. C. de fideicomm. liber-
tat. & in l. si iure, C. de manumissis testamento. Et
in l. 1. §. fi. C. communia ser. manum. per illum tex. in
verbo rōne pietatis. Non obst. quod supradictum fuit
de clausula ex certa scientia. nam licet præd. clausula
10 & clausula † motu proprio apposita in priuilegiis
non operetur in præiudicium tertij, ut in contrariis
superius allegatis, & tenet ēt Franciscus de Aretio in
cons. 15. quia potest esse, quòd Princeps inaduerten-
ter propter importunitatem id concessisset, & si sola
ista clausula non sufficeret, sed requiritur etiam clau
sula, tali lege non obstante. dico hoc procedere, & es-
se verum, quando non esset geminata concessio. Nā
Rex Catholicus in principio suæ confirmationis di-
cit, quòd dicta priuilegia suprad. Vniuersitati conces-
sa per retro Principes, & in præsentia suę Maiestatis
exhibita, diligenter fuerunt examinata, & sic per di-
cta uerba Principis, cui in facto suo creditur, ut in elo
menti. litteris. de probat. patet, quòd priuilegium Re
gis Catholici non fuit obtentum, seu confirmatū per
importunitatem, seu nimias Principis occupationes,
imò ipso Rege diligēter considerante: nec illi defuit
voluntas in concedendo præd. priuilegium etiam in
præiudicium tertij: Nam quando Princeps vult ali-
quem priuilegiare, & sic disponere contra ius, tunc
11 sufficit certa Principis scientia. Quod † intelligitur,
quando apparet Principis scientia matura, & delibe-
rata, sicut est in casu nostro propter nouam, & matu-
ram cōfirmationem Regis Catholici per illa verba.
Quando dixit se diligentius uidisse, & propter gemi-
natam concessionem seu confirmationem. plus enim
operātur ista uerba, & habet plures uires; quàm clau
sula ex certa scientia. Nam demonstrant notorieta-
tem iuris, & facti ipsius Principis secundum Aret.
suprad. consilio 15. tanto magis quòd in d. priuile-
gio est appositum verbum distributiuū contra quos-
12 cumque. Nam † verificatur contra omnes, ut dici-
tur in l. hoc articulo, ff. de hæred. instit. & Felin. in c.
nonnulli, de rescr. in ter. dol. ibi septimo fallit usque
ad uers. restant. Felin. in c. accedentes, de præscr. ubi
multa ponit de ista materia, & allegat Cyn. & Bal.
in l. un. C. quando Imper. inter pup. & iud. Et licet
in d. c. nonnulli, de resc. in 27. col. dicat, quòd priuile-
gium concessum miserationis causa, vel publicæ vti-
litatis, nel si est incorporatum in corpore iuris, vt in
casu nostro, quòd est necesse, quod de eo fiat specifica
mentio, alias non ualeret: attamen in casu nostro te-
nerem, quòd aduersus d. Vniuersitatem non haberet
locum per clausulas appositas in d. Priuilegio ex cer
ta scientia, & motu proprio contra quoscunque, &
quęcumque Tribunalia, & propter geminatam con-
cessionem, & maximè quòd d. Vniuersitas continet
in se pupillos, & viduas, & alias miserabiles perso-
nas, unde concludendum puto d. vniuersitatem tra-
hi non posse a præd. uidua sed quod si aliquid præ-
tendit, conueniat ipsam, & ius suum experiatur in
tribunali eiusdem ciuitatis corā Capitaneo, ubi red-
detur sibi ius, & ita de iure censeo Salun &c. Et de
ista materia electionis fori vide decis. Affli. 252. per
Fel. in c. accedenti, de rescr. in 3. col. & eundem Af-
flic. super constit. statuimus sub rubr. de officio Ma-
gistri Iustitiam. Et ibi an clerici gaudeant priuilegio
fori, sicut gaudent pupilli, & miserabiles personæ,
& uiduæ; vide de materia hac decis. Thom. Gramm.
in decis. 20. incipit. pendente causa. ea.

Petrus Enriquez Hispanus V. I. D.

CON-

CONSILIVM XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, qui pro dote a Socero fundum in pignus recepit, fructus in sortem principalem non tenetur computare.*
2 *Maritus non tenetur alere vxorem, cum dos promißa sibi a Socero, aut fratribus non soluitur.*
3 *Maritus potest vxorem de domo expellere, si dos illi non persoluitur.*
4 *Fructus dotis succedunt in locum alimentorum, donec dos viro persoluatur.*
5 *Interpellatio non requiritur ad constituendum soluere tenentem dotem in mora.*
6 *Fructus dotis non solutæ debentur viro vigore tacitæ Hypothecæ.*
7 *Fructus debentur viduæ ab hæredibus patris soluto matrimonio, si dos promißa non fuit soluta.*
8 *Nulla actio ad fructus soluto matrimonio ex dote non soluta competit hæredibus viri.*
9 *Pater tenetur soluere debitum contractum a filio pro suis alimentis.*

In Dei Nomine.

Factum tale est. Paulus de Ioanne nuptui tradidit suam filiã cuidam Magnifico Domino Ioanni Antonio de Altonetis, & Matrimonij contemplatione, ac dotis nomine prædictæ suæ filiæ promisit ducatos quingentos soluendos in quibusdam terminis in instrumento dotali contentis. Euenit, quòd idem Paulus remansit debitor de prædicta quantitate præd. Ioanni Antonio in ducatis centum & quinquaginta, quos numquàm in vita prædicti sui generi soluit, nec ei satisfecit: sed eorum soluit interusurium pro toto tempore, quo viuus fuit præd. Ioannes Antonius eius gener. Demum d. Ioan. Anton. decessit relicta in viduitate filia præd. Pauli, & eius vxore. Hæredes præd. Ioan. Anton. prætenderunt alimẽta præd. Viduæ per biennium, prætendunt præd. hæredes, quòd per præd. Paulum soluatur eis de prędictis ducatis centum, & quinquaginta præd. interusurium, prout soluebatur tempore, quo viuebat prędictus Ioan. Antonius, siquidem sustinuerunt præd. biennio durante onus alimentandi præd. eius filiam in domibus præd. sui viri.

Ex aduerso Paulus negat se teneri ad solutionẽ dicti interusurij, ex eo quia soluto matrimonio dos venit restituenda: non autem soluenda, l. 2. & per tot. tit. ff. soluto matrim. vnde si non soluitur dos, & sic sors principalis, ergo nec accessorium, quod est inter vsurium, argum. l. cum principalis, ff. de reg. iur. in reg. accessorium de reg. iur. in 6. & ibi Doctor. Et est præsupponendum, quòd dos recepta non erat sufficiens pro sustentatione præd. eius filiæ. Quæritur de duobus. Primum est. An d. interusurium licitè recipere tur per d. Io. Antonium secundum. An debeatur præd. hæredibus ratione alimentorum per eos vi duæ præstitorum præd. interusurium.

Et iterum inuocato diuino auxilio. Videtur, quòd præd. Ioan. Anton. licitè re e ipiebat interusurium per tex. in c. salubriter de vsur. vbi licet habens rem pignoratam debeat computare fructus eiusdem rei in sortem principalem; tamen Maritus habẽs fundum
1 in pignus datum à socero quousque fuerit sibi dos soluta, non tenetur fructus in sorte principali computare: Et hoc propter onera matrimonij, quæ sustinet Maritus, l. pro oneribus, C. de iure dot. & Gloss. & Doct. in c. salubriter de vsuris, & præd. fructus succedunt loco interesse, quod Maritus patitur in non recipiendo dotem promissam. Et ratio rationis esse potest inter cætera, quia Maritus alere vxorem
2 non tenetur, cùm dos promissa illi non persoluitur Glos. in §. fin. in verbo onera, in Auth. de non eligendo secundo nubentes, Alex. cons. 56. nu. 10. vol. 4. Boer. dec. 22. in princip. par. 1. in Auth. de nupt. §. sic itaque matrimonio, & §. siquidem collat. 4. c. per vestras in fi. de donat. inter vir. & vxor. Quod est adeo
3 verum, vt voluerunt Doct. multi, quòd vir possit vxorem expellere de domo, & remittere ad suos, si dos promissa illi non soluatur, arg. tex. in l. fin. C. ad Velleian. Et ita vidi obseruatum. Quod procedit de vtroque iure, non obstante quacumque taciturnitate, d. c. salubriter, & ibi Canonistæ omnes. Quia vt dicit ibid. Innoc. Maritus recipit fructus pro interesse non computando in sortem, quem sequuntur Bartol. & cæteri Doctores in l. Insulam, §. usuras, ff. soluto matrim. Anchar. cons. 150. incipit, In quæst. quæ vertitur, & in Senatu Pedemontano ita decisum fuisse testatur Cacheran. dec. 132. nu. 1. & nu. 19. & 20. vbi innumeros Doctores ad hunc effectum collegit, atque congessit. Igitur si dotem non habuit, potuit recipere fructus eius portionis, quæ sibi debebatur pro residuo. Secundo videtur coadiuuari hæc opinio ex tex. in l. quod in uxorem, C. de negot. gestis, arguendo a contrario sensu. Nam dum ibi dicitur præsumi alimenta uxori infirmæ præstita fuisse pietatis causa, ergo a contrario sensu, si sanæ uxori exhibita fuissent locus erit repetitioni, ita hunc tex. inducendo, allegat Alex. in d. l. insulam, & refert Cacheran. ubi supra, licet dicat sibi non multum placere. Tertiò, quia dos cum fructibus datur marito pro oneribus Matrimonij supportandis, l. pro oneribus, C. de iure dot. Et inter alia onera maritus tenetur alere uxorem, ut dicũt Doct. Ergo eadem erit actio. Alex. d. cons. 86. Igitur pro ea parte, pro qua dotem sibi promissam non recepit, potuit fructus percipere: Succedunt enim fru-
4 ctus † in locum alimentorum, ad quorum præstatio nem tenentur interim, donec dos fuerit soluta, tamquàm iure actionis debiti. Doct. in l. alimenta, ff. de negot. gest. Bald. in l. qui filiam, ff. ubi pupill. educari oporteat, & in l. de alimentis in fine, C. de transact.
5 Soc. cons. 57. nu. 36. volu. 4. Imò † nec desideratur aliqua interpellatio ad constituendum promittentẽ in negligẽtia, seu in mora Regulari. Quia cum actio de dote sit contractus stricti iuris, & si alias bonæ fidei, l. un. C. de rei uxor. act. dies interpellat pro homine, l. magna, C. de contrah. & committ. stipulat. Neque irregulari, quia sustinuit onera, ut dicit Glo. in l. de diuisione, quam ibi Bar. & alij sequuntur, ff. soluto matrim. & ex æquitate, quia præd. Ioan. Antonius uxorem ad domum suam transduxit, l. curabit,
6 C. de act. empt. & uend. Et opinor quòd debeantur uigore tacitæ hypothecæ. Quia fructus qui debentur

Marito constante matrimonio, licet dotem non augeant, nec in dotem conuertantur, & accessoriè ueniant ad dotem, ita ut respectu uiri iudicium sit particulare non uniuersale; nihilominus cum debeantur post mortem, debentur actione de dote, licet officio Iudicis, Put. lib. 1. dec. 93. sed actio de dote est actio ex stipulatu habens tacitam siue scriptam, siue sine scripto promissa. d. l. unica, §. 1. & 9. & ut plenius. Cui non obstat, quod officio iudicis debeantur, & si mercenario, quia hoc & si ueniat incidenter, deseruit tamen actioni intentatæ, l. 1. ff. de iuri sdict. omn. iud. Præterea non ex hoc, quòd alimenta peti debeant officio iudicis mercenario, per hoc negãdum est, quòd etiam pro illis non sint bona promittentis tacitè hypothecata uiro pro alimentis, ut benè deducit Negusant. in tract. suo de pignor. & hypothec. 4. memb. 2. par. princ. nu. 55. Vltra Surd. & Modernos alios, & Bar. in l. si cum dotem, §. si autem in sæuissimo, ff. soluto matrim.

Quoad secundum dubium, an hæredes Io. Antonij qui præstiterunt alimenta uiduæ post mortem uiri, possunt ea petere a præd. Paulo? Dico, quòd si vidua petierit, ei debebuntur. Nam licèt cõtrouersum sit, an debeantur uiduæ petenti ab hæredibus Mariti fructus dotis non solutæ. Et pro utraque parte sint Doctores. Pro negatiua Grammaticus, dec. 103. Afflict. dec. 184. Thes. dec. Pedem. 43. nu. 2. licet in his terminis non loquatur. Ruyn. cons. 49. nu. 14. lib. 2. Couarr. lib. 3. uar. resolut. cap. 1. nu. 3 copiosè. Barbat. in l. 2. in princ. nu. 4. ff. solut. matr. Pro affirmatiua sit, Molin. lib. 4. prim. gen. Hispan. cap. 5. nu. 6. ubi alios cum sua opinione conglobauit. Attamen
7 uerior opinio est, quòd † debeantur, quã petuntur per uiduam ab hæredib. patris, quia tales fructus succedunt in locum alimentorum, ad quorum præstationem tenentur interim, donec dos fuerit soluta, Doct. in l. alimenta, ff. de negot. gest. Bal. in l. qui filiam, ff. ubi pup. educ. deb. & Doct. supra alleg. Menoch. cõsil. 81. nu. 6. & 66. Et dictæ uiduę nõ obstabit, quòd non interpellauerit patrem a principio. Quia quãdo dos est promissa ad certum tempus per simplicem lapsum ipsius, promittens dicitur in mora constitutus, Aret. in §. fuerat, nu. 7. & ibi Ias. in uers. intelligitur
8 tamen, Instit. de act. Sed dicti † hæredes contra Paulum nullam uidentur habere actionem. Quia aut agunt, ut tales nudati nomine, & tunc dicetur, quòd illis nihil fuit promissum; & inter eos nihil penitus actum fuit in hoc particulari. Aut agunt, ut hæredes; & tunc actio illis competere minimè potuit, quę non competebat authori eorum, qui soluto per mortem alterius coniugum matrimonio, matrimonij onera non potest dici tulisse, neque interusurium petere possunt, quòd sicut accessorium cessat cessante principali. Sicut ob eandem causam a simili dicimus, quòd mortua uxore marito non debetur interesse ratione dotis non solutæ, Host. & Anchar. in d. c. salubriter. Sed ex alio capite petere poterũt, puta si dicta vidua filia Pauli fecisset se debitricem alicui creditori, ut se aleret, quia tunc teneretur pater soluere illud debitum contractum pro alimentis, ut notatur in l. libertis quos, §. primo, ff. de aliment. legat. Afflict. decis. 10. in fine.

CONSILIVM XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Institutio facta alicui a testatore animo compensandi debitum in parte hæreditatis, petitionem ipsius debiti excludit.*

2 *Pro ea parte, pro qua creditor succedit debitori, confunditur obligatio.*

3 *Vxor si acceptauerit vsumfructum sibi legatum à viro super omnibus bonis eius, videtur remisisse omnia iura sua dotis.*

4 *Testator, si legauit centum legatario cum hoc, quòd alteri donet domum suam, quæ valet ducentum, legatũ si agnouerit, tenetur adimplere.*

5 *Legatarius propter rem legatam sibi, non potest plus grauari, quam sit species rei legatæ.*

6 *Vxor, ex hoc, quòd acceptauit legatum sibi a uiro factum, non ex hoc videtur renunciasse actioni sibi pro dote competenti.*

7 *Episcopus potest vltra portionem sibi relictam, petere portionem sibi tangentem de alijs relictis.*

8 *Intellectus ad gl. in l. creditorem, de leg. 2.*

In nomini Domini Nostri Iesu Christi, & diui Bartholomęi, cuius diem festum hodie celebramus. Amen.

MArcus Antonius Piscicellus de Orthona duas habuit vxores: ex prima suscepit duos filios Cæsarem, & Pompeium, necnon & Lucretiam filiam, quam cuidam Benedicto Passara in matrimonium collocauit: ex secũda vxore habuit tres alios filios, Ludouicum, Bartholomęum, & Antonium: & postea mortuus est Pompeius, vnus ex filijs primi matrimonij in vita prædicti Marci Antonij, tandem prædictus M. Antonius decessit ab hac vita. & condito testamento, in eodem filios primi, & secũdi matrimonij instituit hæredes in omnibus eius bonis æqualiter; & disposuit dicendo hæc verba videlicet: *Lasso per resto delle robbe della madre di Cesare mio figlio, la vigna posta nel luogo, doue si dice Santa Barbara*. & non apposuit aliam clausulam per quam prohibuisset dictum Cæsarem residuum bonorum maternorum petere, & cũ illa dispositione mortuus est. Cæsar acceptauit tamquàm vnus ex filijs hæreditatem paternam, & non vult acceptare legatum, sed vult petere omnia bona materna, & non cõtentatur solùm de legato facto eidem per Marcum Antonium eius patrem de prædicta eius vinea. Filij ex secunda uxore procreati, & sic eius fratres, dicunt & replicant prædictum Cæsarem acceptasse hæreditatem paternam, & sic videtur approbasse testamentum prædicti sui patris, & amplius non posse petere residuum bonorum maternorum. Et hoc per tex. in
1 l. si compensandi, C. de hæred. instit. vbi † institutio facta alicui per testatorem in parte hæreditatis animo compensandi debitum, petitionem ipsius debiti excludit, ad idem l. si ab eo, C. de neg. gest. ubi pro ea parte, pro qua creditor succedit debitori confun-

ditur

ciatur obligatio, facit textus in l. vt debitum, C.de
2 hæred.act. ubi † percessionem, quam creditor facit debiti extinguitur debiti actio. ad idem facit l.si adulta, C.eod. & l.redimitem,ff.de leg.secundo,l. mulier,ff.de condit.instit.& l.si debitor, ff.ad l.Falc. quod procedit etiam si bona relicta per testatorem valerent minus quàm bona materna,quæ habituris erat ipse Cæsar,& sibi imputet Cæsar qui liquam simpliciter hæreditatem adiuit. vt sentit Glo.in l.si compensandi supra allegat. & glo. in d. l.si creditorem. dum dicit de rei æstimatione, non est opus quærere pro hac parte. Facit in similibus id,quod dicit Decius in consil.299.in 2.libro,nu.13. vbi dicit,quòd cuidam vxori peregrini,de quo in consilio prædicto
3 fuit legatus † vsusfructus omnium bonorum cum onere,quòd quieta,& finita,& contenta fuisset de dotibus suis,acceptauit legatum simpliciter præd. vsusfructus, per quam acceptationem fuit uisa remisisse iura dotis suæ per text. in l.unica, §.pro secundo, C. de cad.toll.facit tex.in l.decem, ff.de fideicomm. liber.& in l.si cui,ff.de condit.& demonstrat. & sic videtur prædictum Cæsarem per prædictam acceptationem tacitè remisisse iura dotis suæ maternæ.

Facit etiam pro hac parte filiorum secundi matrimonij contra prædictum Cæsarem,tex.& quæ ibi dicit Paul.de Cast.in l.cum ab vno, ff.de leg.2.ibi aut suo iure,aut iudicio mariti contenta esse debeat,& al legat.officii,de testam.

Facit etiam textus in l.Imperator, §. si centum in fine, ff.de legatis secundo, vbi iureconsultus dicit,
4 quòd † si legatur tibi centum, & rogatur te, ut dares Meuio domum tuam, quæ valebat ducentum, & tu agnouisti legatum de centum; benè teneris domum tuam dare Meuio,& sic Cæsar agnoscendo hæreditatem videtur consensisse, quòd non potuisset petere pro bonis maternis plusquàm præd. vincam legatam,vt supra.

His tamen non obstantibus, contrariam partem de iure veriorem esse censeo,ut ex infra dicendis apparebit. Et quòd prædictus Cæsar non obstante, quòd acceptauerit hæreditatem, & legatum, possit petere residuum bonorum maternorum, & antequàm ad infra dicenda ueniamus, est præsupponendum, quòd dictus Cæsar non habuit,nec adhuc habet notitiam ualoris bonorum maternorum,nec ualoris bonorum relictorum per prædictum M. Antonium eius patrem,quia tempore,quo uiuebat eius mater,erat minor, & habebat fratres, uidelicet Pompeium, & Lucretiam,& similiter de bonis paternis nullam notitiam habebat, quia postquàm præd. Cæsar fuit effectus maior,semper equitauit extra ciuitatem Orthonæ,& profectus est Romam,Neapolim,& Apuliam,& in alia loca pro gerendis aliquibus negociis paternis,prout probatum est in processu.

Et hanc opinionem tamquàm ueriorem tenet Paul. de Castro in d.l.si compensandi,& in l.cum ab uno, ff.de leg.2. Et pro hac parte facit text. cum glo.in l. Titia,§.quidam uina, ff.de leg.2. prout intelligit Glos. ibi,& in uersic.sic enim. Et idem Paolus in d.l.cum ab uno,& idem in l.Imperator,§.si centum, ff.de legat.2. Alex.in d.l.si compensandi,& in consil.234.
5 2.uol. Nam † quando legatur species, non potest in plus grauari, quam sit speciei precium per text.in l. ciuitatibus, §.fin.ff.de legat.2.& ibi Paul.de Castro facit pro hac parte, quod in simili se dicit consuluisse Hieron.Cagnolus in l.si quis maior, C.de transactio.num.170.in fine, vbi dicit,quòd quædam Titia donauerat Seiæ centum soluenda post eius mortem irreuocabiliter cum iuramento, & clausulis opportunis.nec non fecerat aliam donationem quibusdam religiosis publico instrumento interueniente,inde testata est, & reliquit certum legatum prædictæ Seiæ, & in fine testamenti adiecit clausulam annullatiuam omnium instrumentorum per eam conditorum,& rogatorum, quæ omnia reuocabat, exceptis instrumento facto religiosis. dubitatum fuit an prædicta Seia, quæ egerat ad legatum, videatur approbasse dispositionem defuncti, & sic quod non posset consequi centum primo legata,siue donata stante reuocatione facta per dictam Titiam de dictis instrumentis donationis, & nihilominus ibi determinat, quod poterit agere pro prædictis centum, & sic eodem modo non obstante acceptatione prædicta de dicta hæreditate, & legato facto per dictum Cæsarem, nihilominus poterit agere pro supplemento dotium maternarum. Et licet M. Antonius reliquerit dicta bona supradicto Cæsari animo compensandi, intelligitur pro rata ualoris bonorum relictorum, & non impeditur petere illud plus, quod ualebant bona materna,et ita probat text.in terminis in l.pen.§. primo, ff.de aliment. legat. & Doctor. in l.Imperator, §.qui in uita,de legat.secundo, per l.ciuitatibus de legat,3. et hoc nisi præd. M. Antonius expresse disposuisset,quòd nil ultra petere potuisset prædictus Cæsar, quod non fecit, & ita Doctor. intelligunt d. cap.officii,et determinat in terminis Paul.de Castro in l.Imperator, supra allegat, & omnes Doctor. vbi facit tex.in l.ciuitatibus, §.fin. de leg.1.ubi si relinquitur fundus alicui,si certum hæredi dedisset, si tantum sit in precio fundi, quantum hęredi dare iussus est,non est cogendus legatarius fideicommissum à se relictum præstare, quoniam nihil ex testamento uidetur capere, qui tantum erogat, quantum accipit.

Facit etiam pro hac parte text.in l.unica, §.secun-
6 dum C.de rei uxor.act.ubi † uxor,cui fuit relictum legatum a marito ipsum legatum acceptando, & recipiendo non uidetur renunciasse actioni pro dotibus sibi competenti: quia recipiendo unum, non uidetur renunciasse alterum, quod sibi competit, l. quotiens,ff.de act.& obligat.

Restat modo respondere ad omnia in contrarium allegata & deducta. Et primò non obstat,l.si compensandi, C.de hæred. instit. nam ibi uxor instituerat maritum hæredem animo,& uoluntate compensandi debitum,quod ipsa eidem suo marito debebat de qua uoluntate constabat,vt expresse dicit ibi text. in illis uerbis finalib. uidelicet uerum etiam uoluntas defunctæ refragatur: at in casu nostro, minimè constat de uoluntate prædicti testatoris quòd uoluerit, quòd prædictum legatum præd. Cæsar compensaret pro debito bonorum maternorum, de quibus erat debitor ipse testator,cum prædictum debitum erat iam radicatum, ut æs alienum, quo casu legatum non computatur, l.si debitor, ff.ad legem Falc. alias l.si creditor,& l.si adulta, C.de hæred.act. & tenet Baldus in Auct. Præterea, C.unde vir,& vxor.in tertia column.in uersic.restat modo. causæ enim sunt separata uidelicet legati, & bonorum maternorum, & diuerso

diuerso tempore natæ: & ideo non euellitur una de corpore alterius, sicut dicimus in duabus quartis, de quibus in l. quamquàm, C. ad l. Falcid. & facit dictum cap. officij de testam. ubi † quidam in suo testa-
7 mento reliquit Episcopo suam legitimam portionē, & multa alia reliquit Monasterijs, et Ecclesijs, dicitur ibi quòd non obstante legitima portione sibi relicta per testatorem Episcopus poterit de alijs relictis petere portionem sibi tangentem, & eodem modo respondetur ad l. si ab eo, ubi pro ea parte, pro qua creditor succedit debitori confunditur obligatio, non tamen prohibetur agere pro residuo debiti, quod defunctus sibi debebat. & sic intelliguntur alia iura in contrarium allegata uidelicet l. ut debitum, & l. si adulta, & l. creditorem, vbi Imol. per l. ciuitatibus. §. fin. supra allegat tenet, quòd testator non potest grauare ultra ualorem rerum relictarum per d. §. fin. non obstat etiam l. Imperator, §. si centum, de legat. 2. quàm Glo. allegat in d. l. creditorem, quia respondetur, vt respondet Dynus in d. §. fin. & Imola in d. l. creditorem, quod dispositio illius, §. si centum procedit, quando quis grauatur dare rem propriam, cuius præsumitur scire æstimationem. ut l. qui sciuis, C. de rescind. vendit. at ista ratio cessat in præsenti casu, in quo præd. Cęsar non habebat notitiam rerum maternarum, imò nec paternarum, cum fuerit pupillus tempore mortis prædictæ suę matris, nec etiam habebat notitiam de ualore prædictæ uineæ sibi relictæ per patrem, cùm semper equitauerit extra territorium Orthonæ, vbi sita est dicta uinea, et parum aut nihil sciuerit de ualore ipsius cum prædictus M. Antonius eius pater semper coluerit dictam uineam, & administrauerit eius bona, & bona matris ipsius Cęsaris.

Item non obstat, text. in alleg. l. cum ab uno, & in alleg. l. pen. nam ibi dicitur, & apparet, quòd animo compensandi fuit relictum legatum, aliàs si non appareret, non præsumeretur, & utrumque peti potuisset, ut in alleg. §. sciendum, & ita declarat Alex. in d. l. si compensandi, & ibi respondet ad Glo. in d.
8 l. creditorem dicens, quòd † illa lex procedit, quando debitor legauit creditori res, quas dederat sibi pignoris nomine animo compensandi eum debito, quia si creditor agnoscit legatum, nihil ultra petere potest, cum notitiam habeat æstimationis rerum relictarum per d. l. quisquis, quę ratio cessat in casu supradicto in bonis legatis de nouo, et de hæreditate materna, de quibus non habet notitiam nec de eorum æstimatione per l. qui nondum eum glos. capit. de hæred. act. & per eundem in Auth. sed cum testator, C. ad l. Falcid.

Non obstat etiam, quod acceptans legatum tenetur soluere onus impositum per l. prima, §. pro secundo, C. de caduc. toll. quia ibi testator adiecit expressè, quòd nil ultra petere possit quam prohibitionem hic præd. M. Antonius non fecit, & ita firmat Paul. de Cast. in d. l. Imperator, & in d. §. si centum.

Concludendo igitur ex omnibus suprad. legibus, gl. & auctoritatib. Doctorum, dico quòd dato quod M. Antonius reliquerit d. uineam præd. Cęsari etiā animo compensandi, de quo animo non apparet, intelligitur pro rata ualoris præd. uineę, & non impeditur petere illud plus, quòd ualebat bona materna sibi compententia tamquam hæredi, & filio quondam Luciæ de Sicha eius matris, & ea poterit conse qui non obstante dicto legato facto per d. M. Antonium. Et eodem modo non obstant ea, quæ dicit Philipp. Decius in d. consilio 299. nu. 12. quia ibi testator legauit usumfructum suorum bonorum eum isto onere, quòd fuisset quieta, & contenta de dotibus suis, ex qua acceptauit d. legatum cum isto onere, nimirum si uideatur iura dotis suæ remisisse, quod non fuit in casu nostro: sed simpliciter fuit legata uinea ipsi Cæsari, & ita consulo, & de iure censeo, ego Petrus Enriquez V. I. D. saluo semper meliori consilio.

CONSILIVM XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Arbitris etiam si fuerit data ampla potestas cum amplissimis renunciationibus, maxima uel in totum læsione opposita atque probata, poterit ab eis peti reductio ad arbitrium boni uiri.*
2 *Reductio ad arbitrium boni viri, sicut non potest tolli quibuscumque renunciationibus: ita nec statuto.*
3 *Fraus, & dolus nemini debet patrocinari.*
4 *Renunciationes amplæ in compromisso, appositæ excludunt enormem læsionem, non autem enormissimam.*
5 *Cautela nulla verborum apposita in compromisso excludit petitionem reductionis data magna iniquitate.*
6 *Clausula si iustè fuerit pronunciatum, semper intelligitur apposita in compromissis.*
7 *Clausula quod altè & bassè Arbiter possit facere, apposita in compromisso, interueniente dolo non excludit reductionem.*
8 *Iuramentum cum pœna appositum in compromisso si fuerit arbitratum, non excludit reductionem.*
9 *Dolus quomodo probetur interuenisse in laudo dato per Arbitros.*
10 *Læsio in magna quantitate quando dicatur esse in laudo.*
11 *Potestas ampla Arbitris data lædendi in maxima quantitate, si est læsio in maxima, non excludit reductionem, quia intelligitur si æquè fuerit arbitratum.*
12 *Arbitri condemnantes eum, quem de iure absolutum erant, dicuntur esse in dolo.*
13 *Iniquitas, si manifesta sit, vel euidens læsio partis resultat ex obseruatione rigoris iuris ciuilis, tunc non debet seruari talis rigor, sed emendari per Iudicem ecclesiasticum.*
14 *Index reductionis non solum cognoscere potest de iniquitate laudi, sed etiam de nullitate ipsius, quando sibi constat, licet de nullitate non fuerit reclamatum.*
15 *Scire, & scire debere paria sunt.*
16 *Dolus inest, & præsumitur inesse in eo, qui non facit id, quod facere de iure tenetur.*

In no-

In nomine Iesu Saluatoris. Amen.

DVm dubitatur an si in compromisso sit data ampla potestas tollendi de vna parte, & dandi alteri etiam in magna quantitate, nec non & promissum cum iuramento de non petendo reductionem ad arbitrium boni viri, etiam si esset læsio in maxima quantitate, & etiam si fuisset maxima,& enormissima læsio. An tali casu data maxima læsione, & enormissima, non obstante dicta ampla potestate, & renunciatione cũ iuramento,possit peti reductio ad arbitrium boni uiri ratione iniquitatis? & an Iudex reductionis possit super nullitate cognoscere,& pronunciare.

Ad primum dubium theoricam habemus communiter approbatam, quòd nunquàm potest dari tam ampla & lata potestas arbitratoribus etiam cum amplissimis renunciationibus, quin quando † læsio da-
1 tur in maxima uel in tota quantitate, possit fieri dicta reductio, cap.Quintauallis, & ibi Canonistę, de iureiurando, etiam si interueniat iuramentum,latissimè Dynus in reg. scienti de regulis iuris in sexto, & in suo consilio incipit,Ptolomex. Docto.in l.quidam cum filium, ff.de uerborum obligat. Gulliel.de Cuneo, Iacobus Butrig.Bal.& alij,in l.si unus, §.illud, ff.de pact. Cynus,& Bald.in l.cum ante tertia columna,C.de arbitr. Spec.Ioannes Andreas in titulo de arbitris,§.fin.versic.item quid si compromissum, Bart. in l.si societatem,§.arbitrorum, ff.pro socio, Bald.in l.si cum ea, C.de dot.promiss. & in capitulo si inter pares de lege Corra. & in l.tale pactum, §.quo prouocauit,ff.de pact. Ancharan. in clem.prima, §.quibus,de priuil. Paulus de Castr.in consilio 72.incipit, primò & ante omnia, columna fin. Butr. in consilio 34.quæstio hæc. Angel.in consil.172.Laudum arbitrorum,& in sua disputat.incipit, Duo adinuicem litigantes.idem Paul.in consil.74.quia frustra.Ioann. de Anania consilio 15.viso puncto,Dec.in consil.11. num.6. nam si per talem amplam potestatem,& amplissimas renunciationes arbitri potuissent partes lædere in maxima quantitate, daretur utique eis materia delinquendi quod non est dicendum, nam partes dantes similem potestatem, & facientes similes renunciationes, faciunt ad captandam beneuolentiam ipsorum arbitrorum, & sub spe, & fide, quam habent in legalitate arbitrorum cap.ueniens de iureiurando,& si sub hac confidentia decipiantur, debet eis succurri argumento,cap.quanto de iureiurando, & capit.cum uenissent de instit. & in l.si libertus iurauerit,ff.de operis libertor. & in l.creditor, §.lucius ff.mandati,Baldus in consilio 329.præmitto. Vbi in quit, quòd data enormi læsione peti potest reductio non obstante quacunque uerborum cautela: Et quod ita est communis obseruantia in tertia parte,consil. & sicut † non potest tolli reductio per renunciatio-
2 nes, ita nec per statutum ita Baldus in alleg.l. cum antea, & facit text.singul.in l.si superstite, C.de dolo.ubi dicit textus, quod valet transactio inter patrem, & filiam emancipatam, cuius tutelam pater gessit, nisi immodicè fuisset læsa, quia ex tali immodica læsione arguitur dolus, idem tenet Bartolus in l.finali,ff.de prætor. stipul.& idem Bartolus in dicto §.arbitrorum. Sic etiam in casu nostro si arbitri immodicè læserint partes, non obstantibus dictis amplissimis potestatibus eis datis, & renunciationibus factis, poterit nihilominus supradicta reductio peti,quia in eis versatus est dolus & fraus, & dolus
3 † nemini debet patrocinari,textus in capitulo primo de eo qui duxit in matrimoniũ,quam poll.per adult. nam talia uerba adulatoria, & longa ponuntur a Notarijs præter intentionem compromittentium. Et hoc in specie firmat Angelus in prædicta sua disputatione, & Ancharanus ubi supra. Qui dicunt quod talis ampla potestas, & renunciationes amplæ solùm comprehendunt enormem læsionem, & non enormissimam. Et maximè Doctor. in dicto capit. Quintauallis, & ista est communis opinio, a qua
4 † in consulendo, & iudicando non est recedendum, Decius in consilio trigetesimonono in penultima columna, & dicit Paulus de Castro in dicto consil.74.
5 quòd † per nullam cautelam uerborum in compromissis appositam potest fieri,quominus reductio petatur data magna iniquitate. Et idem testatur Bal. in alleg. l.si unus, §.illud,ff.de pact. Pro hac parte facit,quia in renunciatione non uenit nisi id solum, de quo est cogitatum,l.si de certa, C.de transact. sed partes non compromisisse videntur, ut læderentur in magna quantitate, nec hoc cogitasse cum compromiserint in eorum amicos,a quibus præsumere debebant omne bonum,l.unum ex familia,§.fin. ff.de legat.2.& cum læsi fuerint, clarum est, quòd possunt petere reductionem ad arbitrium boni uiri.
6 Præterea semper † in compromissis intelligitur, & subintelligitur clausula, si iuste fuerit pronunciatum, tex.est singularis in l. si libertus ita ff.de operis libertorum, & in cap.Quintauallis de iureiur. sed lædendo in magna quantitate est iniustum, ergo dicta reductio peti potest.

Et in tantum est hoc uerum, quod etiam si fuerit in compromisso dictum, quòd prædicti arbitri possint
7 sententiare altè & bassè arbitrari,quòd † tunc interueniente dolo non poterunt enormiter lædere, ita singulariter Ioannes Andreas in capitulo humilis de maior.& obedientia,quem refert Baldus in l.in annalibus,C.de appell.& in cap.primo,§.inter pares, de lege. Corr. in usibus feud. & idem dicendum erit si fuisset dictum, quòd iudicio eorum ferrent sententiam, uel laudum, Bartol.in extrauag.ad reprim. uersic.uidebitur,reprobata Glo.in l.Thais ancilla, ff.de fideicomm. libert. idem si fuisset dictum de stando sententiæ, & laudo, prout placebit, quia ista uerba importantarbitrium boni uiri, Bartol.in l.si sic,ff.de legat.primo.
8 Quæ reductio † ad arbitrium boni uiri peti potest, si dolosè fuerit arbitratum, non obstante iuramento apposito in dicto compromisso, Cyn.in l.cum antea, C.de arbitr. Butrig. & alij Canonistæ in alleg.capit. Quintauallis,de iureiur.decis.Tholos.467. Item an iuratus, & non tenetur ad pœnam in compromisso appositam, talis petens prædictam reductionem: maximè quando compromissum fuit necessarium ui gore statuti Lud. de Vrbe in suo tractatu de arbitr. uersic. sed an iusta causa reductionis, & de iuramẽto tenet Ias.in l.fin.ff.qui satisd.cogantur, num.3. Imò plus dicunt Doct.quod qñ est data latissima potestas lædendi etiam in maxima quantitate, & etiam esset

renun-

renunciatum reductioni, quod nihilominus possit
9 peti reductio, dummodo † probetur de dolo arbitro-
rum, quod poterit probari hoc modo, quando ex a-
ctis non apparet, quòd aliquis esset condemnandus
in tam maxima quantitate prout fuit condemnatus
per arbitros ostendendo, quod non est probatum ta
le quid propter quod debebat taliter condemnari.ita
concludit Angel.in d.sua disputat.duo litigantes,per
d.l.si superstite, quæ est singularis in hac materia,
Anchar.in d.disput.cum c.lateus, Bal.in l.1.in 8.co-
lumna, C.de his quæ pœnæ nomine, allegat not.per
Bar.in l.iubemus in fi.C.ad Treb. Butr.in d.c.Quin
tauallis. imò sufficit probari arbitratorem fuisse in la
ta culpa, quæ dolo æquiparatur, Bal.in l.si de metis,§.
recepisse,ff.de arbitr.& in alleg.l.iubemus, & l.cum
antea, Angel.& Anchar.in suis suprad.disputat. qui
dicunt, quod lata culpa, & dolus arbitratorum pro-
bantur, quando inspectis actis apparet de læsione in
magna quantitate, arg.d.l.omnes,§.lucius,ff.quæ eum
fraudem credit.per ea quæ notantur in l.qui testamē
tum,ff.de probat. Bart.in d.l fio. ff.de prætor,stipul.
quia ex enormi læsione dicuntur arbitri esse in dolo.
Rom.in consil.90.incipit viso themate. Abb.consil.
44.incipit.Quæstione.Fulgos.in consil.234.incipit,
Quoniam,& cons.180.viso processu,col.fin. Et hæc
est communis opinio, vt dicit Decius in præallegato
10 consil.39.colum.pen. & tunc † dicitur læsio in ma-
gna quantitate, quando est excessum in sexta parte
quantitatis, Bar.in d.§.arbitrorum,num.25. allegat
l. vnde si Neruæ coniuncto princ. l.seq. ff.pro socio,
vel secundum Glo.sing.in §.precium.Instit. de em-
ptio.& vend.intelligitur arbitrio Iudicis considerata
qualitate personarum, & quantitatis rei, quam Glo.
tenet, Bal.in alleg.l.cum antea, vel secundum Butr.
in d.c.Quintauallis est dimidia, vel secundum Imol.
ibi est tertia.Sed Dec.in d.consi.39.in vlt.col.dicit il-
las duas opiniones Bart. & Glo.communiter teneri.
Et suprad.intelligas, quando est data læsio in maxi-
ma quantitate, vel est enormissima læsio,secus tamē
vbi est magna læsio, vel enormis tantùm,si interue-
nit renunciatio & iuramentum, & fuit data ampla
potestas.nam tunc non potest peti reductio, ita Do-
ctores qui supra concludunt omnes communiter, &
Io.de Anan.in d.consil.50.in 1.col.& in consil.36.
in 2.col. Sed quando non est data ampla potestas læ
11 dendi in maxima quantitate, quia intelligitur † si æ-
què fuerit arbitratum, alleg.l.si libertus, ff.de operis
libert. Alex.in cons.31.in 2.vol.in 4.col.in fine, ver
sic.quanto fortior,& vnde de omnibus his dubijs Lã-
franc.in tract.de Arbitris.q.14.vbi refert præd. om-
nes opiniones, & multas alias ad propositum causę
Martini de ciuitate Regali, qui fecit compromissum
cum ampla potestate lędendi etiam in maxima quan
titate, & promisit non reclamare etiam ratione enor-
missimæ læsionis,& ita iurauit,& renunciauit. Et ta
men non constat, quòd de iure teneretur ad aliquam
quantitatem grani,nec ad restitutionem terrę,de qua
in compromisso,quia per partem aduersam actricem
non est probatum, qualiter terra, quam prætendebat
esse suam, quod sit sua, nec per eum possessa, neque
Martinum prædictum ad aliquid teneri, vnde offi-
cium arbitrorum erat absoluere Martinum præd. a
petitis & actricem partem in expensis condemnare,
cum actore non probante reus sit absoluendus, c.si.
de iur.iur.c.cùm ecclesia de causa poss. & proprieta-
tis,qui accusare, C.de edendo,c.1.ut Ecclesiast.be-
nef. vnde condemnando ipsum ad soluendum gra-
num prædictum prædicti arbitri fuerunt in dolo,secū
dum doctrinam Doct. superius allegat. ubi conclu-
12 dunt, quòd † arbitratores seu arbitri condemnando
eum, quem absoluturi erant, dicuntur esse in dolo.
Et maximè quando dici potest, quòd prædictum lau
dum est nullum, cùm contineat expressum iuris erro
rem, arcum.l.2.quando prouoc.non est nec.l.1.§.1.
ff.quæ sent.sine app.resc.ind.cap.1.de re iudic.l.apud
Celsum,§.cum quærebatur,ff.de dol.except.not.Do
ctor.in d.cap.Quintauallis.& quod contineat præd.
laudum expressum errorem apparet, nam condemnã
do Martinum, quem debebant absoluere cum nihil
contra ipsum fuisset probatum, fecerunt contra di-
spositionem,l.qui accusare, & aliorum iurium supra
allegatorum, & sic laudum ex isto capite diei po-
test nullum.

Imò plus addendo in hoc casu, dato quòd de iure
ciuili valeret hoc laudum, prout non valet, tamen
13 nos habemus, quod † vbicumque ex rigore iuris ci-
uilis resultat manifesta iniquitas, vel euidens læsio
partis, non debet stari decisioni iuris ciuilis, sed per
Iudicem ecclesiasticum debet emendari, & prouide-
ri per Euangelicam denunciationem, ita quod in ciui
li non exequatur, & si exequutum fuerit, emendetur.
vt patet ex his, quæ notantur per hos, & Io.Andr. in
cap.12.de arbitr.not.in c.exposita per Glo.d.tit. An-
char.in cap.a iudicibus.2.q.6.Bald.in l.si seruus plu-
rium.§.fin.de leg.1.& ibi Ang.& est ratio quia simi
lis obseruantia iuris ciuilis nutrit peccatum, quo ca-
su indistinctè obseruatur iuris canonici æquitas iux-
ta not.in reg.poss.de reg.iur.in 6.iunctis his, quę ha
bentur in reg.peccatum, eisdem tit.ex libro. Vnde si
in præsenti casu ex tali condemnatione causetur ma-
ximum peccatum soluendo id, quod non tenebatur,
& pars actrix recipiendo id, quod non est suum, me-
rito præd.laudum non debet obseruari; & ita in casu
nostro concludit Ludou.Bolog.in addit.sua ad d.con
sil.16.Ioan.de Anania, cùm veniat pars aduersa locu
pletanda cum iactura aliena, quod fieri seu permitti
non debet, reg.locupletari de reg.iur.in 6. Cyn.in l.
iubemus.C.de sacrosã.eccles.

14 Ad aliud dubium, clarum est, quòd † Iudex redu-
ctionis non solùm de iniquitate laudi, sed etiam de
nullitate ipsius, quando sibi constat, potest cognosce-
re,& pronunciare, dato quod ad eum super nullitate
non sit reclamatum specificè, Bald.in cap.sancimus
quo tempore miles in vlt.b. feudorum, sicut dicimus
in Iudice appellationis, l.Cornelia pia, ff.de iure pa-
tron. D.ict.in l.si expressim, ff.de appel. Reductionis
enim petitio est quasi appellatio, & nō distinguemus,
ȝ tamen quidam, ff.de arbitr. Bal.in l.1.C.vt lit.pēd.
Archid.in c.a iudicibus, 2.q.6.quem sequitur Bal.in
c.dilecto de appell.in fine,& ibi Butr.in princip.col.
penult.& ibi Abb.in 3.colum. Dec.in consil.39. in
final.verbis.

Non obstat, quod dicitur pro parte actoris dicen-
tis, quòd si Martinus vult reuocari facere dictum lau
dum per reductionem, debet probare saltem, quod
attento euentu litis dubię debebat absolui: cùm in ob
scuris potius sit fauendum reo, quam actori per reg.
cùm sunt iura partium, de reg.iur.in 6.l.fauorabilio-
res,

tes, ff.eod.tit. quia hoc non est verum, & non solum non debet hoc probari, imò nec allegari, sed solùm sufficit probatio de læsione eo modo, quo supra dictum est, vt dicit Alexand. in consilio 31. in fi. 4. col. versic. sed breuiter alleg. Bald. in l. 2. C. de rescind. vend. Imol. & Butr. in cap Quintauallis. Et hæc opinio est magis communis, & magis tenenda, maximè ratione peccati, ne quis locupletetur cum iactura aliena. Vnde ad retractationem præd. laudi contra præd. Martinum dant infrascripto modo ea capitulâ dum in practica, videlicet.

In primis dicit laudum nullum, quia in se continet errorem iuris expressum. quia ipse Martinus debebat absolui, cùm nihil fuisset probatum contra ipsum per iura superius allegata disponentia, quòd actore non probante reus debet absolui, etiam si ni-
15 hil præstiterit, quod † Arbitratores sciebant, vel scire debebant, quæ pacta sunt, l. quod te, ff. si cert. pet. se esse obligatos ad eum liberandum, & tamen eum condemnauerunt contra dispositionem prædictorum iurium.

Item dicit laudum nullum, cùm non fuisset citatus ad illud audiendum, dato quòd in compromisso sit dictum laudum seu arbitramentum, quod potuisset fieri etiam parte non citata, quia hoc non obstante pars debet citari, aliàs laudum est nullum.

Item dicit prædictum laudum esse iniquissimum, & in enormissima, & excessiua quantitate contra ipsum; nam nec per acta, nec aliquo alio modo constat ipsum Martinum ad aliquid parti aduersæ teneri, nec in grano, neque aliquam terram partis aduersæ tenere seu possidere. vnde debebat absolui, & cùm fuerit condemnatus ad 40. coppas grani, & restitutionem terrarum, de quibus in d. laudo fuit enormissimè læsus in tota quantitate, cùm non teneretur nec ad vnam coppam.

Item dicit qualiter, quando vnus ex compromittentibus venit absoluendus, & Arbitratores ipsum condemnant, tunc dicitur maxima læsio, & enormis-
16 sima, & tali casu arbitratores dicuntur esse in dolo, & eorum dolus apparet in actis, quia qui scit se ad aliquid teneri, & illud non facit, dicitur esse in dolo, l. dolo, ff. mand. & communiter Doct. & non solùm læserunt in maxima quantitate vt supra, sed etiam fuerunt in lata culpa, quæ æquiparatur dolo, quam latam culpam, & dolum præsumptum ipse Martinus allegat. Quare petit, quòd non obstantibus quibusuis renunciationibus, iuramento, & clausulis, dictum laudum reducatur ad arbitrium boni viri, & quod pronuncietur pessimè laudatum, & arbitratũ. Et quod ipse Martinus absoluatur, & pars aduersa tamquàm temerè litigans in expensis condemnetur, l. eum quem temerè, ff. de iudic.

Petrus Henriquez V.I.D. Hispanus.

CONSILIVM XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina non succedit in feudis, si est dotata ab eo, cuius erant feuda*
2 *Fœmina semel exclusa propter masculos, perpetuò remanet exclusa.*
3 *Dispositio ab homine facta circa successionem feudi, est nulla.*
4 *Feudum quaternatum dicitur illud, quod ad collationem Regis pertinet, & est scriptum in quaternionibus, & in registro domorum.*
5 *Castrum omne in Regno existens, siue sit habitatum, siue non, dicitur feudum quaternatum.*
6 *Fœmina in feudo rustico succedit.*
7 *Casus, in quibus fœmina admittitur ad successionem feudi remissiuè.*
8 *Fœmina succedit in feudo empto, & acquisito per pecuniam.*
9 *Fœmina in feudo succedit, quando ex eo non præstatur seruitium personale, sed pecuniarium.*
10 *Pactum in feudis admittitur extraneum. & tenor inuestituræ est seruandus, licet repugnet naturæ feudi.*
11 *Tenor inuestituræ est inspiciendus in feudis, quia derogat omni iuri feudorum.*
12 *Feudorum natura est mobilis, & accidentalis, & verba inuestituræ sunt indifferenter interpretanda.*
13 *Assensus regij uerba sunt sequenda, sicut canis sequitur vestigia leporis.*
14 *Verba hæredibus, & successoribus quibuscunque in feudis, quomodo intelligantur, & quas personas comprehendat.*
15 *Fœmina descendens ex masculo succedit in excadentialibus feudi, etiam si concessio sit facta per se, & suis hæredibus descendentibus per virilem sexum.*
16 *Paragraphus dotata constitutionis, Vt successionibus, loquitur in feudo quaternato, & non in feudo de tabula concesso sub annuo redditu.*

EXcellens don Franciscus de Touar, Baro cuiusdam terræ in Prouincia Aprutii, citra, dedit, & concessit in anno 1545. in soluto, seu in pagamento, ducatorum ducentorum, de quibus, erat debitor Magnifico Didaco de Touar, quoddam territorium feudale dictũ la Mauna, cum certis alijs nominibus, situm in pertinentiis prædictæ terræ, tamquam excadentiale, & rusticum, & collectaneum cum onere, quòd pro collectis annuatim solueret carlenos decem pro feudali, seu Adoha: & quoties imponi contigisset Adoha per Regem pro aliquo bello, quòd solueret tarenos decem, concedens dictum territorium præd. Magnifico Didaco pro se suisque hæredibus, & successoribus cum potestate alienandi, permutandi, donandi, & in ultima uoluntate disponendi, ut ipsi Magnifico Didaco suisque hæredibus, & successoribus melius videretur, & placeret, Regio assensu interueniẽte, & quoties sic alienari contigerit, quòd assensus ipsius Baronis ex nunc, prout ex tunc intelligeretur præstitus & obtentus, ut latius ex lectura ipsius Priuilegij, & inuestituræ latius apparet.

Accidit, quòd concesso dicto territorio modo quo supra & possesso per prædictum Didacum regio assensu interueniente, prædictus Didacus ab hac vita decessit superstite sibi filio Laurentio, qui, vt filius, hæres, & successor possedit dictum territorium, & moriente dicto Laurentio, superstes remansit Alfonsus filius, & hæres, & successor prædicti Laurentij, & Cha-

& Chatarina eius soror, quæ post mortē dicti sui patris fuit ab ipso Alfonso eius patre maritata, & dotata, licet non fuerit de tota dote integrè satisfacta. Moriente demum dicto Alfonso sine filijs testatus est, & suam vniuersalem hæredem instituit d. Chatarinam eius sororem super omnibus bonis suis quomodocumque, & qualitercumque habitis, cum qua voluntate decessit. Nunc Regius fiscus prætendit dictum feudum fuisse, & esse deuolutum, & apertum tamquàm quaternatum Regiæ Curiæ, & quod dicta Chatarina soror prædicti Alfonsi tamquàm maritata, & dotata ab eodem Alfonso non potest succedere in præd. territorio feudali per constit. Regni incipit, Vt de successionibus in §. dotatæ, & coniugatæ sorores in feudo non succedunt, nec de iure commu
1 ni feudorum, quia † fœmina non succedit in feudis. & sic etiam fuit decretum per pragmaticam Reginę Ioannæ secūdæ, incipit Sanè pro parte mulieris &c. Ex parte verò dictæ Chatarinę dicebatur, quòd prædictum feudum non potest dici esse apertum Regiæ Curiæ, imò quòd ipsa virtute institutionis factę per eius fratrem est habilis ad succedendum in dicto feudo.

Quæritur modo quis est ex prædictis, qui ius foueat, & verum diuino auxilio implorato, licet super præmisso themate essent plura discutienda, quia casus est difficilis meo iudicio, attamen omissa discussione ponam, quid sentiam. Et mihi uidetur, quòd non obstante §. pręd. dotatę pręd. constit. Vt de successionibus, per quem cauetur, quòd fœmina nō succedat, si est dotata a fratre, quòd attenta forma inuestituræ, & ex eo quòd fuit hæres instituta, quod admittatur ad dictum feudum, & quod nullatenus sit deuolutum fisco. Nam licet in dicto §. coniugatę, seu dotatæ disponatur, quòd soror maritata, & dotata ab eo, de cuius hęreditate agitur, non succedat in feudo, sed filio aperiatur, vt ibidem per Isern. & Afflict. & Glo. & est decisio consilij 248. per multa iura supra allegata, & authoritates adductas, maximè cum vi-
2 nitur iure Longobardorum. Soror † enim exclusa semel propter fratrem remanet perpetuò exclusa: & dotata de Paragio, non succedit, quia in feudo succeditur iure legis, & non testatoris, taliter quòd omnis
3 † dispositio facta ab homine circa successionem feudi est nulla, ut determinatur in d. pragm. Reg. Ioannæ, incipit, Pro parte Magnificæ. Et quando viuitur iure Fracorum, soror maritata a fratre de bonis eius excluditur ab eius successione: et de iure Longobardorum si fuit dotata a fratre vel communi patre, vt ibi dicit Gl. Marini de Caramanico. attamen Doctor. ibi tenent, quod d. §. loquitur, & habet locum in feudis quaternatis, quæ immediatè tenētur a Rege, & est in quaternionibus Regiæ curię ascriptum. id
4 enim dicitur † feudum quaternatum, quod ad collationem Regis pertinet, & est scriptum in Quaternionibus, & registris donorum, vt dicit Afflict. in constit. post mortem, num. 2. de mor. Baron. nuncian. Re
5 gi. Et omne † castrum existens in Regno siue sit habitatum, siue non, dicitur etiam quaternatum, vt ibi dicit Affl. & de hoc vide eundem in decis. 282. orta lite, nu. 4. & 5. Et Puteum in suo tract. de reintegr. feud. in verbo veniamus igitur, fol. 2. sed istud feudum, de quo est quęsitum, non est quaternatum, imò rusticum, & excadentiale, & territorium burgensaticum, quia est cum onere soluendi collectas, & sic cessat dispositio d. §. coniugatæ in præsenti casu, vt patet in priuilegio, & in inuestitura.

Et nihilominus videtur obstare præd. Chatarinæ, quia licet præd. feudum sit rusticum, attamen fœmi-
6 na in feudo rustico minimè succedere potest, ut dicit tex. in c. 1. §. licet autem qui feud. dare poss. & in c. 1. §. filiam de success. feud. Paul. de Cast. in consilio 131. in antiqua editione. Spec. in tit. de feud. §. 2. uersic. 23. Alex. in cons. 29. lib. 1. Ludou. Rom. in sing. in ver. feud. & in ver. fœmina. Sed ad hoc responderi
7 multipliciter potest, quia † licet regulariter fœmina excludatur a successione feudi, attamen in pluribus casibus admittitur, quos casus ponit Spec. in tit. de feud. §. 21. vers. 21. & 25. & Bald. in c. hæreditati, qui feud. dat. poss. & Curt. in tract. de feud. in Rub. quomodo succedant fœminæ in feudo, ubi enumerat sexdecim casus, in quibus fœmina non repellitur a success. feud. & maximè in sexta fall. & inter alios ponit,
8 quòd † fœmina succedit in feudo, per pecuniam empto, & acquisito. Et dicit quod hoc est dictum Odofred. in summa sua in tit. qui poss. succed. in feud. vnde cum hoc feudum sit rusticum, & non quaternatum, & emptum in ducatis ducentis præd. Chatarina debet admitti ad successionem ipsius feudi, quia feudum pecunia emptum dicitur improprium. Item
9 quod † femina in feudis non succedat, non habet locum, quoties seruitium, quod præstatur domino, non est personale, sed pecuniarium, nam tunc ita succedit femina in feudis, sicut Masculus, quando non extat masculus, ut tenent Doct. ubi supra, & maximè Bal. in d. c. decedēti. sed hoc feudum fuit concessum sub feudali §. pecuniario siue adoha decem tarenorum, quia adoha ita solui potest per feminam, sicut per masculum, ergo præd. Chatarina in eo succedere potest. ex hoc apparet, quòd non debeatur seruitium personale, dum dicitur sub feudali pers. seu adoba, quæ dictio seu est alternatio, & sufficit alterum adimplere.

Item non procedit, quando tale feudum est hæreditarium, & ex principali Prouidentia, & pacto concedentis fuit concessum feudatario cum facultate, quòd liceat feudatario alienare, permutare, testari, & facere de eo ut sibi & hæredibus, & successionibus placuerit, nam sic concedendo prout fuit concessum ipsi Magnifico Didaco primo acquirenti pro se suisque hæredibus, & successoribus, fœmina potest suc-
10 cedere non extante masculo in feudo, quia † pactū etiam in feudis, extraneum admittit. c. 1. & fin. quid sit inuestitura. In uestiturę enim tenor seruandus est, licet repugnet naturæ feudi c. 1. in fi. de ducto. fratribus a c. inuest. quem Bal. dicit notandum, quia tenor inuestituræ derogat cuicunque naturæ feudorum. ad idem est tex. in cap. 1. in fi. de succes. feud. idem dicit Bal. in pręlud. feud. in 4. diuis. & idem Bal. in c. 1. §. denique, quę fuit causa pri. sen. ami. ubi dicit quod forma inuestituræ præcisa est, & ab ipsius tenore nō est discedendum, & Martin. Lauden. in c. 1. in 1. col. qui feud. dare poss. dicit, quòd istud est precipuum in
11 feudis, vt † primò inspiciamus tenorem inuestiturę, qui derogat omni iuri feudorum. Rom. in consi. 303. incipit uiso tenore inuestiturę. Alex. consi. 300. incipit omne datum optimum. in prin. 1. lib. Curt. in cons. 49. in tertia compilatione dicit, quòd in his, in quibus

quibus natura feudi per pactum, & concessionem al
teratur, alterata sit, in aliis autem firma remaneat.
idem per Bal. in loco præallegat. præl u. feud. in 4. di
uis. per tex. in cap. 1. §. præterea quid sit inuestitura,
Isern. in c. 1. in tit. quib. mod. feud. amitt. Bald. in c.
1. per quos fiat inuestit. Curt. in d. tract. in 2. par. in
quæst. an appellatione filiorum in feudo ueniant ne-
12 potes, ubi dicit, quòd † natura feudorum est mobi-
lis & accidentalis. Et pacta, & inuestituræ propriam
feudi naturam transmutant, quia ex partium conuē-
tione, vt contractus, legem accipiunt, l. contractus, ff.
de regul. iur. l. 1. §. si conuenerit, ff. depos. subdens,
quod natura feudorum accedit naturæ verborum,
& inuestitura regulatur ab ea. Et quod verba inue-
stituræ sunt indifferenter interpretanda, & non re-
stringenda, Bal. in consil. 116. 1. vol. Ex quibus om-
nibus patet succedere posse, & debere præd. Alfonso
eius fratri, licet aliàs de iure fœmina in feudis non
succedat. Et hoc, attento tenore d. inuestituræ, in qua
inuestitura dominus concedens potuit sic permitte-
re, & concedere, & potuit sibi præiudicare, ut consu-
luit Curt. in cons. 4. post tract. de feud. maximè, quòd
Regius assensus fuit sequutus, ut patet ex priuilegio
13 assensus, cuius † verba sunt sequenda, sicut canis se-
quitur leporis vestigia, vt ait Bart. Camer. in repet. c.
imperialem, fol. 22. sub litera l. de prohibita feudor.
alien. per Feder. quem regium assensum sufficit alle
gare, cum sint anni 60. quod fuit præstitus, & sufficit
tempus 30. annorum ad hoc, vt præsumatur. vt dicit
Iser. in c. si quis per 30. in vers. feud. & tenet Bart. in
l. cum de inuerso, ff. de vsur.

Et si ex aduerso diceretur, quòd posito, quòd sit
cōcessum, quod possit testari, & disponere de tali feu
do, intelligendum est, quòd possit relinqui personis
approbatis, & habilibus ad succedendum, & non fę
minis, quę omnino sunt incapaces feudorum, sed ma
sculis, qui capaces sunt, ne sequatur, & dicatur princi
pem voluisse transmutare naturam feudi. Responde
tur enim, ꝙ attento tenore, & forma inuestituræ, vbi
dr̄ quod præd. Magnifico Didaco, suisq; hæredibus,
& successorib. concedimus feudum, quibus liceat de
ipso testari, permutare, alienare, & donare, sicut ipsis
videbitur, & placebit, & attentis suprad. verbis gemi
natis, & prægnantib. vr̄ quod talis licentia sit conces
sa, ēt quoad personas aliàs inhabiles, & extraneas. si-
cut qn̄ dr̄ in inuestitura hæredibus quibuscumque,
vel quibus dederit, quia tunc etiam ad fœminas tran
sit, vt pulchrè consuluit Curt. in consil. 4. post tract.
feud. col. 2. & hoc casu præd. Chatarina, non dr̄ suc-
cedere præd. suo fratri vltimò decedenti, & testanti:
Sed præd. Magnif. Didaco primò acquirēti, qui sibi,
& hęredibus, & successorib. per prouisiones Baronis,
& Regis sic recepit, & habuit, & tale feudum reman
sit propterea hæreditarium. Et tñ non ex mero iure
hæreditario succedit fęmina præd. Chatarina, sed pri
cipali prouidentia inuestituræ, arg. l. si arrogator, §. si
impuberi, ff. de adopt. Comprobatur etiam. nam illa
14 † verba hæredibus, & successorib. idem importāt, &
de proprietate sermonis idem importat includendo
quemlibet hęredem, l. sciendum, ff. de verb. oblig. ita
ēt verbum successorib. l. quædam, §. his aūt, ff. de edē.
l. pater, §. mater, ff. de leg. 3. & ne illud verbum suc-
cessorib. sit superfluum, debet intelligi de quibuscum
que successor, etiam extraneis, vt per Bal. in c. Impe-
rialem, in princip. de prohib. alien. per Feder. & hoc
propter verba geminata, vt consuluit Soc. in consil.
266. incipit, In causa quæ vertitur in 1. par. col. 15.
Alex. in cōs. 198. incipit, Ex themate in 1. col. lib. 2.
ubi dicit. quod illa verba geminata hæredibus, & suc
cessorib. specificè sunt habilia ad comprehendēdum
hęredes singulares, & particulares, qui aliàs non cō-
prehenderentur: ista. n. verba quibuscumque hæredi
bus, sunt habilia comprehendere extraneos, & lega-
tarios, vt dicit Bal. in l. 1. ff. de rerum diuis. & in c. 1.
de ꝓhib. feud. alien. per Feder. quem refert Paris, de
Put. in suo tract. de reintegr. feud. in uerbo, an si sit fa
cta cōcessio, fol. mihi 69. nu. 6. & 7. imo qñ non prę-
statur seruitium personale prout in casu nostro succe
dit fœmina, ut in c. 1. §. hęc autem, qui feud. dar. poss.
& in c. 1. de grad. success. & Put. vbi supra, nu. 7.

Præterea præd. Chatarina est filia præd. Laurentij,
& soror præd. Alfonsi, qui eam instituit suam uniuer
salem hæredem, & sic descendit præd. Chatarina ex
15 masculo, quo casu debet † succedere in præd. excadē
tialibus, ēt si concessio fuisset facta pro se, & suis hæ-
redibus, & descendentib. per virilem sexum. ita Bal.
in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de liber. & posthum.
Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua, uers. 146. quos re
fert, & sequitur Paris de Puteo in præd. suo tract. de
reintegr. feud. in uers. an si est concessa res particula-
ris, fol. mihi 70. in princ. & eo magis quod attenta in
uestitura, & concessione non est totum feudum, sed
territorium excadentiale, nec cēsetur propriè iure feu
di, cum in eadem concessione, ꝙ pro collectis soluan
tur annuatim caroleni decē. Et cū collectę soluūtur,
potius censendum est, quod sit territorium Burgen-
saticum, & non feudale. in quo intrepidè succedere
poterit pręd. Chatarina, ut hæres a fratre instituta, ex
16 cluso filio, non obstante d. §. dotatæ. quod † loquitur
in feudo quaternato, & non in feudo de tabula con-
cesso, non sub seruitio personali, sed sub annuo reddi
tu carlenorum decem. Et ideo pręd. Chatarinam re-
stituendam esse ad præd. territorium, & fructus inde
receptos, ex quo de facto ipse fiscus ipsam spoliauit,
& fructus præd. percepit, iam sunt duo anni elapsi,
quod fuit præd. Chatarina de facto spoliata ipsa com
parente penitus inaudita. Et ita de iure censeo, saluo
meliori consilio rectius, & melius sentientis.

Petrus Henriquez I. V. D. qui super præsenti du-
bio fuit consultus.

CONSILIVM XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Dominus dans, cedens, seu legans rem suam potest ap-*
ponere legem, conditionem, & pactum resolutiuū suæ
dispositionis, etiam si donetur Ecclesiæ.
2 *Res si aliud concedatur cum conditione, quòd talis res*
non vadat ad Ecclesiam, sed reuertatur ad suos, talis
conditio valet.
3 *Donatio non tenet, si conditio, vel modus appositus*
non adimpleatur.
4 *Quādo est apposita pœna et dies, nō pōt mora purgari.*
5 *Dolus præsumitur in eo, qui nō facit id, ad qđ tenetur.*
6 *Vbi non competit restitutio, nec etiā officium Iudicis.*
7 *Spoliatus per sententiam Iudicis iuris ordine non serua*
to habet remedium restitutionis, ac si esset spolia-
tus per priuatam personam.
8 *Quando Iudex per suam iuridicè processit ad aliquem*

immittendam in possessionem, ille qui passus est contra se talem immissionem, non restituitur.

9 *Sententia facit notorium.*

10 *Quando opponitur exceptio notoria, per quam probatur; quod spoliatus non habet ius, non restituitur.*

11 *Vbi excluditur exceptio, non intelligitur exclusa exceptio notoria, etiam si talis notorietas superueniat post latam sententiam.*

12 *Ignoranti non currit præscriptio, nec tempus, & quo.*

13 *Vbi militat præsumptio scientiæ, non datur restitutio post quadriennium.*

14 *Causa delegata duobus, sententia si fuerit ab vno eorũ lata, non valet.*

15 *Sententia, quando fertur pro spoliato, non potest dici, nec impediri ex capite nullitatis.*

16 *Valet transactio seu compositio sine solemnitate requisita super iure deperdito recuperando.*

17 *Quando Prælato sine scrupulo simoniæ aliquid dari possit.*

Magnificus Sempronius in ultimo cõstitutus, suum ultimum condidit testamentum, & inter alia legata reliquit certa bona Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Carmelo cum pacto, & conditione, quòd pro eius anima celebraretur quolibet anno in die sancti Gregorii officium solenne defunctorum in dicta Ecclesia. Et casu quo non celebraretur quolibet anno, quòd præd. bona deuenirent ad Monasterium sancti Dominici cum prædicto onere. Euenit casus, quòd non fuit celebratum dictum officium per biennium, quæritur an dicta bona sint deuoluta ad dictũ Monasterium sancti Dominici.

Et videtur prima facie dicendum, quod dicta bona non sint deuoluta ad d. Monasterium per text. in c. uerum, de condit. appos. ubi est tex. quòd quãdo relinquitur aliquid alicui ecclesiæ cum pacto, quòd fiat, uel celebretur aliquod diuinum officium, quod si non fiat, non propterea perditur legatum, nec potest reuocari, quia præsumitur factum contemplatione animę.

Facit etiam illud, quod dicitur, quòd non potest aliquis disponere, vel ordinare aliquid in prętudiciũ Ecclesiæ, tex. est in Auct. cassa & irrita, C. de sacros. eccl. & in cap. ecclesię sanctę Marię de constit.

Facit etiam pro hac parte, quòd semel Deo dedicatum, amplius ad humanos usus non debet reduci, in c. semel de reg. iur. in 6. nam est effectum sancta sanctorum illius Ecclesię, cui fuit primò dedicatum, & hoc disponit præd. c. uerum.

In contrarium est veritas, & præmitto in illius gratiam, quòd si alicui Sacerdoti fuerit legatum relictũ, si dixerit solemnia vnius missæ, vel dixerit certas missas, debetur legatum etiam si eas non cantet. Philip. Franc. in c. alma, §. adiicimus, de sent. exc. in 6.

1 Quo præmisso dico, ꝙ † dominus dans, & cedẽs, seu legans res suas pôt apponere legem, conditionẽ, & pactum resolutiuum suæ dispositionis, etsi donetur ecclesiæ, tex. est in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. oblig. Bal. & alii, in l. ea lege, C. de condit. ex causam, Bal. in c. clerici, 2. extra de iudic. & in c. quę in Ecclesiarum de cõstit. in 3. col. vers. sed hic quęritur, Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, cod. tit. col. 65. vers. 9. quæro, facit tex. in l. fi. C. de pact. inter empt. & vẽdit. & ex hoc Bart. & Castr. in Auct. ingressi, C. de sa

2 crof. eccles. dicunt, quòd † si alicui conceditur res in Emphyteosim sub conditione, & pacto, quòd non alienetur in ecclesiam, quod tali casu, et quod ille, cui relictum est, vel concessum prædium, intrauerit religionem, quod Monasterium non habebit illam rem seu prædium, & idem sentit Io. de Imola in suprad. §. ea lege, quod valet pactum in donatione rei, quæ fit ecclesiæ, quod si quolibet anno non soluerit onera imposita, liceat donatori propria authoritate auferre ab Ecclesia.

Facit etiam, quòd quis potest facere capellaniam cum hac conditione, quòd bona relicta ob officia per ipsum ordinata, si non fiant, redeant ad suos hæredes Io. Lupus in repet. c. per uestras de donat. inter virũ, & ux. fol. 20. versic. quinto quid.

Facit ẽt pro ista parte, tex. in l. in traditionib. ff. de pactis, vbi in traditione rei suę quilibet pôt apponere pactũ, seu conditionem non improbatã, quã noluerit & ad idem tex. in l. 3. C. de cõtrah. empt. ubi est tex. dicens, ꝙ sicut pfecta donatio facile rescindi nõ pôt, ita legi, q̃ suis reb. dixisti donens, patere conuenit.

3 Facit ẽt id, quod dr, ꝙ † qñ in donat. apponitur conditio, seu modus, qui consistit in dãdo, vel in faciẽdo, quod tunc non tenet donatio nisi cõditio, vel modus extiterit, uel adimpleatur, tex. est in l. quib. dieb. ff. de condit. & dem. & in l. qui hęredi, eod. tit. cũ ergo hic posita sit conditio in faciẽdo celebrari d. officium, & non sit adimpleta, cum cessatum fuerit per bienniũ, meritò bona debent deuenire ad d. Monasterium S. Dominici. & etiam qñ cõditio, vel modus est appositus in non dando, uel in non faciendo, tunc licet ualeat statim donatio, tñ si sit additum, ꝙ cessante conditione, vel similibus verbis, poterit reuocari. prout est tex. in d. c. verum, in finalib. verbis, & ibi Inn. & est tex. in l. 6. tit. 4. in quinta partita, in legib. Hispanię, & in propriis terminis in celebratione anniuersarii, uel missarum tenet Io. Lupus in repet. Rub. c. per uestras, de donat. inter uir. & ux. in §. Et ex istis pôt inferri, uers. quod pôt quis facere, cas. 20. in ult. col. & Imol. in c. cum dilecti, nu. 9. de don. Vnde dicit Iason in d. §. & lege in vlt. col. ꝙ si aliquis instituat hęredẽ hospitale, vel alteram personam cum conditione, ꝙ priuetur hæreditate, si alienauerit res hęreditarias, ꝙ si alienauerit aliquam rem, licet non totam hęreditatẽ, ꝙ nihilominus priuabitur tota hęreditate, quia illa priuatio conditionalis; si bona alienabuntur, facit, ut sub contraria cõditione institutio facta intelligatur, videlicet, si dicta bona non alienabuntur, l. legatum pure, ff. de adim. legat. l. pecuniam, ff. si cer. pet. ergo cũ non fuerit factũ officiũ pd. quolibet anno, merito ex dispositione testatoris bona reuerti debent ad pd. Monasterium S. Dominici. Nec potest dici, quòd debuit Prælatus, & Capitulum moneri, ut vult text. in Auth. de hęred. & Falc. §. si quis aũt nõ implens, ubi est tex. & ibi Ang. ꝙ ad hoc, ut quis priuetur dominio rerum suarum, dẽt prius moneri, ut adimpleat, quod sibi impositum est: & aliqui volunt, quòd bona monitio pcedat. ut ibi refert Gl. in d. §. si quis aũt non implẽs coll. 1. de qua materia uide Paul. de Cast. in cõs. 157. Ludou. Bologn. in l. si finita, ff. de dam. infecto, col. 3. tñ hoc non procedit in casu nostro, in quo fuit

apposita

appoſita dies,& pœna, & vltra procedendo ad priuationem legati, ſi non fiat Gozzad. in conſ.34. nu.7.
4 vbi dicit, quòd † quando eſt appoſita dies,& pœna, non poteſt purgari, nec requiritur aliqua monitio. nec in iſto caſu dici pōt,quod negligentia Prælati nocuit eccleſiæ,quia quando donans Eccleſiæ,appoſuit pactum,vel conditionem, quòd ſi nō fiat,quod diſpoſuit,eccleſia perdat res datas, tunc dicitur priuata ex voluntate dantis,quaſi dederit ad tempus, videlicet, donec obſeruet pactum,vel conditionē, vt per Doct. in d.l.ſi ita quis.§.ea lege,ff.de verb.oblig.& ibi Iaſ.

Sed dubitatur,an detur reſtitutio in integrū præd. Eccleſiæ Sanctę Mariæ aduerſus ſniam contra ipſā latam,vel ſaltem officium Iudicis? Et non aliter arguendo,ſed ipſam veritatē proſequendo, dico, quòd non debet concedi prædicta reſtitutio in integrum, nec officium iudicis pp negligentiam Prælati. Nam ipſe Prælatus præd. Eccleſię,ſiue eius Capitulum fuit in dolo in non faciendo celebrari d.officium,cū do-
5 lus † præſumatur in eo, qui non facit id, ad quod tenetur, Bar. in l. tutor, qui repertorium in 2. col. in fi. ff.de admin.tut.& in l.dolus,& ibi Bar. & in l.Procur.§.dolo, ff.mandati,& Alex. in l.ubi,ff.de edēdo, cum ergo fuerint in dolo, non datur reſtitutio in integrum,l.ex cauſa,§.in commiſſum,ff.de min.& dolus in omittendo dicitur dolus pſumptus, Alex. in cōſ. 103.col.6.lib.1.Crau.in conſ.275.2.vol.nu.11.& ſic ex dolo pſumpto eccleſiæ,nec eius Capitulo cōpetit reſtitutio cōtra ſniam,nec contra ceſſionem, ſicut nec minori.eum eccleſia,& minor ęquiparentur, cui non datur reſtitutio adnerſus dolum in omittendo,l. ſi ex cauſa, §.nunc videndum, & §.ſi fuit commiſſa, ff.de min.& per not.in c.auditis,de reſtit.in integ.& Gl.in c.cum dilectus de ordin.cognit.i verbo ipſius, & Gl.in c.fi.de ſimon.& gl.in c.1.in ver.arg.de dolo,& cōtum.& in reg.delictum, de reg.iur.in 6. Paulus de Caſt.in conſ.259. vol.1.in fi. Aret.in conſil. 67.incipit Diligenter,& matnrè cōſiderato in antep. col.verſ.5.& vlt. Non obſtat illud,quod pro contraria parte eſt allegatum, quòd in præiudicium eccleſiæ non poteſt aliquid ordinari per ſuprad. Auth. caſſa, & irrita.nam illud intelligitur quando fit aliquid per ſuperiores ſtatuendo contra libertates Eccleſiarum. Secus in eſt in pactis,& diſpoſitionib. Prælatorum, quando donant vel relinquūt aliquid Eccleſiæ, Bal. in l.ſi ita quis,ff.de pact.inter empt.& vendit.

Nec obſtat illud,quod fuit dictum,quòd ſemel dedicatum Eccleſiis amplius ad alios vſus conuerti nō poteſt,quia non hēt locum in pactis priuatorum,d.c. verum,Bar. in l.1.de pignor. Barbat.& alij in c.cum dilecti de donat.cum aliis ſimilibus.

l. Nec datur officium Iudicis cōtra præd. ſniam Vicarij, per quam declarantur bona prædicta competere
6 re Monaſterio S. Dominici,quia † vbi non cōpetit reſtitutio,nec & cōpetit officium iudicis, But.in c.ſępe de reſt.ſpol. Abb.in c.accedens,ut lit.non conteſ. Et eo maximè,quia a tpe latæ ſniæ,& a tpe datę poſſeſſionis non ſolū eſt elapſum quadriennij, uerum & tps annorū ſeptē,& ultra, qd tps quadriennij datur ad petendum reſtitutionē,ſiue aduerſus ſniam,uel aduerſus contractum, ſiue aduerſus tempus. Alber.de Roſa,& alij in l.ſi ſuper uacuam, C.de temp.in integ. reſtit.tex.in clem.1.de in integr.reſtit.& eſt deciſio Afflicti 175.incipit Vniuerſitas,quæ appellauit.

Viſo, q̄ non datur reſtitutio in integrum, nec conceditur officium Iudicis quo ad proprietatē, operæ precium erit videre, an detur rōne poſſeſſionis, quaſi Eccleſia ſit ſpoliata iuris ordine, quaſi non ſeruato. Et
7 prima facie vr̄ dicendum, quod ſic. quia † ſpoliatus per ſniam Iudicis iuris ordine non ſeruato habet remedium reſtitutionis, ac ſi eſſet ſpoliatus per priuatā perſonam, c.cauſam matrimonij, & c.cum cauſam vbi Abb.in 4.not.de off. deleg. l.meminerint C.unde ui.c.conquerente,de reſtit.ſpol. Bald.in conſ.134.in fi.incipit,copioſè lib.3.Soc.conſ.12.in 2.q.& conſil. 18.col.10.uerſ.non obſt.lib.1.Bal.in conſ.147.incipit, Spoliatus, lib.3. Butr.in conſ.62.incipit, hæc de duobus.

Contrariam tamē partem dico eſſe in caſu noſtro uerā,& primo, quia Vicarius Epiſcopi ſeruato iuris ordine ſententiam præd. protulit in fauorem Monaſterij,& d. Monaſterium in poſſeſſionem dd. bonorū immiſit,ut ex proceſſu apparet, quo caſu ſuccedit vera concluſio, quòd quando per ſentētiam iudex proceſſit iuridicè ad immittendum aliquem in poſſeſſionem bonorum alicuius, tunc qui paſſus eſt præd.im-
8 miſſionem, nō reſtituitur, quia † iudex hēt pſumptionem pro ſe, ita Oldrad.in conſ.224.incipit, Iſtę ſunt allegationes, col.5. Calcan.conſ.126.col.2.Dec.cōſil.449. col.pen. Iaſ.in l.3. §.fin. in fi. ff.de acquir. poſſ.& conſ.38.col.3.in fi.lib.3. Crauet. conſ.302. col.1.in fi.cum cel.ſeq.lib.2.

Præterea ſuper prædictis bonis de conſenſu Prælati,& Capituli Eccleſiæ ſanctæ Marię actitatū eſt ſuper petitorio,& ſeruatis ſeruādis reportauit ſniam contra ſe, quo caſu non pōt agere poſſeſſorio, nec remedio reintegrandæ poſſeſſionis per tex.in c.2.& in c.paſtoralis de cauſa poſſ.& propriet. & concludunt omnes Doct.in l.naturaliter,§.nihil commune,ff.de acqu.poſſ. Et ratio eſt, quia ex quo eſt publicatum,& lata ſententia contra petētes ſe reintegrari ſuper proprietate notoriè conſtat de iniuſtitia eius, cum ſen-
9 tentia † faciat notorium, l.emptorem,ff.de act.empt. cap.veſtra,& c.fin.de cohabit.cleric.& mul. quę ſententia,& proceſſus originalis eſt in promptu oſtenſa, & quando notorium eſt, quòd petens ſibi poſſeſſionem reſtitui, non fouet ius, non reſtituitur, cap.ad decimas de reſtit.ſpoliat.lib.6. cap.ſignificaſti de diuort. Innoc.in cap.conſtitutus,de filiis presbyt. Abbas in d.cap.paſtoralis, Alex.in conſil.77.in 2.uolu. incipit, In cauſa,& lite uertente, col.pen. uerſ.comprobato. Et ſic cum de iniuſtitia prædicti Prælati cōſtet per proceſſum, & ſententiam iſtam diu tranſactam in rem iudicatam, conſtet de notoria iniuſtitia, non debet reintegrari, nec reponi in poſſeſſionē prædictorum bonorum. Et ſi dicatur, quod hoc procedit quando Spolium aſſeritur fuiſſe ante ſniam, ut dicit Abb.in c.literas,3.col.uerſic.ſed aduerte de reſtitut. ſpol.& non de ſpolio facto poſt ſententiam. Nam ad hoc reſpondetur, quòd de hac aſſerta ſpoliatione poſt ſniam non poteſt reſtitui. Oldrad.in d.conſ.224. Gemin.in conſ.146.nam quando contra ſpoliatum obijcitur exceptio, quæ non requirit probationem ad impediendā reſtitutionem, tūc ſpoliatus nō reſtituitur, Bal.i l.ſi de proprietate, ult.col.C.ſi nō a cōpet.iud. Oldr.in conſ.174. incipit, In cauſa, q̄ vertitur ſuper diœceſ.col.2.& cōſ.223.incipit, Iſtæ ſunt allegationes. Idē tenet Inn.in c.cū ſuper, de renunc.ubi dicit

quòd si est facta spoliatio a Iudice, spoliatus non restituitur, quia non requiritur noua probatio, arg.l.si quis a se fundum, col.pen. C.vnde vi. Lanfranc. in repet. Rub. de causa poss. & propriet. decima limit. Dec. consil.123. in causa, quæ agitatur, colum.5.in fi. Claudius, & omnes repetent. in d.§.nihil commune, circa secundum membrum, Bar.& ibi Aret.dicit,
10 quòd † quando opponitur exceptio notoria, per quã probatur, quòd spoliatus non habet ius, non restituitur, cap.ad decimas de restit.spoliat.cap. significasti, de diuort.& plus dicit ibi, quem omnes alij sequun-
11 tur, φ † vbi excluditur exceptio, non intelligitur exclusa exceptio notoria, et si talis notorietas superueniat post latam sniam. & facit c.2.extra de purg.vulgar. secundum vnum intellectum Innoc.in c.fraternitatis de frigid.& malefi. Abb. expressè in c. literas de restit.spoliat.& alij repetentes in d.§. nihil commune. Et facit l.meminerint, C.unde ui.a contrario sensu, in uers. sine iudicio.ubi dicit, quod spoliatus sine iudicio restituitur, ergo si cum iudicio, & ordine iuris seruato mediante sententia diffinitiua fuerit spoliatus, non restituitur. faciunt ea, quæ notantur per Crauet. in cons.202. volu.2. Soc.in cons.32.& 66. tum.11.& 13.in 2.volum.ubi in hoc casu loquuntur melius, quàm alij Doct.

Præterea, qñ quis cecidit a possessione ex iusta causa, non habet remedium, c.reintegranda. nec aliud remedium, Inn.in d.c.sæpè post medium, & ibi Ant. de Butr.circa pen.col.Io.Calder.in d.c.cum ad sedẽ. Lap.in alleg.52. sed ista Ecclesia sanctæ Mariæ cecidit non iniustè, sed ex iusta causa, & culpa administratorum, & negligentia ipsorum a possessione prædictorum bonorũ. Ergo non poterit intentare remedium, d.c.reintegranda. φ loquitur de spoliatis, & eiectis, quæ uerba innuunt molestiam. Et quando ex negligentia prælatorum, & facto ipsorum perditur possessio, ut in casu nostro, non datur remedium, c.reintegrãda, vt tenet in specie, Butr.in c.accedens, 1.ut lit.non contest.& ibi Host.& idem Butr.in d.c.sæpè et firmat Soc.in cons.266.nu.21.uol.2.

Nec obstat, si dicatur φ ecclesia dato, quòd priuetur possessorio ex negligentia Prælatorum, & quòd propterea non detur remedium, c.reintegrãda. tamẽ non pôt inficiari, quin detur remedium per officium iudicis, Innoc.& omnes in d.c.accedens,& ibi communiter omnes Doct.& Soc.in d.consil.nam potest responderi, vt respondet præd.Butr.in d.c.accedens, quòd tale officium iudicis competit Ecclesiæ absenti, uel minori, eo casu quo eis competit restitutio in integrum, secus quando non pôt restitui.nã tunc nec eis subuenitur per prædictum officium iudicis, pro ut sumus in casu nostro, in quo non conceditur restitutio, ut supra est ostẽsum, stante maxime lapsu quadriennii post latam sententiam, ut uolunt Io. Andr.& communiter alii in d.c.1. de rest. in integ.et in c.1.2.de præscr.in 6.et si diceretur, quòd ecclesia non ha-
12 buit notitiam, & quòd † ignoranti non currit præscriptio, nec tempus, l.fi.& ibi Bart. C.qui milit.lib.12. saltem ut possit petere restitutionem in integrum, Felin.in c.uigilanti, de præscr.in 1.col. seu quod eidem competit restitutio, quod negatur expressè. Nã Prælatus, & Capitulum sciuerunt, & scire potuerunt infra tot annos, ut deponunt notarius Ioannes de Massimo, & Tiberius Tuffus, Franciscus de Leo-

p. do, & alij testes super 6.articulo.

Præterea in præd. Ecclesia, imò in omnib. ecclesijs ipsius dioecesis sunt libri, in quibus annotantur, & reperiuntur annotatæ omnes præbendæ, & possessiones, & territoria ipsius ecclesiæ, & legata pia, & causæ pp quas fuerunt relicta dicta legata, ut probatum est, per quam plures testes super 7.articulo. in quib. libris quotidie uident, & uidere possunt bona ipsarum Ecclesiarum, & præsumuntur scire ea, quæ indagare tenentur, de quibus præsumũtur habere notitiam, in reg.ignorantia, de reg.iur.in 6.in c.cum venerabilis de excep.& si ignorauerint, fuerunt in crassa, & supina ignorantia, quo casu eis non succurritur, Bart.in l.1. C.de sent.aduer.fisc. Imol.in cap.fi. de præscript. col.30. per l.nec supina, ff.de iuris, &
13 facti ignor. & vbi † militat præsumptio scientiæ, non datur restitutio post quadriennium, Fel.in c.vigilanti, de præscript. vers.limita 3. Alex.in cons.95. viso processu causæ, 2.vol. Curt.cons.81.in fine. Sed Prælatus præd. ecclesiæ tenebatur inuestigare diligẽter, & scire bona suæ ecclesiæ, & maximè ea, quę sunt de mensa, & præbenda ergo præsumitur sciuisse, & ideo non competit ei restitutio in integrũ, nec officiũ iudicis pp præsumptam scientiã, & lapsum quadriennii. Nec obstat sententia lata super possessorio in fauorem ipsius ecclesiæ S.Mariæ, quia præd.sententia est nulla, nã cognitio præd. causæ, & eius decisio fuit commissa Reuerendis Vicario, & Archidiacono, qui insimul vt delegati cognoscerent, attamen snia asser
14 ta fuit lata per Vicarium solum, quo † casu snia nõ valet tex.est in c. prudentiam, & c.cum causa, de officio deleg. Præterea cùm prædictus Vicarius olim processisset ipse solus sine interuentu, & scientia Archidiaconi eius condelegati fuit allegatus suspectus ex præd. causa, & ex alijs causis nominatis in compartitione. Et non obstante dicta suspitione allegata, processit ad sententiam. quo casu sentẽtia etiam est, & fuit nulla, Bart. in l.quia poterat, ff.ad Trebel. Licet Innoc.in c.cum specialis de app.dicat, quòd non meminit se legisse, quòd processus sit nullus, tamen contrarium tenet idem Bart. in l.vn. C.si quacumq; potestã sit præd. Azo.in hapertissimi, C.de iudic. in Glo.in verbo executore, vbi dicit expressè, quòd Iudex recusatus, ut suspectus, desinit esse Iudex, & idẽ quod Bart. tenet Host.in d.cap.cum speciali, Bald.in cap.suspitionis, de off.deleg. Et maximè in casu nostro sententia fuit nulla, cum super dicta suspitione fuisset habitus recursus ad Arbitros, vt not. Ang. in l.1.ff.nihil innou.app.pend.

Nec obstat, φ in præsentiarum dicitur per præla-
15 tum nouũ ipsius Ecclesiæ, quòd † qñ snia fertur pro spoliato, quòd nõ pôt dici, nec impediri ex capite nullitatis, vt est decisio Rot.in antiquis.96. quia ibi Rot. dicit hoc procedere, quando esset quis spoliatus, non seruato iuris ordine: secus qñ fuit iuridicè spoliatus, vt in casu nostro mediante snia diffinitiua, per quam fuit declaratum præd. bona pertinere ad præd. Monasterium uirtute præd. legati, & qñ res peruenit ad eum, ad quem de iure spectat, ut in casu nostro per testamẽtum, per non obseruantiã cetteris appositis in 2. legato, tunc non dr spoliare, sed retinere, tex.est, & ibi Doc. in l.si quis emptionis, §.1. C.de præscr.30.ann. Spec. in tit.de cess.act.§.1.col.18.vers.nam interim, Abb. & Petr.de Anchar.in c.2.extra de ord.cognit.

Præte-

Præterea dato, quòd immissio facta de præd. bonis in fauorem ipsius Monasterii non ualeret, prout ualet, poterit præd. Monasterium, prout in præsentia rum petit de nouo confirmari per ea quæ dicunt Aug. Alex. & Moderni in l. si finita in prin. ff. de damno infecto, ubi dicunt, quòd quando aliquid debet fieri, & fit minus iuridicè, & petitur rescindi tamquam non ritè factum, tunc is pro quo fuit factus actus, poterit petere, quòd de nouo confirmetur, & non tenetur restituere, & eo maximè in casu nostro militat, in quo Prælatus antecessor, seu prædecessor huius Prælati, qui in præsentiarum est in d. Ecclesia cognoscens in iustam causam fouere ante prolationem præd. sententiæ cessit liti, & causæ, vt apparet per eius comparationem præsentatam sub die 10. Aprilis, & licet dicatur, quòd talis cessio non ualuit tamquàm facta de re Ecclesiastica sine solemnitate requisita, de qua per Abb. in cap. contingit de transact. dico quòd non obstat, quia ista non est propriè alienatio, sed est quædam renocatio ex voluntate legantis, qui potuit hæc legem imponere in rebus suis, quas legauit, vt in iuribus superius allegatis, & Card. in c. verum de for. comp. & ibi alij canonistæ, & Barbat. ibi col. 40. opponit contra prædicta. Facit, quod dicit Innoc. in c.

16 statuimus de transact. quòd † valet transactio, seu cōpositio sine solemnitate requisita super iure deperdito recuperando, et sine consensu superioris per c. 1. de pact. in 6. vbi quando res redit ad suam debitam naturam, & debitum finem per aliquod pactum, tūc valet pactum, & non datur restitutio etiam ex capite læsionis: cum firmetur ex dispositione iuris, arg. tex. in c. ab exordio 35. d. & arg. l. primæ, C. de his qui venæ ætatis impetr. cum ergo per præd. cessionem bona fuerint deuenta ad prædictum Monasterium vigore legantis, & ex disposit. d. c. verum, de cond. app. modo ualuit præd. cessio sine aliqua alia solemnitate per ea, quæ dicit Paul. de Cast. in consil. 118. nu. 8. usque in finem 1. vol. Bart. in l. finalitem, ff. de pact. & in l. 2. ff. de reb. eorum.

Nec obstat, quod ultimo ex aduerso allegatur dicendo, quòd talis cessio non fuit valida, cum præd. Prælatus acceperit ducatos quinquaginta, vt cederet liti, quia hoc est in terre figuratum, & non probatur.

17 Et quando † hoc esset verum, prout nō est, licitè potuit præd. Monasterium aliquid dare præd. Prælato causa redimendæ uexationis pro recuperatione prædictorum bonorum absque simonia, & non peccauit, ut dicit notabiliter Abb. in c. cum pridem extra de pactis, & eo maximè, quòd præd. bona non possunt dici in veritate esse de beneficio, sed potius sunt quædam eleemosina, ut celebraretur quolibet anno prædictum officium. Et si non celebraretur, quod præd. bona redirent ad Monasterium, prout fuerunt redacta mediante præd. cessione, & sententia, quæ licet fuisset iniusta, prout non est, ex quo tamen fuit ipso Prælato, & Capitulo citato in omnibus actis, & prædictum Monasterium immissum in possessionē, non datur restitutio in integrum ad dictam possessionem, Cranet. in cons. 202. & in 2. volum. & idem in consil. 134. & Monasterium præd. debet liberari a molestatione prædictorum, & Capituli, & Ecclesiæ præd. sanctæ Mariæ. Et ita de iure censeo ego Petrus Henriquez V. I. D. saluo meliori consilio.

CONSILIVM XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Quælibet causa, & credulitas iniusta, siue temeraria excusat a dolo, & consequenter a pœna.*
2 *Bona fides ex iustis causis causata, excusat etiam semiplenè probata.*
3 *Testes quando sunt contrarij, maior numerus ipsorum testium vincit.*
4 *Testis de auditu licet non probet, tamen inducit præsumptionem taliter, quod transferat onus probandi in aduersarium.*
5 *Possessio probatur ex locatione, ex receptione pensionis, & pasculationis.*
6 *Possessio probatur per testes singulares, quia possessio est actus successiuus & reiteratiuus.*
7 *Seruitus præsumitur constituta, & ius pascul. undi, & ius pascua vendendi per decem annos.*
8 *Seruitus præsumitur constituta si allegetur.*
9 *Syndici, & electi, & consilium alicuius vniuersitatis repræsentant totam vniuersitatem.*
10 *Promptiora sunt iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum.*
11 *Pascua licet transeuntibus assumere impunè, nisi aliter sit prohibitum per banna.*

In causa Vniuersitatis Montis Viridis cum Angelo Lofriano.

1 Q Vælibet † enim causa, & credulitas etiam temeraria, & iniusta non solùm excusat a dolo, sed etiam consequenter a pœna, l. igitur, §. potest, ff. de liber. causa. & ita dicit per illum tex. Curt. in cons. 20. col. 18. circa medium, imò fatua causa excusat Ang. in l. plagij, C. ad l. Flau. de plagiar. & ibi gl. & idē tenet Aret. loquendo in credulitate in cons. 80. in 1. vol. Ang. in l. 1. ff. de eo per quē factum erit, &. Bal. in l. 1. in fi. per illum tex. C. vbi causa status. di-

2 cit, quòd † bona fides ex iustis causis causata excusat. unde dicit Bar. in l. 1. §. non autem, ff. si quis testam. lib. esse iussus fuer. & in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt. quòd causa etiam mediocris excusat. & Alex. in consil. 115. vlt. colum. vers. quinimò, 4. volum. dicit, quòd etiam si prædicta causa non sit plenè probata, sed semiplenè excusat. & idem firmat Io. de Amicis, cons. 27. pen. col. sed Angelus Francus accusatus habuit iustā causam pasculandi, & bona fide pasculauit putans sibi licere, cum per antea hoies de Monte Viridi impunè pasculauerint in eodē territorio, in quo ipse pasculauit, & sunt soliti pasculare, & Officiales uendere pascua prædictorum locorū, & nulla prohibitio fuit facta hominib. præd. terræ ante pasculatio nē factam per animalia ipsius Angeli. Et quod hoies de Monte Viridi pasculauerint in d. territoriis cum eorū animalibus grossis, & minutis ante pasculationem ipsius Angeli. hoc deponit Paris Siccus, Cola Zillus, & Ioannes Mozoni, & alij q̄ plures testes.

Nec obstat, quod ex aduerso dicitur, quòd Paris, & Ioannes sunt falsi eo, quia nominant pro contestē

colam Gillum, & ipse Cola Gillus dicit, quòd num
quàm emit dicta Pascua volendo inferre, quod ex
quo contrarium dicit prędictus Cola, quòd Paridi,
& Ioanni non debeat dari fides, sed ipsi Colæ: & nó
aduertit pars aduersa ad decisiones legales volentes,
quòd quando vna pars producit plures testes, & duo
concordant, & unus contrariatur, quòd statur depo-
sitioni prędictorum duorum testium, & fides ipso-
rum non diminuitur propter depositionem illius, &
quando testes unius partis discordant, vel sunt con
trarij, debent reduci ad concordiam, si possunt: sin au
tem debet ferri sententia pro concordantibos dignio
ribus, & uerisimilia deponentibus, & pro numero
maiori. Nam tres sunt causæ facientes testes alios su
perare, uidelicet dignitas, numerus, & qualitas depo
sitorum. ut est tex. in l. 3. §. eiusdem, ff. de testibus, per
3 quem tex. dicunt Doctor. quòd † quando testes sunt
contrarii, quòd maior numerus uincit. & ita consu-
luit Alex. in consil. 166. 2. vol. in fi. uers. quod dato,
& loquitur in casu nostro in testibus vniusmet par-
tis, quando duo concordant, & vnus dicens contra-
rium discordat, & Glo. in c. in nostra de test. expres-
sè hoc firmat, & ibi Alber. & Felin. in c. cum tu de
test. in 3. col. uers. & procedit ista conclusio, nu. 8.

Præterea pars aduersa volendo intentionem suá
confirmare annullando dicta istorum testium duo-
rum in repulsis ponit filateriam, dicendo, quòd isti
tres testes per transitum firmaodo se de nocte dede-
runt damnum in dictis localibus, & quòd solnerut
quatuor carlenos pro pœna. Et dicit, quòd de prædi-
ctis quatuor carlenis loquuntur Paris, & Ioanoes,
cum asserát omnes testes deponere de eodem facto,
& non aduertit, quòd Cola Zillus dicit, quòd soluit
quatuor carlenos, & Paris, & Ioannes dicunt quod
soluerunt octo, & sic non est verum, quòd solutio o-
cto carlenorum fuerit pro damno dato. Et possunt
ista stare simul, quòd vna vice soluerunt pro damno
carlenos quatuor, & altera carlenos octo. Et de hoc
non iorerrogati dixeruot nihil Paris, & Ioanoes, sed
de condnctione dixerunt, & Nicolaus prædictus su-
bornatus, & subductus a prædicto Aogelo noluit di
cere veritatem, & sic creditur magis Paridi, & Ioan-
ni, quàm prædicto Nicolao in hoc, videlicet quod e-
merunt pasculum pro medietate a populo Montis
Viridis, & pro altera medietate a prædicto Angelo,
& benè concordant, quòd homines de Monte Viri-
di pasculauerunt in dictis locis, & hoc dicit prædi-
ctus Nicolaus in principio sui examinis, & prædi-
ctus Angelus habuit notitiam de pasculatione ipso-
rum testium, & homines de Monte Viridi, prout
dicit Paris super primo interrogatorio partis ad-
uersæ.

Et Vincentius Cosentinus in principio suæ depo
sitioois probat dicta localia communiter fuisse pascu
lata, & sic dum dicit communiter, intelligitur ab ani
malibus hominum de Monte Viridi, & ab animali-
bus prædicti Angeli, & suorum conductorum.

Item iste Vincentius deponit totam vniuersitatē
terræ præd. Montis Viridis, & præd. Angelum com-
muniter vendidisse præd. pascua, & precium recepis
se, dum dicit: *Sono stati partiti i danari per metà tra l'Vniuersità di Monte verde, & tra Angelo Friano*, &
sic ipse Angelus recepit peosionem, & M. Antonius
in principio sui examinis. Et idem probat Aodreas
Arduinus, & Marcus Simeonis, & Xanthus Genti-
lis alius testis dicit, quod homines electi dè Monte
Viridi, & præd. Angelus, quando emit M. Antonius
ab ipsis d. pascua, designarunt, & ostenderunt coofi-
nia localium. Et sic ecce quòd apparet de scientia ip-
sius Angeli, & Vniuersitatis præd. Montis Viridis,
& idē testis, qui deponit super 6. interrogatorio pro-
bant, quod illi de Monte Viridi pasculabant, & pos-
sidebant, & arabant dicta localia, & quod audiuit ab
ipso Angelo, quòd præd. localia sunt communia,
quod dictum de auditu multum confert in materia
4 ista, l. si arbiter, ff. de probat. nam † licet non probet,
tamen inducit præsumptionem pro eo, pro quo de-
ponit, & transfert onus probandi in aduersarium,
Archid. in c. hoc videtur, 22. q. 5. Rom. in sing. 341.
incipit testimonium de auditu, Felin. in cap. tam lite-
ris, de testib. & idem de auditu ab ipso Angelo depo-
nit Franciscus de Curtis super sexto interrogatorio,
5 & † ex locatione, & venditione pasculorum vnà cū
receptione pensionis, & pasculationis probatur pos-
sessio in casu nostro, l. qui vniuersis. §. quod per co-
lonum, & l. quãuis. §. si conductor, ff. de acquir. poss.
6 & † ad probandum possessionem, qui est actus suc-
cessiuus, & reiteratiuus, sufficiunt testes singulares,
quorum vnus dicat de vno tempore, & alius de alio,
& vnus de vno modo possidendi, & alius de alio mo-
do, vt eleganter vult Bart. in l. ob carmen. §. si testes,
ff. de testibus, quem omnes sequuntur, idem tenet Fe-
lin. in cap. licet ex quadam in 2. col. cum sequenti, de
probat. Ias. in repet. l. admonendi in 26. col. de Iure-
iur. quod intellige ad probandam possessionem non
limitatam certo tempore, de quo dicto uide ad d. P.
P. de Parisio ad Bar. in d. §. si testes. Et sic per testes
de Monte Viridi est probata possessio d. territorij, uel
quasi possessio iuris uendendi dicta herbagia pro me-
dietate, ac etiam pasculandi ut deduxi testes hoc pro-
bantes, ergo licuit Palmerio de la Fótana pasculare.
Cùm igitur sit probata possessio d. territorij per loca-
tionem, & receptionem affictus cum scientia, cōsen
su, & voluntate ipsius Angeli. Item pasculatio per
homines d. terræ Montis Viridis per annos decem
uel uiginti, & allegatus sit titulus concessionis, sequi
7 tur, quòd † ex diuturnitate decem annorum præsu-
mitur constituta seruitus, vel ius pasculandi, & ius
vendendi pascua dictorum locorum pro medietate,
vt firmat Bart. in l. 1. §. denique, ff. de aqua pluuiali
arc. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & in sua
disput. mulier habens &c. vbi concludit, quòd con-
8 stitutio seruitutis præsumitur præcessisse, si allege-
tur per ea, quę habentur in l. pen. C. communi. diuid.
& hoc firmat consulendo Franc. de Aretio in consil.
70. in fine, vbi in similibus hoc firmat, idem tenet
Bart. Cepoll. in tit. de seruit. pascen. in quæst. quanto
tempore præscribatur, & Bart. Veron. in tit. de iure
pascul. in d. q. qualiter probetur seruitus, vel quasi
possessio iuris pasculandi, vbi dicit, & firmat quod si
probetur, quòd syndicus alicuius vniuersitatis, qui
regit vniuersitatem, possederit, dicitur ipsa uniuersi-
tas possidere. Sed in casu nostro syndici, & electi de
terra Montis Viridis vēdiderunt pascua, & precium
receperunt vnà cum præd. Angelo, ergo ipsa vniuer-
sitas dicitur possedisse per receptionem pensionis, &
9 fructuum perceptorum per syndicos † ipsius Vni-
uersitatis, & eius electos, & consilium, quod, vt di-
ctum

ctum est, repræsentat totam ipsam vniuersitatem. gl. in Rub. c. quæ sit longa consuetudo, & Montaluus super l. 3. tit. 1. par. 5. in legibus Hispaniæ, & Palmerius qui pasculauit, licitè fecit, & per eum retenta est possessio pro Monte Viridi, Paul. de Castro in l. sicut §. siquidem vniuersitatis, ff. quod quisque iur.

Nec obstat, quod pars dicit, quòd testes solùm probant de venditione facta M. Antonio Zumbolo, & sic de vno actu, quia in hoc ipse errat. Nam vltra illam venditionem est alia venditio facta Paridi, & Ioanni per eos probata, ut apparet per depositiones ipsorum, vt supra est ostẽsum, vnde cum Palmerius sciuerit, & viderit homines de Monte Viridi pasculare, & syndicos, & electos ipsius vniuersitais uẽdidisse pascua dictorum locorũ, & precium recepisse pro medietate, sequitur quòd iustam habuit, & habere debuit credulitatem, & bonam fidem pasculandi, & propterea non tenetur ad aliquam pœnam, nec ad aliquod damnum, quia fecit pro conseruatione iurium d. terræ, cum etiam viderit alios homines d. terræ pasculare cum eorum bobus, & animalibus, & per eorum Officiales affidare animalia etiam extraneorũ, & affictum pro medietate recipere: quæ omnia sufficiunt pro absolutione d. Palmerii ab accusatione, & querela contra ipsum, per præd. Angelum instituta,
10 cùm † promptiora sint iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum, l. Arrianus, ff. de act. & oblig. & tanto magis, quòd fuit productum catastum pręd. terræ factum, iam sunt anni septuaginta, in quo extat descriptum, qualiter lo Marasiano, e lo Vallicello è territorio de Monteuerde, & per istud catastum habuit bonam fidem, & credulitatem, & potuit licitè pasculare, adeo quòd non solùm non tenetur ad pœnam, imò nec ad damna, quia non dicitur damnum conferre, qui vtitur iure suo: et Nicolaus, & Paris, & Ioannes in 7. artic. deponunt, quod præd. Angelus uidit, & habuit notitiam de pasculatione animalium hominum præd. terræ ratione uicinitatis, & conuersationis, ex quibus præsumitur habuisse præd. Angelus notitiam præd. Io. de Amicis in consil. 25. col. 4. vbi multa ad hoc allegat.

Nec animalia Dominici de Grillo potuerunt capi ex quo fuerunt inuenta in loco præd. de lo Vallicello pasculari, quia cum præd. Dominicus esset per
11 transitum, † & ibi pernoctaret, licuit sibi præd. animalia pascere per vnam noctem, per ea, quæ not. Andreas de Isern. in constitutione, cum per partes Apuliæ, & ibi per tex.

Et si diceretur, quòd pręd. locus erat bannitus sub pœna vnciarum quatuor, quòd nemo ibi pascularet, ut apparet per bannum magnæ curiæ ad instãtiam præd. Angeli emanatum de mense Martij proximè præteriti instantis anni, quo casu præd. Dominicus non potuit etiam per vnam noctem ibi cum suis animalibus pernoctare, vt dicit ibi Andr. nam ex quo tempore emissionis præd. bãni, & eius publicationis erat absens a dicto loco, & est exter, ut probatum est per quamplures testes examinatos super 4. articulo, non tenetur, ut ibi tenet Andr. argum. tex. in l. fin. C. de decret. ab ordin. facien. & bannum non ligat absentes, & exteros.

Et tanto magis quod præd. territorium solitum est affidari ab antiquo, ut deponunt Marinus de Mõte segali, Petrus de Stephano, & Nicolaus Frianus super 6. artic. quo casu præd. Angelus non potuit prohibere per bannum, quia videtur permisisse in futurum per patientiam tanti temporis, ut dicit Affl. in §. fin. de pac. tenen. & eius violat. in uers. feud. nu. 3. in fi. Ex quibus omnibus concludendum censeo prædictum Palmerium, & Dominicum, & alios accusatos non esse molestandos, imò absoluendos a præd. accusat. & præd. Angelum accusatorem in expensis, & in alijs damnis, & interesse passis per præd. accusatos condemnandum esse. Et ita de iure censeo. Saluo &c.

Petrus Enriquez I. V. D.

CONSILIVM XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio ad pias causas æquiparatur dispositioni inter liberos, & sic est fauorabilis.*
2 *Testis potest esse mulier in testamento, & ad pias causas, & inter liberos.*
3 *Monasterium habetur loco filij.*
4 *Pia causa est fauorabilis, & priuilegiata.*
5 *Testamento rupto, quia non solenni, debentur legata.*
6 *Legatum factum alicui Ecclesiæ, vel Monasterio cuiusdam nominis, & eiusdem nominis reperiuntur duæ ecclesiæ, siue duo Monasteria in illa ciuitate, debetur pauperiori: & si sunt æqualiter pauperes debetur Monasterio Monialium.*
7 *Impensa funeris dicitur omne illud, quod erogatur antequam corpus sepeliatur.*
8 *Legatum pium dicitur omne illud, quod pro anima relinquitur, & ibi multa exempla.*
9 *Bona dicuntur soluto ære alieno.*
10 *Legata pia debentur soluto ære alieno, & impensa funeris.*
11 *Legatum factum alicui, quando pecunia illa legata non sufficit pro adimplenda voluntate testatoris, authoritate Episcopi poterit commutari tale legatum in alium vsum.*

In nomine Domini Nostri Iesu Christi. Amen.

CIrca dubium ad me transmissũ, quo quæritur, an scriptura priuata manu propria quondam Marini de Luculo scripta sine interuẽtu aliquorum testiũm, necaliter publicata in præsentia alicuius Iudicis, & notarii siue testium, in quo reperiũtur nonnulla legata pro eius anima relicta Monasterijs sancti Laurentii, & sancti Antonini, ualeat, & seruari debeat pro eius ultima uoluntate, saltem quoad legata facta ipsis Monasterijs? Et omissis hinc inde, quæ dici, & allegari possunt, dico talem scripturam ualidam esse de iure quoad prædicta legata. Et prius
1 præsuppono, quòd dispositio † ad pias causas æquiparatur dispositioni inter liberos, & est ita fauorabilis, ut not. Bart. in l. 1. C. de sacros. eccl. Canonistæ in

cap.

cap.in præsentia,de probat.& propterea licet mulier
non sit idonea testis in testamento, vt in l.qui testa-
mento, §.mulier cum similibus, ff. de testam.attamē
2 † potest esse testis in testamento condito ad pias cau-
sas,ut dicit Bal.in l. 1.tàm in lectura,quàm in repet,
C.de sacros.eccles.sicut admittitur in testem in testa-
mento condito inter liberos,& idem tenet Petrus de
Anchar.in c.testes,de testibus, & quod causa pia sit
fauorabilis, sicut causa liberorum, uoluit d.Abb.in
c.1.de success.ab intestato,Alex.in consil.156. in 4.
uol. Sed nos habemus, quòd ultima uoluntas patris
manu propria ipsius scripta sine subscriptione testiū,
dummodo in ea sit appositum tempus.& nomina li-
berorum ualet inter liberos, ut in Auth.quod sine,
C.de testam.imperf.coll.3.in 1.not.Glo.& ibi Ang.
in l.fin.& in Auct.ibi posita C.familiæ erc. & eodē
modo debemus dicere in casu proposito, quòd talis
scriptura seruari debeat,quoad legata pia, cùm sit ap
positum tempus in ea, & sint expressa nomina Mo-
3 nasteriorum: & Monasteria † habeantur loco filio-
rum,ut in auct.nisi rogati,C.ad Treb.& in Auct. de
sanctiss.Episc.§. sed hoc in præsenti,coll.2.& uoluit
glo.not.in l.si ita quis,ff.ea lege,de uerb.obligat. &
In c.in presentia de probat.laté discutit Bart.in con-
sil.suis in consil.1.& hanc eandem opinionem tenet
Bar.in l.in testamento, ff.de fideicomm.libert. ubi in
propriis terminis tenet, & quærit de infrascripto ca-
su,uidelicet Quidam homo diues de Marchia cœpit
facere testamentum,in quo erat scriptum,quod in ta
li loco fieret Ecclesia; & pro ea construenda legauit
centum, qui ante perfectum testamentum decessit.
tutores filij nolebant facere adimplere uoluntatem
testatoris,an possint. Et decidit ibi Bar.quod sic per
illam legem.quia licet testamentum fuerit imperfe-
ctum ratione solemnitatis, probat tamen uolunta-
tem defuncti.& hoc idem tenuit ipsemet Barto. lo-
quendo in testamento inter liberos in l.si quis, ff.de
testam. & in l.fideicommissa, de leg.3. in §.1. quod
Abb.in c.1.de success.ab intest. extendit, & dicit il-
lud idem habere locum in dispositione ad pias cau-
4 sas. nimirum quia † pia causa est nimis fauorabilis,
& priuilegiata, de qua in Auct.similiter,C.ad l.Fal-
cid.& in l.1. C.de sacros.eccles. & in cap.cum esses,
extra de testam.

Pro hac parte facit tex in Auct. ex causa,C.de li-
ber.præter. & ex hered. secundum Card. & Butrig.
5 iu c.cum venissent de except.quòd † rupto testamen
to quia non solemne, debentur legata in eo scripta.

Pro hac parte facit text.in c. indicante de testam.
vbi disponit Greg.Nonus, quòd valet legatum fa-
ctum ad pias causas.maximè nudis verbis, & idem
disponitur in cap.relatum,1.de testam,& facit l.vlt.
C.de fideic. Sed extat dubium ex quo præd.disponēs
inter alia legata pia,quæ fecit, reliquit ducatos vigin
ti per hæc verba. Item *lasso al Monasterio di san Fran
cesco,ducati* 20. & in præd.ciuitate, in qua testator
commorabatur.sunt duo Monasteria Ordinis sancti
Francisci,quorum vnum est Monialium,alterum ve
ro fratrum Mendicantium, & vtrumque Monaste-
rium est pauperrissimum.cui istorum debeat applica
ri præd.legatum,text.in Auct.de Eccl.tit.§.si quis in
6 nomine coll.9.dicit, quòd † quando sunt duæ eccle
siæ, siue Monasteria eiusdē nominis, quod debeatur
in dubio pauperiori. Sed idem dicit Glo.in c.iudicā-
te supra alleg.sed quia sumus in æquè paupere,est di
cendum, quòd præd. legatum debeatur monasterio
Monialium. ita singulariter, Bal.in l.cum multæ, C.
de donat.ante nupt. Ias.in versic. ex maleficiis,in §.
sequens,num.48.inst.de act.sed quia in uestibus lu-
ctuosis factis fratribus, & consanguineis testatoris,
& in sepeliendo eius corpus,& in pulsatione campa
narum,& pro missis cantandis tempore,quo fuit da-
tum,& traditum eius corpus sepulturæ, fuerunt ero
gatę quàmplures pecuniæ, fit dubium an istæ expen
sæ, & pecuniæ sint deducendæ antequàm soluantur
7 legata pia. In quo ante omnia sciendum, quòd † im-
pensa funeris dicitur omne illud, quod erogatur an-
tequàm corpus sepeliatur, l.si quia, §.funeris causa,
& in l.funeris sumptus,ff.de relig.& sumpt.fun.c.in
nostra,de sepult.Feder.de Sen.consil.6. & ibi quare
dicantur funeralia, Card.in clem.dudum,§.verum,
de sepult.in 5.quæst. est etiam lex.12. tit.13. par.1.
in legibus Hispan.Paul,de Cast.in l.1.§.de impen-
sa,ff.ad l.Falcid.unde impensa,quæ fit in pulsatione
campanæ, in commendatione clericorum, & in in-
ductione corporis ad ecclesiam,& in apertura sepul
turæ,& in omnibus aliis prænarratis,dicitur impen-
sa funeris, sicut in oblationibus, quæ offeruntur, &
in uestibus luctuosis, & in cera, & missis, ut tenet
Ang.& Doct.& ibi Glo.not.in l.si ex re.§.fin.in gl.
fin.ff.de stipulat.seru.alia uero, quæ expenduntur se
pulto iam corpore, non dicuntur impensæ funeris,
pro quibus benè facit id,quod dicit Bartol. in l.cum
quidam, ff.de annuis legat. ubi dicit,et quærit, si te-
stator reliquerit, quod fiat in die suæ mortis una se-
ptima bannita,an debeat fieri semel,uel plures. Est
etiam secundo uidendum, quæ dicantur legata pia,
8 † & dicendum,quòd omne relictum pro anima,glo.
& Doct.in l.si quis Titio,ff.de leg.2. legatum liber-
tatis l.si quis seruum,§.fi.ff.de leg.2.legatum paupe
ribus relictum.Gl.& Docto.in l.illud, C.de sacros.
eccles. legatum causa dotis ab extraneo relictum l.
cum is.§.mulier,ff.de condic.indeb.de quo per Bar.
in l.1.ff.sol.mat.legatum pro redemptione captiuo-
rum.Ias.in præd.uers.ex maleficijs. Vnde redeundo
9 ad propositum est dicendum, quòd † de bonis testa-
toris ante omnia est soluendum æs alienum, cum bo
na non dicantur nisi deducto ære alieno.l. subsigna-
tum,§.bona, ff.de uerbor.sign. de quo uide Paul.de
Castr.in l.si quis seruum,§.fi.ff. de leg.2. Postea ue-
rò debet deduci funeris impensa l. Iulianus cū duo-
bus legibus sequentibus, & ibi Doct. ff.de relig. &
suorpt.fun. præd.l.12. in 1.par.in legib. Hispaniæ,
& etiam impensa facta causa infirmitatis est ante om
nia deducenda, Bald.in l.restituenda, C.de petit.hæ-
red. Alex.in l.fin. §.in comput. C.de iure delib.qua
10 † impensa deducta debent deduci, & solui legata
pia, Bart. & Paul.de Cast.in d.l.si quis seruum, §.fi.
& postea soluuntur legata non pia, nisi contrarium
appareat de mente testatoris, quod primò uoluerit,
& dixerit, quòd prius soluātur legata non pia quàm
pia, uel aliter constiterit per coniecturas, ut per Bar.
in d.l.si quis seruum,§.fin.in fi.& quia inter alia le-
gata extat unum legatum ducatorum quinquaginta
pro construenda capella in Ecclesia sancti Laurentii,
quę summa præd.ducatorum non sufficit nec est suf
ficiens ad constructionem d.capellę,cùm maior sum
ma requiratur,ut deponunt fabricatores,& alij peri-
ti in

ti in similibus fabricis, quærebant consanguinei, & alij succedentes ab intestato commutare præd. sum-
11 mam in aliud opus. in quo dico, quòd † ex quo præ dicta pecunia non sufficit, quod poterit conuerti in alium vsum pium, authoritate tamē Episcopi ipsius diœcesis per doct. Bar. in l. legatam, ff. de administr. ad ciu. pertin. & in l. vlt. ff. de oper. publ. de quo est videndus, Bald. in l. 1. C. de his quæ pœnæ nomine, & ibi addit. & uide singulare, Ludou. Rom. 475. incipit, legatum factum ad pias causas. Et ita de iure censeo, salno omni meliori iudicio.

Petrus Enriquez I. V. D.

CONSILIVM XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Societas potest contrahi dupliciter, scilicet tacitè, & expressè.*
2 *Societas omnium bonorum tam præsentium, quàm futurorum valet, si expressè dicatur.*
3 *Quæ faciant societatem præsumi esse cōtractam inter aliquos.*
4 *Actus non debet plus operari, quàm intentio agentis.*
5 *Societas vnius negociationis non porrigitur ad aliam negociationem.*
6 *Societas tacitè contracta extenditur ad actus sociales solummodo, & in commune facto positos, & non ad alios actus, etiam si sint vniformes.*
7 *Societas præsumitur contracta in fructibus rerum, quę communicantur, non autem in proprietate ipsarum rerum.*
8 *Fratres habentes bona communia, & alter eorum duxit vxorem, ex qua habuit mille, & alter est aduocatus, & acquirit ex aduocatione, & ponit in communi. alter vero ponit fructus dotis, quod talis communicatio non inducit societatem, neque in proprietate, neque in capitali.*
9 *Nascitur obligatio ciuilis inter patrem, & filium, & ista est communis opinio.*
10 *Obligatio ciuilis, & societas contrahitur inter patrem, & filium.*
11 *Societatis contractus est bonæ fidei, & Iudex in eius iudicio debet habere æquitatem præ oculis.*
12 *Ad diuidendas partes, & faciendas societates attendenda est opera, & industria personarum.*

MOrtuo Ioanne Porrecta superuixerunt Io. Baptista filius, & Hermolaus nepos ex altero filio ipsius Ioannis præmortuo, & ambo maiores, qui per uiginti annos, & vltra communiter uixerunt, & habitauerunt, & ut dicitur ad vnum panem, & unum vinum steterunt, & bona eorum patrimonialia in communi habuerunt, nec non & bona eorum uxorum matrimque, communiter vsufructuauerunt, & denique eorum industria, & laboribus eorum facultates amplianerunt. Et suprad. Ioannes Baptista habuit plures filios, quorum duo effecti maiores se exercuerunt, & industrias fecerunt, operasque posuerunt in communi. Item Ioannes Bapt. habuit officium actuariæ Curiæ Magnifici Domini Capitanei ipsius terræ per multos annos, & quolibet anno lucratus est ducatos centum, & plus: quod lucrum ipse Ioann. Baptista asserit partim erogasse in dotandis & vestiendis eius filiabus, & partim in emptione prædiorum facta suo proprio nomine, & non positorum, nec acatastatorum in catasto communi, & similiter suo nomine emit officium Portulaniæ suo nomine, & de sua propria pecunia a Regia Curia, & salarium fructus, & prouentus d. officii in maritandis suis filiabus, & nurib. & similiter emit prędia suo nomine, vt hæc omnia apparent annotata in libris ipsius Ioann. Baptistæ. Item fuit emptum aliud officium Catapanię de communi pecunia, & in communi positum, & introitus fuerunt in communi positi. Sunt emptæ etiam quædam possessiones de bonis, & dotibus uxoris d. Ioan. Baptistæ. Item fructus pręd ictorum prædiorum fuerunt consumpti, & positi in communi, & certum frumentum fuit etiam positum in communi de Molendino ipsius Hermolai.

Dubitatur modo an inter istos sit contracta societas omnium bonorum, adeo quòd officia, & omnia alia sint communicanda, quæ supra narrata sunt, & quæcumque alia bona quocumque colore, & quauis causa sint quæsita.

Item si filij præd. Ioannis Baptistæ uidelicet illi duo maiores debeant participare de superlucratis, & augumentatis.

Item si dotes datæ filiabus Ioannis Bapt. debeāt refundi, & reponi in communi, uel restaurari d. Hermolao pro medietate, & sic de omnibus aliis expensis, & de officio, & prædiis emptis an sint, uel debeāt esse communia inter eos.

In nomine indiuiduæ, & sanctę Trinitatis, amen. & Spiritus sanctus illuminet intellectum meum, & aperiat labia mea, ut proferam ueritatem. Quia materia, de qua queritur, est de præsumendo societatem, siquidē de expressa non apparet, quæ cūm quandoque sint leues, quandoque urgentes secundum factorum contingentiam, & varietatem, & quandoq; multæ insimul concurrunt, nimirum si varia senserunt excellentes Doctores, prout ex factis diuersimodè colligerunt, ex quib. ius oritur, l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. nos autem secundum punctum transmissum perstringemus materiam. Et prima facie videtur dicendum contractam esse societatem inter prædictum Ioannem Baptistam, & Hermolaum, quia tacitè potest contrahi per text. in l. societatem coire eum l. sequenti, ff. pro socio, facit tex. in l. 1. & in l. 6. tit. 10. par. 2. quia in legibus Hispa-
1 niæ, vbi Iurecōsulti dicunt societatem † posse contrahi, tacitè, & expressè, videlicet omnium bonorum, vel alicuius negociationis specificè. Et idem dicit l. 6. supra allegata, quod probatur, quia societas est cōtractus, qui consensu perficitur, & consensus verbis, vel factis declarari potest, l. reprehendenda, C. de instit. & substit. sub cond. fact. Præterea lex non prohibet expressè societatem omnium bonorum contrahi, ergo tacitè videtur permittere. Imò expressè hoc disponit, l. societatem supra alleg. & l. 3. tit. 10. par. 5.
2 vbi disponit, quòd † valeat societas omnium bonorum non solum præsentium, sed etiam futurorum, vbi est Glo. non obst. tex. in l. 3. §. cum specialiter, ff. pro socio, & ibi gl. vbi dicit specialiter, idest expressè & tex.

& tex.cum gl. in l.ex parte.§.filius reip.ff.fam.erc.
in uer. socij sunt ex conuentione. quia non negant
suprad. glo. quòd l non possit contrahi etiam tacitè.
sed uolunt quòd expresse contrahendo societatem
nunquam intelligatur omnium bonorum nisi, ex-
presse hoc dicatur. sed quando omnia communican
tur, tunc propter talem communicationem omnium
bonorum uidetur tacitè esse contracta societas, ut
est communis opinio omnium Doctorum. Cum igi
tur inter præd. Ioannem Baptistam, & Hermolaum
sint omnia eorum bona communicata, & maximè
illud quòd super lucratum est per ipsum Ioannem
Baptistam ex prędictis coniecturis, uidetur esse con-
3 tracta societas inter eos, & tanto magis, quòd † ratio
nunquam per annos 20. & plus fuit reddita, & ha-
bitatio insimul, & lucrorum in communi collectio,
& eius quod alter superlucratus est, & non reddita
ratio, faciunt societatem pręsumi, Oldrad. in l. Titiũ
& Mæuium. §.altero.de admin.tut. maximè con-
currente coniunctione naturali inter ipsos, cùm prę
dic. Hermolaus sit nepos carnalis ipsius Ioã. Bapti.
argum. l.procula, ff. de donat. inter uir. & uxor. l.quæ
arg. ff. solut. matrim. & sic omnia empta tam prędia,
quam officia uidentur esse inter eos communicãda.
nam dato quod emisset nomine proprio, tamen te-
netur illa reponere in communi, ut est tex. in l. si quis
societatem contraxit, ff. pro socio, & hanc partem,
quòd uideatur esse contracta societas omnium bono
rum, uidetur tenere Oldrad. ubi supra Bald. in l. si pa
truus: C. communia utriusque Iudic. Anchar. consil.
303. & consil. 300. incipit, quia quæstio modica, &
consil. 48. incipit, plura dubia, Ang. in consil. 112. in
cipit, bona acquisita, & consil. 85. incipit ex thema-
te in fi. Butr. in consil. 71. incipit, B. uidetur.

Prædictis attamen non obstantibus contrariam
partem puto de iure esse ueriorem. Et quòd non in-
telligatur esse contracta societas inter eos, saltem
quoad officia empta per ipsum Ioannem Baptistam,
& sic omnium bonorum. Et primò facit tex. in l. nõ
4 omnis, ff. si certum pet. ubi actus † non debet plus o-
perari, quàm sit intentio agentium, l. fin. C. ne uxor
pro marito. cum ergo pręd. Ioannes Baptista emisset
prædia, & officia nomine proprio, & instrumenta
cantent in eorum persona, per istum actum uidetur
iudicare & potius declarare eius animum, & uolun
tatem fuisse dissoluendæ societatis potius, quàm con
trahendę, & non communicandi præd. prædia, & of-
ficia, sed pro se tamquàm propria retinendi. facit etiã
pro ista parte, tex. in l. cum duobus, §. si cum duo erãt
5 argentarii socii, ff. pro socio. ubi † societas unius ne-
gociationis non porrigitur ad aliam negociationem.
& fuit tex. in l. si fratres, in princ. ff. eodem tit. & l. ex
parte supra alleg. §. filius. Quibus iuribus cauetur,
quod retentio hæreditatis in communi pro indiuiso
non facit societatem contrahi in aliunde quæsitis. Fa
cit etiam ad hoc tex. & ibi Bart. in l. 1. §. si is, qui hoc
interdicto, ff. de itin. actuque priuat. ubi dicit Bart. ad
limitationem eorum, quæ dicuntur per Cyn. & Ol-
drad. ibi, ubi dicunt, quòd inter fratres ex solo usu
contrahitur societas. Et sic tacitè dissoluitur, quòd sit
uerum in eo tantum, in quo apparet usus inter eos,
ut quia erant artifices, & communicabant lucrum il
lius artis, & in illa arte uidetur contracta societas, nõ
tamen in aliis emptionibus prædiorum, de quo vide
Alex. in consil. 78. in 2. vol. Castr. in consilio 185. &
eundem Alex. in consil. 24. vol. 1. & eundem Bar. con
sil. 37. colum. 2. uol. 2. & Alex. consil. 76. in uolu. 6.
in fine, & cum præd. sint propria ipsius Ioannis Ba-
ptistæ, non tenetur communicare, & per consequẽs
non est contracta societas omnium bonorum inter
6 eos. Nam † societas tacita restringitur ad actus so-
ciales solummodo, & in communi positos, & nõ ad
alios, etiam si tales actus sint uniformes, vel sint dif-
formes, uarietatem factorum habentes, ut tenet Bal.
in l. si patruus circa finem, C. communia utriusque
iudicii, ubi dicit, quod post multos actus pręsumitur
societas generaliter contracta, contra opin. Bart. in d.
§. super hoc interdicto in actibus difformibus, & istã
opin. Bal. sequitur Ias. in l. 1. C. qui testam. facere pos
sunt, in 4. col. Roman. in consil. 191. incipit, cum isti
fratres, & in consil. 470. incipit, cum isti fratres lu-
cra ex negociationibus, licet Alber. in consil. 66. inci
pit, Attingam breuissimè, tenuerit opin. Bal. & hanc
opin. omnem, quòd societas non sit cõtracta nisi in fru
ctibus communicatis, & non in prædiis, & officiis
emptis nomine ipsius Ioannis Baptistæ, tenet Petr.
de Vbald. in suo tract. de duobus fratribus, in 3. par.
7 princ. ubi dicit, quòd † si tales fratres, uel patruus,
& nepos communicarent fructus illarum rerum,
quæ solent in societate omniũ bonorum venire nul
la reddita ratione. Et sic tacitè præd. fructus dictarũ
rerum communicando, tamen de proprietate dicta-
rum rerum nihil est expresse actum, nisi quòd insi-
mul cum aliis rebus retinebant, & fructuabãt, tunc
solum in istis fructibus dicitur contracta societas,
quia apparet animus contrahendi, solummodo in i-
stis fructibus societatis, non autem in proprietate ip
sorum prædiorum, ex quibus dicti fructus sint perce
pti, ut tenet Bar. in d. §. si quis, hoc interdicto, & tunc
de animo diceretur apparere, quando expresse actũ
esset, uel quando acquirens, uel emens in acquisitis
& emptis, uteretur actibus declaratiuis eius consen-
sus, puta quia instrumenta confecta de præd. acquisi
tis cantabant in personas utriusque, vel ea posuit in
catasto communi, vel in libris suis annotando prouẽ
tus, & dicendo: hi sunt libri meorum officiorum, &
Hermolai, uel alia similia uerba. Imò totum contra-
rium præd. Ioan. Baptista fecit in conficiendo instru-
menta emptionum prædictorum officiorum, & præ
diorum nomine suo. Vnde non debet extendi ad
proprietatem ipsorum bonorum emptorum, argum.
l. cum duo argentarii, supra alleg. & l. si fratres, ff.
pro socio.

Et ex prædictis elicitur resolutio aliorum dubio-
rum supra positorum, uidelicet, quòd prædia empta
ex dote, & bonis uxoris ipsius Ioannis Baptistæ sint
ipsius Ioan. Baptistæ, & eius uxoris: & quod non ve
niunt communicanda cum præd. Hermolao, ex quo
instrumenta cantant in personam præd. Ioannis Ba-
ptistæ, & eius vxoris, & non fuere posita in catasto
communi, & similiter est dicendum de uestibus, &
dotibus filiarum ipsius Ioannis Baptistæ, cum sint
solutæ de salario prædictorum officiorum, quòd non
debeant in communi refundi, nec aliquid restaurari
ipsi Iulio, & quod de prædictis sint solutæ, constat ex
deductis, & probatis in processu per ipsum Ioãnem
Baptistam, & pro hoc facit, quòd dicit Salic. in l. si pa
truus, C. cõmunia utriusque iudicii. ubi inquit, quòd
8 † si

8 † si duo fratres habent bona communia, & alter eo-
rum duxit uxorem, & in dotem habuit fundum, uel
mille, alter uero est aduocatus, & quæcumque acqui
rit ex aduocationibus, ponit in communi, alter vero
ponit fructus dotis, quòd talis communicatio fru-
ctuum, & locorum non inducit communionem in
proprietate, nec in capitali per tex. in l. si cum duob.
§. si fratres, ff. pro socio, & per tex. in c. 2. de fratribus
de nouo benef. inuestit. & hoc dictum sequitur Alex.
de Imol. in cons. 48. incipit, diligenter perspectis, in
2. lib. Philipp. Dec. in cons. 21. in 1. par. & cons. An-
char. & Angeli. Et aliorum doctrinæ in contrariũ
allegatę procedunt, quando per 6. annos interuenit
communis habitatio, communicatio omnium fru-
ctuum, vndecumque prouenientium, istis omnibus
insimul concurrentibus intelligitur contracta socie
tas omnium bonorum, & sic loquuntur Doctores.
Sed in casu nostro non præsupponuntur, & nõ inter
uenerunt, meritò non potest dici contracta societas
omnium bonorum, sed in his, in quibus potest com-
prehendi ex actibus communicatis.

Ad aliud quæsitum, an filij Ioannis Bapt. debeant
participare de lucris factis, postquàm sunt effecti ma
iores quatuordecim annorum, propter eorum indu-
strias, & labores præstitos in augendo bona eorum
patris, & prædicti Hermolai? In quo dubio est pri-
mum considerandum respectu patris. Et sic sumus
in illa quæstione an inter patrem, & filium in aduen
titijs cadat obligatio? Et an inter patrem, & filium,
possit esse societas? Et quamuis Bart. in illa l. frater
a fratre, ff. de condict. indeb. teneat inter patrem, & fi
lium obligationem ciuilem non nasci: tamẽ commu
niter Doct. tenent contrarium, ibi vna cum gl. & da
to quòd Bal. in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. di-
9 cat, quòd † non ita de facili præsumitur societas in-
ter patrem, & filium. Et Angel. in cons. 112. dicat,
10 quòd in profectitijs † inter patrem, & filium, cadat
obligatio ciuilis, & sic contractus societatis, tenet So
cyn. in cons. 162. in 6. col. vers. confirmantur præmis
sa, in 2. par. dicam, quòd ex quo filij præd. maiores vt
supra se exercuerunt in societate præd. & pascuerũt
suos labores, & industrias tàm in rebus & bonis, quã
in pecunia præd. Hermolai fratris eorum cõsobrini,
cum quo societas cadit etiam in bonis paternis, &
propter eorum industrias, & labores multa sint lu-
crata, quòd eis debeatur, & dari debeat portio de lu-
cratis ad arbitrium saltem bonorum virorum, quali
ter eorum industria meretur, Rom. in consil. 69. vbi
11 dicit, quòd † cum iudicium societatis sit bonæ fidei,
bono viro diuidenti placere debet industrias suas po
nenti dari remunerationem ac si esset expressum, vt
daretur. Officium enim iudicantis semper debet ha-
bere æquitatem præ oculis, quia tantundem in bonæ
fidei iudicijs officium Iudicis valet, quantum in sti-
pulatione eius rei fructus sunt nominati, l. quia tan-
tundem, ff. de negot. gest. & hoc in simili decidit, Bal.
in cons. 186. vbi concludit, quod sunt duo fratres ha
bitantes insimul, & alter habet filios maiores, & di-
cti fratres, & filij laborauerunt cum bobus commu-
nibus aliquam possessionem, quòd in diuisione fru-
ctuum danda est portio istis filijs ratione laboris, &
industriæ, & in simili tenet idem Petr. de Vbald. in
suo tract. de duobus fratribus in 6. par. in 3. quæst. in
penult. & vlt. col.

Quantum ad aliud dubium, an præd. Ioann. Ba-
ptista debeat restaurare pro medietate de quantitate
dotium, & vestium datarum per ipsum Ioannem Ba
ptistam suis filiabus pręd. Hermolao, cõclusum fuit
supra, ut fuit præsuppositum, non esse obligatum cũ
de suis officijs, & introitib. soluerit, & maximè quia
vt præd. fuit, præd. Ioannes Baptista paratus sit de
societate communi, & de introitibus communibus
reddere bonum computum, & etiam de lucris, ex
quo constat dictas dotes, & vestes non esse solutas de
rebus communibus.

Et similiter ex supradictis colligi potest, & dari
responsum ad illud, quod dicebatur præd. prædia em
pta per ipsum Ioannem Baptistam esse ipsius Ioann.
Baptistæ, & eius vxoris, cuius nomine fuerunt em-
pta, & quod non sunt, nec esse debeant communia,
cum appareãt empta fuisse de fructibus, & reddit ib.
suorum officiorum, vt deponunt Ioannes Corradus,
Laurentius de Musco, & alij testes.

Quantum ad triticum ipsius Hermolai de eius
molendino consumptum in communi familia, nulli
dubium est, quòd de communi massa debet solui ip-
si Hermolao, cùm debita, & credita occurrentia per-
tineant ad ipsam societatem, & de ipsa debeant de-
trahi, l. omne æs alienum, l. si vnus, §. si quid vnum,
ff. pro socio, cùm alijs multis similibus.

Quantum ad aliud dubium, an debita Regiæ Cu
riæ pro arrendamento contracta, quod arrendamen-
tum fuit commune cum præd. Hermolao, & lucra,
& introitus fuerunt positi in communi, debeant sol-
ui de communi societate, ex quo apparet præd. debi-
ta fuisse contracta officij præd. occasione, & eius lu-
cra in communem societatem profecta, quòd debeãt
solui de communi, d. l. omne æs alienum, facit l. Põ-
ponius, la 1. ff. de neg. gest. cum l. sequen. secus tamẽ
esset, si non fuissent contracta præd. debita occasione
præd. officij communis, nam tunc debebant solui ab
illo, qui fecit tale debitum.

Restat videre finaliter, & vltimo an præd. Ioann.
Baptista, cuius opera, & industria, & diligentia sunt
auctæ societatis præd. opes, & facultates, & excedit
summopere industriam ipsius Hermolai, debeat in
diuisione facienda plus percipere, & habere de præ-
dictis facultatibus, quam ipse Hermolaus? Et dicen
dum est quod sic. moueor enim hac ratione, & fun-
damento, si enim inter socios nihil est dictum de por
tionibus certo modo faciendis, tacitè intelligitur in-
ter eos esse actum, quòd plus lucri, & emolumenti
reportet ille, qui plus operarum, laborum, & pecu-
niarum posuit, l. quid enim, ff. pro socio, l. manifestis-
simi, §. 3. C. de furt. not. Bald. in l. 1. C. pro socio, vbi
dicit, quod si opera, & industria vnius plus excedat,
quàm industriam alterius, quod ei debet dari plus
de bonis communibus, quàm alteri arbitrio iudicis;
ac si esset hoc expressum, l. si societatem Mæuię, ff.
pro socio, & d. l. quid enim, & Petr. de Vbal. in præd.
suo tract. in 4. par. in 3. q. in 2. colum. dicit hoc esse
12 verissimum, quia † ad diuidendas partes, & facien-
das societates attendenda est opera, & industria per-
sonarum, vt quis de lucro sentiat plus, & maiorem
partem. Et facit pro hoc, nam si perderetur de socie-
tate, qui plus lucri posuit, perdit suas operas, vnde
iustum est, quòd sicut extat in periculo, ita extet in
lucro, & ita consuluit Corn. consil. 58. litera f. vol. 4.
vbi

vbi dicit se plures hoc consuluisse. & in 2. volu. consil. 122. litera b. & consilio 152. in 3. volum. per totum, & consil. 196. in 1. volum. consil. 24. litera d. in 2. colum. Et ita in omnibus prædictis consulo, & de iure ita censeo, Saluo &c.

Petrus Enriquez I.V.D.

CONSILIVM XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Acta, siue processus, quæ non reperiuntur in Archiuio publico, vel in loco solito seruari, non faciunt fidem.*

2 *Sententia faciens mentionem de actis, non probat acta præcessisse, quando opponitur per partem, quòd non sunt vera.*

3 *Sententia incerta est iniusta, imò nulla, & nullam exequutionem meretur.*

4 *Interdictum recuperandæ competit ei, contra quem fit exequutio sententiæ iniustæ, vel nullæ.*

5 *Agens hypothecaria contra tertios possessores debet facere prius, & agere contra principales.*

6 *Hypothecaria agens contra tertium possessorem debet prius probare principalem esse inopem, aliàs succumbet.*

7 *Hypothecaria agens debet probare rem hypothecatam fuisse in bonis, & de bonis hypothecantis tempore hypothecæ.*

8 *Arripiens aliquid ab aliquo per vim, & violentiam tenetur ad restitutionem rei, vel eius æstimationem, & ad interesse, & expensas.*

In Dei Nomine.

ALbericus Pisapia de casale Fraolæ per vim & violentiam abstulit equas quindecim ab Innocentio Camerata de eodem Casali, quæ erant ipsius Innocentij, & per ipsum possidebãtur, vt suæ. Et hoc est probatũ in primo processu, & est lata sententia in fauorem ipsius Innocentij, & eius fratrum, & in ea sunt condemnati hæredes ipsius Alberici ad restitutionem prædictarum equarum, si extãt, sin autem ad earum æstimationem, & valorem, vt similiter hoc apparet in processu prædicto. Quæ sentẽtia transiuit in rem iudicatam, vt ex actis apparet. Postmodum fuit facta concordia cum pręd. Innocentio tam nomine suo, quàm fratrũ hoc modo. Quod si filij ipsius Alberici ostenderint infra mensem scripturas, uel cautelas propter quas non tenerentur ad restitutionem dictarum equarum, quòd sint liberati à præd. condemnatione, aliàs elapso dicto mense teneantur pro dictis æquabus soluere præd. Innocentio ducatos centum. Vnde filij pręd. Alberici nolẽdo adimplere per eos promissa in totum, licet iam acceperint soluere partem, citarunt præd. Innocentium ad restitutionem ducatorum 25. quos iam soluerant in partem prædictorum ducatorum centum, attento quòd non tenerentur restituere dictas equas. Ad quòd probandum produxerunt quasdam scripturas. Pro parte uero d. Innocentii, & fratrum fuit replicatum, quòd dictæ scripturæ non nocent eis, cùm non fuerint factæ ipso citato, nec de eius voluntate, & maximè quòd præd. scripturæ loquuntur de equabus cuiusdam Antonii, & non de equabus ipsius Innocentii. Et similiter fuit replicatum cuidam scripturæ cuiusdam sententiæ, ut dicitur productæ pro parte præd. filiorum dicendo, quòd præd. sententia non est uera, & quòd numquam fuit sententiatum contra ipsum Innocentium: fuitque petitum, quòd produceretur processus Originalis, quia dictæ scripturæ non sunt ueræ, quas intendebant redarguere de falso, nec non & exequutoriales & copias prædictæ sententiæ: & sæpè fuit super hoc institutum, & numquam fuit productus pędictus processus, sed solùm copiæ scripturarum, quæ repetiebantur penes filios præd. Alberici, & iuris est, quòd processus, &
1 acta quæ non reperiuntur in Archiuio publico, & in loco solito, in quo solent conseruari acta non faciunt fidem, ut dicit Bart. in Auth. de Defensor. ciuitat. §. & iudicare, coll. 3. Sed non solùm prædictarum scripturarum non sunt producta Originalia. imò in Archiuio publico nulla de pędictis scripturis reperitur, propter quod nulla eis debet fides dari. Et ob hoc in curia Magnifici Capitanei visis uidendis fuit & secundo loco sententiatum contra prædictos filios prædicti Alberici, & in fauorem pręd. Innocentij, & fratrum, à qua sententia cùm fuisset appellatũ, sed quia præd. Innocentius & fratres sunt pauperes effecti a tempore, quo fuerunt eis ablatæ dictæ equę, non habentes modum litigandi de uoluntate ambarum partium posuerunt dictam causam appellationis in manibus Magnifici V.I.D. Nicolai de Donatis, coram quo sunt confecta quam plura acta, & examinati nõnulli testes. Restat modo, quòd nunc Magnificus Consultor, seu Arbiter uideat, si filii præd. Alberici produxerint iura seu cautelas, ex quib. constet, quòd pędicti actores non debeant habere pręd. equas, uel earum æstimationem seu ualorem, & fructus ipsarum medio tempore perceptos, nec non & expensas in præsenti causa factas, quæ fuerunt petitæ per ipsos actores, & sæpius protestatum.

Etenim in primis est probatum, qualiter prædict. Albericus abstulit dictas quindecim equas per uim, ut apparet in 2. artic. Item sunt quàm plures testes examinati, quòd conuenti sunt filii, & hæredes pędicti Alber. & similiter quòd præd. Innocentius, & fratres erant domini, & pattroni prædictarum equarũ. Vnde unum solum est uidendum. An scripturæ productæ per dictos conuentos releuet eos a restitutione pędictarum equarum, uel earum ualoris sic, uel ne? Et tangendo primò quasdam litteras exequutoriales dicitur, quòd nullam fidem faciunt, nec ualent, imò dum fuisset oppositum, quod non sunt ueræ, & ideo petitum, quòd ueniat originale, cùm intendatur redargui de falso, tale originale non fuit productum,
2 imò nec inuenitur. Et clarum est, quòd † sententia, uel exequutionales mentionem facientes de actis non probant acta præcessisse, nisi probentur, quando per partem opponitur, quod non sunt uera talia acta, prout fuit oppositum in casu nostro, Bald. in Auth. si quis in aliquo documento, nu. 8. C. de edendo, Bart. & alii in l. sciendum, ff. de uerb. oblig. & in l. optimã, C. de

C. de contrah. stipul. Innoc. in c. quoniam contra, de probat. & sic nullam fidem faciunt præd. litteræ exequutoriales. & sic non releuant filios Alberici, & eo magis quòd Innocent, & fratres non fuerunt citati ad uidendum exemplationem fiendam de dictis scripturis, prout de iure requiruntur, Bald. in d. Auth. si quis in aliquo documento. Item ex alio non releuant ipsos, quia in exequutorialib. prædictis mandatur famulis, quòd mandet Scipioni de la Sticha, quod cõsignet eidem Alberico, uel quod ipse capiat equas de manu Scipionis, & consignet Alberico. Sed hoc non est factum, nec apparet ex relatione aliqua præd. famuli fecisse aliquam exequutionem: & si uoluisset facere eam, debebat facere super equabus, quas præd. Scipio tenebat, & non super illas, quas possidebat, & tenebat præd. Innocentius. Præterea dato, & non concesso, quòd præd. litteræ exequutoriales essent uetæ, prout non sunt: tamen nõ potest negari, quin & ipsæ, & sententia narrata in ipsis litteris sint iniustę, cùm nõ reperiatur in actis aliqua petitio, nec aliquis terminus ad probandum, nec citatio partis ad actus, nec publicatio, nec citatio ad sententiam, & ipsa sententia est incerta. Dicit enim pro quantitate petita. & non apparet quanta quantitas sit petita. Quæ om-
3 nia faciunt ipsam sententiam † iniustam, & contra ius litigatoris, imò nullam l. si cum inter, C. quando prouoc. non est necess. l. prolatam, iuncta glos. C. de sent. & interloquut. omn. iudicum, sed quãdo Iudex
4 exequitur sententiam iniustam, tunc † competit illi, contra quem fit exequutio sententiæ iniustę, remedium, & interdictum recuperandæ: & debet sibi restitui res capta, uel pignorata, uel exequuta uigore prædictæ sententiæ, ut dicit tex. in l. meminerint, C. unde ui, & c. conquerente de restitut. spoliat. & plenè per Glo. & Bart. in l. iustè possidet, ff. de acquir. poss. & in l. fin. C. si per uim. uel alio. Et sic posito quòd in casu nostro executor exequutus fuisset super dictis equabus: attamen quia sententia est iniusta per supra dicta, meritò debebat fieri restitutio de dictis equabus præd. Innocentio, & fratribus, & sic per dictas exequutoriales non est probatum, quòd filij Alberici non teneantur restituere dictas equas, & eo magis quod præd. Albericus propria authoritate accepit dictas equas, & sic perdidit omne ius, quod habebat super eis, & etiam ius hypothecæ, quod præd. Albericus prætendebat super ipsis habere, quam tamen nec rè non habebat, d. l. meminerint, & ibi Glo. & Doct. & in d. l. fin. & in d. l. iustè possidet, & in d. c. conquerente, & sic in omnem euentum dicti filii præd. Alberici tenebantur, prout tenentur, restituere dictas equas. Item licet dictus Albericus præsupponebat, & non benè, quod supradictæ equæ essent Antonij Mantici, prout non erant, & quòd essent sibi obligatæ uigore instrumenti prædicti: erant enim prædicti Innocentii, & dato, & non concesso quòd fuissent præd. Antonii, fortè erant uenditæ ipsi Innocentio: & propterea non potuerunt capi propria authoritate, vt fuerunt captæ, cum instrumento non erat clausula, quod propria authoritate potuissent capi. Et licet capitulatum fuerit, quòd uigore hypothecæ ceperunt, & quod sententia fuit super hypotheca quæsita ipsi Alberico, cùm re uera nulla fuisset quæsita, cùm prædictæ equæ non essent prædicti Antonii,
5 tanto magis quod † agens hypothecaria contra tertios possessores, debet prius excutere principalem, vt in Authen. hoc nisi, C. de pignor. & Ang. in §. si quis in fraudem, Instit. de act. & hoc non fuit actum, & sic sententia fuit iniusta: meritò filii præd. Alberici potuerunt cogi ad eas restituendum, & nulli apparet de discussione prædicta: & probatum est per testes, quòd Antonius præd. tempore, quo præd. Albericus abstulit d. equas, erat diues, & habebat in bonis plus quàm mille ducatos. Et quando non fit excussio
6 † contra principalem, prius debet probari esse inopem, vt tenet Bald. in l. 2. C. communi diuidundo. quem refert, & sequitur Iason in d. §. si quis in fraudem in vltima limitat. & uigore prædictæ sententiæ iniustæ, licet nulliter fuisset exequutum, non fuit trãslatum dominium prædictarum equarum, & non fecit fructus suos. imò extenuauerunt sortem principalem: etiam probatum est in processu, quæ quantitas fructuum colligi poterat, quæ insimul coacervata pro toto tempore, quo habuit dictas equas, excedit valorem ducatorum octuagintorum, & plus. Et filii ipsius Alberici tenentur restituere equas insimul cum fructibus super extantibus. Et in quantum probatum est pro parte ipsorum filiorum, quòd dictæ equæ sunt mortuæ, tamen ex quo probatur eorum violentia, & si mors naturalis eas abstulit, nihilominus tenentur tanquàm violenter raptores, vt est tex. in l. subtracto, C. de furt. & per Doctor. in l. quod te, ff. si certum pet. Et licet conentur probare d. hypothecam, quam non probant, attamen debe-
7 bant † probare, quando agitur contra tertium possessorem habentem causam particularem, qualiter res hypothecata tempore hypothecæ erat in bonis debitorum: & non sufficit, quòd eo tempore possidebantur ab eis, contra quem agitur, ita Angel. in §. Seruiana, Instit. de act. ex quo capite etiam fuit præd. sententia iniusta. Nec obstant testes per eos ultimo loco examinati, cùm nihil probent, cùm deponant de auditu, & de fama informiter probata, qui in nihilo eos releuant, etiam si per eos fuisset probatum, quòd præd. equæ perierunt morte naturali: attamen ex
8 quo † fuerunt ablatæ per vim, & violentiam per eorum patrem, tenentur restituere earum æstimationem, & interesse, per d. l. subtracto. necnon & fructus, & expensas præsentis causæ. Et ita consulo.

Petrus Enriquez I. V. D.

CONSILIVM XL.

SVMMARIVM.

1 *Infamis depositio nullum facit indicium.*
2 *Opposita, atque probata inimicitia contra testes, Iudex debet cessare a tortura.*
3 *Testis deponens absque iuramento, nullum indicium facit.*
4 *Socij criminis depositio ad hoc ut indicium faciat, quæ adminicula requirantur.*
5 *Testes contrarij minus probant.*
6 *Socij criminis examinandi sunt, antequàm Principalis delinquens sit tortus.*
7 *Solus Rex potest mandare liberum hominem torqueri sine*

fine indicijs præcedentibus.
8 *Inter torturam, & ratificationem debet intercedere aliquod tempus.*
9 *Exceptio inimicitiæ capitalis impedit testium examinationem.*
10 *In Regno Neapolitano recipitur appellatio à comminata tortura.*
11 *Cudere monetam est de Regalibus.*
12 *In crimine falsificationis monetæ quæ specialia sint.*
13 *Licet non appelletur à sententia lata super possessorio, poterit tamen appellari ab emergenti seu incidenti.*
14 *Contumax verus licet non possit appellare a sententia diffinitiua, attamen poterit appellare à nimia eodem natione expensarum.*
15 *Inditia vrgentia requiruntur, quando in vim præeminentiæ Magnæ Curiæ Vicariæ proceditur contra aliquem non fulminato processu.*
16 *Delictum fabricationis monetæ quomodo probetur in genere fuisse commissum.*
17 *Quæ subyciuntur visui, debent probari per testes de visu, & non per certificantes alio sensu corporeo.*
18 *Falsa moneta quotuplex sit.*
19 *Moneta fabricata a non habente potestatem a Principe, dicitur adulterina.*
20 *Ciuitates an possint monetam cudere, & quæ.*
21 *Testis deponens de iudicio suo, & prout credit, non probat.*
22 *Testi deponenti non verisimilia non creditur.*
23 *Ex verbis minatorijs arguitur inimicitia capitalis.*
24 *Præsumptio ex iudicijs resultans contra aliquem eliditur per probationem bonæ famæ.*

MAgnificus Franciscus de Baeça Hispanus, Gubernator ciuitatis Aquilæ, dum ad eius aures deuenisset, quod in castro Fossæ per nonnullos iniquitatis filios cudebatur moneta falsa, impetrauit litteras Commissionales ab Illustrissimo, & Excellentissimo Don Ferdinando Aluares de Toledo, Duce Albæ, & huius Regni Neapolitani protege de procedendo contra aliquos facinorosos. Quibus quidem litteris cum amplissima potestate impetratis, fuit per eundem processum ad capturam Ioannis Baptistæ, qui statim fuit tortus, & ex confessione per ipsum facta in tortura fuerant correi dicti Ioann. Vincentius, & Ioannes Franciscus, qui fuit acriter tortus, sed semper, vt innocens negauit, & in præsentiarum detinetur cum ferris, & cippis, in fortijs ipsius Curiæ, licet malè se habeat ob prædictam torturam, & male ægrotet, prout fides Medicorum præsentatæ demonstrant. Nunc est videndum, an ex depositione sola Ioann. Bapt. præd. Ioan. Franciscus ex processu informatiuo nullis datis defensionibus potuit ita acriter torqueri, prout fuit tortus. Et posito, & non concesso, quòd potuisset, an stante eius negatione possit iterum nullis datis prius defensionibus iterum in tortura repeni, prout Curia ipsa comminata fuit. A qua quidem comminatione fuit sæpè sępius appellatum ad suam Excellentiam, eiusque sacrum collateriale consilium. Et omissis ambagibus dico intrepidè prædictum Ioannem Franciscum non potuisse torqueri: ex infra dicendis. Et primo, quia non extat aliquid contra prædictum Ioannem Franciscum in processu, nisi depositio præd. Ioann. Baptistæ qui est inhabilis, & infa-
1 mis ex alijs delictis per ipsum patratis, quo † casu eius depositio nullum facit indicium, vt tenet Hyppol. in consilio 74. in causa Hieronymi, collat. 1. primo uolum. Grammat. in uoto 24. in causa Nicolai: & est inimicus capitalis ipsius Ioannis Francisci propter quamplura verba iniuriosa contra ipsum prola-
2 ta, quæ † inimicitia fuit allegata ante torturam, & fuit oblatum statim velle ipsam probare. quo casu debebat supersedere in tortura, etiam si Curia ipsa potuisset ex processu informatiuo ipsum torquere, ita est text. in Auth. de testibus, in §. si uero quis dicat, Felyn. in cap. ex parte, ultima colum. de test. Andreas de Hernia in constitut. Regni Humanitate in ultima colum. Et licet dicatur, quod sumus in crimine exceptuato, ut dicit Glo. & ibi Iaf. in l. prima, §. si tibi, ff. de condit. ob turpem causam, quo casu admittuntur testes inhabiles, ut dicit Bartol. in l. in quæstionibus, ff. ad l. Iuliam Maiestatis, Alexand. in consil. 11. in primo uolum. attamen non admittūtur testes inimici; Bartol. in d. l. In quæstionibus, Put. in suo tract. syndicat. in uerbo Suspitio. Est text. in capit. per tuas, de symon. Alexander in consil. 126. in 4. uolum. Accedat insuper, quòd prædictus Ioann.
3 Bapt. non † deponit contra prædictum Ioann. Francisc. cum iuramento, quo casu nullum indicium facit; Hippol. in sua practica crimin. in §. diligenter, colum. 3. uersic. aliud etiam. Et licet Ioann. Baptista faciat se socium cum præd. Ioann. Francisc. in fabricando dictam monetam falsam; attamen ei credi
4 non debet. Nam ad hoc, † ut dictum, seu depositio socij criminis faciat iudicium etiam in delictis exceptuatis, oportet quod concurrant alia adminicula, Salycet. & Alber. de Rosa, in l. fin. C. de accusat. Innocent. in cap. primo, de confess. Et licet appareat nonnulli testes examinati in processu deponentes de auditu, prout est Magnificus Michael de Vergara, qui deponit de auditu: & ex depositione nonnullorum stipendiariorum ludentium cum ipso Ioanne Baptista, & Bartholomeo Vei. & Ioan. D. stipendiarius miles deponit de auditu. Et quod præd. Ioannes Francisc. approbabat monetam præd. falsam ludentibus, & nonnulli alij, attamen nullum adminiculum prębent, nec faciūt per tex. in c. licet ex quadam, de test. l. testium, C. de test. & maximè quod sunt con-
5 trarij, † & non deponunt, a quib. audiuerunt, prout tenentur ēt non interrogati. Innoc. in c. qualiter, & quando 2. extra. de accus. & in c. cum oporteat, eodē tit. Bar. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quęst. Et eo
6 † magis φ tempore, quo præd. Io. Franc. fuit tortus, non erāt examinati. Imò nec etiā tempore, quo præd. Io. Franc. fuit tortus, non reperiebantur examinati, nisi supradicti duo testes, uidelicet Magnif. Michael, & præd. Ioann. D. ut ex processu apparet, quo casu confessio ipsius Io. Bapt. contra se ēt millies ratificata, ēt si etiam supervenissent indicia, nō pręiudicat ipsi Io. Bapt. nec Io. Frāc. Bar. in l. maritus, ff. de q. Bal. in l. ea quidē, & in d. l. fi. C. de accusat. Ang. in l. un. C. de confess. Aret. in suo tract. malefic. in uerbo fama publica in 4. fol. in uers. aduertat Matthesil. in not. 55.

incipit,

incipit, nota quòd quomodocumque. Et idem Bart. in l. quæstioni, ff. de quæstionib. Et licet dici possit, quòd nominatio socij criminis in delictis, in quibus potest interrogari de socijs, pro ut est in delictis, quæ committuntur principaliter in commodum committentium, & non in odium alterius, ut in furto, & in falsificante monetã falsam, quod sit sufficiens ad torturam, ut tenet Salic. in l. fin. C. de accusat. & Bar. in l. repeti. §. 1. ff. de quest. & Alex. in consi. 126. visa inquisitione formata, ult. col. in 4. uolu. attamen id debet intelligi, qñ nominans fuit tortus legitimis indicijs præcedentibus, & contra nominatum essent per prius aliæ presumptiones, uel postea supervenissent, & nominatus esset homo malæ famæ, aliàs solum facit indicium ad inquirẽdum, uel facit talem qualem presumptionem, Guid. de Suzar. in tract. de tormentis, in 8. col. in uers. sed qua. in final. uerbis, idem Guid. in tract. maleficiorum, sub Rubr. qualiter Reus subijci. in §. prima col. Aug. in addit. ad Ang. in uerbo fama publica præcedente in 8. col. & intelligit ita hanc opinionem Doctorum in d. l. fin. M. Anton. Blan. in tractatu de indicijs & tor. num. 379. Indicia debent præcedere sufficientia, ut quis possit torqueri, Glos. & ibi Cum. in l. fin. C. famil. ercisc. tex. in capit. tormenta de tormentis, & in capit. accusatis autem sub Rubr. quod feriatur ius commune, & Romanum.

7 Rex † enim solus potest mandare liberum hominem torqueri sine indicijs, Campan. in cap. subditorum sub Rubr. de uiolent. nom. 19. & Ioannes Arcamonus ibi. Præterea præd. Ioann. Baptista fuit tortus hora 14. & nominauit Ioann. Franciscum in tortura. Postea uero hora 20. eadem die fuit iterum ductus ad cordam, ut ratificaret confessionem prædictam, & fuit ei minatum quòd ratificaret prædictam eius confessionem, nam aliàs iterum torquere-

8 tur, imò iam fuit ligatus ut ratificaret. Quæ † ratificatio non ualuit, tum quia debebat præcedere maius interuallum temporis inter torturam & ratificationem, uidelicet plurium dierum, ut dicit Andr. de Isernia in constit. si damna clandestina, columna 2. uel saltem quies unius diei, uel unius noctis, ut dicit Angel. in l. 2. C. de custodia reorum. Nam si citius fit, præsumitur facta metu preteritorum tormentorum, argum. tex. in l. sicut, §. eisdem, ff. de acceptilat. Ludou. Roman. in consil. 167. 2. colum. Anchar. in clem. 1. de homicid. Debet enim labi tantum tempus, quo uerisimiliter cessauerit tormentorum dolor. & hoc est in arbitrio iudicis, ut dicit Bartol. in l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæstio. circa finem, & debet duci ad bancum iuris, solutus uinculis, & catenis, & extra tormenta, aliàs non valet talis ratificatio, nec ex ea potest sequi condemnatio, Bartol. in l. prima, ff. de custod. reorum, Abb. in cap. qualiter, & quando, 2. de accusat. & sic inoleuit communis practica, & stylus in omnibus Curiis huius Regni, & sic ex ea ratificatione taliter facta non potuit præd. Ioann. Francisc. torqueri. Vltra hæc præd. Ioann. Francisc. præsentauit quàm plures petitiones, & protestationes in quibus per ipsum allegabatur inimicitia capitalis contra dictum Ioannẽ Bapt. & offerebat probare in promptu præd. inimicitiam per quamplures testes, quos in promptu produxit, uidelicet, Anton. de Layno, Mercurium de Fossa. Quo casu debebat supersederi in tortura, ut dictum fuit supra, & tenet Bartol. in l. prima, §. si quis dicatur, ff. de quæst. ubi dicit,

9 quòd † exceptio inimicitiæ capitalis impedit testium examinationem, aliæ vero exceptiones reseruantur, à quo grauamine fuit sæpè sæpius appellatum, nec non a comminata tortura, vt apparet in prædictis appellatorijs petitionibus. Imò cum fuit ductus ad aulam, vbi pendet corda, appellauit voce, & in scriptis a prædicta futura tortura. Qua appellatione pendente statim fuerunt ligatæ manus ipsius Magnifici Commissarij, & eius assessoris, & non potuit procedere ad irrogationem prædictæ cordæ, vt dicit Bald. in l. generaliter, §. sed iuramento, colum. 2. C. de rebus creditis. Et iure facit, quod not. Bartol. in l. 2. ff. de appellat. recip. Bald. in l. 2. C. de Episcop. Audientia, & in l. si quis in prouocatione, C. de appella. Et hodiè in hoc Regno est prouisum per Ca-

10 pitulum, Si iustè, quo † cauetur recipiendam esse appellationem a tortura, & si iudex non admiserit, punitur vt ibi. Nec dici potest, quod in crimine falsæ monetæ non debebat admitti appellatio per text. in l. prima, C. de falsa moneta. nam ille text. intelligitur, quod appellatur a sententia diffinitiua lata contra falsificantes, vel fabricantes monetam falsam, tunc enim in detestationem talis criminis, cum

11 offendatur Regia Maiestas, cui † soli competit monetæ factio, cùm cudere monetam sit de Regalibus, tex. in capit. primo, versic. monetæ, & ibi Afflictus. Quæ sint regalia in versic. feudor. non admittitur appellatio. Et in hoc crimine sint multa specialia. Pri-

12 mò † enim infamat, & quilibet admittitur ad accusandum, ut in crimine lęsæ Maiestatis, in l. 1. & pen. C. de falsa moneta. Quilibet potest eum capere, d. l. 1. Non inquiritur de accusatoris calumnia, l. finali, C. de accusat. & allegat. l. 1. Confiscatur domus, vbi fabricatur, vel cuditur in d. l. 1. & secunda, & l. fin. tit. 7. par. septima in legibus Hispaniarum. Attamen si in processu causæ fuerit illatum aliquod grauamen, non prohibetur ab eo appellare. Et quod in crimine falsæ monetæ a futura tortura possit appellari, tenet Guill. de Cuneo in l. si ex causa, §. nunc videdum est per illum tex. ff. de min. Et facit pro hoc, quod dicit Bald. in l. incerti, C. de interlocur. vbi di-

13 cit, quòd † licet non appelletur a sententia lata super possessorio, poterit tamen appellari ab emergenti, seu incidenti secundum Innocent. in cap. significauerunt de test. Idem in cap. primo, de milite vasall. vbi dicit, quòd ab interlocutoria lata in possessorio facti appellatur, puta si Iudex non vult recipere probationes per dictum capit. significauerunt. quia non potest reparari grauamen facti sequuti ex interlocutoria in sententia negocii principalis, facit quod dicit idem Bald. in l. terminato, C. de fructibus, & li-

14 tis expensis. Quòd † licet contumax verus non possit appellare a sententia diffinitiua, attamen poterit appellare a nimia condemnatione expensarum. Et idem tenet Archidiaconus in capitulo Inquisitionis, de hæretic. ubi dicit, quòd quando lex, vel statuta prohibent appellationem intelligitur de diffinitiua, non de interlocutoria, & sic prædictus Ioannes Franc. admittendus esset ad d. appellationem, & non erat torquendus ex processu informatiuo etiam vigore præeminentiæ Magnæ Curiæ, q̃ nihil in hoc operatur, quia nulla libertant indicia vrgentia, quæ requiruntur, quando uigore eius proceditur contra aliquem

L 2

15 aliquem non legitimato processu. Et quod † torquē
dus sit homo malæ famæ, & multa alia quæ cōgerit
Thom. Gramm, in uoto 3. vbi ad plenum. Et ex præ
dictis omnibus non potest reperi, nec poterat torque
ri, nec vt dictum fuit, reperi in eadem tortura vigore
d. præeminentiæ, cùm non possit etiam in casu, vbi es
sent legitima indicia, fieri talis repetitio non legitima
to processu, vt ibi tenet Thom. Grammat. in suis li-
mitat. & quia fuerunt post præd. torturam datæ de-
fensiones eidem Ioanni Francisco, & fuerunt non-
nulli testes pro parte curiæ examinati. Est uiden-
dum modo an curia ipsa possit ex nouis assertis indi
ciis ipsum Ioan. Franc. torquere, & in tortura repete
re. an vero debeat ipsum absoluere à processu, & tota
causa. Et licet non opus esset amplius allegare pro
iuribus prædicti Ioannis Franc. cùm satis atque satis
fuerit responsum per supradicta, & curiæ coadiutor
quærendo præd. Ioan. Franc. & Ioannem Vinc. pu-
niri, nihil aliud facit, quàm nodum in scirpo quęrere,
cum sint claræ defensiones prædictorum. attamen vt
nihil intactum relinquam, Et ut satisfacere possim
desiderio ipsorum carceratorum, explicabo seriatim
omnes testes tam ipsius curiæ coadiutoris, quàm ip-
sorum inquisitorum, quibus explicatis apparebit
prædictos inquisitos omnino esse absoluendos. Et
16 primò uidendum est. An præd. † delictum fabri-
cationis monetæ falsæ probetur in genere esse com-
missum iuxta practicam traditam in l. 1. §. illud au-
tem, ff. ad Syllan. & ibi habetur. Habetur quoque
communiter per Criminalistas & per Marsil. in sua
praxi crimin. in §. 1. & ad hoc vide omnino M. Anto
nium Blanc. in repet. l. fin. ff. de quæst. nu. 16. & 17.
& in processu apparet solummodo deposuisse Quint.
Vet, qui deponit qualiter Quidam Ottauianus de
Montesano fabricabat d. monetam falsam, uidelicet,
Cianfroni. in domib. ipsius Ioannis Francisci, uel vt
melius dicam in domibus eius patris. Et idem depo
nit Cęsar Carciouiti, fol. 25. Alij uero deponunt de
auditu, qui vt dictum est, non faciunt fidem. Nam
17 † ea, quæ subiiciuntur visui, debēt probari per testes
de uisu, & non debent deponere de alio sensu corpo-
reo. Anchar. cons. 253. Et licet testes non reddant ra-
tionem suæ depositionis, in quo cognoscebat d. mo-
netam esse falsam, nec de qua materia sęu metallo e-
rat composita, vel si erat de bona liga, vel iusto pon-
dere, attamen satis dici potest falsa, ex quo non erat
facta in loco publico, uel authoritate publica, iuxta
text. in l. prima & secūda, C. de falsa moneta, & te-
18 net Bald. in consil. 145. ubi ponit duos alios † mo-
dos falsæ monetæ, uidelicet quando non est de bona
liga, vel iusto pondere Innoc. in c. quanto de iureiur,
& ibi est Glos. Vel quando moneta non habet im-
pressionem Principis ueram, sed adulterinam, l. pri-
ma, C. de vete. numis. pot. lib. 11. Nulli enim licet
inferiori à Principe monetam cudere glo, in l. 2. C.
de falsa moneta, & ibi Baldus, si ergo aliquis parti-
19 cularis faceret monetam absque priuilegio † Princi
pis, vel præscriptione tanti temporis, de cuius initio
memoria nō extat, quæ habet uim priuilegij, ut in c.
super quibusdam, §. præterea, de verbor. sign. videtur
vsurpare potestatem Regiam. Et diceretur illa adul
terina moneta, quia facit illud, quòd ad eum non
pertinet, sicut ille qui facit adulterium, quod est ac-
cessio ad alium tuorum. Azo. in summa C. de adult.
20 Ciuitates † enim ex priuilegio, seu ex uigore suprad.
præscriptionis possunt monetam cudere ut in hoc
Regno uidebat Ciuitas Aquilana in Prouincia A-
prutina, quod Priuilegium amisit tempore inuasio-
nis huius Regni per Gallos, quorum erat præfectus
Lotrechius. & aliæ multæ ciuitates in Prouincia Lō-
gobardorum hoc faciunt, & faciebant olim vt Ciui-
tas Senarum in Thuscia. Et est notandum, quod illi
triginta denarij, pro quibus Iudas tradidit Christū,
fuerunt primi, qui fabricati fuerunt in mundo, quos
Thare pater Abrahæ optimus faber ad petitionem
Regis Niniue nomine Nini filij Beli fabricauit, de-
inde per multas manus deuenerunt ad Corbonam
Pontificum, Iudæorum, ita dicit Alber. de Rosa in
suo dictionario in verbo, Moneta, se legisse in scriptu
ra cuiusdam magni Religiosi Ordinis Eremitarum
super passione Christi, ad quem Alber. relatio de hoc
habeatur. Redeundo uero ad propositum nostrum
Curia ipsa Aquilana examinauit quàm plures testes
contra supradictos inquisitos intendens ipsum Ioan
nem Francisc. in tortura repetere, & primo examina
uit Magnificum Michaelem de Vergara Baronem
castri Balnei, qui deponit de auditu, qualiter Ioann,
Bapt. & eius uexillifer ludebant cum militibus pe-
destribus monetam falsam, videlicet, cianfroni a sei
carlini, tunc enim temporis erat auctum precium
monetæ propter bellum. & inuasionem huius Re-
gni per Gallos, & D. de Guisa deponit etiam de au-
ditu, qualiter dicta moneta cudebatur in domib. In-
quisitorum, & quod credit, quod præd. Ioan. Bapt. &
Barthol. ret. faciebant d. monetam, qui testis, ut di-
ctum est, deponit de auditu: & nullam fidem facit
in d. ca. licet ex quadam, & l. testium, C. de test. & de
21 ponit † de iudicio suo, prout credit, qui non probat
Bal. in d. l. testium. & in l. solam, C. eodem tit. etiam
si diceret, quod pro certo credit idem Bald. in l. siue,
possidetis. C. de probat. Afflict. in decis. 381. num. 8.
Spec. in tit. de teste. §. 1. uersic. item quid si deposuit,
& eodem morbo laborat Ioannes Diaz, & eo magis
quòd deponit animosè, ut ex eius dispositione clarè
patet. Et testi deponenti animosè non creditur, A-
lexand. in consil. 154. in quinto uolum. in princ. ult.
colum. Gramm. consil. 12. nu. 14. Est & alius testis
Franc. Hispanus, & miles stipendiarius, qui simili-
ter deponit de auditu, & qualiter lusit cum d. Ioanne
Bapt. *alli dadi, & li vinse tredeci pataconi, liquali era-
no falsi, & che vedendo questo non volse più giocare,*
quia moneta non erat bona. Et quod præd. Ioannes
Franc. approbabat dictam monetam, & quòd audi-
uit ab ipso Bart. collusore, qualiter suprad. monetam
mittebat ad eum præd. Io. Franc. per eius famulum
cui similiter nō est credendū, quia deponit de auditu,
& non deponit verisimilia. Nā dicit, ꝙ deficiente pe
cunia eidem Bar. ad ludendum, mittebat tamburinū
pro apportanda moneta, *& che dicena, và portame mo
neta. dilli che faccino presto, & che la moneta era calda,
calda.* quod non est verisimile, neq; nullus sanæ men
tis poterit hoc dicere, quòd pręd. Bart publicè, & co-
ram quamplurimis personis hoc dixisset, sciens esse
maximum crimen cudere falsam monetam. Et quod
agentes, & cōsentientes puniuntur pœna capitis, &
publicationis bonorum, & aliis pœnis, de quibus in
sæpè allegata, l. 1. C. de falsa moneta, & in constitu-
tione, Adulterinam, qđ non est uerisimile, & testi de-
ponenti

22 ponenti † non uerisimilia nõ creditur, l. 4. in prin. & in l. ob carmen, de testibus. Et notatur in l. non est ue rilimile, ff. quod met. eaus. Anchar. in consil. suo inci pit, Extra ordinem, & eius testimonium est suspectum, Alex. in consil. 95. in 4. uol. nec fidem facit cõtra præd. Io. Franc. dicendo che approbaua la moneta, quia hoc faciebat causa sedandi rixam inceptam cum ipso stipendiatio per præd. Bart. & non ex quo sciebat illam monetam esse falsam. Nam quando uerba alicuius, uel facta possunt se habere ad delictum, & non delictum, in dubio est præsumendum in non delictum. Hypp. in consi. 5 1. in 1. uol. nu. 12. facit l. merito. ff. pro socio. & neg. in obscuris, de reg. iur. in 6. & quod præd. Bart. inceperat rixari cum ipso teste, & posuerat manus ad ensem, ut ipsum teste peteuteret, & deponit idemmet testis in sua depositione. Præterea ipsemet testis dicit, quòd tempore, quo ludebat eum præd. Bart. erat præsens præd. Ioan. Franc. & approbabat monetam, & postea dicit in fine eius depositionis, quòd idem Bart. dicebat ipsi testi, quod Io. Franc. dabat eidem Tamburino dictam monetam, ut ad ipsum afferret ad ludendum. Et sic est uarius, & contrarius sibi, cum hoc non possit esse secundum naturam, quòd eodem instanti præd. Io. Franc. staret in duobus locis, uidelicet in loco, ubi ludebatur, & in loco ubi cudebatur d. moneta, a quo per Tambur. transmittebatur d. Bart. & testi uario sine contrario non creditur, io l. qui uaria, aut falsa, ff. de testibus.

Petrus Velascus Hispanus miles pedestris similiter deponit de auditu, & fuit examinatus in die festiuo, & sine iuramento, quo casu ei non creditur. Lanfrãc. in repet. c. quoniam contra, uers. testium, in principio de probat. c. tuis, de testibus. Nec deponit de loco, & tempore, c. ueniens, & ibi Io. Andr. & Butr. de test. Abb. post Bald. in cap. cum causam, de probat. Affl. in dec. 364. Nec ullus testis eurię inuentur, qui fuerit examinatus citato ipso Ioan. Franc. ad uidendum iuramenta ipsorum, quo casu nullam fidem faciunt, etiam si essent mille testes, l. si quando, C. de testib. Franc. de Aret. in consil. 165. col. 2. Grammat. in uoto 64. Nec noua depositio, seu repetitio ipsius Io. Franc. nocet, nec nocere potest eidem ex causis supertius adductis, cùm non potuerit torqueri non existentibus indicijs contra ipsum sufficientibus, nisi aliqui testes de auditu, qui non faciebant aliquod indicium saltem sufficiens, ut supradictum fuit, qui deponunt qualiter præd. Io. Bapt. ludebat cum moneta falsa cum eis, qui agunt de recuperando eorum monetam, quam amiserant. Nec alia concurrebant, quæ de iure requiruntur ad hoc, ut quis possit torqueri ex processu informatiuo vigore præeminentiæ, quæ latè congerit Gramm. in uoto 3. ita quod præd. Magnif. Commissarius non poterat se fundare, neque nunc potest super depositione ipsius Io. Bapt. nec super prędictis testium depositionibus, nec uti præd. præeminentia contra ipsum Io. Franc. contra quem non concurrebat aliqua uitę leuitas, nec diffamatio, & si qua fuerunt indicia, omnino ea euacuauit, ut dicit Bar. in l. Milites, C. de quæst. Put. in suo tract. de syndicat. in uerbo tortura, uersic. repetitio, col. 1. uersic. & ideo reus. Et sic non poterit reperi in tortura, nec de nouo superuenerunt noua indicia, ut l licet Salic. in l. a. C. de custodia reorum, & in l. 2. C. de exhib. reis. Bald. in d. l. milites, nec eidem Ioan. Fran. obest id, quod dicit de nouo Io. Franc. qui deponit, quod de præd. moneta falsa præd. Io. Franc. miserat Vincentium de Bico cum quadraginta ducatis in Apuliam pro soluendis iuribus Regiæ Dohanæ pecudum pro pecudib. ipsius Io. Franc. tangentibus. quia omnes testes dicunt quod asserta moneta falsa fuit fabricata de mense Aprilis, & d. Io. Franc. miserat eum de mẽse Martu pro soluendis eius debitis, ut probatur per quam plures testes examinatos super decima exceptione. Etiam est probatum super primo iure repulsatorio, qualiter Io. Franc. est inimicus capitalis ipsius Ioan. Francisci per quam plures testes dicentes, *che Gion. Battista haueua detto che gli volea fare quanto mal*
23 *potesse*. Ex quibus † verbis minatorijs est effectus eius inimicus capitalis, l. testium, C. de test. Alexãd. in consil. 126. in 4. volum. Bart. in l. 1. §. cum quis, ff. de test. Gramm. consil. 38. num. 12. Et inimicus capitalis ullum facit indicium etiam in crimine læsæ maiestatis. Glo. in c. quamuis, de Procurat. in 6. Ioann. Andr. in c. repellantur, de accusat. etiam si esset in vltimis constitutus, & teneret corpus domini, vt dicit Grammat. in consil. 46. nu. 8. Accedat etiam probatio bonæ famæ, vitæ, & conditionis ipsius Io. Francisci per duodecim testes examinatos in processu, fol. 60. cum alijs multis paginis sequentibus. Et quando
24 esset aliqua præsumptio † contra eum, prout nõ est, fuit in totum elisa, & sublata per probationem bonæ famæ, Bald. in l. 1. C. locat. Salyc. in d. l. fin. Alex. in cons. 2. in 1. vol. Imol. in l. tio. ff. de hered. instit. Euacuat enim omnia indicia contra reum existentia. Gramm. consil. 66. nu. 6. & dat odorem suauitatis sicut lilium, Bal. in l. 1. C. de confess. Est etiam probatum qualiter præd. Io. Franc. & eius pater sunt diuites, & ditissimi, & quod a communiter accidentibus moneta falsa solet fabricari per pauperes vt diuites fiant, & non per diuites. et testes deponentes super communiter accidentibus probant. Præterea probatur per quàmplures testes, qualiter Ioan. Franc. non conuersabatur cum præd. Io. Franc. nec cum d. Bartol. nisi quando ei inseruiebat in cibo præstando, & qualiter præd. Bartol. habebat eius allogiamentum separatum omnino, & longè a domibus ipsius Ioan. Franc. & non est præsumendum, quòd si præd. non erant maxima amicitia coniuncti, nec adinuicem cõuersabantur, quòd perpetrassent simile delictum insimul, & quod non essent memores eorum vitę, qua nihil dulcius, vt deponunt de supradictis quàmplures testes super quinto articulo. Et testes ipsiusmet curię deponunt, quòd semel Io. Franc. lusit cum præd. militibus, & quod non habebat monetam aliquam adulterinam, sed solummodo vnum scutum aureum, & non est uerisimile, quòd luderet scutum prædictum, si habuisset prædictam monetam falsam, nam potius lusisset falsam, quàm veram, ratione dubii euentus amissionis ipsius in ludo. quæ omnia probantur in fauorem præd. Io. Vinc. qui fuit detentus cum Reuerentia iniustè per plures menses cùm non essent aliqua indicia contra eum propter quæ detineri potuisset. Probatur etiam in fauorem ipsius Io. Vinc. qualiter toto tempore, quo fuit præd. Bartol. cum eius militibus in præd. castro, fuit absens, vt attestantur omnes testes super 8. & 9. artic. Et qualiter sunt homines veridici, & fide digni, & quod pro talibus sunt

 reputati.

reputati. Accedat insuper contrarietas testium ipsius curiæ, nam quidam ex eis dicunt, vt sunt Franc. de Solis. Petrus de Velasio, & Ioãnes de Vngliar, quòd dum fuisset interrogatus præd. Bartol. existẽs in eau pona quadam manè. a quo habuisset præd. monetam respondit quod a Io. Francisco. Et interrogati de cõtestibus dicunt præsentibus Michaele de Vergara, & Quint. Vet. qui examinati dicunt præd. Bart. in eodem loco & tempore dixisse, quod Ioan. Bapt. et mutuauerat. Quæ contrarietas est maximè attendenda, vt tenet Grammat. in vot. 3. numero 17. Ex quibus omnibus est concludendum prædictum Io. Franciscum, nedum non posse repeti in tortura, imò ipsum & Io. Vinc. a præd. inquisitione infamiæ, & tota causa absoluendos esse. Maximè cùm simus in criminalibus, in quibus probationes debent esse luce meridiana clariores, vulgat. l. sciant cuncti. C. de probat. meliusque sit nocentes absoluere, quàm innocentes condemnare, l. absentem, ff. de pœn. etiam si essemus in dubio prout non sumus, l. Arrianus, ff. de act. & obligat. c. cùm sunt iura, de reg. iur. in 6. Et ita de iure censeo, & ita postmodum fuit executum.

Petrus Enriquez V. I. D. Salao &c.

CONSILIVM XLI.

SVMMARIVM.

1 *Vnio est alienatio.*
2 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
3 *Papa non præsumitur concedere alicui gratiam cum præiudicio tertij.*
4 *Possessio antiqua, an recens sit, statur arbitrio Iudicis.*
5 *Papa in Beneficialibus habet amplissimam potestatem.*
6 *Motus proprius Summi Pontificis non operatur in iure patronatus laicorum, secus in iurepatronatus clericorum.*
7 *Subreptio non ampliat gratiam, sed eam tollit.*
8 *Principis dispositio, quæ interpretari potest in derogationem iuris communis, vel in eius conseruationem: in dubio interpretanda est in eius conseruationem.*
9 *Princeps in dubio non intelligitur vti velle plenitudine potestatis, sed ordinaria.*
10 *Gratia licet sit perfecta per solam signaturam, nihilominus non debet iudicari secundum supplicationem, nisi Bulla expeditæ.*
11 *Gratia Summi Pontificis non dicitur perfecta, nisi reducatur in modum.*
12 *Patronus non præsentans infra tempus a iure præfixum, amittit ius præsentandi, quod deuoluitur ad Episcopum.*
13 *Tempus præfixum ad eligendum, & instituendum non currit ignoranti.*
14 *Episcopus per visitationem ab ipso factam videtur approbare per ipsum repertos in præbendis, & beneficijs.*

Intemeratæ Virginis Mariæ præsidio implorato. Amen.

FVit dubitatum an per longam possessionem plurium beneficiorum eum titulo præsumatur vnio. Et vtrum Summus Pontifex intelligatur vnire etiam irrequisito patrono. Et an censeatur obreptum ex quo supplicans tacuerit de iure patronatus, & in specie non expresserit vnionem esse fiendam. Et primò ad euidentiam est præsuppo-
1 nendum, quòd vnio † est alienatio, quia eius materia ponitur sub titulo de Reb. ecclesiæ non alienandis. vt apparet in clem. si vna eccles. eodem tit. & est tex. expressus in c. vna, de his quæ fiunt a Prælatis sine consensu cap. in fine. Et super ea requiritur consensus illorum, quibus præiudicium generatur. cap. sicut vnire, de excess. Prælat. c. cum dilectus, quoad met. causa. Et nulla est alienatio de rebus ecclesiasticis sine solemnitate, & forma, c. sine exceptione, 2. q. 2. & Gl. in c. tua, supra alleg. Et nisi consensus Capituli probaretur interuenisse, vnio est nulla, c. ea nosci tur, de his quæ fiunt a Prælat. sine consensu capi. Petrus de Perusio in suo tract. de vnion. ecclesiarum, vbi fusè de hoc agit. His ergo præsuppositis circa primum dubium puto esse dicendum, quòd attento quod vnio requirit tractatum vt supra, & est species aliena
2 tionis, & quod facti, & facta † non præsumantur, nisi probentur, sicut dicit tex. in l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & postlim. reuers. quod non præsumitur cõsensus Capituli, qui requirebatur, cum fuerat ei ius quæsitum, d. c. tua, & c. quanto, eod. tit. Nec obstat quod in casu nostro Papa scripserit nulla facta mentione
3 de Capitulo, quia † numquam Papa intelligitur, nec præsumitur facere gratiam cum præiudicio iuris alieni, c. mandatum de rescr. c. super eo de offic. deleg. & in c. licet de officio ordinarii, l. rescripta, l. quoties, C. de prec. imper. offer. in l. 2. §. merito, ff. ne quid in loco publ. fiat. reguła cancell. incipit, Item ne per varias, sub tit. de iure quæs. non toll. & ibi Gomes. & idem etiam procedit in patrono laico, & clerico, quia dato quòd conferendo posset præiudicium facere in iurepatronatus, non sequitur quod velit vnire, & vnire intelligitur, quia agitur de maiori præiudicio, prout fuit decisum per dominos de Rota sæpissimè. Nec obstat id, quod dicitur, quòd per visitationem Episcopi, & verisimilem inquisitionem beneficiorũ, quod permiserit sine titulo d. capellam possideri, argum. eorum, quæ notantur in c. ordinarii locorum, de off. ordin. in 6. quia in casu nostro non deducitur, neque probatur de aliqua vnione, nec de aliqua antiqua possessione, cum constet de introitu vitioso, quo casu possessor remoueri debet in c. dilecta de præb. & in c. pen. de supplen. neglig. prælat. unde dicit Ho
4 stiẽ. in c. illud, de præsumpt. quòd † statur arbitrio Iudicis, an possessio sit antiqua, vel recens. Constat enim in casu nostro possessionem non excedere sex menses, vel plus annum, & cum simus in claris, quòd ad literas Apostolicas super possessione capellæ tamquam vnitæ, & perpetuo annexæ, non est opus coniecturis, argum. l. continuus cum casu de verb. oblig. & si dicamus quoad rescriptum nullum, quod præsupponere

nece possimus antiquam possessionem, attamen si ar
guamur de bulla, olim prædecessoris, prout argui de
bet, constabit ex ea dictam capellam non fuisse uni-
tam, sed in specie super ea dispensatum, vt valuissent
eam retinere, ergo nulla antiqua possessio præcessit,
vt unio ex longitudine temporis præsumi potuis-
set.

Ad secundum dubium dicendum censeo, quod li
5 cet in beneficialibus summus † Pontifex habeat po
testatem amplissimam, iuxta text. in c.2. de preb. in
6. & in clem. 1. eod. tit. & iuri positiuo pro patronis
inuento ex gratia, c.3. de iurepatron. Papa non subia
ceat, c. proposuit, de concess. præb. & per not. per Fe-
lin. in c. cum ecclesiarum, de constit. ubi plenè de po
testate summi Pontificis tractat, & quòd de eius po-
tentia potuisset unire, si voluisset, non est dubium,
prout communiter firmant Doct. in ca. 2. de præb. in
6. Archid. in c. piæ mentis, 16. q. 7. & in c. hortamur,
71. d. ubi dicit quod ad solum Romanum Pontificē
spectat beneficia conferre patronis inuitis, attamen
non præsumitur patronis præiudicare, uelle iuxta no
tat. in c. dilectus, de iurepatron. & secundum Rot. de
præb. dec. 20. in nou. incipit, Præsupposito facto ad fi
nem. Abb. in c. cum ad aures, in pen. gl. de rescr. ubi
6 voluit, quòd † etiam motus proprius Papæ non ope
ratur contra patronum laicum, licet operetur in iure
patronatus clericorum secundum Lapum alleg. 80.
incipit, Dominus Papa gratiosè concessit in 5. col. ta
men non obstat in casu nostro, quia ex quo impetrās
habebat notitiam de iurepatronatus Capituli sanctę
Mariæ non expressit, nec mentionem fecit, prout te-
nebatur, propter quod subest vitio subreptionis, & c.
7 caret impetratis, & subreptio † non ampliat gratiam,
sed eam tollit, ut est Glo. in clem. secundum, in ver-
bo specialis, de officio ordin. & in c. translato de con
stit. & ratio est secundum Innoc. in c. dudum de de-
8 cimis, quia dispositio † Principis æquè potest inter-
pretari in derogationem iuris communis, & ad eius
conseruationem in dubio potius debet interpraetari
in eius conseruationem, quàm derogationem, de quo
dicto meminit Bald. in l. bonorum, C. qui admitt. &
in c. cum inter, de except. Idem Innoc. in c. innotuit
9 de electione in fi. quia † Papa vel Princeps ī dubio
non præsumitur vti plenitudine potestatis, argum.
clem. fin. de sent. excomm. Item ex alio euidentiori
iure, non intelligitur Papa d. capellam iuris patrona-
tus ecclesiæ sanctæ Mariæ uoluisse unire, quia cum
vnio se habeat ad speciem alienationis, & in alienа-
tionibus agatur de iure tertii, perpetuò non intelligi
tur Papam uoluisse derogare, & ius tertii perpetuò
tollere, iuxta l. quoties, & l. rescripta, C. de prec. im-
per. off. & adest decisio Rotæ in terminis in nouis. &
per prædicta est satisfactum 1. & 2. dubio, maximè
cum præd. omnia dubia oriantur ex eo, quam non de
bemus, nec possumus iudicare secūdum rescriptum
sedis Apostolicæ, sed secundum literas, & Bullas pre
sentatas, in quibus pretendit se in possessionem in-
trusum, imponitur enim pœna excommunicationis
ne secundum supplicata iudicentur, prout in Rubri-
ca regularum Cancellariæ constat. Insuper non est
plene probatum de stylo in contrarium. Dicit insu-
per regula Cancellariæ 25. quod nullus Iudex etiā
Cardinalis debeat iudicare secundum supplicata, &
tenorem supplicationis continentis gratiam, sed se-
cundum tenorem Bullarum expeditarum, & si lite-
rę non sunt bene expeditę debent remitti ad Cancel
lariam. & ibi dicunt scribentes, quod licet gratia sit
10 † perfecta per solam signaturam, ut est text. in c. si
25. q. 2. & in clem. dudum, §. nos enim de sepult. ta-
men regula fundatur ex eo, quia multæ falsitates co-
mitti possunt in supplicationibus, quę in Bullis ces-
sant, & committentes falsitates in Bullis, grauiter
puniūtur, c. ad falsariorum, de crimine falsi. nam sup
plicatio non est litera Apostolica, nec bullata. Ergo
vt falsitas euitetur, & falsantes literas puniantur,
fuit hoc inuentum, & institutum per summos Ponti
fices per pręd. regulam, ex qua sumitur conclusio tā
11 de stylo, quàm de iure, quòd † quælibet gratia sedis
Apostolicæ nō dicitur perfecta, nisi reducatur in mo
dum, argum. l. contractus, C. de fid. instrum. & idem
consuluit Oldrad. in cons. 226. in 6. colum. incipit,
Quod articuli, Ant. de Butr. cons. 11. nec quis dicitur
habere titulum ante literas confectas iuxta decisi.
Rot. 329. cum seq. quæ incipit, Licet Romana curia,
& idem dicit Bal. in l. beneficium, ff. de legib. allegat
Io. Andr. in procemio sexti libri, in nouella, & præd.
Regula non solum habet locum in Romana curia,
imò etiam in omnibus aliis curiis. Et dato quòd de
errore appareret in Bullis eum per supplicata, & re-
scripta videatur forma literarum esse alterata, & talis
error possit corrigi per Cancellariam eius ordinariē,
per not. per Bar. in l. librarius, ff. de reg. iur. & in c. 1.
de fid. instrum. & recurri debeat ad matrices, iuxta
l. scripturas de fid. instrum. & in d. ca. 1. tamen ante
conceptionem non potest uti originali scriptura in
vim probationis, sed recurrendum est ad superiores
per prædicta. Insuper cùm præd. supplicans commi
sit in legem facto proprio, & ex proposito, eùm bul-
las susceperit, & contra formam supplicatorum, &
oppresserit supplicata, non debet amplius vti, nec sti
ti beneficio legis, qui eam contemnit argum. l. con-
tra. ff. de legibus, nam in fraudem legis facit, qui sal-
uis verbis legis substantiam mutat, prout in casu no
stro, l. auxilium, ff. solut. matrim. & ibi Bald. post gl.
in l. viro & vxore, ff. solut. matrim. Et dato quòd ita
fuisset erratum, non debet, nec potest uti tali benefi-
cio correctionis, parte cuius interest non intimata,
argum. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. l. nam ita di-
uus, ff. de adopt. Quantum vero pertinet ad sequen-
tia dubia, primò præsupponendum est, quòd Episco-
pus constituit Capellanum in d. altari die sequenti
post obitum Francisci primi Archipresbyteri iā mor
tui de mense septembris. Et sedes Apostolica eau-
dem capellam concessit de mense nouembris sequē-
tis nouo, & præsenti Archipresbytero tamquàm an-
nexam, & connexam, & elapsis aliquibus mensibus
post appositionem manus Sedis Apostolicæ institu-
tionem nullam, & tamquàm annexam, & perpetuò
vnitam impetratam, in qua erat iam iuspatronatus
constitutum Capitulo sanctæ Mariæ præd. ex quo
fit, quòd eùm de nouo peruenerit ad notitiam vaca-
tio huiusmodi, fuit meritò prouisum præd. Ioanni
Antonio: nec tempora, fuerunt desluxa, vt est tex. in
c. quia vniuersitatem de concess. præb. & ibi tenet
12 Abb. vbi dixit, quòd licet † patronus cesset præsen-
tare infra tempus præfixum, & talis potestas deuol-
uatur ad Episcopum, qui habet ius instituendi, iuxta
tex. in cap. 2. de concess. præb. tamen istis, quibus it

d bu-

deuoluta potestas, dabitur integrum semestre, & ta
le tempus non incipit currere nisi a die notitiæ, &
scientiæ, ut ibi per eum. & tenet idem Innoc. in c. li-
cet de suppl. neglig. prælat. & tenent Domini de Ro.
ta sub tit. de Iure patronat. ubi dicunt, quòd tempus
13 præfixum † ad eligendum, & instituendum non cur
rit ignoranti, & idem sequutus est Feder. de Sen. in
consil. suo 133. & aperte Io. Andr. in d. c. 2. de suppl.
neglig. Prelat. Et dato quòd Episcopus scientiam ha
buerit talis iurispatr. adhuc tempora non fuerunt de
fluxa, cùm patrono Ecclesiaco dentur sex menses. c.
eam te, de iurepatr. & in cap. 1. §. uerum, eodem tit.
libro 6.
14 Nec obstat, quòd † per uisitationem Episcopi vi-
deatur approbare repertos in præbendis, ut dicunt
Doct. in cap. 1. de reg. iur. in 6. & ibi Archid. & Ioã.
Andr. Innoc. & alij Canonistæ, in c. licet de simonia.
tamen communis conclusio Doctorum est, quòd li-
cet faciat aliqualiter præsumptionem, nõ tollit, quia
si Ordinarius se opponat super beneficio, cui resistit
ius commune, possit de beneficio alteri prouidere, ut
est tex. in d. c. 1. de iurepatr. iuncta gl. fin. quia si con-
uinceretur detentor, non haberet canonicum titulũ
iuxta notata in c. diuersis fallaciis. de cleric. coniug.
prout dicit Archid. in d. glo. & Ioã. Andr. in d. c. 1. &
ibi Gemin. & licet forte imputandum esset Ordina-
rio, qui tacuit, arg. c. primi de frigid. & malef. & Ho-
stien. in d. c. licet, tamen illud procedit, quando esset
factum antiquum, & diu stetisset in possessione, ut te
net Felin. in. c. ueniens de uerb. signif. nec sufficit ille
tacitus consensus, cum ius commune resistat, tunc
enim consentire expressè nõ posset, prout dicit Abb.
in d. c. licet reli. in fine. cessant ergo in casu nostro con
siderari tempora prædecessoris, cùm ipse retinuerit
dispensationem super capellam, & non unionem, &
d. aduersarius solùm retinuerit per sex menses tam-
quam unitam, & perpetuò annexam, ex quo nulla
antiquitas possessionis, nec tolerantia Episcopi ope-
ratur. Sed esto quod procedat, quòd Episcopus ex lõ
gitudine temporis, & tolerantia non posset amplius
possessorem molestare, prout dicit Host. in c. cùm ue
nerabilem de exceptio. non tamen impeditur, quin
male alienata recuperet, quia hæc potestas à Iure cõ
ceditur, prout not. Gl. fin. in clem. 1. de præb. Imò ei
imponitur necessitas, ut dicunt omnes Doct. in c. si-
quis presbyter. de concess. præb. & tenet Lap. alleg.
sua 51. ex quibus infertur, & satis colligitur manifestè
præd. Ioannem Antonium habere meliora, & potio-
ra iura, & ad eius uictoriam, & sententiam pro eo fe-
rendam plenè deduxisse. suppleat cætera Magnificus
& R. Iudex. Ita de iure censeo, & ita consulo, saluo
saniori consilio.

Petrus Enriquez I. V. D.

CONSILIVM XLII.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum ad hoc, vt in Regno Neapolitano fatiat fidem, debet esse subscriptum a Iudice, & tribus testibus.*

2 *Subscriptio non dicitur facta per crucem testium nescientium scribere, nisi sint testes, qui deponant crucem ipsam fuisse factam à testibus scribere nescientibus.*

3 *Instrumentum scriptum per manus Notarij scribentis etiam manu propria nomina testium in eo interuenientium facit fidem de iure communi, licet testes nõ se subscribant.*

4 *Instrumentum, in quo testes illiterati interfuerunt, ad hoc ut faciat fidem, debet probari qualiter in dicto loco non reperiebantur testes litterati.*

5 *Instrumentum non probat, vbi non reperitur eius protocollum cum suo originali.*

6 *Testis se subscribens in instrumento videtur asserere se interfuisse tempore eius confectionis.*

7 *Notarii verba asserentis in aliquo instrumento se uidisse, & legisse aliud instrumentum per ipsum factum, ad quod se refert, non probat, nisi producatur illud instrumentum.*

8 *Instrumentum præsentatum ante litis contestationem, si producatur in um probationis, debet iterum præsentari in termino probatorio.*

9 *Pax non dicitur rupta si superuenit noua causa offensionis.*

10 *Fideiussio de non offendendo cum pœna, in dubio durat per decem annos.*

11 *Testes deponentes de uariò numero Temporis, concludunt in minori numero.*

12 *Testis approbatus a parte non potest amplius repulsari ab eo.*

13 *Prouocato ignoscendum est, si uoluit se ulcisci.*

14 *Testes si concordant in substantia negocij, probant; licet in circumstantiis discordent.*

15 *Testes unius partis si contradicant testibus alterius partis, si uerisimiliora deponant, magis probant.*

Domini Nostri Iesu Christi nomine inuocato. Amen.

PRo parte Bernardini Bruneti, & sociorũ Prouinciæ Calabriæ fuit mihi presentatus processus, ut illi consulerem, quænàm essent partes Magnifici Iudicis d. processũ iàm in limine expeditionis existẽtem in sententiando: & bene uiso per me processu, & consideratis defensionibus ipsius Bernardini, dico fore, & esse præd. partes iudicare debentis in absoluendo ipsum Bernardinum, & socios, ex causis, & rationibus infra dicendis.

Et primò facit illa regula uulgaris, quod actore, uel accusatore non probante reus debet absolui, etiàm si nihil præstiterit, l. qui accusare C. de edendo, c. cum ecclesia. de causa poss. & propter. c. ut nostrũ ut eccl. benef. sine dimini. confer. c. fin. de Iure iur. sed Petrus Longus, & alii litis consortes non probauerunt intentionem eorum contra præd. Bernardinum, & socios. merito ueniunt absoluendi. Nàm præd. accusatores dicunt inter ipsos & præd. accusatos mediante publico instrumento fuisse factam pacem, quæ per præd. Bernard. & socios postea fuit rupta, & sic contrauenium pœnis appositis in d. instrumento, quod quidem minimè probant. nàm debebant probare præd. pacem initam inter eos, & postea fuisse ruptam per accusatos. si tamẽ non est pro-

bata

bata præd. pax, non potest probari fuisse rupta, cùm non ensium nulla sint partes, & priuatio præsuppo nat habitum. l. decem. ff. de uerb. obligat. c. ad dissol uendum. de desponsat. impub. nàm assertum instru mentum per eos præsentatum de asserta pace facta nullam fidem facit. Nam ad hoc vt instrumentum
1 † in hoc Regno Neapolitano faciat fidem, necesse est, quod sit subscriptum à iudice, & tribus testibus scientibus scribere, & omni exceptione maioribus, si excedat libram auri. ut in constit. instrumentorum robur, & ibi Affl. sub rubr. de fid. instrum. sed in di cto asserto instrumento, quod continet summam ul tra libram auri, non sunt subscripti præd. tres testes, vt patet ex inspectione ipsius. nam omnes subscri ptiones dicunt signum crucis propria manu, & non est facta aliqua crux. imò omnes testes illiterati non fecerunt crucem, etiam non possunt se amplius sub scribere, meritò d. assertum instrumentum nullam fi dem facit. Et in tantum est hoc verum, quod etiam
2 si facta † esset crux, & non sint testes, qui deponant qualiter illæ cruces fuerũt factæ per manus illorum testium, qui interfuerunt in instrumento, vel per ma nus alienas de consensu ipsorum testium, quod non dicitur subscriptio facta per illos testes, & in conse quentiam tale instrumentum non probat. ita Affl. in d. constit. Instrumentorum robur, iuxta finem, & est decisio eiusdem 166. incipit, fuit dubitatum. num. 5.
3 6. & 7. Et ratio est, quia † quando testis se subscribit talis subscriptio appellatur testimonium, Bal. in l. fi. C. si cert. pet. dicens, quòd tunc testis testificatur cum se subscribit, licet de iure communi sufficeret, quòd notarius scriberet propria manu nomina testium in teruenientium in contractib. Glo. est notab. in Auth. de hæred. & falc. §. si vero absint, in ver. tabulariis, & not. in l. fi. C. de fid. instrum. Alex. in l. iurisgentiũ, §. quod ferè. ff. de pact. tenet Affl. in constit. Baiulos omnes, num. 28. sub rubr. de ferijs, & salarijs Iud. at tamẽ in hoc Regno Neapolitano requiritur subscri ptio testium, aliàs nullam habent instrumenta firmi tatem per d. constit. instrum. robur. Et eo maximè præd. instrumentum nullam fidem facit, quia adhi bendo testes illiteratos in præd. instrumento, prout aduersarius debebat probare, quòd in præd. loco, ubi fuit confectum præd. instrumentum, non erant testes
4 litterati, nam si erant, non possunt adhiberi testes illi terati, per d. constitutionem Instrumentorum robur, & ibi Affl. nu. 18. quia tales testes adhibentur in sub sidium, imò est notorium totum contrarium: nam in loco, vbi asseritur fuisse præd. instrumentum celebra tum, sunt quamplures Doctores & notarij, & quam plurimi clerici, qui potuerunt esse testes, & se subscri bere, & sic seruare formam præd. Constitutionis.
5 Vltra hæc, assertum † instrumentum ex alio capi te non probat, quia non reperitur protocollum, seu originale, licet reperiatur liber protocollorum illius anni, quo casu non probat, vt dicit Bal. in Rub. C. de fid. instrum. & est tex. in Auth. de tabellion. §. ult. vbi Imperator annullat instrumentum factum in Ciui tate Constantinopolitana non reperto protocollo: de bent enim Notarij redigere contractus, & volunta tes contrahentium ad protocollum, & matricem. & hoc idem est expeditum in hoc Regno per suprad. incipit, Baiulos omnes vers. huic constitutioni, & per Pragmat. Regis Ferdinandi, incipit, Constitutionem

Diui Federici sub rubr. de instrum. infra octo dies, a die rogit. &c. per quas disponitur, quod Notarij fa ciant librum Protocollorum: Et in eodem scribant omnes contractus, de quibus fuerint rogati in illo anno. & ex identitate rationis ille §. vltimus vendi cat sibi locum in casu nostro: & ex quo non reperitur protocollum, non debet facere aliquam fidem. Et fa cit etiam, quod vnus testis, uidelicet, Lucas de Bar tholo examinatus deponit de auditu, quòd fuit facta pax, & non dicit, quòd fuerit factum d. instrumentũ, & quod ipse interuenerit, nec quod fuit vocatus, ut testis, meritò amplius non potest se subscribere, & si
6 se subscripsit, cum † per subscriptionem, vt dictum est, videatur quis testificari, vt dicit Affl. vbi supra tã quàm testis sibi contrarius, & uarius nullam fidem facit l. qui varia, aut falsã, ff. de testibus.
Nec non ex alio capite non valet præd. instrumẽ tum, quia dicit, quòd Iustinus, ut Procurator facit d. pacem, sed nullibi de mandato apparet, & sic fuit fa cta a non habente potestatem. Et dato quòd in in strumẽto dicatur, quod Iustinus Procurator Bernar dini, ut patet in instrumento manu talis. attamẽ per hoc non probatur, quod sit Procurator, tex. in Auth. si quis in aliquo documento, C. de eden. & ibi Bal. in fi. Card. in c. fi. de fid. instrum. Dec. in consil. 522. in
7 3. vol. Et plus dico, quòd † etiam si notarius dicat, vt patet in instrumento per nos viso, & lecto, vel per me facto, adhuc etiam non probat, nisi producta tur, vt omnes Scribentes concludunt in d. Auth. si quis in aliquo documento.
Vlterius dato, & non concesso, quòd appareret de mandato istius, & quòd instrumentum esset solẽne, prout non est, & quòd probaretur Pax. tamen adhuc dico, quod quando nomine alicuius fit aliquis actus eo absente, & si postea non acceptat, vel ratificat re integra, non potest se ex illo actu fundare, maximè si est quæsitum ius alicui parti, l. si vxor, §. si quis vxo rem. Et ibi Dyn. & Bartol. ff. de adult. & in l. Panto nius, in princ. ff. de acquir. hered. Bal. & Salyc. in l. fi. C. de donat. & in Auth. ei qui, C. de temp. app. Spec. in tit. de oblig. & solut. §. 1. vers. item pone. Alex. in cons. 26. vol. 6. vers. 4. respondet, Bart. in l. si inde bi tum, §. si procurator, ff. rem ratam haberi, & in Abo. ouium, cod. tit. Bald. in l. obseruare, §. proficisci, ff. de off. Proconsul. & legat. Soc. in cons. 126. vlt. col. 4. vol. sed ex quo ante assertum homicidium commissum in personam Scipionis, nec Bernardinus, nec Iacobus, nec alij ius consortes, nec eorum parentes ratifica runt d. pacem, postquàm nunc euenit d. casus, non possunt ratificare, & ex illo agere, quia res non est in tegra, nec sumus in terminis, in quibus eramus tem pore, quo, vt dicitur, fuit facta d. pax. Et sicut pars aduersa, si successum fuisset præd. homicidium in per sonam alterius partis, non acceptasset præd. pacem: ita & eodem modo Bernardinus, & alij ius consor tes non coguntur acceptare d. pacem, argum. eorum, quæ notantur in l. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de act. & oblig. vnde cum non sit probata pax, & iã sit conclusum in causa, nec præd. instrumentum sit solemne, & careat forma instrumenti, amplius non debet admitti aliqua probatio, nec aliqua productio Doct. in l. admonendi, ff. de iureiur. & est Pragmat. incip. Post conclusionem causæ, sub Rubr. de testib. post cõcl. in causa, nullo modo admitt. & dato quòd fuisset

fuisset solemne, non est præsentatum ante conclusionem,& sic amplius præsentari non potest in vim probationis,cùm non sit cognoscere conclusione facta, sed cognitum esse. Et dato quod asserto modo reperiatur præsentatum ante litis contestationem, debe-
8 bat † iterum præsentari in termino probatorio parte præsente, vel citata ad videndum ipsam præsentationem,aliàs non facit fidem, cùm non dici possit fuisse præsentatū in vim probationis,l. postquàm,§.dies, ff. vt legat.nom.cauc.Bald.Paul.& Alex.& Iaf.in l. si legatum,ff.de edendo,& ideo habeatur ac si non esset præsentatum, argum.l.4. §.condemnatum, ff.de re iudic. Et etiam si fuisset præsentatum,prout non est,post litis contestationem, attamen ex quo Bernardinus,& litis consortes non fuerunt citati ad videndum præsentationem ipsius asserti instrumenti, & ideo habetur,ac si non fuisset præsentatum, c. literas, 3.q.8. Bald.in l.sancimus,penul.colum. C.de iudic, Iaf.in l.properandum, §.sinautem Reus, C.eod.tit. imò si fuisset præsentatum parte præsente, & sic ipso Bernardino, & socijs,vel citatis. Si tamen non fuit decreta copia d. instrumenti cum termino ad opponendum,adhuc nihil probat, Bart.in extrauag.ad reprimen.in verbo de plano, Alex.in apostilla ad Bar. in l.siu. C.de fid.instrum. Aret.in §.appellamur in fine, inst.de act. Lud.Rom. in l.qui ante Calendas, ff.de verb.oblig.& in consil.156.& 519. Marsil. in sing. 81. ex quibus omnibus clarè apparet assertum instrumentum nullam fidem facere contra præd. accusatos,nec pacem fuisse probatam, & sic nullam pœnam incurrisse: & propterea absoluēdi essent. Et licet hęc sufficerent,attamen pro satisfactione prædictorum, & vt nihil intactum relinquam, dicam infrascripta, ex quibus absolutio eorum erit luce meridiana clarior, &c.

Et primò, accusatores se fundant in homicidio commisso in personam præd. Scipionis, & certè in processu nullibi apparet,nec etiam præd. homicidiū est probatum in genere, prout saltem debet probari, nec constat de corpore mortuo, vt docet Marsi.in sua pract.crimin.in §.1. Blancus in repet.l.si.ff.de quest. num.16.& 17.cum seq.per tex.in l.1. §. illud autē. ff.ad Syllan. & ibi habetur communiter per Doct. sed hic non constat de asserto homicidio saltem per famam formiter probatam,ergo pax non dicitur fuisse rupta,quando constaret de ea, prout non constat, sed solus est vnus testis, qui deponit audiuisse præd. Scipionem filium Petri Longi interfectum fuisse ab illis de Bernardino, & non dicit a quibus in specie, & si illi, qui interfecerunt eum, sunt in gradu comprehensio in asserto instrumento pacis:nec dicunt testes causam,propter quam fuit interfectus,nam si ex
9 noua causa,non dicitur pax rupta. Nam † si post pacem factam superuenit aliqua causa, propter quam præd. Scipio fuit interfectus, non dicitur rupta pax, Batt.in l.aut facta, ff.de pœn. Paul.Alex.& Iaf. in l. qui seruum,ff.de verb.oblig.Bald.in consi.195. in 2. par.Rom.consi.183.Alex.in consil.19.& in consilio 158.in 1.vol.Butr.& Innoc.in c.cùm inter de renūciat. Alex.in l.semel mat.ff.solut.matrim. Et in tantum est hoc verum,quòd etiam si causa noua non sit iusta ad offendendum, tamen adhuc præsumitur, & dicitur factum ex noua causa, etiam iniusta, vt dicit Bartol.vbi supra, Alex.in consil.113.in 4.volum.& Rom.in d.consil.183. propter quod ille prouocetur ad aliquam iniuriā, licet dicens ex tali dicto, seu verbo non veniat puniendus, tamen ex quo dedit causam ad iracundiam. Et etiam si præd. causa sit verbalis,& non sufficiens ad offendēdum,tamen si fuit facta offensa, præsumitur fuisse facta ex noua iusta causa,& non ex veteri. Nam semper præsumitur ex noua causa,vt etiam dicit Iaf.in d.l.qui seruum, tanto magis quoniam tempore,quo fuit asserta pax facta vsque ad assertum homicidium, sunt decursi anni
10 34.& plus. & sidemissio † de non offendendo, seu pœna apposita non durat in dubio,nisi per decem annos,& hic ex per tot annos potest illam capere. Angel.in l. Valerianus,ff.de præt.stipul. nam per totam nos inducitur oblitio in l.si finita,§.non autem,ff. de damno infecto, in l.si quod meo, ff.de acquir.possess. Et non est præsumendum, quòd ex tam veteri causa, & post tam longū tempus fuisset offensus,& processum fuisset ad vindictam tam veteris inimicitiæ, sed ex aliqua causa noua,prout in terminis tenet cōsulendo Signorell.de homode,in consi.5.in pen.col. & in casu præd.consilij inter pacem,& offensam erāt decursi solum anni tredecim, & in casu nostro sunt elapsi triginta quatuor,& plus, vt supra dictum est. Et multo plus hoc procedit in casu nostro, quia Petrus Longus, & socij sunt, & tempore assertæ pacis erant de parte offensa, & Bernardinus præd. & eius socij de parte offendente,& non est verisimile,quòd sine noua causa iterum voluissent offendere. sed si essent offensi forte præsumeretur,quòd offendissent ex veteri causa, & animose vindicandi veterem iniuriam,quod non præsumitur in illis, qui semel offenderunt,quod iterum sine noua causa offendere voluissent,vt dictum est. Et iam per quam plures testes ipsius Bernardini est probata noua causa super 15. excepr.deponētes,quòd sunt quatuor anni,quod præd. Scipio percussit cum sanguinis effusione armatus cum quadam plumbarola Antoninum vnum ex socijs & consanguineis ipsius Bernardini.& sic de cōprehensis in d.asserta pace. Et sic in casu, quo probaretur assertum homicidium,præsumitur,quòd ex ista causa fuit sequutum, & non ex veteri contenta in asserto instrumento.

Item per alios tres testes est probatum,quòd sunt sex anni, quod d.Scipio percussit vxorem Antonini cum calce, & eam prostrauit per terram. Et licet aliqui testes præd.aduersarij deponant,quòd sunt quatuor anni, quòd præd. Antoninus primò aggressus
11 est ipsum Scipionem. Et dato quòd † aliquis dicat de maiori tempore: tamen ex quo variant, concludunt in minori tempore, & sic in quatuor annis, vt dicunt Doct.in l.1.ff.de verb.oblig.in §.si postulanti. & Canonistæ in c.1.de arbitr.& quando non essent repulsati,prout sunt, tamen testes ipsius Bernardini probant, quod præd. Scipio insultauit uxorem ipsius Antonini, & eam proiecit in terram, iam sunt sex anni, & sic semper præcessit offensio ipsius Scipionis alius offensus præd. Antonini,propter quas offensas nouiter factas est præsumendum in casu, in quo probaretur de præd. homicidio fuisse causatum, & non ex veteri inimicitia, tanto magis quod præd. asserti testes deponentes de priori offensa facta per præd. Antoninum in personam præd.Scipionis sunt, vt dictum fuit,repulsati,cùm sint de parentela ipsius

Scipionis,& quodammodo offensi,& iniuriati ab ipso Antonino. Nam iniuria facta vni de familia, seu parentela alicuius uidetur omnibus de illa casata facta, l.1.2.& 3. ff. de liberal. causa. probat tex. & ibi Doct. in l. lex Cornelia, ff. de iniur. Bart. in l. cum scimus, de agric. & cens. lib. 11. & Bald. in l. un. in 2. colum. C. de rapt. virg. & quòd sint de parentela, & in tertio gradu cum ipso Scipione, omnes testes deponunt super 11. except. repulsatoria.

Et si dicatur, quòd isti testes licet sint consanguinei ipsius Scipionis, attamen sunt approbati per ipsum Bernardinum, qui dum fuisset examinatus, ut principalis, & interrogatus fuisset, si cognoscebat dictus testes, dixit quod sic, quòd eos tenebat pro pro-
12 bis, & veridicis uiris, ita quòd † amplius non possunt repulsari, ne sit sibi contrarius, Bald. in l. si quis testibus, C. de test. Abb. & Felin. in c. de testibus, extra de testibus, Rom. consil. 114. attamen ex quo sunt de parentela ipsius Scipionis propter iniuriam, & offensam eis factam, semper in animo eorum remanet causa secreta odii, & rancoris, dato quòd extrinsecus non ostendant, vt docet experientia rerum magistra, ut dicit tex. in c. cum si sit, de elect. in 6. quo casu quando intrinsecus extat causa rancoris, & odij in teste, licet extrinsecus non appareat, attamen non est idoneus testis, quia præsumitur in animo semper dictum odium gerere, & præd. rancorem habere, & sufficit in teste præsumpta odij causa, ut dicit Innoc. in c. pen. de accusat. & Alex. in consil. 84. in 1. uol. & sic in casu nostro non potest negari, quin prædicti testes propter præd. offensam aliquod odium, & rancorem gerant in animo eorum, licet sint veridici, ut supradictum fuit ex qua causa non probant, nec aliquam fidem faciunt. Insuper iam est probatum, quod eodemmet die, quo præd. Antoninus insultauit præd. Scipionem, ipsemet Scipio per prius insultauerat ipsum Antoninum, & percusserat cum plumbarola cum magna sanguinis effusione, & sic præd. Scipio fuit primus aggressor, & quicquid fecit postea præd. Antoninus, fecit iusto dolore motus, & fuit excusatus, argum. l. si adulterium cum incestu, §. Imperato-
13 res, ff. ad l. Iul. de adult. & ignoscendum † est ei, qui prouocatus uoluit ulcisci, l. qui cùm maior. §. si libertus, ff. de operis libert. satis est quod præd. Scipio dedit causam edicto, & sic quod præd. Antoninus uim repellendo postea eodem die aggressus fuisset ipsum Scipionem, & incontinenti, & sic impunè, l. ut uim ui, ff. de iust. & iure, l. 1. §. si arietes, ff. si quadrup. pauper. fec. dicatur. nam ea, quæ incontinenti fiunt, inesse uidentur, l. penult. ff. de milit. testam. l. lecta, ff. si cert. pet. cum aliis multis similibus. Et si diceretur, quod aliqui ex præd. testibus, prout sunt Francisc. & Boet. de Bernardi. variant in genere armorum; suffi-
14 cit, † quod concordent in facto, & substantia negocij principalis, licet in circumstantiis discordent. Doctri. est Bart. in l. eos circa medium, ff. ad l. Corn. de fals. Innoc. in c. fraternitati, de hæret. Bald. & Ioann. de Imol. in l. his verbis, §. fin. ff. de hæred. instit. Alexand. in cons. 2. in versic. pro quo facit, in 1. vol. & dato quod sint fœminæ, attamen ad defensam admittuntur, & reputantur habiles, Bald. quem omnes sequuntur, in l. parentes, C. de testibus, & sufficiunt, quod sint duo testes, quia in ore duorum, vel trium, extat omne verbum, c. in omni negocio, de testib. l. vbi numerus, ff. eod. & in c. nouit de iudic. & tanto fortius, quòd quando veritas aliter haberi non potest, admittuntur inhabiles, arg. tex. in c. pen. de test. cogen. l. consensu, §. 1. C. de repud.

15 Præterea quando † testes unius partis contradicunt testibus alterius partis, tunc vincunt testes verisimiliora deponentes, tex. est in c. cum causam de test. Abb. in c. quia verisimile de probat. Inn. in c. audítis de præscript. & id, quod non est verisimile, est falsitatis imago, dicit Bal. in cons. schismaticus, posito sub tit. si quis aliquem testari prohibuerit. Et in l. 1. C. de seruis fugit. Sed magis verisimile est, quod Scipio iuuenis, & fortis, atque robustus insultauerit prædictum Antoninum senem, & debilem, quam quod ipse Antoninus senex, & quasi decrepitus primò insultauerit ipsum Scipionem iuuenem, & robustum. Et sic istæ mulieres deponunt verisimiliora, quam testes præd. aduers. & ideo magis probant, Et tanto magis quod est probatum, qualiter præd. Scipio est solitus similes insultus committere, & semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, l. si cui, §. iisdem, de accusat. l. non omnes, §. a Barbaris, ff. de re milit. & in tantum est hoc verum, quod si plures vulnerauerint aliquem, & nescitur quis primò intulerit vulnus, præsumitur contra eum, qui solitus est vulnerare, seu alios ferire, ita probat tex. in d. l. si cui, §. iisdem, & in d. §. a Barbaris. Ex quibus omnibus consulo partes Magnifici Domini iudicare debere is fore, & esse in absoluendo præd. Bernardinum, & socios ab accusatione contra eos instituta, & accusa[illegible]s in expensis condemnando, cùm melius sit nocentes absoluere, quàm innocentes condemnare, l. absentem, ff. de pœn. & quando essemus in dubio, potius fauendum est reis, quam accusatoribus, l. Arrianus, ff. de act. & oblig. c. cùm sunt iura partium. de reg. iur. in 6. & ita consulo & de iure sentio.

Petrus Enriquez V.I.D. Saluo &c.

CONSILIVM XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas alicuius terra dicitur dißoluta, quando verbis, vel facto hominis, constat de ipsa vniuersitate voluisse ipsam dissoluere.*

2 *Vniuersitas potest habere diuersas species bonorum.*

3 *Diuisio præsumitur eße facta iuris præsumptione ex longaua poßeßione inter eos, qui diuisim poßident aliquam rem.*

4 *Diuisio præsumitur eße facta etiam mediante decreto ex longa separatione.*

5 *Vniuersitatis in bonis non dicitur quis habere aliud ius, quàm quoddam factum permißiuum in genere.*

6 *Scientia, & patientia illorum, qui debent consentire in aliquo actu, probant eorum consensum.*

7 *Præscriptio longißimi temporis est exclusio omnium iurium, & actionum.*

8 *Præscriptio, vbi est longißimi temporis, non curatur de titulo.*

9 *Præscriptio lōgißimi temporis excludit omne vitium; & maximè in successore, qui cœpit bona fide poßidere.*

10 *Vniuersitate dissoluta bona eius possunt capi per quemlibet de vniuersitate, & occupari tamquam communia.*

11 *Exequutio facta in bonis ordine turbato, & contra formam legis a Diuo Pio, §. in venditione de re iudicata, non reddit actum nullum.*

12 *Aestimatio præsumitur facta ex lapsu longissimi temporis.*

Immaculatæ Virginis Mariæ auxilio inuocato. Amen.

DVbium fuit, an Vniuersitas cuiusdam castri diruti in Prouincia Calabriæ esset, & sit dissoluta, & extincta, cùm præsupponatur esse dictum Castrum inhabitatum omnino. Et dici poterat d. vniuersitatem non esse dissolutam, quoniam homines eiusdem se contulerunt ad quandam ciuitatem, ibi propè existentem, in qua etiam in præsentiarum retinent nomen Vniuersitatis huiusmodi: quorum mens colligi potest noluisse dissoluere, & abolere d. vniuersitatem, ut in simili dicitur de ciue per multos annos habitante in aliena ciuitate, qui minimè censetur amisisse primæuam ciuitatem, cum habuerit animum redeundi ad illam, vt tradit Bart. in l. assumptio, §. viri prudentes, ff. ad municip. & in l. nec ipsi, C. de incol. lib. 10. & ut aliàs dicit Felyn. in c. dilecti, 2. uers. limita dupliciter, nu. 29. de rescr. & arg. tex. in l. sicut, in fine, ff. quo. quis vn. ui, nom. & facit l. Paulus, §. domo, ff. de pignor. & clem. plerisque, de elect.

Contrarium tamen uerius uidetur, cùm præd. castrum ab immemorabili tempore citra penitus, & funditus sit dirutum, & destructum, & nulla adsit species reficiendi, quo fit, ut talis uniuersitas dicatur dissoluta, & extincta, argum. l. 1. §. si quis ædificium, ff. de operis nou. nunc. l. 3. §. reficere, ff. de itinere, actuque priuato, & l. cum res, §. Arcam, ff. de solut. & expressè id firmat Bald. in c. Imperialis, colum. 3. & 4. de pace Constantiæ in uers. feud. Alber. de Rosa, in l. si usus fructus ciuitati, ff. quib. modis ususfructus

1 ammitt. ubi tenent † uniuersitatem haberi pro dissoluta, & extincta, quando constat uolūtatem illorum de Vniuersitate uel ipso facto, uel alio modo, quòd noluerunt illam dissoluere per tex. in l. pen. in prim. resp. ff. de colleg. illicitis, & firmat Bart. in l. fin. col. penult. eodem tit.

Ex quibus tolluntur superius in oppositum adducta, quoniam uerisimiliter constat ex pluribus coniecturis, & præsumptionibus homines de præd. uniuersitate noluisse amplius redire ad d. castrum, & Felyn. allegans alios Doct. affirmat, quòd si quis per decennium habitat extra patriam, dicitur amittere ciuilitatem illius, & non præsumitur uelle redire ad eam, nisi contrarium probet, quod optimè facit ad casum nostrum, cùm homines d. Vniuersitatis habitauerint ab immemorabili tempore, extra d. castrum in præd. ciuitate ibi proxima, & manifestissimè adsit præsumptio ipsos noluisse redire amplius ad dictum castrum, & sic præd. uniuersitatem fuisse dissolutam, & extinctam.

Quo stante adhuc dubitatur, si Vniuersitas præd.
fuit dissoluta, ad quos bona eius debeant peruenire,
& ad quos, & inter quos sint diuidenda, Bart. in l. fi.
colum. 6. de colleg. illic. considerat uniuersitatem ha
2 bere † posse diuersas species bonorum, & in ultimo
casu suæ distinctionis firmat, & dicit, uniuersitatem
non habentem, nisi bona non distincta ad commodū
singulorum principaliter, ut sunt redditus pascua, &
nemora, & similia, si non contingat præd. uniuersita
tem dissolui, bona præd. illius uniuersitatis ueniunt
diuidenda inter eos de uniuersitate per tex. in l. 3. in
princ. ff. eodem tit. nec refert quòd in d. instrumento
præsentato dicantur hęc uerba, uidelicet, bona pręd.
castri. nam illa uerba in genitiuo posita non arguat
dominium, & possessionem ipsius uniuersitatis, nam
attento tenore pręd. instrumenti, illa uerba sunt posi
ta causa demonstrationis, prout in dubio ita apposita
pręsumuntur, ut dicit Bart. in l. Centurio, col. 11. in
uersic. sed quid si dixit, ff. de uulg. & pup. & declarat
Dec. consil. 567. num. 3. licet aliàs genitiuus denotet
possessionem, ut not. Doct. in rubr. ff. de operis noui
nunciat. quod etiam minimè procedit, quando materia subiecta aliud indicaret, ut per Bart. & omnes alios in d. Rubr. de operis noui nunciat. col. 2. & sic in
casu nostro, bona quę erant ipsius Vniuersitatis, debent diuidi inter homines pręd. castri iam diruti, &
collapsi, attamen quia non constat pręd. bona diuisa
fuisse, adhuc dici possunt esse pręd. uniuersitatis, ita
quod si esset aliquis creditor alicuius hominis de
præd. castro, non posset consequi solutionem sui crediti, nec executionem super pręd. bonis ante factam
d. diuisionem, vt dicit Glo. in verb. non debet in l. sicut, ff. quo quis. vn. nom. per l. in tantum, ff. de rerum
diuis. tamen seriem facti rectius considerando præd.
obiectio cessat.

Præsupponitur enim Martinum de Martinis vnum
hominem de præd. vniuersitate, & debitorem Ioannis Paschalis Romanelli possedisse tertiam partem
nemoris præd. castri nominati de Schria. in qua possessione ipse Martinus, & præd. Ioannes, ac eorum
filij pro diuiso perseuerauerunt per annos ferè sexaginta, ex qua longæua possessione ob iuris pręsum-
3 ptionem præsumitur † fuisse facta diuisio d. nemoris, quod erat commune inter homines præd. castri,
vt firmat gl. in l. pen. C. communi diuid. quam sequū
tur ibi Bartol. Salyc. & omnes alii Scriben. & idem
Bart. & Ang. in l. qui in aliena, in fine princ. ff. de acquir. hæred. & Alex. adducendo alias decisiones in
consil. 92. incipit, Viso, colum. 1. volum. 2. & consil.
15. incipit, Attento, colum. 1. volum. 5. ibi dicit hanc
communem opinionem esse, sequitur Corn. consilio
90. num. 17. volum. 2. & consil. 37. post Ang. in l. si
certis annis, colum. penul. C. de pact. & diffusius sequuntur moderni in tract. de præscript. in 1. par. 3.
par. princ. q. 10. num. 95. ea ratione, quia mutua, &
reciproca patientia, quæ isto casu consideratur, facit
diuisionem præsumi, quæ pręsumptio locum sibi vēdicat, etiam si minor possideret absque Iudicis decreto iam necessario in diuisione facienda inter fratres,
l. penult. C. de prædiis min. si enim probaretur aliquem possedisse de bonis communibus partem se-
4 paratam longo tempore, præsumptio † insurgeret diuisionem fuisse factam cum decreto, ut consuluit
Bald. in consil. 150. vol. 1. & sequuntur Moderni in

d. tracta-

d.tractatu de præscript. in loco superius allegat. cum itaque possessionem præd. Martini, & filiorum fuisse probetur præd. temporis annorum sexaginta pro diviso, onus probandi contrarium incumbit asserenti divisionem nõ fuisse factam per notata in §. commodum, Inst. de interdictis, l. fin. C. de rerum divis. Ex quibus cessat oppositio de divisione non facta, & de aliis superius adductis est videndus Paulus de Cast.
5 in d. l. sicut in princ. ubi dicit, quòd † aliquis non dicitur habere in bonis Vniversitatis, nisi quoddam factum permissiuum in genere, & ideo creditor alicnius de d. universitate non poterit consequi solutionem in dictis bonis, & ea habere in solutum secundum Doct. in d. l. sicut. huiusmodi nãq; ratio militat in casu præsenti, nam etiam si dicta bona non fuissent divisa inter homines illius castri, poterant tamẽ inter eos diuidi. habebant enim in præd. bonis dissoluta vniuersitate efficacius ius, quàm soliti sint habere homines d. vniuersitatis ea non dissoluta. & ea ratione cessante, cessabit obiectio facta, & fundata per Doctores se fundantes in d. ratione, argum. tex. in c. cum cessante, de appellat. l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatronat. & licet bona sint communia pro indiuiso inter homines de dicto castro, non propterea alicui ex eis interdicta videtur alienatio, seu in solutum datio, dummodò portionem sibi tangentem non excedat, l. nemo ex sociis, ff. pro socio, cum similibus. quanto ergo magis est dicendum in præsenti casu, in quo extat præsumptio de diuisione facta, ut diximus. Nam Martinus, & filii possederunt pro diuiso patientibus, vt scientibus aliis de Vniuersitate.
6 Quæ quidem † scientia, & patientia probant consensum eorum secundum Angel. in d. l. si certis annis, colum. penult. C. de pact. cum concord. & eo magis cùm præsupponatur in eodem loco fuisse, & esse consuetudinem illos de Vniuersitate iam dissoluta posse possidere bona dictæ vniuersitatis, & vendere partes ipsis contingentibus, & de illis illorum arbitrio disponere. Ad quorum confirmationem accedat
7 allegata, & probata † præscriptio longi, & longissimi temporis, vltra annos quinquaginta introducens exclusionem omnium iurium, & actionum, l. sicut, C. præscriptio. triginta, vel quadraginta annorum, quæ procedit etiam contra ignorantes, l. fi. cum concord. eodem tit. l. omnes, cum aliis similibus, C. eodem tit. per quam tam longæuam possessionem in dubio bona fides præsumitur, l. penult. C. de euictio. & in qua adest iustus titulus pro soluto, l. 1. vbi Glo. & Scribẽtes, ff. pro solut. maximè quòd dicta præscriptio est longissimi temporis per tradita in l. si quis emptionis, §. 1. ff. de præscript. triginta annorum, & ibi Bal. per quam nec dum paratur retentio rei possessæ, verum excluditur omne ius agendi, secundum Docto. in d. §. primo, cum aliis supradictis, & deductis, quæ præscriptio etiam procedit contra ciuitates, & Vniuersitates, Bald. in l. fin. colum. 2. C. de sacrosc. eccles. & ibi Paulus de Castro, colum. fin. vbi dicit, quod ciuitates, & uniuersitates habentur loco priuatorum, exceptis casibus, de quibus in d. l. fin. quod eo fortius procedit in castris, & oppidis per ea, quæ dicunt Scribentes in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damno infecto, & quia sumus in præscriptione longissimi
8 temporis, non † est curandum de titulo canonis, in c. peruenit, de empt. & vend. Alex. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. & plura adducunt Moderni in præd. tractatu de præscr. in 1. par. 3. par. princ. q. 10. nu. 36. & sententia lata in fauorem præd. Ioannis creditoris in illum dat titulum præscribendi, Bart. & alij, in l. Pomponius, §. si iussu, ff. de acquit. poss. & si talis sententia fuisset nulla, vt plura adducunt Doct. Moderni in d. tractat. & in d. part. quæstione 11. sufficeret etiam titulus putatiuus, si aliqualem causam, seu errorem haberet, & hoc procedit in præscriptione longissimi tẽporis, vt dicunt Repetentes in l. Celsus, vers. quarto limita. ff. de vsucap. cũ potissimè cum in tali præscriptione longissima titulus non requiratur, d. l. si quis emptionis, §. 1. & per Doct. in l. fi. C. de edicto Diu. Hadr. toll. sufficiens enim est bona fides, quæ in hoc casu videtur adesse ex spatio præd. longissimi temporis, cùm per illud tollatur mala fides, & præsumatur bona, vt dicit Bart. in l. fin. in fine, C. vnde vi, & per Alexand. in cons. 151. colum. 2. volu. 2. & Dec. consil. 266. in fi. Quæ bona fides præsumitur etiam ex titulo nullo, licet erretur in iure. Paul. de Cast. in d. l. Celsus. Nec obstat, si diceretur Martinum præd. fuisse in mala fide, ex eo quoniam antequàm fuisset facta diuisio bonorum illius vniuersitatis possedit, ita vt eius successor non potuerit præscribere: nam in d. Martino nullum adest uitium. possedit enim tamquàm si res esset sua, & non per uim, nec compulsiuam, nec impulsiuam, ut deduximus. & ulterius si adesset aliqua uis, non propterea prædictus Ioannes Paschalis, nec eius filius, nec eius successores impediantur præscribere longissimo tempore, vt est communis conclusio Doctorum citatorum per Modern. in d. tractatu de præscript. in 2. parte, tertiæ pat. princip. in 12. quæst. Et quocumque modo consideretur præscriptio prædicti Ioannis Paschalis, & filiorum, semper reperietur valida, & firma, & a iure approbata, vt dicunt Doctor. ubi supra. Nec etiam obstabit, si diceretur contra talem præscriptionem titulum ipsum Ioannis fuisse infectum, & uitiosum, procedentem ab illa datione in solutum pro indiuiso, & ipse possederit pro diuiso: eo magis quod non fuit sequuta traditio, nec pretium iuxta formam literarum executorialium, ex quibus videntur cessare extrema sequuta in ipsa præscriptione, ut diffusè tradunt omnes Doctores, in dicta l. Celsus. cessant
9 namque ista, cùm † simus in præscriptione longissimi temporis, in qua satis est allegare titulum, ut in iuribus superius allegatis, & per Bartolum in l. cum de in rem. verso, ff. de usur. & per Repet. in d. l. Celsus, columna decimaquinta, versic. nunc venio, concludentes ex mente Bar. ibi, quòd & si traditio non interuenisset, sufficeret aliquid loco traditionis, prout quia res reperitur penes aliquem pro diuiso. perinde enim erit, ac si esset facta traditio ad causandam, & perficiendam præscriptionem, maximè si interuenerit patientia, & scientia aliorum. quo casu etiam sufficeret præscriptio longi temporis tantùm, vt dicunt ibi Doctores. Et eo magis, præscriptio præd. procedit in casu nostro, cum trahat causam a credito Ioãnis Paschalis, & debito ipsius Martini, & a sententia, & a datione in solutum præstantibus habilem titulum, d. l. 1. ff. pro soluto. Quę licet loquantur in datione in solutum facta a parte; tñ idem erit, qñ facta fuit a Iudice, cuius factum in istis terminis reputatur factum partis, l. si ob causam, C. de euictio, & ibi

M Bal.

Bald.& alij, ita sunt Doctor.in l.iustè possider,ff.de acquirend.possess.& in d.l.Pomponius, §.si iussu. Et tale factum Iudicis secundum instantiam petentis bonam fidem induxit, eo magis, cùm uersemur in præscriptione præd. longissimi temporis, in quo bona fides etiam sine titulo sufficit, cùm præsumatur, & si titulus sit inualidus, ut declarat Antonius de Butrio in cap.peruenit, colum.ultima de cens. & in cap.cura.colum.penult.de iure patron. & Paulus de Castro,in d.l.Celsus. Et si diceretur,quod prędictus titulus erat infectus,quia res Vniuersitatis non possunt alienari, nec dari sine decreto Curiæ, ut dicit text.in l,fin, C.de uendit.rebus ciuitat.libro undecimo, & quod notant ibi Doctor. cùm uniuersitas æquiparetur pupillo,l.nihil,ff.ad municip.l.rempubl. C.ex quibus caus.maior. Bartol.in l.prima,§. paulo post princip. uersic. oppono ad primum,ff.quod cuiusque nom. un. attamen quia res uniuersitatis possunt possideri, & pręscribi, in l. sed Celsus de contrahen.emptio.not.Doctor.in §.uniuersitatis. Instit. de rerum diuisione, & prædicta pars Nemoris non erât Vniuersitatis, sed Martini, ut supra fuit ostensum, quod etiam apparet uigore prędictę sententię, & ex decreto inde emanato, in quo datur illa pars in solutum pro prędicto debito pręd. Ioanni Paschali,
10 ideo præd.non obstant. Et eo maximè,quod † Vniuersitate dissoluta,bona eius possunt capi per quemlibet de Vniuersitate, & occupari tamquàm communia. Bartol.in d.l.sicut in princip.uersic.quęrit, Glossa, & Specul. in titulo de execut,sentent. §.sequitur uidere, uersic.item quid si Vniuersitas, latè Bartol. in d.l.fin.ff.de colleg.illicitis. & isto casu minimè erat necessarium decretum Iudicis, sicut dicimus in re minori alienata per tertium. Nam illa pręscribitur tamquàm sua, & illius tertii alienantis, nec aliquod requiritur decretum, ut tradunt Salyc. & alii, in l.1.colum.2.uersic. In contrarium facit,C.si aduersus vsucap. & prædictus Ioannes fuit immissus in possessionem tertiæ præd.nemoris, quam habebat prædictus Martinus, & probatum est illam habuisse partem pro diuiso. ex quo infertur necessario illud, quod fuit assignatum fuisse possessum, & præscriptũ tanto tempore longissimo annorum 600.& illa verba immissio, non repugnant, cùm appellatione partis, veniat etiam pars pro diuiso,l.recti,§.quintus,ff. de verbor.signif.

Vlterius non obstat illud, quod adducitur contra exequutionem,& dationem in solutum,tamquam factam non appreciata,nec mensurata re, ut not.in l.sępè, ff.de contrahen.emptio. & in l.si in venditione, §.primo,ff.de peric.& commodo rei vend.& per Bartol.in consil.121.quia stante d.longæua præscriptione,& res datur in solutum per Iudicem, nec pretiũ exprimitur, censetur facta pro toto debito. & pretio etiam non expresso isto casu diceretur certum per relationem ad aliud,vt dicunt Doctor.quos refert Ias. in l.a Diuo Pio,§.si pignora,ff.de re iudic.l.ait Præ-
11 tor,ff.eodem tit. cum concordantijs. Nec † ex hoc poterit causari aliquod vitium, & si non fuit inceptũ a mobilibus, & demum deuentum ad stabilia hæc omissio non reddit actum nullum, vt post Bartol. tradunt Doctor.in d.l.a Diuo Pio, §.in venditione, & quamuis Iudex in exequendo non soleat dare rem in solutum,non propterea sequitur,quod si istud factum,actus reddatur nullus,vt dicunt ibi Doctor. Lex enim non resistit huic actui,quinimò videtur permissus Iudici, vt post Glo.firmant Doctor.in d.§.in venditione. Nec talis datio in solutum potest dici nulla, etiam si pretium prædictæ partis non fuisset sequutum, tùm quia satis dicitur fuisse certificatum per relationem, de qua superius diximus: tùm etiam quia
12 ex lapsu tam longissimi temporis præsumitur † æstimatio facta, ita ut amplius peti non possit secundum Innocent.& alios in cap.per tuas,de donation. post gl.ibi in verb. inuenerunt in 3.& 4.casu.quam omnes sequuntur,vt dicit ibi Barbat.& sequitur Soccyn.in consil.vlt.colum.fin. volum.3.ex quibus omnibus infertur filios prædicti Ioannis in præsenti iudicio ius fouere, & in sui fauorem pronunciandum esse: Et ita de iure censeo. Ego Petrus Enriquez V. I. D. Hispanus, saluo meliori & saniori consilio.

CONSILIVM XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Forma impositionis est illa, quæ diuersificat munera personalia,& munera patrimonialia ab his,quæ imponuntur personis pro rebus.*

2 *Quando obligatio assumit certam formam distributionis, ab statu ipsius non est recedendum.*

3 *Munus patrimoniale, diuiditur tripliciter.*

4 *Onus impositum personæ nulla habita consideratione rerum,vel patrimonij, in tali casu soluitur eo modo, vt impositum est.*

5 *Quando onus aliquid soluendi imponitur per fumantes, non habitò respectu ad bona, non potest vniuersitas imponere onus illud per as.& libram in præiudicium forensium,ibi possidentium bona.*

6 *Onus impositum personæ pro rebus, obligat personam, secus si imponat rebus, nam tunc est obligare res,& dicitur tributum.*

7 *Doctori attestanti de consuetudine Italiæ, quòd collectæ impositę personis pro rebus,debeant solui in loco, in quo sunt res,non creditur.*

8 *Vniuersitas, quando vult aliquid inducere ex consuetudine contra priuatum, debet hoc facere statuendo ex causa.*

9 *Consuetudo,quæ est contra ius, non debet extendi de loco ad locum, nec de re ad rem, nec de persona ad personam.*

10 *Iurisdictionis in acquisitione non fit extensio de persona ad personam, nec de re ad rem in præiudicium tertij.*

11 *Intellectus ad capitulum Regni,incipit. In singulis ciuitatibus.*

12 *Statutum,seu consuetudo debet intelligi,& interpretari,vt minus lædat ius commune.*

13 *Ratio,quando apposita est in aliqua constitutione, vel statuto generaliter loquente, talis generalitas restringi debet per illam rationem, ne quis indebitè lædatur.*

14 *Nemo debet duplici onere prægrauari.*

Rex

REx impoſuit tarenos duos pro quolibet fumante, ſiue foculario per omnes ciuitates, & loca ſui Regni pro maritagio, & ſubſidio belli, &c. & hoc onus eſt extraordinarium, & vltra ſolitas functiones, vt dicit Bartol. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, libro 10. in vltima colum. modo dubitatur an Caſtrum Pinceni poſſit imponere tale onus, & diuidere per æs, & libram ſecundum cataſti æſtimationem in præiudicium forenſium, poſſidentium bona in territorio d. caſtri.

Et breuiter pertangendo, & non diſcutiendo aliter diſtinctionem talium munerum iuxta l. primam, ff. de mun. & hon. l. reſcripto, §. fi. & l. fin. §. patrimoniorum, & §. præterea, vſque ad fin. ff. eodem tit. & ut dicit Aret. in conſil. 32. in 2. colum. ſi benè conſi-

1 derentur iura, forma † impoſitionis eſt illa, quæ diuerſificat munera perſonalia, & munera patrimonialia ab his, quæ imponũtur perſonis pro rebus, vt probatur in d. §. fin. in l. reſcripto, & optimè in d. §. patrimoniorum, & in d. §. præterea.

Et dicit Bal. in l. etiam, C. de execut. rei iudic. quòd

2 † quando obligatio aſſumit certam formam diſtributiuam, a ſtatu ipſius, non eſt recedendum per l. Inſulam, ff. de verbor. obligat. & Bar. in l. 4. §. actor, ff. de re iudic. tractando qualiter, & quando imponantur collectæ, & conſiderando cauſas, propter quas imponuntur, inter alia dixit, quod ſicut onus debet ſolui per fumantes; ita collecta debet per fumantes ſolui. & Bartol. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. dum tractat de munere patrimoniali, verſic. venio ad ſecundum principale membrum diſtinguendo dicit, quòd onus diuiditur tripliciter. quia aliquando

3 † hoc onus imponitur ſimpliciter perſonæ nulla habita conſideratione patrimonij; vt quando imponitur per capita, & per fumantes. Quandoque imponitur habita conſideratione patrimonij: & quando imponitur per æs, & libram. quandoque imponitur rebus nulla habita conſideratione perſonæ, vnde Bartol. in hac diſtinctione ſentit, quòd † quando onus

4 ſimpliciter imponitur perſonæ, nulla habita conſideratione rerum, vel patrimonij, quod tali caſu ſoluatur eo modo, vt impoſitum eſt: & non diuidatur per æs, & libram, vt ibid. proſequitur Bal. in verſ. ſequẽs: incipit, Circa primum. Ex quibus concluditur ſupradictum onus tarenorum quatuor a Rege vt ſupra taxatum per focularia eſſe onus ſimpliciter extraordinarium, reſpiciens focularia tantùm, & non reſpiciẽs res, vel patrimonia, & ideo præd. † vniuerſitatem

5 caſtri Pinceni non poſſe alterare, & imponi per æs, & libram, in præiudicium forenſium, ibi poſſidentium; cùm non reſpectu rerum tale onus impoſitum ſit, ſed Rex a fumantibus tantummodo illud uelit, ut apparet ex impoſitione facta, & ex eius forma, quæ forma, ut dictum eſt, oſtendit, quod onus ſit, & à tali primordiali obligatione, diſtributiua, reſpicientes ſolummodo fumantes, non eſt recedendum. Nec poteſt prædicta Vniuerſitas alterare in præiudicium forenſium, per illud, quod dicit Bald. in d. l. etiam ſupra allegata; & obligatio concernit ſimpliciter fumantes, & nullam habet ad res, vel patrimonia conſiderationem, & tale onus ſupradictum, nõ poteſt imponere uniuerſitas. Imò onus reſpiciens perſonas reſpectu rerum de iure communi vniuerſitas nõ poteſt diuidere per æs, & libram, & grauari poſſidentes in eius territorio, quia, vt dicit Bart. In d. l. 1. eſt differẽtia inter onus, quod imponitur perſonæ pro rebus, & il-

6 lud, quod imponitur rebus. Nam † in primo onere eſt obligata perſona, in ſecundo eſt obligata res. & iſtud ſecundum appellatur tributum. Et hoc ultimũ onus de iure communi debet ſolui in loco, in quo ſũt res ſitæ, & ſic ad hoc tenentur forẽſes, vt in l. forma, §. ſi vero, ff. de cenſ. & in c. fi. de decimis. Primum enim munus, quod imponitur perſonæ pro rebus, quã quantitas reſpicit rem, & eius æſtimationem, ſed eius obligatio, & vinculum, atque neceſſitas ſoluendi reſpicit perſonam, vt dicit Bal. in Auth. defuncto, C. ad Tertull. num. 12. ideo tali caſu collecta, quæ imponitur perſonæ pro rebus, non poteſt imponi forenſi, licet ibi poſſideat, quia perſona non eſt ſubiecta, vt probat text. in d. l. reſcripto, §. fin. & in d. l. fin. §. præterea, ff. de mun. & hon. & text. in dicto §. Præterea clarè loquitur, dum dicit, quod quædam ciuitates habent hoc ex priuilegio, ergo non eſt de iure communi, & hoc firmat Bartol. in l. cùm neque, C. de incol. & ubi quis libro 10. Cornel. in conſilio 199. circa finem, in 2. colum.

Reſtat nunc uidere, & reſpõdere duobus obiectis factis per partem aduerſam: & primò, quoad aſſertã conſuetudinem allegatam, in qua ſe fundat Magnificus Aduocatus. Talis conſuetudo non probatur, &

7 Doctori † atteſtanti de conſuetudine non creditur, vt tenent communiter Doctores contra Bar. in l. de quibus, ff. de legib. ubi laſ. latè in pen. col. Aret. in d. conſil. 32. propriè in materia noſtra dicit, quòd Doctori atteſtanti de conſuetudine Italiæ, quòd collectæ impoſitæ perſonis, pro rebus debeant ſolui in loco, in quo res ſunt ſitæ, non creditur, debet enim probari hęc cõſuetudo, prout in caſu eſt; & Doctores loquentes de cõſuetudine pdicta, loquuntur de dicto onere ſoluẽdo reſpectu rerum, ſed nos ſumus in onere, in quo nullo modo conſiderantur res, ſed dũtaxat fumantes: meritò in caſu noſtro talis conſuetudo nõ militat: & talis conſuetudo, qũ eſſet benè probata, deberet eſſe centum annorũ, ut dicit Bar. in d. l. 1. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. & Aret. in d. conſ. 32. Sed dato quòd eſſet talis conſuetudo, prout non eſt, imò ſemper contrarium fuit obſeruatum, cũ ſimiles impoſitiones fuerit indictæ a Rege, & numquàm hoies de Maiarano pro rebus, quas habuerunt in præd. territorio Pinceni, aliquid ſoluerunt in d. caſtro Pinceni: & ſic conſuetudo eſt contra præd. vniuerſitatem, & homines ipſius caſtri. Sed dato, quòd hoies præd. de caſtro Pinceni nitantur in hac conſuetudine, attamen nos non habemus, quòd quando aliqua uniuerſitas uult inducere aliquid de conſuetudine contra priuatum, hoc

8 † non poſſit facere, niſi ſtatuendo ex aliqua cauſa: Sed cùm vniuerſitas præd. per ſtatutum hoc non facere potuit, nec poteſt imponendo collectam non ſubdito, ut ſupra dictum eſt, ergo nec per conſuetudinem, quę quãdo eſſet, potius diceretur præſcriptio, quam conſuetudo, ita dicit Bald. in Rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo. Gemin. in c. fin. de conſuet. in 6. cum ſit contra ius cõe, & tendat ad detrahendum de iure tertij, & tñ non dicitur ſimplex conſuetudo, nec ſufficerent decem anni, ſed debet eſſe centum annorum,

notum, vt dixit Bart. in d.l.1.& Aret. in præd. conf. 32. Corn. in consil. 22. car. 22. litera G. & litera I. cum sequenti, vbi diffusè loquitur in 1. volumine, & posito, & non concesso, quòd talis consuetudo esset, non tamen est probatum, quòd talis consuetudo viguit, & viget in d. loco castri Pinceni, & in casu no-
9 stro proprio. nam cùm † consuetudo præd. sit contra ius commune, vt supradictum est, non debet extendi de loco ad locum, nec de re ad rem, nam consuetudo est lex non scripta, & est ius singulare: & propterea non debet extendi, l. ius singulare, & l. quod vero, ff. de legibus, Bald. in c.1. in fi. de feud. cogni. & in l.2.
10 C. de seruit. & aqua, dicit, quòd † in acquisitis ex iurisdictione, non fit extensio de persona ad personam, nec de re ad rem in præiudicium tertij, cap. auditis, & cap. cum olim, de præscript. hoc idem firmat Cornel. in consil. 208. car. 227. litera V. in 4. volum. ubi concludit, quòd dato quòd in uno casu sit soluta collecta, in alio vero casu non, quia fuit oppositum per partem, quòd in casu non obseruato, non soluetur collecta, & sic in proposito numquàm præd. collecta fuit soluta in casu simili per homines de Maiarano, imò semper renuerunt soluere. Et ita opinio Alex. in consil. 68. in 2. volum. debet intelligi, & non prout pars aduersa ipsum intelligit, retorquendo illud in sui fauorem, & cùm per hanc consuetudinem præd. vniuersitas, & homines de Pinceno agant, & tractet de acquirendo iurisdictionem contra non subditos, & particulares personas, quæ potius dici debet præscriptio, quam cõsuetudo per ea, quæ supra diximus, non debet extendi de uno casu ad alium, quando in alio casu homines de Maiarano soluisse reperiantur præd. collectas pro bonis per ipsos possessis in territorio Pinceni, argum. eorum quæ notantur in l.3. §. si quis hoc interdicto. Et ibi Bart. ff. de itin. actuque priuat.

Restat etiam nunc respondere ad alterum secundum obiectum, inquantum pars aduersa allegat pro se capitulum Regni incipiens, In singulis ciuitatib. quod videtur in aliquo obstare. attamen si benè con-
11 sideretur, præd. capitulum † loquitur in consuetis, & ordinarijs oneribus, ibi dum dicit, Et disponit, quod quolibet anno fiat apprecium. De extraordinarijs muneribus non potest loqui, cùm non quolibet anno imponantur extraordinaria, sed ad beneplacitum Regis, prout necessitas emergit, & onus seu impositio tarenorum duorum, de qua in præsentiarum, clarum est, quòd munus extraordinarium est, vnde de vno ad aliud non debet fieri extensio, nec illatio, nec prædictum Capitulum debet in tali casu interpretari, cum loquatur in casu suo proprio. item ex alio nó obstat, quia ex eius lectura clarè percipitur, quòd loquitur de oneribus, & collectis, quæ solent distribui per æs, & libram, quę rebus imponantur. Sed munus in casu nostro est impositum solùmodo focularibus, nulla habita consideratione bonorum: & ita debet intelligi, quia aliàs esset destruere totum ius commune, loquens in hac materia, quod non est dicendum, cū
12 † legum correctio sit uitanda, l. præcipimus, C. de app. & debet intelligi, quòd minus corrigat ius commune, c. cum dilectus de consuet. & not. in cap. 1. de præscript. & not. in l.2. C. de noxal. act.

Præterea ratio posita in d. cap. quòd fiat apprecium, & fiant alia, de quibus ibi. est, ne alter alterius onera portet. Sed in casu nostro illi de Pinceno non portant onera de Maiarano, quia est impositum hoc onus focularibus, & homines de Maiarano in suo castro, seu casali iam soluunt præd. onus, unde non est iustum quod in duob. locis soluant idem onus, videlicet, in castro Pinceni, & in castro de Maiarano, & licet d. capitulū † in singulis loqui uideatur generaliter, semper debet intelligi, ut minus lædat ius commune, quia quã
13 do † in aliqua constitutione seu capitulo est apposita aliqua ratio, licet loquatur generaliter, attamen illa generalitas, ne quis indebitè lædatur, debet restringi per illā rationem, & ubi cessat ratio, debet etiam cessare dispositio illius rationis, l.2. de noxal. act. l. fi. §. in computatione, C. de iure deliber. tex. est in l. credẽdum, in princ. ff. qui pet. tut. iuncta l.2. §. diuus, ff. eodem titul. unde cum homines de Maiarano soluant præd. onus tarenorum duorum in suo castro, & homines de Pinceno nihil soluant pro ipsis de Maiarano, nec aliquod onus pro eis in præsenti casu sentiát, & sic ratio prædicti capituli cesset: ergo etiam debet cessare eius dispositio, ut intelligi debeat de collectis ordinarijs, quę imponuntur pro rebus, uel personis pro rebus.

Et si diceretur, quòd pręd. capitulum, In singulis, si hoc modo intelligitur, parū, aut nihil operatur, dico quòd imò multum operatur, quia cum aliàs de iure communi uniuersitas non potuisset grauare personas non subditas ad collectandum, cum eis pro bonis in eorum territorio positis, quòd uigore pręd. capituli possint hodiè hoc facere. & satis potest dici, quòd operatur d. capitulum. Ex quibus omnibus apparet præd. homines, & Vniuersitatem de Pinceno non posse grauare personas particulares pro eorum bonis sitis in territorio Pinceni ad soluendum præd. tarenos duos, cum illos soluant in castro de Maiara-
14 no: & non † est honestum necnon consonum, quod pro eodem munere grauentur bis soluere in duobus locis. Et ita de iure censeo.

Petrus Enriquez I.V.D.

CONSILIVM XLV.

SVMMARIVM.

1 *Læsæ maiestatis crimen committit, qui machinatur in personam Principis, vel eius officialem.*
2 *Rebellionis crimen committit, qui verba dolosa contra Principem profert.*
3 *Iniuria illata famulo seu vasallo in contemptum domini, censetur domino illata.*
4 *Rebellare idem est, quod repugnare, resistere, & non obedire.*
5 *Rebellionis crimen committit, qui congregat homines armatos, vt suscitetur tumultus.*
6 *Magistratum exercens in terra inimica Cæsari, ipsum Cæsarem offendit.*
7 *Rebellis no dicitur, nisi is, qui principaliter hēt animū offendendi in personam principis, vel eius statum.*
8 *Delegato non creditur, nisi suas litteras commissionales ostenderit.*
9 *Officiali excedenti fines suæ commissionis impunè potest resisti.*
10 *Officialem occidens non propter eius officium, sed propter inimicitias particulares crimen læsæ maiestatis non committit.*

11 *Cri-*

11 *Crimen læsæ Maiestatis non committitur per uerba iracunda prolata, vel propter lubricum linguæ.*

12 *Notorium releuat ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi.*

13 *Seditio, & tumultus si duo hæc conueniant, inducunt crimen læsæ Maiestatis.*

14 *Metus, & potentia hostium excusant rebellantem à crimine perduellionis.*

15 *Conuersatio cum inimicis Principis in damnum ipsius, & turbationem Imperij, inducit crimen læsæ Maiestatis.*

Christi, & eius Genitricis auxilio inuocato, Amen.

IN causa Magnifici Viri Theophili Scaterichæ carcerati ad instantiam Regij fisci ex facto proponitur, quòd cum diebus elapsis dominus Thomas eius frater esset detentus in Palatio ciuitatis Aquilæ, ppea quod ipe proximè elapso, quo Galli nouissimè, & terras, & oppida occupauerāt ipsius profligato exercitu ex prædicta cā quidam Marinus V.I.D. Commissarius Proregis, & eius sacri collateralis consilij intendebat ipsum Thomam punire, ideo dominus Thomas habuit recursum ad Illustrem Gubernatorem, & Viceregem ipsius Prouinciæ, & ab eo obtinuit rescriptum, quòd nullus officialis in prædicta causa se intromitteret, ex quo per prius ipse cognoscebat de dicta causa, & incœperat procedere ad nonnullos actus incumbentes. Et cum prædictus dominus Marinus, qui se Commissarium prętendebat, desistere a pręd. causa, noluisset ipsum d. Magnificum Thomam carceratum detinebat, & contra eum procedebat nulla habita per ipsum consideratione de pręd. rescripto iam ipsi notificato, & in actis pręsentato; imò acerbiua se contra eũdem Thomam gerebat. Et dum sic carceratus detineretur per multos dies, & orta fuisset contentio inter stipendiarios, qui in eadem ciuitate commorabantur, & incolas seu ciues, qui arma capiunt, & in ipsos milites irruunt, quàmplures ex eis interficiunt, quàm plurimos spoliant, & omnes a pręd. ciuitate expellunt, & adinuicem inter ipsos ciues se percutiunt, & interficiunt propter rixas inter ipsos inceptas, unde magnus timor totam ciuitatem inuasit, & armati per ciuitatem omnes gradiuntur. & dum hæc aguntur pręd. Theophilus, qui ex prędicta causa etiam armatus incedebat ad palatium, ubi erat Magnificus Capitaneus eiusdem ciuitatis accessit, ibique alta uoce dicere cœpit hæc uerba, uel his similia, *Signor Gouernatore, rendeteme Thomaso mio fratello, perche noi daremo sufficiente sicurtà di stare a ragione, & non lo lasciate stratiare da M. Marino, quale è nostro maleuolo, & ciò che fà, procede da odio, & maleuolentia che hebbe con noi. Et perche lui è vn huomo appassionato, non può essere huomo da bene, & tutto il mondo sà, che lui è vn huomo senza lettere, & senza ragione. Et però non deueria essere Commissario, & cercar de far capitar male altri; ma perche lui è vn ribaldo, poco stima queste cose, & poco stima l'honor suo.* vnde ex causa prędicta fuit in carcerem detrusus, quasi populum ad seditionem, & tumultum concitauerit. Item ex alia causa prædicta fuit in carcerem detrusus, quia tempore præd. inuasionis istius Regni, ipse Theophilus fuit officialis cuiusdam terræ iam occupatæ per inimicos Cæsareę maiestatis. Et quod ex vtroque capite inciderit in crimen lęsæ Maiestatis, & quòd tamquam rebellis sit puniendus. Modo ex præmissis quæritur, An præd. Theophilus ex causis prædictis teneatur crimine rebellionis, & sic pœna vltimi supplicii, an vero alio crimine, quod inferat pecuniariam pœnam, & sic mitiorem, & an possit propterea sub fide iussoria cautione relaxari tertiò iam oblata pro parte ipsius Theophili, vt ex actis apparet.

Et primò videtur dicendum, quod præd. Theophi
1 lus inciderit in crimen rebellionis; nam † qui agit contra personam Principis, & eius Officialem, uel machinatur contra Principis Imperium, crimen læsę maiestatis committit, vt est text. in extrauag. ad reprimendum. sub tit. qui sint rebelles, & ibi Bartol. l. quisquis, C. ad l. Iul. & bona sua perdit, & veniunt confiscanda, in d. l. quisquis, & in tit. quæ sint regalia versic. & bona committentium crimen læsę maiestatis, Gl. in l. 1. C. de petit. bon. subl. lib. 10. & iniurias
2 † Officialibus Regis, ipsi Regi videtur iniuriam inferre, vt dicit constitutio huius Regni, Obseruent sub titulo de iniur. person. curial. illat. sicut dicimus, quòd iniuria facta famulo, intelligitur domino illata, l. iniuriarum. §. si quis sic, l. lex Cornelia, §. illud, & l. credimus, ff. de iniur. & in §. seruus, institu. eodem
3 titulo. Et iniuria illata † uasallo in contemptum domini, censetur ipsi domino illata; Isernia in constit. Vt participatio de iniur. curial. illat. debetur enim maximus honor officialibus, cap. ut debitus, de appellat. Et quando offenduntur officiales, præsentes tenentur protegere, & defendere, & si occiduntur, & non defendant, capite puniuntur, l. 3. §. fin. ff. de re mil. l. omne delictum, §. final. ff. eodem titulo, & sic prædictus Theophilus grauiter deliquit, & crimen lęsæ maiestatis commisit proferendo dicta verba dolosa, contra præd. Marinum Regium Officialem, & Commissarium, vt dicit gl. in verb. rebellando, in d. extrauagant. qui sint rebelles, quinimò offendit honorem Principis, & ipsius Regis, & officialem offendendo, & per cõsequens honorem Principis, dicitur contra ipsum Principem rebellare, in d. extrauag. qui sint rebelles, in verbo contra honorem nostrum, & rebellis officialib. Papæ, vel Imperatoris, dicitur esse rebellis ipsi Papæ, vel Imperatori. Bart. in l. hostes, ff. de capt. & postlim. reuers.

Facit etiam pro hac parte significatio istius verbi
4 rebellare, nam rebellare † est idem, quod repugnare, resistere, & non obedire. Sed quis magis resistit, quã qui iniuriam facit, qui non solùm non obedit, sed & spernendo offendit, vt dicit gl. in præd. extrauag. qui sint rebelles, in verbo tenore.

Item alia fortiori rõne apparet, q præd. Theophil.
5 lęserit Maiestatem. nam qui † congregat in aliqua ciuitate homines armatos, & seditionem commouet crimine læsę Maiestatis tenetur, in l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. circa medium, & capite puniuntur, l. 1. & 2. C. de seditios. ex his cum pax, & quies locorum publica violatur. cũm ergo pd. Theophilus iuerit ad Palatiũ, vbi eius frater detinebatur, & ibi alta uoce associatus

cum quamplurimis hominibus armatis cœperit dicere. *Signor Gouernatore rendetemi mio fratello.* & iubiunxit nonnullas contumelias, & iniurias præd. Magnifico Commissario, per quæ apparet habuisse animum concitandi populum ad arma, similib. acclamationibus tumultum faciendo, meritò crimen læsę Maiestatis dicitur commisisse, & vltimo supplicio veniit puniendus, per tex. in l. denunciamus, & ibi Doctor. C. de his qui ad ecclesi. confug. Est etiam decisio Capycii, 330. primum dubium est, nu. 3. 4. & 5. per pręd. enim tumultum, vt deponunt nonnulli testes ex officio ipsius Curiæ examinati, quòd ad clamores ipsius Theophili, & vociferationes, multi hoies armati occurrerunt, & se insimul coadunauerunt, ita quod pœnę supradictarum legum, & iurium uidentur sibi assumere locũ in casu ipsius Theophili, tanto magis quòd in prædicto tumultu fuit interfectus unus ex electis ipsius Ciuitatis, qui in prędicto Palatio erat, vel erat propè fores, & portas ipsius.

Præterea, pręd. Theophilus uidetur, quòd fuisset notorius rebellis, & in crimen lęsę maiestatis inciderit,
6 quia Magistratum, & Capitanatus officium exercuit in terra, seu in ciuitate, in qua erant inimici Cęsareæ Maiestatis. Et hoc per tex. in l. lex duodecim tabularum propè finem, ff. ad l. Iul. Maiest. quia talia officia exercentes in terra inimica Principi, ope, consilio, & fauore nocent Principi, & fauent eius inimicis, quæ omnia inducunt crimen rebellionis per l. primam, ff. ad l. Iul. Maiest. & in d. extrauag. qui sint rebelles. His tamen non obstantibus dicendum est crimen rebellionis nõ habere locum contra pręd. Theophilum, & ex infrascriptis apparebit.

Et primò, quia in delictis mens, & animus cuiuscumque principaliter consideratur, & ex animo delicta lex metitur, l. 1. §. diuus, ff. ad l. Iul. de sicar. & in l. famosi, ff. ad l. Iul. Maiest. l. 2. C. qui bon. ced. poss. in quibus iuribus cauetur, quod Iudex inspicere, & considerare debet, an delinquens habuerit animum committendi tale crimen, an fecerit per lubricum linguæ, vel per calorem iracundiæ, vt dicit Alex. de Imol. in casu nostro, in consil. 103. in 1. vol. incipit, Videtur prima consideratione dicendum, propè fi-
7 nem, vbi dicit, quòd rebellis † non potest dici nisi is, qui principaliter habet animum offendendi Imperatorem, & Principis statum, seu dominium, vt in d. extrauag. qui sint rebelles, hoc idem firmat Anchar. in clem. Pastoralis, de re iudic. sed cum dictus assertus Commissarius teneret carceratum d. dominum Thomam fratrem carnalem d. domini Theophili cõtra dispositionem rescripti emanati ab illustr. Prorege, & Gubernatore Prouinciæ, vt supra propositum est, & propter hanc causam videns prædictum eius fratrem carceratum indebitè grauari, venit ad contentionem cum d. asserto Commissario, & eum cõtumelijs, & conuicijs affecit, & sic apparet manifestè, quòd eius animus non erat agendi cõtra personam, vel statum Principis, sed eius fratrem defendere, vnde est dicendum ob prædictas contumelias non incidisse in crimen læsę Maiestatis, & ita sentit Gl. in verbo Machinatione, in d. extrauag. qui sint rebelles.

Et sic non obstat, quòd dicebatur, quòd iniuria facta officiali Regis censeatur facta ipsi Regi, vt in iuribus supra allegatis. & Isern. in constit. Vt participatio de iniur. per curial. illat. quia pręd. Theophilus non habebat animum Regem offendendi, sed tantummodo liberandi eius fratrem sub idonea cautione, vt in sua depositione apparet. Stantibus constitutione, Humanitate, & alijs capitulis, & iurib. ipsius Regni disponentibus, quòd in causis criminalibus præstita cautione Rei non detineantur, & per d. constitutionem. Vt participatio pro iniuria non atroci Curialibus illata non sit statuta pœna corporis afflictiua, sed tantum pecuniaria duplicata.

Nec obstat pręd. Theophilo, dispositio extrauag. præd. Qui sint rebelles, dum dicit nos, seu nostros officiales, neque d. constitutio de iniur. Curial. illat. lib. 3. quia, vt supra dictum est, ista iura intelliguntur secundum dispositionem, d. l. quisquis. vt scilicet intelligatur de iniuriis factis Collateralibus Principis, & sic magnis officialibus, qui ex præsentia Principis authoritatem accipiunt, & sic videtur sentire Gl. in l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. in verbo i Vrbe. vbi dicit, quod pœna lęsę Maiestatis inducta pro delictis commissis in Vrbe Romana non extenditur ad alia loca, si talia delicta alibi committantur. Et ad idem facit, l. 3. ff. ad l. Iul. pec. §. fin. vbi dicit, quòd pœna peculatus obtinet in Vrbe Romana tantùm. & cùm simus in Pœnalibus est facienda stricta interpretatio, vt non transgrediatur fines suos, ca. in penis, & in reg. odia. de reg. iur. in 6. & ita sentit glo. in præd. extrauag. in versic. contra nos, vel officiales nostros. Et si dicatur, Si hoc esset, illa extrauagans nihil induceret de nouo; cùm prius extaret dispositio, d. l. quisquis, quod non est credendum, cum extrauagana illa sit ius nouum, & intendat declarare, & addere ad iura communia vetera. Nam responderi potest quod satis addit circa alia, videlicet, quòd ex tunc quis crimen lęsæ Maiestatis commisisse intelligatur, quoquomodo rebellauerit contra Principem, etiam quòd non fuerit declaratus Rebellis, & per sententiam condemnatus. Et sic ex tempore quod bona incipiant spectare, & pertinere ad Fiscum cùm ipsorum fructibus. & contractus post rebellionem super bonis subsequuti, sint nulli: & in fraudem Fisci facti censeantur, licet contra rebelles non fuerit lata sententia. quod prius per iura vetera non erat introductum. sed cùm hodie extet dispositio d. constitutionis, Vt participatio, quę est ius nouissimum, & in Regno debent pręcipuè obseruari, supra d. disceptatio est superuacua, cum per ea tollatur omnis dubitatio circa pręmissa. Iniquissimũ enim fuerat, vt ex leui, & verbali iniuria facta alicui officiali etiam minimo, quis censeretur rebellis, & lęsæ Maiestatis reus.

Præterea in isto casu non habet locum pœna rebellionis; nam posito, & non concesso, quòd iniuria facta Officiali, etiam non assistenti ad latus Principis induceret pœnam rebellionis, prout non inducit, attamen secus est dicendum in casu nostro, nam cùm
8 prędictus dom. Marinus assertus † Commissarius numquàm ostendisset suam commissionem siue per edictum, siue per proclama, uel per inscriptionem in Albo Prętoris, siue per citationem cùm inserto tenore suę commissionis contra aliquem expeditam, meritò dicendum est, quòd iniuria pretensa potius sit facta eidem Magnifico Marino tamquàm personæ priuatæ, quàm ut Officiali, cùm nullibi constet de sua commissione: & ea, quę sunt facti, verisimiliter ignorari possunt, ut in l. 1. & 2. ff. de iur. & facti ign. & asser-

& assertioni ipsius stari non debet, ut in c. eum iurisperitus, de offic. deleg. & in c. quoniam contra eùm ibi not. de probat. probat tex. in Auth. qui semel, versic. aduersario cognitis, C. Quomodo, & quando Iudex, & ibi Bart. in 2. colum. in c. præterea, & ibi Canonistæ, de dilat. in c. prudentiam, de offic. delegat. Ias. in l. ex quacumque, num. 1. si quis in ius uocatus non ierit. Ratio est in promptu, quia non præsumitur pro iurisdittione delegati, in d. cap. cùm iurisperitus, Bal. in c. un. de mandat. Principum, & ratio rationis est, quia cum delegatus non habeat iurisdictionem naturalem, l. more, ff. de iurisd. omn. iud. sed eam habeat ex accidenti, ob id debet ostendere, & publicare suam commissionem. imò si aliquis citatus comparuerit, & petierit copiam suæ commissionis, Iudex delegatus tenetur ei concedere, aliàs poterit appellare, Spec. in tit. de compar. §. inter, & in tit. de relat. §. 4. uersi. quod si ius, & in tit. de citat. §. 5. uersic. uiso, de quo uide Archid. in §. si Episcopus, 3. q. 2. Bal. in Auth. offeratur, in 5. col. C. de litis contest.

11 Præterea facit, quòd non sit commissa rebellio cõtra præd. assertum commissatium id, quod dicitur, quòd † Officiali procedenti de facto, & ultra potestatem sibi concessam in literis commissionalibus licet resisti, cùm dicatur ut priuatus procedere, & non ut officialis, l. prohibitum, C. de iure fisci, lib. 10. & in l. quoniam Iudices, C. de appo. hypo. in l. 1. in 6. col. in uersi. aliud etiam sequitur, ff. de quæst. Cum ergo prædictus Commissarius excesserit fines suæ commissionis, carcerando præd. Thomam nulla præcedente informatione, & absque aliquo processu de facto, & ultra sibi commissa, licitum fuit eidem resisti præd. uerbis prolatis per præd. Magnificum Theophilũ, imo etiam facto poterat resisti, cum præd. asser tus dom. Commissarius protulisset nonnulla uerba iniuriosa contra præd. Thomam, & Theophilum, ut ex processu apparet: Et Officialibus non licet aliquẽ cõtumeliis afficere, imò actione iniuriarum tenetur, l. nec Magistratus, ff. de iniuriis, & uidetur text. in l. Iul. ff. de ui. publ. & est decisum per constitutionem Regni, incipit, Eos, in tit. de iniuria curiali. illat. quòd officialis talia perpetrans punitur pœna tertiæ partis bonorum, & remouetur ab officio. Vltra hæc si benè ponderentur uerba dictæ extrauagantis nullo modo dici potest, quòd eius dispositio militet in casu nostro? nam ibi dicitur, ne quis offendat officialem in his, quæ ad commissum sibi spectant officium. sed cum præd. assertus commissarius carcerauerit præd. Thomam faciendo ea, quæ ad eius officium non spectabant, & ultra commissa. nam in eius commissione dabatur sibi potestas inquirendi contra eos, qui magistratus gessissent tempore Gallorum, Et contra eos, qui contra statum Regalem rebellassent, & præcedente informatione, processisset contra præd. Thomam, eum carcerando, & sine aliqua legitima causa excessisset fines suæ commissionis, impunè potuit ei resisti, quia non ut Officialis, sed ut priuata persona processit. Et Officiali iniquè, & iniustè procedenti licet impune resisti, l. prohibitum, supra allegat. & ibi Bar. Rom. in l. 1. ff. de reg. iur. l. contra, C. de execut. lib. 12. Bart. in l. deuotum, de meta. imo patienti iniuriam licitum est conuocare amicos, & consanguineos, qui etiam sine uocatione uenire possunt, Bart. in l. in seruitute, ff. de furt. in l. 3. §. cum igitur, ff. de ui, & ui armat. unde dicit Andreas de Isern. quòd si

10 † quis interfecerit Officialem inimicum suum odio particulari, & non propter officium, quòd non incidit in crimen læsæ maiestatis. Nam delictum iudicatur a principali intentione, l. 3. ff. si cert. pet. Item faciens iniuriam alicui, uidetur omnibus de eius familia iniuriam intulisse, Bald. in l. qui testamentu, ff. de testam. Felyn. & Abb. in c. literas, de præscripi. in l. 1. ff. de iniur. unde cùm dictus Commissarius excedendo fines mandati, & suæ commissionis faciebat iniuriam præd. d. Thomæ, qui est nobilis, & honoratus in sua ciuitate, & patria, in consequentiam uidebatur iniuriã facere præd. Theophilo eius fratri, unde licuit iniuriam iniuriã propulsare, maximè quod non constabat de eius commissione: & crimen rebellionis committitur, quando concurrunt duo, uidelicet, quod offenditur persona Principis, & prosperitas Imperij, & delinquens habuerit animum delinquẽ-

11 di in prædictis delictis. Nam uerba † irascentis, uel habentis aliquem dolorem, & lubricum linguæ, furor, uel ebrietas non causant delictum tale, cum animum adhoc reus non habuerit, & ideo Iudex benè debet inquirere, & prospicere animum delinquentis, & considerare, an mens, & animus rei fuerit committendi tam graue delictum, & hoc docet tex. Iudices ut faciant in l. famosi, ff. ad l. Iul. Maiest. & in l. 2. C. qui bonis cedere poss. & ita consuluit Alex. de Imol. in consil. 103. in 1. uol. incipit, Videtur prima consideratione. Et est tex. not. in l. un. C. si quis Imperat. maledixerit. Restat nunc uidere si præd. Magnificus Theophilus inciderit in rebellionẽ, propterea quòd esset armatus, & associatus cum quibusdam hominibus similiter armatis, quando protulit illa uerba contra præd. Magnif. assertum Commiss. eleuando uocem, & uociferando ante fores, & domum Illustris Gubernatoris Prouinciæ.

Pro cuius rei euidẽtia præmittere debemus, quòd præd. Theophilus, & eius fratres sunt, & erant tunc temporis inimici illorum de Campanilli, & contrariæ factionis, & opinionis, & dubitabatur in ipsa ciuitate, quod villani, & Comutenses qui illomet die interfecerant quamplurimos milites pedestres, iterum sent in ipsam ciuitatem. Et interfecissent aliquos ciues, prout minati sæpe sæpius fuerant, & minari fuit auditum ita, & taliter, quòd iustè timebant, & ambulabant armati tam ipse Theophilus, quàm alij eius fratres, & illi, qui eas associabant. & propterea non habebant animum concitandi tumultum ex sola portatione armorum. Et si clamauit dicens: *Signor Gouernatore rendetemi Tomaso mio fratello, perche non da senno sicurtà*. vt apparet in sua depositione, iam clarè apparet, quòd præd. vociferatio, seu clamatio fuit ob causam prædictam, & non vt seditionem concitaret, & istæ qualitates extrinsecè declarant animum dicti Theophili, qualis fuerit, l. 1. ff. de sicar. & in l. si in rixa, & ibi Marsil. ff. eod. & vsus est maxima reuerentia, erga præd. Commissarium, dicendo: *Vostra Signoria me perdoni, se hò gridato così, perche la colera, che io hò di vedere mio fratello prigione, lo causa*. prout

12 est notorium, quòd † sufficit allegan. vt dixit Ias. in in l. ex quacumque, ff. si quis in ius uocatus non ierit, in versic. secundo fortiter, Glo. in clem. appellanti de appellat. & non habuit animum machinandi contra tranquillitatem Imperij, nec contra personam ipsius

Magni-

Magnifici Commissarii. Nam fugientibus officialibus propter seditionem factam ipse Theophilus, & fratres sunt eos sequuti, & associauerunt, & propter absentiam ipsorum passi sunt magnam iacturam bonorum suorum, quam iacturam non passi fuissent, si a domibus eorum non recessissent.

13 Quòd si diceretur, quòd sola † excitatio in ciuitate, & congregatio armatorum ad effectum faciendi tumultum, & seditionem in populo, inducit crimen læsæ maiestatis, ut in d. l. 1. ff. ad l. Iul. maiestat. Ad hoc enim potest responderi dupliciter; & primo, quòd ad hoc ut concitatio populi, & congregatio hominum cum armis inducat crimen prædictum, requiruntur duo, primum, quod talis tumultus fiat in Vrbe Romana contra prosperitatem Imperii, & quod tumultuans habuerit animum patrandi illud delictum; & sic istis duobus non concurrentibus non committitur tale crimen, ut ibi dicit Glo. & Doctor. Alex. in d. consil. 103. in 1. volum. & Ifern. in d. constit. Vt participatio, quæ omnia cessant in præsenti causa. Nam præd. Theophilus nunquam habuit animum committendi tale delictum; imò ut dictum est, non solùm non offendit Regem, nec eius Officiales, nec ad carceres accessit, nec fregit, nec aliqua egit contra serenitatem status Imperii, imò ut dictum est, officiales Regios associauit: & voluntas, & propositum distinguunt maleficia, l. 1. C. ad l. Corn. de sycar. & in l. qui iniuriæ, in princ. ff. de furt. & in l. diuus Adrianus, ff. ad l. Corn. de sicar. & in l. 1. §. diuus, ff. eodem tit. Vide si statutum punit leuantes rumorem, & unus percutit inimicum suum, ex hoc insequenter est leuatus rumor, quòd hoc casu talis percutiens, non incidit in pœnam præd. statuti, quia eius animus non est leuandi rumorem, Hippol. in d. §. diuus nu. 10. & in sing. 247.

Restat nunc videre, an per administrationem officii in præd. terra inciderit in crimen læsæ Maiestat. vel saltem possit puniri propter iurisdictionem, quam exercebat de ordine, & mandato inimicorum Cæsareæ maiestatis. Et præmitto prius hoc (quod est notorium) quod maior pars istius Regni reperiebatur occupata ab inimicis, & in dies occupabatur vi, & potentia armorum, ac magno metu contra populos incusso, & si aliquod oppidum, vel ciuitas sibi non parebat, eam exercitus inimicorum expugnabat, & variis damnis, & tormentis afficiebat, ita ut nec honori, nec vitæ parceretur, ita quod si præd. Theophilus exercuit aliquod officium, non incidit in crimen læ-

14 sæ maiestatis, cùm potius † metu vitæ, & potentiæ hostium, & timens prædicta terra, nec ab hostibus si eis resisteret, diriperetur, & deuastaretur, eis obedientiam præstitit, & præd. Theophilus eodem metu coactus exercuit d. officium, ita quòd non potest dici ob hoc, prædictum crimen commisisse, nec rebellasse a præd. domino. ut declarat Bartol. in præd. extrauag. qui sint rebelles, in vers. rebellãdo, vers. item an ista pœna: & idem tenet in suo tractatu de tyranno propè principium, & in 2. & 3. col. dicens, quòd si aliqua ciuitas vi, vel metu defecerit a suo domino, quòd propterea non dicitur incidisse in crimen rebellionis, etiam si ille tyrannus habuisset secum paucos armatos, & ipsa ciuitas esset satis populosa. Et ratio est, quia centum lupi præualent ducentis agnis, & metus tyranni eam impulit ad deficiendum a suo domino, unde cum illa præd. terra non potuerit reputari rebellis ob præd. causam, nec etiam reputabitur præd. Theophilus, qui solùm fuit deputatus, & electus ad iustitiam administrandam.

Facit etiam, quod dicit Bald. in l. eam quam, C. de fideicommi. & in d. l. 1. Hippol. in §. præterea, vers. pro quibus, ff. de sicar. quod si virgo per tyrannum vi cognoscatur, & filium pariat, quòd talis filius quoad matrem non dicetur spurius, quia vi, & metu fuit cognita.

Facit etiam in simili, quod decidit Isern. in c. 1. §. porrò, quæ sit prima causa benef. amitt. quòd duo copulatiuè requiruntur ad hoc, ut ex amicitia cùm inimicis domini vasallus puniatur, uidelicet, quòd

15 † copulauerit amicitiam. Secundo, quòd in damnum domini; aliàs primum non sufficeret. ita etiam dicit Afflict. in dec. sacri consil. 306. num. 28. Ex quibus apparet, quòd contra præd. Theophilum non potest procedi per uiam criminis læsæ Maiestatis, nec etiam ex præd. administratione præd. officii; cùm non sit de casibus enumeratis in l. 1. 2. 3. & 4. ff. ad l. Iuliam Maiest. nec obstat, l. lex duodecim tabularum, ff. eod. quia ibi loquitur de eo officiali, qui usurpat iurisdictionem, & merum imperium cùm non haberet, sed præd. Theophilus fuit electus ab uniuersitate illius terræ, & confirmatus à superioribus. Et ideo est sub fideiussoribus de stando iuri iuxta constitut. Humanitate, aliàs officiales tenerentur cum reuerentia de iniuriis, ut ita pragmat. Inoleuit; & doctrinam Bartol. Alexand. & aliorum in l. si non pro condemnato, §. 1. ff. qui satisdare cogantur, & per c. statuimus, in rubr. ut nullus Officialis. Et ita de iure sentio saluo, &c.

Petrus Enriquez V. I. D. Hispanus.

CONSILIVM XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Laicis ingressus Monasteriorum est prohibitus, nisi ex rationabili, & manifesta causa.*

2 *Monialis consanguinea visitari potest a suis consanguineis, non tamen frequenter.*

3 *Suspicio oritur maxima ex natura loci contra frequentatem dictum locum.*

4 *Singula, quæ non prosunt, multa collecta iuuant.*

5 *Probationibus quæ haberi possunt lex contentatur in his, quæ a communiter accidentibus fieri solent secrete.*

6 *Monialem cognoscens carnaliter committit incestum, & Adulterium, & sacrilegium, & capitaliter punitur.*

7 *Monialem clericus cognoscens carnaliter, amittit beneficia, & detruditur in Monasterium ad agendam pœnitentiam, & quid de iure canonico contra laicos.*

8 *Monialis se cognosci carnaliter permittens ab aliarum monialium consortio separatur, & in carcere detruditur ad perpetuam pœnitentiam agendam.*

9 *Confessio extorta in tormentis nullis legitimis indiciis præcedentibus etiam millies ratificata confitenti non præiudicat; etiam in criminibus exceptis: & ex superuenientibus indiciis non legitimatur tortura.*

10 Ca-

10 *Captus in flagranti delicto quis dicatur ad hoc, vt contra eum procedi possit.*
11 *Aetas est valida ad tollendam omnem suspicionem.*
12 *Aetas quando se haberi potest ad delictum, & non delictum, potius est sumendus ad non delictum, quàm ad delictum.*
13 *Confessio inquisiti non nocet confitenti, quando de delicto non constat saltem in genere.*
14 *Fama nullum indicium, nec præsumptionem facit post carcerationem inquisiti emanata.*
15 *Fama bona confert suauitatem odoris, sicut lilium.*
16 *Magna curia Vicariæ habet præeminentiam torquendi inquisitos ex processu informatiuo.*
17 *Monialium appellatione veniunt solæ professæ.*
18 *Nec Monachatum, nec professionem probat ingressus Monastery, secus per religionis ingressum.*
19 *Moniales profitentes, & facientes professionem, quæ Deo promittant. & quando tacens habeatur pro consentiente. ibid.*
Percutiens nouitium, non professum, an incidat in canonem, sub num. 19.
20 *Quæ requirantur ad hoc vt moniales dicantur tacitè professionem fecisse.*
21 *Mutatio voluntatis probanda est per causas ostendentes, & indicantes ex se voluntatis mutationem.*
22 *Odiosa sunt restringenda, & non amplianda.*
23 *Matrimonium metu contractum non est validum.*
24 *Argumentum est validum de matrimonio carnali ad matrimonium spirituale.*
25 *Sacer locus quis dicatur, & quis dicatur locus Religiosus.*
26 *Laicus locum religiosum facere potest, non tamen locum sacrum.*
27 *Stupri pœna quæ sit, quando illud fuit voluntarium.*
28 *Obnoxium est virum statim punire pro uno delicto, quia potius est corripiendus, quàm puniendus.*
29 *Iudex terrenus debet imitari Iudicem cælestem, qui est Deus.*

IN causa N. habitantis in præsentiarum in ciuitate Aquilæ carcerati
in fortijs curiæ Magnifici Domini
Capitanei eiusdem ciuitatis inquisiti & torti, ex quo fuit inuentus,
& captus in quodam Monialium
Monasterio. Videtur, quòd ritè, &
rectè fuisset processum contra eundem N. ad tortu-
1 ram. Nam † prohibitus est laicis ingressus venerabilium Monasteriorum monialiũ, vt est tex. & ibi Abbas de vita, & honest. cleric. & in c. Monasteria, 18. q. 2. & in c. perniciosum eisdem, q. & cá. vnde Lateranense consilium statuit, quòd sine manifesta, & rationabili causa laici sub pœna excommunicationis frequentari nó debeant, & maximè postquàm sunt moniti. Amplius Monasteria Monialium, & clerici ab officio Ecclesiastico suspenduntur, & deponuntur, si post monitionem præd. monasteria frequentari non desinant: ex frequentatione enim tali oritur sinistra suspicio contra ad prædicta Monasteria accedentes, periculosa enim est sexus commistio, vt est tex. in gl. in c. mulieres, de iudic. in 6. nec etiam sufficit occasio
2 consanguinitatis. Nam † licet Monialis consanguinea visitari a consanguineis possit, non tamen hoc prætextu debet fieri frequens accessus. cùm etiam in consanguineis scelus commistionis carnalis reperiatur, vt in c. 1. de cohab. cler. & mulier. Vnde dicit tex. in c. diffinimus 14. q. 2. & in ca. in decima eisdem q. & causa, quòd accedentes ad loquendum cum Monialibus debent compendiosa, & modica verba efficere, & in præsentia Abbatissæ. cùm ergo præd. N. nimis frequentauerit d. Monasterium, & sæpè sæpius visus fuerit ingredi intus d. Monasterium, vt deponit Tit. testis ad informationem Curiæ examinatus, deponit etiam Sempr. de auditu. imò præd. testis deponit, & dicit se vidisse ipsum N. illa die, qua fuit captus ingredi intus d. Monasterium, & idem deponit soror. C. monialis in d. Monasterio, qualiter vidit eundem inquisitum sæpè sæpius conuersari in d. Monasterio cum sorore, B. & quod propter d. conuersationem dicebatur eundem N. cognouisse, & cognoscere adhuc carnaliter præd. sororem B. imò ut deponit N. testis sæpè desiderauit de præd. conuersatione præd. Inquisiti cùm præd. B. certiores reddere Reuerendum dominum Vicarium eiusdem ciuitatis, & Magnificum Camerarium, vt super prædictis prouidere debuissent: deponunt etiam alij testes de prædicta conuersatione, & fama, & qualiter præd. N. fuit captus in d. Monasterio per Curiam, vt ipsemet fatetur in eius confessione, & propriè in dormi-
3 torio ipsarum Monialium. Ex quo † loco oritur maxima suspicio contra ipsum, & delicti præsumptio, argum. l. aut facta, §. locus, ff. de pen. Si enim aliquis iuuenis prout est præd. inquisitus in domo alicuius mulieris, seu puellæ pulchræ inueniatur, ex tali inuẽtione poterit torqueri, ut dicit Bar. post Iacob. Butriũ in l. fi. ff. de hæred. instit. quem refert & sequitur Angel. in tract. suo maleficiorum, in uerbo quod fama publica præcedente, uers. quæro, an vnum indicium, num. 17. Et ex similibus indicijs, & præsumptionibus probatur adulterium, & stante maximè fama, qualiter præd. Inquisitus cognoscebat carnaliter prędictam sororem B. quæ fama simul iuncta cum omnibus supradictis facit probationem, ne dum indicium, Gl. est in c. illud, de præscript. Et quãdo præd. frequentatio, & captura in d. loco non sufficerent de
4 per se, prout sufficiunt, omnia † simul iuncta sufficerent, argum. l. spadonem, §. 1. ff. de excusat. tut. Adulterium enim directè probari non potest in c. literis, de præsumpt. Glo. in l. quod ait lex, ff. ad l. Iuliam de adult. vnde meritò post trinam monitionem prius factam potest interficere alloquentem cum eius uxore, vt est tex. in Auth. si quis ei, C. de adult. & in Authent. matri, & auiæ, §. his quoque. Et de iure canonico talis inuentus excommunicatur, in c. si quisquam, de cohabit. cler. & mulier. In talibus enim crimini-
5 bus, † quæ a communiter accidentibus secretè, & occultè committuntur, lex contentatur eis probationibus, quæ haberi possunt. Glo. & tex. in l. si cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. causa. Et in prædictis delictis facilius potest Iudex ad torturam procedere, quàm in alijs. sicut dicimus in criminibus falsæ monetæ, & venenationis, ut dicit Bald. in l. 3. C. de episcop. aud. Alex. in consil. 77. in 1. vol. vnde testes inhonesti idonei admittuntur, & idonei reputantur, ut latè consuluit Thomas Grammat. in consil. 45. & 59. num. 12. vbi plura accumulat, & facit tex. in c. fi. de test. cog. facit gl. & quod ibi not. Doct. in c. 1. de test. in 6. consuluit Alex. in consil. 156. in 4. col. in 2. vol.

Bart.

Bart. in l. si quis, ex argentariis, §. pen. ff. de eden. Et
præd. Inquisitus cognoscendo carnaliter præd. Mo-
6 nialem † tria delicta committebat, videlicet, incestū,
adulterium, & sacrilegium, vt dicit glo. in c. Virgini-
bus, 27. q. 1. Incestum enim committit, quia sponsa
Dei est, qui est pater noster, cap. qui abstulerit, 2. q. 2.
Adulterium committit, quia sponsam alterius corrū
pit: & Sacrilegium quia rem sacram lędit, cum enim
consecratur monialis ab Episcopo in prædicta conse
cratione interuenit ipsemet Episcopus tamquàm Nū
cius, & Dei Paranimphus, vt dicit Archidiaconus in
c. Diaconissam, 27. quęst. 1. propter quæ delicta venit
quis puniendus pœna capitali, & eius bona veniunt
applicanda ipsi Monasterio offenso, l. si quis non di-
cam rapere, C. de episcop. & cler. tex. in Auth. de san-
ctiss. Episcopis, §. pen. & ibi Bart. coll. nona, in cap. si
quam Monacharum, & in c. si quis rapuerit, 27. q. 1.
tenet Hypp. de Marsil. in l. vn. §. de raptu Virginis,
num. 40. & 41. Io. de Anania in consil. 1. num. 9. te-
net Paul. Grilland. in suo tract. de pœnis, in verbo
7 primò igitur, nu. 10. & 19. Et de iure canonico † cle-
rici, talia delicta committentes, priuari debent omni-
bus beneficijs, & detrudi in Monasterium ad agen-
dum perpetuam pœnitentiam, vt dicit ibi Paul. Gril
land. per text. in ca. si quis Episcopus 27. q. 1. de quo
vide Abb. in cap. si clerici de Iudic. referr. & sequitur
Io. Bernard. Diaz Hispan. in sua practica canonica,
in verbo Monialibus, & laici excommunicantur, &
numquàm admittūtur ad communionem fidelium,
nisi publicam, & idoneam pœnitentiam egerint. Et
8 Moniales † talia perpetrantes excluduntur ab alia-
rum Monialium consortio, & in carcere, & loco ar-
duo ipsius Monasterij detruduntur ad agendā perpe
tuam pœnitentiam, cum lamentatione, & fletu conti
nuo, vt est tex. in cap. Impudicas, & in c. Virginibus
eis, d. q. & causa. Et Moniales talia committentes vo
cari possunt meretrices, vt dicit Boer. in cons. 20. nu.
18. Vnde meritò ex omnibus prædictis præd. Inquisi
tus potuit ibi torqueri. Et eo maximè quia in istis, &
exceptuatis atrocissimis delictis Iudices possunt iu-
ra transgredi, vt tenet Marsil. in sua pract. crimin. in
§. diligenter, & Innoc. in c. 1. de constit. & stante eius
confessione in tortura facta, & postea ratificata, vide
tur quòd debeat pœna vltimi supplicij puniri, & eius
bona Monasterio præd. offenso applicari per iura su-
perius allegata. Et cum in confessos nullæ sint par-
tes Iudicis nisi in condemnando, l. vn. C. de confess.
& c. 1. eod. tit. & ibi gl. 2. q. 1. cum multis alijs simili
bus, facit l. si confessus, ff. de custod. reorum, nullum
videtur restare dubium.

Quibus omnibus supradictis non obstantibus cō
trariam partem puto, & de iure dico esse veriorem.
Imò quod præd. Inquisitus nullo modo potuit, nec
debuit eo modo, quo fuit tortus torqueri propter de-
fectum indiciorum, & probationum nō existentium
contra præd. N. etiam quod confessio eius fuisset mil
lies ratificata ipsi inquisito, nec alijs per ipsum incul
patis ī eius tortura præiudicauit, nec præiudicat. imò
quod omnino ueniat ex suis defensionibus absoluē-
dus, ut ex infrascriptis apparebit. Nam clarum est in
iure, quod tortura inferri non potest, nisi præcedenti-
bus legitimis indicijs. cùm ab ea non sit incipiēdum
tex. est, in l. 1. ff. de quæst. & in c. cum in contempla-
tione, de regul. iur. quod etiam habet locum in crimi
nibus exceptis, & atrocibus, ut est in crimine læsæ
Maiestatis, & in alijs similibus criminibus, per text.
not. & ibi glo. Salyc. & Bal. in l. si quis alicui, C. ad l.
Iul. Maiest. Ang. in suo tract. malefic. in uerbo, *che
hai tradito la tua patria*, in princ. Brun. in suo tract.
de indic. & l. 9. colum. 2. circa medium, Mars. in l. 1.
colum. 8. uers. modo redeundo ad propositum, ff. de
quæst. unde dicit Paris de Puteo in suo tract. syndic.
in uerbo torturā, §. de repetitione, colum. fi. in princ.
uersic. an Iudex, quod quando Iudices, in delictis e-
normibus non habent indicia sufficientia, & esset in-
gens suspicio contra aliquem impetrari solet a Princi
pe, ut etiam illis indicijs possint reum torquere, licet
Princeps hoc rarò concedat.

9 Et quòd † confessio extorta in tortura legitimis
indicijs non præcedentibus etiam si sit perseuerata,
& millies ratificata, nihil operetur, nec contra confi-
tentem, nec contra alios tenet Alex. in consil. 5. 1. uo
lum. & in cons. 179. in 2. uol. & in l. qui aliena, §. fi.
ff. de acquir. hæred. Gramm. in cons. 6. & in tantum
est hoc uerum, quòd etiam si superuenerint noua in-
dicia sufficientia numquàm ualidatur, nec tortura le
gitimatur, Lanfr. in c. quoniam contra, in res. confes-
siones. uers. reuertor, de probat. & iam est hoc expedi
tum in Regno, per c. Tormenta, ibi legitima indicia,
& in cap. tormentis, ibi sufficientia indicia, Thomas
Gramm. in cons. 45. & in uoto 30. & tunc dicuntur
legitima indicia, quando reus litem contestatur, &
ei datur terminus ad se defendendum; & datur co-
pia inditiorum, & legitimatur processus, ut tenent
Regniculi in prędictis cap. Tormenta, & tormentis,
sub rubr. de tormentis, Marsil. in d. l. 1. ff. de quæst.
cum alijs.

Cum ergò præd. inquisitus fuerit tortus nullis da-
tis defensionibus, nec legitimis, imò nullis præcedē
tibus indicijs. meritò eius confessio ei non debet no
cere, nec eius ratificatio, cùm præsumatur metu præ-
cedentium tormentorum, assertam eius cōfessionem
insufficientem, nec coarctatam, loco, & tempore, nec
per ipsam curiam uerificatam ratificasse per ea, quæ
not. Doctor. in d. l. 1. ff. de quæst. & in d. cap. cùm in
contemplatione.

Nec obstat, quod dici potest per Curiæ coadiuto-
rem, quod præd. Inquisitus fuit in flagrāti captus, &
contra eum sic fuit processum uigore c. Regni, In ac
cusat. s, sub rubr. quod seruetur ius commune. nam
10 † tunc dicitur quis capi in flagranti, quando depre-
henditur in ipso actu delinquendi in raptores, supra
alleg. l. defensores, & quod ibi not. Doct. C. de defen
sor. ciuit. latè Isern. in constit. iusuliarij, non per Ca-
lendas, num. 2. sub Rubr. Qualiter Iustitiarij se gero-
re debeant, in prou. sibi decret. Affl. in constit. Huma
nitate, & ibi Isern. sub Rubr. de his qui fide, dat. poss.
nam præd. Inquisitus per ipsam curiam non fuit ca-
ptus in actu uenereo cum præd. sorore, nec alloquen
do cum ea, nec in alijs Venereis præparatorijs, nec in
eius cubiculo: nec noctis tempore. Et meritò non
potest dici fuisse captum in flagranti, testes enim ip-
sius Curiæ deponunt, quod fuit inuentus tempore
diurno, & quod uisus fuit paulo ante ingredi per por
tas ipsius Monasterij de licētia Portariæ & R. Ab
batissæ, & fuit repertus propè ianuam cuiusdam so-
roris infirmæ iacentis in lecto annorum sexaginta,
uocatus, & accersitus ab ipsa, seu de eius mandato ad
uiden-

videndum quandam petiam panni albi, quam præd. Inquisitus in manibus habebat, quando fuit per ipsam euntam captus, & inuentus, vt deponit soror F. fol. 15. & ipsamet soror infirma, fol. 26. cùm qua nul la sinistra suspicio oriri poterat, stante eius infirmita-
31 te, & senectute, quæ ætas † est valida ad tollendam omnem suspicionem, & malam præsumptionem, c. fraternitatis 34. d. & ingressus fuit in præd. Monasterium de licentia præd. sororis F. tunc temporis præd. Monasterij Abbatissæ, vt deponit ipsamet Abbatissa, fol. 15. super 4. excep. deponit etiam soror, P. fol. 18. & 19. super 6. 7. & 8. exceptione, & soror A. fol. 30. & 31. quæ R. domina Abbatissa poterat præd. licentiam concedere, existente maximè manifesta, & rationabili causa, cum præd. inquisitus sit sutor, & consuetus vestes suere Monialium præd. Monasterij, & ob præd. causam sæpè sæpius solitus fuit in præd. Monasterium ingredi, vt deponunt quamplures Moniales, deponit etiam N. de Mediolano, super 2. except. fol. 2. Donatus Lombardus, fol. 7. Ioannes alias Vannone, folio 11. & alij quamplurimi testes idem deponunt: ex quibus causis præd. inquisito licitus fuit ingressus per ea, quæ not. Doct. in præalleg. cap. Monasteria, & in c. Monasteria, 18. q. 2. Quod si fuit in dormitorio Monialium præd. inquisitus repertus, non poterat aliter cum præd. sorore infirma alloqui, nisi ad ipsum Dormitorium, vbi erat præd. cubiculū ipsius, quæ iacebat in lecto infirma. imò laborabat in extremis, ita quod non poterat a lecto surgere, & accedere ad ianuam, seu rotam ad alloquendum cū ipso inquisito, quæ omnia præsumptionem delicti
32 tollunt. nam quando † aliquis actus efficitur, qui potest se haberi ad delictum, & non delictum, potius præsumendum est, vt se habeat ad nō delictum, quā ad delictum, l. meritò, & ibi Doctor. ff. pro socio. Dubia enim sunt interpretanda in meliorem partem, c. estote, de regul. iur. & in obscuris benignior pars est amplectenda in reg. in obligat. cùm multis alijs similibus.

Præterea d. asserta confessio præd. inquisiti ei non potest nocere, etiam si fuisset spontanea: quia non constat de ipso delicto in genere commisso, quia nullus testis deponit vidisse ipsum alloquentem cum præd. B. nec eius mammillas tangentem, vel in eius cubiculo se occultantem, vel latitantem, nec aliquid aliud, propter quod appareat præd. delictum de quo inquiritur perpetrasse iuxta tex. Glo. & Doctor. in l. quod ait lex, ff. ad l. Iul. de adulter. & iuxta doctr.
33 Bald. in c. tuæ de procurat. Et quando † de delicto non constat in genere, confessio inquisiti non nocet, vt tenet Brun. in d. tract. de indiciis, & tortur. q. 6. 2. partis princip. num. 11. facit quod dicit Io. Bernard. Diaz, Hispan. in pract. sua can. in uerbo confessionibus proprijs.

Facit, quod in simili dicit Afflict. in constit. Obscuritatem sub rubr. de restitut. mul. quod licet in delictis non concedatur restitutio in integrum, l. Auxilium, ff. de min. nec alijs personis priuilegiatis, attamen si delictum fuisset commissum per aliquam mulierem, & solummodo constaret de præd. delicto per eius confessionem, & non aliter per aliquas probationes, siue per præsumptiones uel per alia iudicia, quod tunc, & eo casu concederetur restitutio in integrum.

Quod si diceretur per Curiæ coadiutorem, qualiter de præd. delicto constat per præd. inquisitum in genere, ex quo sunt quamplurimi testes, qui deponunt per famam publicam, vt deponunt nonnulli asserti testes. nam ad hoc responderi potest, quòd prædicta asserta fama fuit post inquisitionem formatam
34 contra ipsum, & post eius carcerationem, quo † casu nulla præsumptio, nec indicium ex ea resultat, ut pulchrè consuluit Anchar. in consil. 153. incipit, In genere presbyteri, Gramm. in consil. 14. nu. 3. & 14. Doct. maximè Bart. in l. de minore, §. plurium quoque, ff. de quæst. c. qualiter & quando, 2. de accusat. nec deponunt asserti testes a quibus audiuerint, nec de alijs circunstantijs, & requisitis ad probationem famæ, vt dicunt Doct. in præd. §. plurium quoque, & tanto magis quòd in defensionibus præd. Inquisiti præd. fama fuit, & est elisa per bonam famam in genere probatam præd. inquisiti, Bal. in l. ea quidem, §. pen. uersic. item quæro an informatus, C. de accusat. Bart. vero in consil. 19. num. 24. una enim coniectura, & una præsumptio tollitur per aliam in l. diuus, de in integr. restit. c. 1. de præsumpt. Bald. in l. fi. in fi. C. de probat. & in l. Plautius, ff. de hæred. instit. Florian. in l. 3. §. eiusdem, ff. de test. mala enim fama fuit purgata per bonam famam ipsius carcerati, Corn. in
35 consil. 38. litera R. in 2. uol. Bona † enim fama confert odorem, sicut lilium ciuitatis, Bal. in l. un. C. de confess. argum. tex. in l. non omnis, §. a Barbaris, ff. de re milit. Cum ergo sit satis probatum de bona fama præd. inquisiti, ut deponunt Franciscus Cornel. super 12. & 13. except. Donatus Longobardus super 13. fol. 8. Ioannes, fol. 11. & alij quamplures testes. Meritò de præd. mala asserta fama non est habenda aliqua ratio, taliter quòd remanet solum nuda asserta confessio ipsius inquisiti in tortura facta, quæ tortura, ut supra dictum fuit, minimè irrogari poterat, nisi priua inquisito audito in eius defensionibus, & data prius sibi copia asser totum indiciorum, si qua erant. nam si fuisset auditus utique non fuisset tortus, nec poterat torqueri ex processu informatiuo,
36 cum hoc rarò etiam faciat Magna Curia, quę † sola habet præeminentiam torquendi reos ex processu informatiuo, & ea sola utitur contra delinquentes insignes, & latrones, & infamatos, & in alijs notoriis criminibus, a quo debent abstinere Iudices inferiores, ne reos ex processu informatiuo torqueant; cùm eis hoc facere non liceat, ut tenet Put. in suo tractat. syndic. in uerbo, uiso de iudicijs, uersic. etiam si quis dixerit, in fine, num. 9.

Et quando omnia supradicta concurrissent de iure, prout non concurrunt: attamen non poterat contra prædictum inquisitum procedi ad illationem tormentorum fidicularum seu cordæ, cum præd. inquisitus sit læsus in quodam brachio, vt deponit Franc. fol. 4. Donatus Longobardus, fol. 7. super interrogatoriis ipsius Curię, & Ioannes, fol. 12. quam lęsionē, & rupturam præd. inquisitus antequàm ligaretur ad cordam, declarauit, & demonstrauit per ocularem inspectionem, & de ea protestatus extitit, ut deponunt Scipio de Fagnano, & Augustinus, & Gregorius famuli, & serruientes ipsius Curię, qui interfuerunt in præd. tortura, quo casu quando fuissent legitima iudicia (prout non erant) Curia ipsa Aquilana non debebat procedere ad dationem torturę fidicularum, sed perquirere aliud genus tormētorum. qua læsione

hi stante

ſic ſtante non eſt initum ſi prẹd. inquiſitus maximo
dolore brachiorum perterritus, confeſſus fuiſſet ſe co
gnouiſſe carnaliter præd. B. cùm debilitata membra
vel aliàs læſa facilius offendantur, & maiorem dolo-
rem ſentiant, quam membra ſana, & valida, ut expe-
rientia rerum magiſtra quotidie nos docet, & teſta-
tur Galenus lib. 4. de locis affectis, c. 4.

Vltra hęc quando præd. aſſerta confeſſio eſſet ve-
ra, prout non eſt, nec eſt veriſimilis, attamen ex ea
non poterit puniri pœna incœſtus, & Adulterij, & ſa
crilegii, & ſic pœna ultimi ſupplicii. nam iura impo-
nentia pœnam mortis propter carnalem copulam cũ
monialibus, habent locum contra cognoſcentes eas
carnaliter, uidelicet, moniales conſacratas, & d. l. ra-
17 ptores, & ibi glo. in uer. diaconiſſam, & Doct. in d. c.
Virginibus, & c. ſi qua monacharum. Appellatione
† enim monialium ueniunt ſolummodo conſecratę,
& profeſſæ. Gemin. in c. indemnitatibus, de elect. in
6. argum. etiam tex. in c. 1. & in c. conſtitutionem, de
regularibus, eod. lib. Feder. de Senis in conſil. a 13.
quæ profeſſio in dubio non præſumitur. Nam di-
cens aliquem eſſe profeſſum debet probare. unde di-
cit Felyn. in c. nuper, de teſtibus, quòd profeſſio fieri
debet in præſentia patrium, ſicut dicimus in feudis.
quod partes Curiæ debent eſſe pręſentes in cap. 1. de
feud. guar. vnde dicit Gemin. in c. beneficium, de re-
18 gular. in 6. num. 5. quòd † per ingreſſum Monaſterii
nõ probatur Monachatus, nec profeſſio, ſecus per in
greſſum religionis, & ſic nouitius egrediendo de Mo
naſterio, non tenetur de neceſſitate licentiam petere,
ſed poteſt ab eo exire ad eius libitum, nec tenetur re-
dire, niſi per eum fuerit profeſſio facta. Et ratio eſt,
quia ingreſſus in Monaſterium non dicitur profeſſio
nem feciſſe, niſi probetur, vt dicit Felyn. in d. c. nu-
per, verſ. & pondera iſtum text. quæ profeſsio debet
fieri in ſcriptis, ut dicit Gl. in c. nullus de elect. in 6.
notatur in c. Rurſus, qui cler. uel Mona. & in cap. ui
dua, de regular. nam Monialis dicitur ea quæ profeſ-
ſa eſt aliquem ordinem de ordinib. approbatis, not.
19 in c. perniciosam, 28. q. 2. & cum profitetur, † Deo
promittit, & omnibus ſanctis eius continentiam per
petuam, propriis renunciat, & debitam obedientiam
ſpondet ſecundum ordinis regulam, ſeuerentiam,
ſtabilitatem, & conuerſionem ſuorum morum, reco-
pitque habitum, ita Lap. in allegat. ſuis, quem refert,
& ſequitur Gemin. in d. cap. primo, de regular. in 6.
num. nono.

Cum ergo pro parte Curiæ coadiutoris nullo mo
do in ipſo proceſſu producto ſit probatum præd. ſoro
rem B. ingreſſam fuiſſe aliquam religionem, nec con
ſecratam fuiſſe, nec profeſſionem feciſſe, nec aliquẽ
alium actum monialis Profeſſæ operaſſe, meritò nõ
poteſt dici præd. inquiſitum in caſu, in quo eſſet prẹd.
aſſerta confeſſio vera, monialem carnaliter cognouiſ
ſe, nec prædicta tria delicta commiſiſſe, ſed potius
quando eſſet verum, prout non eſt, cognouiſſe mulie
rem ſimplicem nullius habitus, nec religionis. nam
inceſtum cum ea non commiſit, quia præd. B. ſponſa
Dei non eſt, cùm non probetur conſecratam eſſe: nec
adulterium commiſit, quia ſponſam nullius cogno-
uit: nec ſacrilegium perpetrauit, quia cum non fuerit
nec ſit conſecrata, perſonam ſacram nõ læſit: imò in
proceſſu apparet prædictam B. ſemper monachari re
nuiſſe, & quod numquàm uoluit profiteri, nec promi
ſit continentiam, nec caſtitatem, & quod numquàm
fuit benedicta, nec uelata, nec portauit unquam habi
tum monialium profeſſarum. qui habitus inter ipſas
Moniales nocatur la Patiencia, imò ſemper dixit, &
declarauit ſe uelle nubere, & matrimonium carnale
contrahere, ut deponit R. ſoror F. ipſius Monaſterii
Abbatiſſa ſuper 6. cum aliis duobus numeris ſequẽ-
tibus, fol. 17. idem deponit ſoror P. eiuſdem Mona-
ſterii Monialis ſuper 6. 7. & 8. exceptione, fol. 18. &
19. idem deponit R. ſoror M. ſuper 6. & 9. exceptio.
& ſoror A. ſuper præd. exceptionibus, & idem depo-
nit eademmet ſoror B. principalis examinata, ubi aſ-
ſerit cum iuramento, & affirmat qualiter non eſt pro
feſſa, nec profitendi animum habet, ſed potius nubẽ-
di. & qualiter inuita, & contra eius uoluntatem fuit
intruſa in pręd. Monaſterium ab eius conſanguineis,
dũm eſſet inferioris ętatis, & quod ſemper in eodem
Monaſterio permanſit in uita, animo, & propoſito ad
ſæculum reuertendi, & matrimonium contrahendi,
cuius depoſitioni, & iuramento ſtandum eſt. nam in
his, quę dependent ab animo, & conſcientia alicuius
ſtatur eius iuramento in cap. ſi uero, 2. de ſentent. ex-
commu. & in cap. ſignificaſti, de homicid. Abb. in c.
uidua. de regular.

Non obſtat, ſi pro parte Curiæ coadiutoris dicere-
tur, quòd licet præd. B. non feciſſet profeſſionem ex-
preſſam, attamen negari non poteſt feciſſe tacitam
permanendo in d. Monaſterio poſt annos pubertatis,
& taciti, & expreſſi eadem eſt uirtus in l. cum quid,
& ibi gl. Bar. in 2. colum. uerſ. ulterius dicitur hic. &
ibi Doct. ff. ſi certum petatur, Bart. in l. quicquid a-
ſtringendæ, in 1. colum. in fi. verſ. oppon. de l. cum
quid, ff. de verb. oblig. imò quandoque plus operatur
tacitum, quàm expreſſum, vt in clerico, qui expreſsè
non poteſt renunciare foro ſuo in c. ſi diligenti, de fo
ro compet. ſed tacitè ſic. contrahendo ibi, vel delin-
quendo, vt tenent ibi Doct. & in c. Romana, §. con-
trahentes, de foro compet. in 6. item quando expreſ-
sè vult clericus prorogare ſuum forum, requiritur ex
preſſa ſui Epiſcopi licentia Innoc. in gl. ſua, in verbo
prodeſſet, in c. dilecti, eodem tit. & ibi not. Paul. de
Caſt. in l. 1. ff. ſi quis in ius, uocatus non ierit, & tan-
to magis in caſu noſtro, cùm iura æquiparẽt tacitam,
& expreſſam profeſſionem, tex. eſt in c. non ſolum,
de regular. in 6. Abb. Anton. de Butr. in cap. vidua,
& in c. ad noſtram, eodem tit. & in c. porrecta de re-
gul. eo maximè quod mulier, quæ reperitur inter mo
niales præſumitur monialis, tex. in c. quoniam geni-
tores, 20. q. 1. & not. in princ. 19. d.

Nam ad hoc vt Monialis tacens habeatur pro cõ-
ſentiente, quando permanet in Monaſterio, requiri-
tur, quod interueniat aliquis actus poſitiuus puta im
ponendo ſibi velum conſecratum. tale enim eſſe de-
bet Monialium velum, vt dicit S. Thom. in 4. ſent.
d. 18. q. 1. art. 5. vel debet talis permanens in Mona-
ſterio ſe ingerere ſpontè, & animo ſe Monachandi,
actibus ad profeſſas pertinentibus, Abb. in cap. cum
uirum in 3. not. de regular. & in d. c. uidua, ad hoc e-
nim ut per huiuſmodi actuum exercitium, & immi-
ſtionem eorum inſimul cum taciturnitate videatur
20 profiteri, plura requiruntur. Primò enim † requiri-
tur animus ingredientis Monaſterium. vt efficiatur
religioſus, qui animus ſemper defecit, & in præſen-
tiarum deficit in ipſa B. imò de contrario animo, per

quam-

quamplures testes supra recitatos constat, quòd non
habebat præd. animum monachandi per protesta-
tiones, per ipsam B. factas, & verba per ipsam pro-
lata, per quas protestationes fuit manifestatus eius
animus. l. falsus, §. qui alienum, & ibi Bartol. nu. 5.
ff. de furt. nam verba declarant animum, l. quicquid
in suo, ff. de condict. instit. in l. de minore, §. tormen-
ta, ff. de quæst. & etiam ex coniecturis probatur ani-
mus, Bartol. in l. si concubina, §. primo, ff. rerum a-
motarum. Et animus alicuius uerbis, & facto da-
tur intelligi, ut in l. Paulus, ff. rem ratam haber. l. ue
rum, §. fin. ff. pro socio. nec præsumitur prædictam
B. suum animum, & voluntatem mutasse: nam talis
21 † mutatio debet probari per causas, propter quas
talis mutatio arguatur, Bald. in l. si nemus, C. de
testament. Et semper permansit in prædicta volun-
tate non se monachandi, imò nubendi, quæ uolun-
tas semper præsumitur durare, nisi probetur muta-
ta, l. eum qui, ff. de probat. capitulo primo, de his quę
ui metusue causa, fiu. cap. maiores, circa finem cum
ibi not. de baptism. Guill. Cassad. in decis. tertia, sub
titulo de dolo, & contumac. num. primo, & loquela
sua eius mentem manifestam faciebat, quòd nole-
bat monachari, nullum enim maius mentis testimo
nium est, quam qualitas inspecta uerborum, Bald.
in l. tres denunciationes, numero 3. C. quomodo, &
quando Iudex.

Facit id, quod dicit in simili, Cuman. in l. si res
obligata, ff. de leg. primo, quod voluntas testatoris
tacita, quamuis ex coniecturis allegata non opera-
tur, sicut expressa. unde tunc tacitum habetur pro
expresso, quando transit ad dispositionem, Ias. in d. l.
si res obligata, Bald. in l. quidam cùm filium, in 3.
not. ff. de hæredit. instituenda. Vnde cum nihil ex
supradictis concurrat in præd. B. imò totum contra-
rium, ut supra est ostensum, non potest dici tacitè
professionem emisisse, maximè cum simus in odio-
sis, & pœnalibus, in quibus non fit extensio de simi
libus ad similia, nec de tacitis ad expressa. odia enim
22 † restringi, & fauores conuenit ampliari, in reg. o-
dia, de regul. iur. in 6. Bal. in cap. 1. §. porrò, in 3. col.
quæ sit prima cau. benef. amitt. & in l. conuenticu-
lam, & in l. si quis non dicam rapere, C. de episc. &
cler. cum multis alijs similib. Ang. Aret. in §. ius au
tem ciuile. Instit. de iure nat. gent. & ciu. Dec. in l. si
is quod, ff. de iurisd. omnium iudic. num. 48. Et da-
to quod prædicta B. fuisset habitu, & vestitu monia-
lium induta, prout non est, ex quo semper protestata
extitit se nolle monachari, etiam per lapsum tempo-
ris non est effecta Monacha, nec videtur in aliquo ra
tificasse ingressum suum, vt dicit Archid. in d. capit.
quod discordiam; & si ingressa est in præd. Monaste
rium, id fecit potius ob reuerentiam eius parentum,
& consanguineorum, quàm de eius libera, & spon-
tanea voluntate, & propterea non remansit obligata
ad obseruationem alicuius religionis. Gl. est in cap.
præsens 20. q. 3. Imol. in l. si cum dotem, §. eodem
tempore, ff. sol. matrim. Et actus nõ debet operari vl
tra voluntatem, & mentem agentium, l. si quid, ff. si
23 cert. pet. Et eodem † modo dicimus in matrimonio
carnali, quod non valet. quando est contractum me-
tu reuerentiali, vel alio metu interueniẽte, c. cum lo-
24 cum, & ibi Abb. ff. de sponsal. validum † est enim
argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, c.
si adt. 7. q. 1. in c. 2. de translat. Prælat. Card. Zabar.
in clem. 1. versic. quæ est, in 3. q. de concess. præben.
imò fortius est spirituale, quam carnale, Affl. decis.
348. Doct. in d. c. tuæ. Similiter non obstat, quod di
citur per Curiæ coadiutorem, quod saltem commi-
sit sacrilegium cognoscendo prædictam B. carnali-
ter intus præd. Monasterium, quod est locus sacer,
& violãdo locum sacrum, committitur sacrilegium,
in c. quisquis 17. q. 4. argum. tex. in c. sicut, ead. q. &
causa, Bernard. Diaz, in sua pract. crimin. in vers. sa-
crilegium, Host. in sua summa, sub tit. de accusat. §.
qui si defectus, versic. & gratia exempli, & pondera
ri potest, quod hoc non est probatum in processu,
25 quod d. Monasterium sit locus sacer. locus † enim
sacer dicitur ille, qui ritè iuxta ecclesiæ formam per
Pontificem Deo dedicatus est, vt est ecclesia ipsius
Monasterij, quæ licet sit sacra, non tamen sequitur,
quod Monasterium sit sacrum, in quo habitant ipsæ
Moniales. vnde appellatione Monasteriorum non
veniunt ecclesię in c. ad Apostolicæ, & ibi not. de do
nat. in c. ad audientiam, de eccles. ædifican. licet benè
præd. Monasterium possit dici locus religiosus, qui
valde differt a loco sacro, sicut genus a specie, cùm
26 † locum religiosum etiam laicus possit facere, in §.
religiosum, Inst. de rerum diuis. locum autem sacrũ
solus Episcopus, vel summus Pontifex, vnde nec ex
præd. capite, potest dici pręd. inquisitum sacrilegium
commisisse.

Quibus orhnibus supradictis sic stantibus, & in
iure militantibus, & quòd præd. inquisitus fuerit in
gressus in præd. Monasterium tamquam sutor, &
cum licentia Reuerendæ Abbatissæ ipsius Monaste
rij, vt probatum est in processu, vocatus de ordine so
roris infirmæ iacentis in lecto, ad faciendum vende
re pannum, in cuius cubiculo fuit inuentus tempo-
re diurno, & stante eius bona fama, & quod non est
aliàs solitus committere aliqua delicta. meritò ve-
nit absoluendus, & absolui debet a præd. inquisitio-
ne, & tota causa, non obstante eius asserta confessio-
ne erronea, & inualida, & non verisimili, & præ ni-
mio dolore tormentorum facta, & extorta nullis le-
gitimis indicijs pręcedentibus, quæ confessio, quan-
do ei in aliquo noceret, prout non nocet, nec nocere
debet, vt supra est ostensum, obligaret ipsum inquisi
27 tum ad pœnam stupri simplicis. quę † pœna est rele
gationis cum amissione dimidiæ partis suorum bo-
norum, in §. item lex Iulia. Inst. de publ. iudic. & ibi
Ang. Mars. in l. vn. C. de raptu virginum, & maximè
28 cum obnoxium uideatur vllum statim pro vno deli
cto punire, quia magis est expectandus, & corripien-
dus, quàm puniẽdus in c. pleriq; 65. d. imitari enim
29 † debet Iudex terrenus, Deum dominum nostrum,
qui est misericors, & pius, in c. quia diuinitatis, de
consecr. d. 1. in Auct. ut oẽs obediant Iudic. Prouinc.
§. eripiat. Et qñ crimen non est liquidè probatum,
prout est in casu nostro, licet Iudici, imò tenetur pę-
nam a lege statutam minuere, ét si esset pęna mortis,
in c. circũcisiones, 23. q. 5. & in c. Innocens, 13. q. 4.
Et ita consulo, & de iure censeo, saluo tamẽ meliori,
& saniori consilio magnifici domini Iudicis, cuius iu
dicio, & religioni semper me submitto, iuxta l. Clau
dius fęlix, ff. qui pot. in pign. habeantur.

N Tandem

Tandem non potui tantum dicere,& pro prædicto inquisito tantum allegare,quin non fuisset condemnatus ad triremes per annos sex. a qua quidem sententia pendet appellatio, & tanto magis, quia ut supra dictum est, repentur læsus in uno brachio, quo libere uti non potest,& est omnino inhabilis ad dictum exercitium triremium,qua inhabilitate existente omnino sententia prædicta venit reuocanda, & moderanda, vel commutanda in aliam pœnam leuiorem, argumento eorum quæ dicuntur per Paridem de Puteo in suo tractatu syndicatus, in verbo condemnatio, versiculo Iudex, in fine, ubi dicit quod si condemnatus in galeris, efficiatur inhabilis vel debilis, dando vnum seruum,qui pro ipso seruiat,debeat liberari, argum.l.in metallum, & quæ ibi not. Doct.ff.de pœn.& hanc eandem opinionem Putei refert Campanensis in capit. Item præd.ammissam,sub rubr.quod pro fugientibus a galeris,nu,18.& ita de iure censeo.

Petrus Enriquez I. V. D. consultor.

CONSILIVM XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Habens collationem a summo Pontifice, est alijs præferendus.*

2 *In beneficialibus qui prior est in vna hora, alijs præfertur.*

3 *Prælatis multis insimul congregatis is venit præferendus,qui prius meruit prælaturam.*

4 *Priuilegium, vel dignitatem habens sub data anterio ri,etiam si sit posterior in administratione alijs posterioribus in data antefertur.*

5 *Doctoratus ab Imperatore,etiam posterior alijs Doctoribus, ab alijs inferioribus Doctoratis antefertur.*

6 *Antiquior in Collegio alijs præfertur.*

7 *Canonici plures delegati a summo Pontifice si sint,antiquior in salutatione antefertur.*

8 *Possessio capta per aliquem de re,quæ non erat vacua, non iuuat capientem.*

9 *Duo in solidum sicut vnius rei,non possunt esse Domini,ita nec possessores in solidum.*

10 *Possessio dicitur iniusta,& discolorata,quando aliquis intruditur in aliquo beneficio.*

11 *Possessio beneficij capta sine consensu illius, de cuius præiudicio agitur,est inualida.*

12 *Receptus in Collegio si ab eo expellitur,licet postea recuperet locum suum, non tamen alijs medio tempore receptis,præfertur.*

13 *Comes non dicitur, ex quo tempore anterior a Rege fuit electus, sed qui prius dignitatem comitatus accepit.*

14 *Promotus ad Episcopatum etiam post cõsecrationem, & adeptionem ipsius,si fructus non percepit,non vacant beneficia primò habita.*

IN causa Reuerendi Pompei Viuij Canonici Aquilaœ in curia Episcopali eiusdem ciuitatis uertente inter ipsum Pompeium & Reuerendum Ludouicum Auati eiusdem Ecclesiæ cathedralis eiusdem canonicum, super præcedentia in choro, & in Capitulo, & in alijs actibus, qui fieri,& exerceri solent per Canonicos eiusdem ecclesiæ videtur primò dicendum,quòd ipse præd. Pompeius præcedere debeat ipsum Ludouicum,cum sit antiquior, & prius possessionem sui canonicatus adeptus fuerit, vt patet ex expeditione Bullarum,& capitura possessionis præd. canonicæ legitime facta, & ei tradita per alios canonicos,& capitulum eiusdem ecclesiæ capitulariter congregatos, & per installationem in sede canonicali, iuxta doctrinam Innoc, Ioan. Andr.& Butr. in cap.in literis,de restitut.spoliat. & Dominicus de Rota in decil.nou.275. sub tit. de restit.spoliat.& Cassad.in decis.7.de can. poss. & Staphil.in suo tract.litterarum,fol.16.& 57.captura enim possessionis per prædictum Pompeium fuit apprehensa de anno 1563.ut apparet per instrumentum de captura ipsius confectum per manus egregij Notarij Ioannis Caroli Enfantj publici Notarij, & eiusdem curiæ Episcopalis Ordinarij actuarij sub die 3.febr. Collatio vero Canonicatus præd. Reuen. Ludouici fuit de præsenti anno,& mense Iulij proxime præterito fuit capta per eum eiusdem canoniæ possessio, vt ex Bullis, & ex actu ipsius possessionis apparet.

1 Præterea collatio † canonicatus Reuer. Pompeij fuit prima,& emanata simpliciter a summo Pontifice,ex qua etiam causa venit preferendus, cap. si a sede in præmi.iuncta Glo.2.de probatio.in 6. regul. qui prior, de regul.iur.eodem libro, cap.capitulum

2 sanctæ crucis de rescript. & hora † attenditur in beneficialibus,qui enim est prior in una hora, præfertur alijs,in d.cap.a sede,& ibi glo.in cap.si duobus, ubi not. Doct.de rescr.in 6.facit etiam quod notabiliter dicit Lucas de Penoa in l. 2. C. de Præf. præ-

3 tor. libro 12. quòd † in concilio,vbi multi Prælati sunt congregati,is prius sedere debet, qui prius meruit Prælaturam. Cùm ergo præd. Reueren. Pompeius prius habuerit canonicatum, prius habere debet vocem in Capitulo, eique competit præcedentia & non præd. Ludouico.

Facit etiam tex. in l.1. C.de consul.Libro 12. & l. prima, C. de præpos.sacr.cubic.eodem titulo, & l.2. ut dignit.ordo seruet, C.eodem libro. quibus iuribus cauetur, quòd qui primus fuit in creatione, seu in adipiscendo dignitatem aliquam, debeat omni-

5 bus alijs anteferri. Et qui † habet priuilegium vel dignitatem sub data anteriori, etiam si sit posterior in administratione potitur illis honoribus, quibus potitus esset si ab initio habuisset administrationem, & debet alijs posterioribus in data præferri, ita Bartolus, & Ioannes de Platea sumant textus in l.penult. C.de consul.libro duodecimo. Et prius ordinatus prior,& maior habendus est in cap.1.de maiorit.& obed.

Præte-

Præterea facit, quod dicit Bartol. in l.prima,post princip.ff.de albo scribendo, quod primò sunt scribenda nomina eorum, qui iudicio Principis dignitatem sunt consequuti, textus in l. vltima, ff.eodem titulo,Glos.in cap.per tuas,de maior. & obedientiæ, vnde dicit Ludouicus Roman.in l.si vero,§.de viro,
5 ff.soluto matrimonio,quòd † Doctoratus ab Imperatore, debet præferri alijs Doctoribus, etiam anterioribus ab inferioribus Doctoratus, facit etiam tex. in cap.hi qui de præbendis in 6.ubi receptus authoritate Papæ,etiam ad mandatum alterius præferendus est alijs in præbenda. facit etiam quod dicit Glo.in l.restituendæ,in Glo.fin.C.de aduoc. diuers.
6 iudic. Et antiquior † in collegio in sententiis proferendis est præferendus. Vnde dicit Bartolus in l. prima,ff.de obsequijs libertorum,& in l.prima,C.de consul. lib.duodecimo,vbi dicit, quòd primò licentiatus,& post magnum internallum Doctoratus pręfertur Doctorato, & licentiam in illo medio interuallo. Vnde cùm prædictus Reuer.Pompeius acceperit possessionem canonicatus per tres annos,& vltra quàm prædictus Reueren.Ludouicus, qui postea suum canonicatum adeptus fuit, etiam si a tempore, quo, primus accepit possessionem, esset elapsum magnum interuallum inter primam eius possessionem, & continuationem ipsius post mortem quondam R. Antonij Viuij eius patrui primi possessionis dicti canonicatus,& in isto interuallo prædictus Reuer.Ludouicus fuisset creatus,& in canonicum receptus,& possessionem adeptus.

Facit etiam pro hac parte text. in capit. Episcoporum 74.dist.& in cap. Episcopi, 24.distinct.vbi Episcopi posteriores non debent prioribus anteponi, ad idem facit Glos.in l.eum qui,ff.si certum pet.ubi dicit, quòd testes seniores præferri debent iunioribus, facit etiam quod dicit Speculator in titulo de citatione in uerbo iam de citatione, uersiculo portò:
7 quòd si sunt plures canonici delegati, qui antiquior est, erit præponendus, si sunt æqualis dignitatis.

His tamen non obstantibus contrariam partem de iure dico esse ueriorem. Et sic quod prædictus Reuerend.dominus Federicus, tamquàm prior canonicus debeat pręferri, & etiam præcedere in omnibus actibus præd. R. Pompeio, ut ex infra dicendis clarissime apparebit.

Et primò pręsupponendum est,quòd prędicto R. Pompeio de præd.canonicatu fuit prouisus per liberam resignationem, & renunciationem factam de eodem canonicatu, per manum Summi Pontificis fœl.recordationis Iulij Papæ III. anno 3.eius Pontificatus de anno 1554. septimo idus Decembris, per quendam Antonium Viuium patruum prædicti R. Pompeii,ut apparet per Bullas Apostolicas desuper expeditas. & idem Iulius Papa III. ne præd. Antonius per prædictam resignationem, & renunciationem nimium dispēdium pateretur sub eodem anno eius Pontificatus 3.non.Decembris, & idem stallum in choro, & locum atque uocem in Capitulo ipsius ecclesiæ,& antiquitatem,fructus,redditus, atque distributiones quotidianas, & omnia alia ad præd.canonicatum pertinentia reseruauit,accedente consensu ipsius Pompeii per Marcum Bonauenturam ad id constitutum eius Procuratorem præstito, de quibus omnibus literæ Apostolicæ fuerunt confectæ,& de nouo expeditæ, & confirmatæ per fœl. record. Pii Papæ IV.anno primo eius Pontificatus de anno 1559. octauo Idus Ianuar. ut apparet per eandem Bullam præd.summi Pontificis.

Præterea, pręd.R.Pompeius de anno 1563. accepit prætensam possessionem,quam accipere non poterat per ea quæ tradunt moderni Papienses in l.1. §.si iusserim,colum.fin.uersic.2.limita, ff.de acquir. poss.& in l.Pomponius, §. quæsitum, ff.eodem tit.
8 Vbi dicunt, quòd † non prodest alicui possessio capta de re, quæ non erat uacua, nec possessor primus priuatur sua possessione. unde dicunt Dominus, & Philipp.Francus in cap.si a sede,columna prima de pręb. in sexto, quod si unus cum titulo est in possessione alicuius beneficii, & alius de facto etiam cum titulo acquireret possessionem, non prodest eidem secundo talis captura possessionis. Sequeretur e-
9 nim,quòd † duo in solidum in eadem specie possessionis possiderent,quod esse non potest, sicut nec unius rei duo domini in solidum, argum.textus in l. sicut certo, §.si duobus uehiculum, ff.commodati, & ibi Glos. in uerbo dominium. Cum ergo prędictus Reuer.Pompeius,existente prædicto quondam Antonio in eius pacifica possessione ceperit possessionem prædicti canonicatus, & contra gratiam, & decretum reseruatiuum summi Pontificis eidem
10 factam, prędicta asserta possessio fuit † iniusta, & nulla, & discolorata, & potius fuit intrusus, quàm possessor,& statim reiiciendus erat a prędicta possessione,prout fuit reiectus.notat. Innocent.in capit. 2. de causa possess. & propriet. Angel.in l.2. C.de edicto, d.Hadr.toll. Abb.in capit.cum omnis, de causa poss.& propriet. Dec.in consil.220. in causa beneficiali,lib.2.

Et licet pręd.Pompeius dicere possit,quòd per resignationem, & renūciationem pręd. canonicatus pręd.d. Antonius Viuius abdicauit a se possessionem ciuilem, & naturalem,& dominium eius, ut tenet Innoc. in c.super hoc de renunc. Ioan. Andr.& Imol.in c.sollicitè,de restit.spol.per tex. in l.3.§.in committenda & in l.si quis ui,§.differentia,ff.de acquir.poss. & ibi Alexand. & quòd propter hoc ipse poterat capere iustè possessionem dicti canonicatus. Attamen ex quo semper præd. Antonius mediante gratia Papæ semper incubuit possessioni ipsius canonicatus, possessio per eum capta elapso quadriennio post renunciationem,& vltra,ei non profuit,nec valuit, ita Innocent.in cap.super hoc supra alleg. Butr. in cap. accepta,de restit.spoliat.Dec.in consil.103.columna fin.Abb.in cap.in literis, de restit.spoliat.& est decisio Rotæ,158.quæ incipit,Licet reos,in nouis.Staphil.in suo tract.de varijs modis vacan.num.21.Et si prædictus R.Pompeius commoratus fuisset in prędicta possessione per aliquod tempus,prout non fuit, cum possessio iniusta non iuuet possessorem, Isernia in tit.quæ sint regal.in §.extraordinaria, in vsib.feudor.tractu temporis non conualescebat,nec conualescere poterat in reg. non firmatur, de reg.iur.in 6. erat enim possessio talis in firmanda, Bal.in l.fin.C. de edicto d.Hadr.toll.vers.7.oppono,abusiua enim inuestitura nullum ius inuestito tribuit,Bald.in c.2. de nou.for. fidelit.in vsib.feud. Maind. in l.quoties, C.de rei vendicat.

Et eo maximè, quòd præ licta asserta possessio fuit
11 † capta sine consensu ipsius d. Antonij, de cuius pre iudicio agebatur, qui consensus requirebatur Bartol. in l. sequitur, §. si viam, ff. de vsucap. Butrig. in capit. fin. de causa poss. & propriet. & in d. cap. in literis. meritò ergo prædictus Pompeius fuit electus a possessione præd. canonicatus, & remansit prout primitus erat Capellanus, & pro tempore, quo extitit in asserta possessione, potuit uocari canonicus in herba, ex quo verè nō possidebat ipsum canonicatum, nec fructus ipsius percipiebat, in c. relatus, de præb. Moderni in l. cum quis, ff. si cert. pet. Rot. decis. 445. incipien. si legatus, in nouiss.

Sicut in simili dicimus, quòd Comes appellatur, qui veram possessionem comitatus est adeptus, aliter non dicitur Comes, nec gaudet priuilegio comitis, Andreas de Isernia in constitut. proloquentes sub tit. de pugnis sublatis. Et abusiuè dicitur, qui comitatum verè non possidet, aliàs enim dicitur nudo nomine comes titularis, vt Abbas titularis in Ordine sancti Benedicti, & Episcopus Nullatenensis, sicut etiam dicimus de Rege Scaccorum, de Imperatore Tarocorum, Glos. in capitulo si pudor, uigesimaptima quæstione secunda, & in capitulo venerabilem, in versicul. transtulit, de electio. & de Doctore ignorante secundum Angelum in l. prima, §. pueritiam, ff. de postulat. in his enim sunt nomina abusiua, & sine iuris effectu, sicut etiam de Comitibus Lombardiæ, Corsett. in cap. grandi, de supplen. neglig. Prælat. in 6.

Cùm ergo prædictus Reuerendus Ludouicus coeperit veram, & canonicam possessionem præd. sui canonicatus de mense Iulij proximè præteriti, & antequàm prædictus Pompeius cœpisset possessionem veram, & canonicam post mortem prædicti quondam Domini Antonij prædictus eius canonicatus, & præd. Reuerend. Ludouicus incœperit seruire in d. eius canonicatu sub die præd. videlicet, 2. eiusdem Mensis, vt apparet per copiam authenticam extractam a libris seruitiorum prædictæ ecclesiæ Cathedralis per manus Notarij Ioannis Baptistæ de Balneo, meritò tamquàm primus possessor, & Canonicus debet præcedere ipsum Reuerendum Pompeium, nulla habita consideratione de eius asserta prima possessione iniustè capta, & nulliter, a qua prout fuit dictum, fuit deiectus per doctrinam Bartoli, in l. secunda, ff. de Decurionibus. vbi dicit, quòd
12 † si aliquis fuit receptus in aliquo Collegio, & postea fuit expulsus, & deinde recuperet locum suum, non propterea recuperabit primum locum, nec tamquàm antiquior præferetur, in dando primam vocem, sed habebitur vt quidam de nouo superueniens in d. Collegio.

Facit etiam id, quod dicit Luc. de Penna, in l. pri-
13 ma, C. de consul. libro decimo, quòd † non dicitur quis Comes tempore anterior, ex quo a Rege in Comitem fuit prius electus, sed qui prius dignitatis possessionem accepit. Vndè licet præd. Pompeius fuerit canonicus creatus a summo Pontifice priusquàm præd. Ludouicus. Attamen ex quo ipsius canonicatus veram, & iustam possessionem non accepit, nisi post obitum prædicti quondam Antonij, & ipsam in tempore, quo prædictus Ludouicus erat iam Canonicus, ergo præcedentia competit ipsi Ludouico, & no... prædicto Pompeio.

Facit etiam in simili id, quod dicitur, quòd si possessori lis moueretur super possessione, ita quod non perceperit fructus beneficij, quod perinde est ac si non possedisset, & possessionem non haberet, ita. Glo. in cap. si tibi concesso, de præbend. in sexto, ubi
14 dicit in verbo vacare, quòd † si aliquis sit promotus ad Episcopatum, etiam post confirmationem, & adeptionem ipsius Episcopatus possessionis fructus non percepit ex aliqua causa, quòd propterea non vacant beneficia prius per ipsum habita, ex quo non dicitur possidere; nam si verè possedisset, vtique uacatent per textum, & quæ ibi notantur in prædicto capitulo si tibi concessus, not. Staphil. in tractatu de varijssima vacatione in verbo. & in hac parte, num. 47. Roman. in consilio 335. facit text. in cap. cum in cunctis, §. quod vero, de electio. capit. si quis translatus 21. quæst. secunda, & in capit. si quis Episcopus 92. distinct. notant Doctor. in cap. licet, de præbend. in sexto, & idem Roman. in consilio 345. quia non dicitur quis plenè habere, nisi possideat in d. capit. cum in cunctis, l. venditor, §. venisse, ff. de hæred. uel act. uend. Cùm ergo prædictus Reueren. Pompeius non perceperit fructus sui canonicatus, nec in seruiebat in tempore, quo uiuebat prædictus quondam dominus Antonius, imò ipse quondam Dominus Antonius in præsentia ipsius Pompeii scientis, & non contradicentis detinebat prædictum canonicatum, & seruabat eius antiquitatem, fructus percipiebat, distributiones quotidianas lucrabatur, & denique omnia alia faciebat, & exercebat pertinentia ad Canonicum, propter quæ si aliqua possessio per ipsum Pompeium fuit capta, interrupta fuit, & deperdita, Bald. in l. si minorem, versic. quæro vlterius, C. de in integrum restit. Bald. & Angel. in l. non ignorabit, uersic. ultimo generaliter, C. ad exhib. arg. l. clam possidere, ff. de acquirend. posses.

Desunt multa.

Quibus ego Hieronymus in reuerentiam patris nihil addere volui.

CONSILIVM XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Verba sunt intelligenda secundum iuris dispositionem.*
2 *Intelligitur fundatio Ecclesiæ cum dotatione.*
3 *Modicam dotem qui Ecclesiæ dedit, Patronus minimè efficitur.*
4 *Vel de sui natura alternatiuè, non copulatiuè ponitur.*
5 *Iuspatronatus acquiritur ex una ex tribus causis, videlicet. Vel ex collatione territorij, vel ex constructione ecclesiæ, vel ex dotatione.*
6 *Iuspatron. laico non ob aliam causam conceditur, nisi ob beneficium ab eo Ecclesiæ collatum.*
7 *Fundare quotupliciter in iure accipiatur, & quibus.*
8 *Ecclesia quando constructa dicatur.*
9 *Aut, dictione inter diuersa posita sufficit alteram par tem esse veram.*
10 *Modi acquirendi iuspatron. fraternizant inter se, & æquiparantur.*

11 *Ius-*

11 *Iuspatronat. an acquiratur, quando sine aliqua reseruatione, Ecclesia reperitur ædificata.*

12 *Fundans, an teneatur ad dotandum, & quis sit fundans.*

13 *Intellectus ad c. nos quidem, de testamentis.*

14 *Intellect. ad cap. ad Audientiam, 1. de eccl. ædific.*

15 *Qui plus contulit in Ecclesiæ constructione pinguius ius habebit in iurepatr.*

16 *Mulier an marit. ita dicatur sine dote de iure ciuili, & quid de iure canonico.*

17 *Intell. ad cap. cum sicut, de consecrat. eccles. vel altar.*

18 *Consensus Episcopi post constructionem ecclesiæ retrotrahitur, & quomodo.*

19 *Cōsensus Episcopi in iurepatr. an requiratur expressus, & obtentus.*

20 *Intell. ad c. significauit, de Testibus.*

21 *Citandi non sunt illi, de quorum præiudicio principaliter non agitur.*

22 *Per processum ad vlteriora, dummodo nō sit remissum iuspatron. consensus Episcopi præsumitur.*

23 *Preces Maiorum ad rescissionem contractus æquiparātur metui.*

24 *Per pactum quod de consensu fiat instrumentum, contractus perficitur.*

25 *Nihil refert ex æquipollentibus quid fieri.*

Deus meus illumina tenebras meas.

PErillustris, & Reuerendissime Domine. In causa excellentissimi Domini Valterij de Valterijs, Medici meritissimi Ciuitatis Anconę, strictè deueniens ad difficultates de duobus articulis potissimum videndum opinor.

Primus est. An iuspatronatus acquiratur ex sola donatione territorij ad ecclesiam construendam, ad intelligentiam decreti sacros. Concilij Trident. sess. 25. c. 9. de Reformatione.

Secundus erit. Dato quod &c. An in actu donationis requiratur consensus expressus Reuerendissimi Episcopi, seu tacitus saltem sufficiat.

Et condescendendo ad factum, poterit uideri an in casu nostro si quid omissum sit, per æquipollens fuerit satisfactum, & adimpletum.

Quoad primum videbatur, quòd non, ob multa.
1 Et primò, quia † verba intelligenda sunt secundum iuris dispositionem, Rot. in nouiss. decis. 550. num. 5. par. 1. quæ decisio loquitur in materia iurispatronatus, Crau. consil. 74. num. 9. & cons. 178. num. 8. & est receptum in iure. Sed iurisdispositio ita se habet,
2 quòd † acquisitio iurispatronatus non recipiatur, nisi cum fundatione sit quoque & dos ecclesiæ. nec alio modo intelligitur per tex. in cap. nos quidem in verbo fundari. & ibi Io. Andr. de testam. Vbi habetur, quòd ex quo testatrix mandauit fundari ecclesiam, Summus Pontifex mandauit cogi hæredes ad construendum, & ad ædificandum ecclesiam, Abb. in c. ad audientiam, il 1. de eccl. ædific. in 3. notab. nume. 4. vbi habet hæc verbe. Item dominus uillæ efficitur patronus, quia posuit fundum, & dedit residuū dotis, & hoc pro uno actu. Ergo &c.

Secundo, deducendo ad absurdum, quod argumētum est validum in iure Et est tex. in c. nisi, de renunciat. Quia scilicet aliàs sequeretur, quòd ex traditione duarum, vel trium cannarum terreni valoris decē florenorum, & fortè minoris pretij acquireretur ius patr. Ecclesiæ ædificatæ cum eleemosynis totius populi Maceraten. valoris fortè mille scutorum. Igitur ne hoc inconueniens sequatur, dicendum est ex Conci. Trid. vbi supra, intelligendum esse de fundatione sufficienti. Et Doctores dicētes ex fundatione acquiri iuspatron. intelligendi sunt, ut loquantur de fundatione cum dotis constitutione, eaque sufficienti, Abb. vbi supra, per c. nemo, de consecrat. dist. 1. c. scitur de consecr. eccles. uel altar. Anchar. familiar. quęstio, lib. 2. q. 67. nu. 9.

Tertiò, quia ut dixit Roch. de Curt. in tract. suo de iurepatr. in princ. nu. 2. falsum est, quod ex sola fundatione acquiratur iuspatr. quia fundatio, constructio, & dotatio copulatiuè debent interuenire vel per vnā personam, vel per plures, ad hoc ut iuspatr. acquiratur, seu in esse deducatur, ita etiam declarat Abb. in cons. suo 106. incipit, Prius iuxta ordinem in 1. col. in fi. in 2. vol. allegat Gl. in c. Quicumque, il 2. 16. q.
3 7. vbi † si quis modicam dotem conferat Ecclesiæ, non est patronus, quanto minus ergo erit, si nullam dotem conferat, sed solùm construat, vel fundet. Et ideo tex. in c. nobis de iurepatronat. debet intelligi, quando alius concurrit ad perficiendum, & ad dotandum, quia ista tria copulatiuè requiruntur. Ita Abb. not. vbi supra. Et hoc etiam uidetur esse de intētione Innoc. ibid. in princ. dum præsupponit, quòd Ecclesia non dicatur deducta in esse, nisi prædicta tria copulatiuè concurrant.

Quartò, authoritate multorū Doctorum, qui præfatam opinionem tenuere. Quorum aliquos refert Roch. de Curt. ubi sup. uidelicet Io. de Anania, cons. 24. incipit, In Christi nomine amen. Abb. in cap. ad Audientiam, 2. in 3. not. de eccles. ædificandis. dum dicit, quod construens non dotans, non debet admitti, uolens exercere iuspatronat.

Quibus non obstantib. contrariæ sum opinionis ob multa. Et primò, quia sancta synodus loquitur alternatiuè in his verbis. uidelicet. Vt igitur debita in oībus rō obseruetur, decernit sancta synodus, ut titulus iurispatron. sit ex fundatione, uel dotatione. Illa
4 dictio † uel, de sui natura alternatiuè, non copulatiuè ponitur, Bar. in l. Generali, C. de sacros. eccles. & in l. supra iter, §. officium, ff. de aqua pluu. arc. Igitur non debet confundi fundatio cum dotatione. Neq; interpretandum est, vt intelligatur ex fundatione cum dotatione, quia sic esset coniungere, & confundere extrema a Concilio separata, & distincta.

Secundo, quia si uerba Concilij intelligenda sunt secundum iuris dispositionem, ut in opposito, de iure cōrelatum est, quod quis efficitur patronus ex sola assignatione fundi, pro construenda ecclesia, ita ut al
5 ternatiuè, & non copulatiuè † ex una ex tribus causis iuspatronatus acquiratur, uidelicet, uel ex collatione territorij, uel ex constructione ecclesiæ, uel ex eius dote. ut ex pluribus iuribus firmauit Lambert. in tract. de iurepatronat. in 2. princip. quæst. 1. par. 1. lib. art. 2. nu. 13. in fine. Ita ut ex tribus causis, & ex unaquaque ipsarum plures possent effici patroni, uidelicet, quia unus dedit fundum, alter dotauit, & tertius construxit, seu quod plures unam Ecclesiam

ex praedictis causis fecerint, ita ut sint tres patroni in solidum. Idem Lambertin. 8. art. q. 3. princip. primae par. primo libro. Erit ergo patronus Ecclesiae in casu nostro ex sola collatione territorij ad Ecclesiam fundandam.

Tertio, per tex. in c. Abbatem, il 2. 18. q. 2. ubi Pelagius Papa uolens dicere illum Abbatem instituendum, qui fuisset electus a Monachis, & patrono: seu illius electionem praesentandam esse illi, de cuius iure patronatus est Ecclesia, & Monasterium: uocat eum possessionis dominum, & sic apparet, quod ille iuspatronat. iam acquisierat ex solo fundo. quem intellectum sequitur Glo. in ca. piae mentis, 16. q. 7. in princ. ubi expressè habet haec uerba: Efficitur autem quis patronus tribus de causis, Dotatione, Constructione, & Fundatione. Vnde uersus. Patronum faciunt Dos, Aedificatio, Fundus. Et ad probandum quod dotatione, & constructione acquiratur, allegat tex. in c. filius eisdem, q. & causa, ad probandum uero quòd fundatione, allegat tex. in d. c. Abbatem.

Quartò, quia negari non potest, quin ille qui dat fundum ad Ecclesiam construendam, maximum beneficium Ecclesiae conferat, c. piae mentis. Sed iuris patronat. laico conceditur non ob aliam causam, nisi † ob beneficium collatum, cùm sit authoritas, seu potestas prouenientis ex beneficiis ante consecrationem Ecclesiae collatis, secundum Goffredum de Trano, quem refert, & sequitur Lambertin. in tract. suo de iure patron. in primo q. 6. art. 4. nu. 12.

6

Quintò, ex diffinitione eiusdem data per Ioann. Andr. iuris canonici peritissimum, in Rubr. de iure patron. Quando dixit, quòd est ius honorificum, onerosum, & utile alicui competens in Ecclesia pro eo, quòd cum Dioecesani consensu Ecclesiam construxit, fundauit, uel dotauit ipse, uel is a quo causam habuit. Et sic diffinitur iurispatron. ex eo quia fundasset, uel fundum, seu solum dedisset, ad oppositionem eius, qui construxit, uel dotauit. & ita arguit Cassad. decis. 6. de iurepatronat.

7 Imò dico, quòd Fundare, † dupliciter accipi solet. Impropriè, & sic uulgo appellantur fundatores, qui construxerunt, uel Ecclesiam in esse deduxerunt mediante constructione: Ex quo si aliquis testis deponit Titium fundasse Ecclesiam, & reuera Titius nō dedit fundum, sed construxit, saluabitur eius dictū, quia fundare pro cōstruere capi solet, Lambertin. 2. princip. quaest. primae par. art. 2. num. 13. Io. Andr. in c. nos quidem, in uerbo fundari, de testam. 2. accipitur propriè. Et sic ille dicitur fundare, qui fundum dat, uel fundum assignat, ubi Ecclesia debet construi. Ioan. Andr. in c. omnes, de iurepatron. tex. in c. Abbatem 2. ibi possessionibus Domus, Ioan. Andr. in cap. primo super glo. prima de iurepatron. Abb. in cap. cum Ecclesia Vulterana de elect. Roch. in d. tractat. in uerbo ecclesiam fundauit Lambertin. ubi supra, num. 12. in fine.

Ex quibus adulterina interpretatio ex aduerso feri bentis uidetur esse illa, ne dicam ridicula, dum dicit, omnia iura affirmantia acquiri iuspatr. ex fundatione, interpretanda esse de ea fundatione perfect. quae constructionem, & dotationem complectatur. Ac si quis centum illi promisisset consistentia uel in pecunia, uel in bonis mobilibus, uel immobilibus, uel se mouentibus centum in pecunia: centum in Mobilibus, centum in immobilibus, & alia centum in se mouentibus, & sic quadringenta a debitore ipse acceperit sit.

Vult quoque Doctores eo sensu recipiendos, quo ipsi recipi nolle protestati sunt, & est Glossator contra mentem textus, Lambertin. habet in d. ar. 2. n. 1. Quaero ex quibus causis quaeratur ius patron. Et dic secundum dominum Goffredum de Trano concinuem meum in summa huius tituli post principium, prouenire ex tribus. Primò ex soli, seu fundi collatione. nam dans solum, seu fundum, in quo aedificatur Ecclesia, efficitur patronus illius Ecclesiae. 2. ex constructione, 3. ex dotatione ecclesiae iuspatron. acquiritur. Et num. 9. ex Abb. in c. ad Audientiam, de eccles. aedificand. Vbi subdit ex omnibus tribus causis praedictis, & ex unaquaque ipsarum plures effici posse patronos, puta quia unus dedit fundum, alter dotauit, & tertius construxit, ita ut sint tres patroni in solidum, seu quod plures unam ex praedictis causis fecerunt, Et num. 10. Haec verba iuspatronat. acquiri ex fundatione debere ciuiliter intelligi, uel quia dedit fundum, vel quia construi fecit. Quid clarius? Et idem repetit. 1. par. 3. quaest. princip. in primo artic.

Roch. de Curt. in verbo ecclesiam fundauit, num. 2. habet. Secundo quaero, An ex sola fundatione, vel assignatione fundi pro construenda ecclesia quis efficiatur patronus? Videtur dicendum quòd sic, propter alternatiuam positam in diffinitione iurispatronatus, de qua per Abb. & alios super hac Rubr. dum in ea dicitur, quod ius patronat. competit, ex eo quod quis ecclesiam construxit, fundauit, vel dotauit. Videtur ergo, quòd alterum praedictorum sufficiat, & probari videtur in c. nobis, §. pro fundatione, de iure patron. & ita videtur concludere Abb. in c. cum Ecclesia Vulterana, de elect. & alibi saepè. In contrariū facit quia per hoc quod assignetur fundus, ecclesia nondum est constructa, nec in esse deducta, ergo nō potest quis dici patronus ecclesiae ex sola assignatione fundi: & istud est verissimum, prout dixi in princip. huius operis in 1. quaest. Debet ergo intelligi, quod quis efficitur patronus ex fundatione, dummodo alius, uel alii suppleant, s. construant Ecclesiam, uel dotent. Ita decidit Abb. Panormit. in consil. suo 106. incipit, Prius iuxta ordinem, in 2. uolum. Et propterea dicimus, quòd si quis det fundum pro construenda Ec. lesia, & alter construat, & alter dotet, omnes erunt patroni, ut per Abbatem. Ex quibus Roch. tenet, quòd ex datione fundi iuspatron. acquiratur. Et ita intelligit eum Caputaq. vt dicetur infra.

Sed quod claudit os omnibus, habemus Rotae decisionem apud Caputaq. 133. sic. Iuspatronatus ex ecclesiae constructione acquiritur, & ecclesia constructa dicitur, si Domus, uel fundus pro constructione assignetur.

Quod etiam fuit dictum in una Hispalen. Iurispatronat. 22. Martij 1591. vbi Rota canonizauit authoritatem Abbatis in Rub. de iuspatronat. num. 6. vbi voluit fundationem consistere in simplici fundo assignato.

Et sic patet, Quomodo iura, & quomodo Concil. Trident. intelligant verbum, vel ex fundatione.

9 Dicto uel idem est quod Auth. Quia † dictione posita inter diuersa, sufficit alteram partem esse veram,

l. haec

, hæc uerba. Ille aut ille, ff. de uerbor. signific. Afflic. in constit. Dignum, num. 9. In tit. de iure suæ ecclesiæ obseruando. Igitur ad decretum Concilij sufficiet, aut dotasse, aut fundasse. Et hoc ultimum uel per donationem fundi tantùm, uel per eiusdem Ecclesiæ constructionem. Nam si ex sola dotatione acquiritur, acquiretur quoque iuspatron. ex sola fundi datione, cum hæc extrema ex eadem dictione æquali ter determinetur, ad l. Iam hoc iure, ff. de uulg. & pupill. Imò tam in acquirendo, quàm in utendo, & conseruando eadem est causa, & par ratio, siue quis construxerit, siue dotauerit ecclesiam, seu fundauerit.

10 Ex quo † isti tres modi acquirendi satis uidentur æquiparati, nec magis conseruantur uni, quam alij, ut fraternizent isti tres modi inter se, ut egregiè fuit decisum in Rot. apud Cassad. decis. 6. per tot, præsertim, num. 7. & 8. de iurepatronat. quæ decisio omnino uidenda est.

Cui suffragatur, quòd ita accipitur passim ex communi usu, ad l. Labeo, in uersic. non usum, ff. de supellect. legat. facit tex. in l. cum Delanionis, §. asinâ, ff. de fundo instruct. & instrum. legat.

Itaque concludo ex donatione fundi acquiri ius patronatus.

11 Verùm nos sumus in eo casu, quando † ecclesia fuit fundata, & constructa absque dote per ea, quæ dicit tex. & Gl. in c. cum sicut. de consecrat. eccles. vel altar. Innoc. in Rubr. post principium, de iurepatron. & Card. in 6. q. In quo Lambertin. in 3. q. princip. primæ par. art. 1. post num. 4. in uersic. sed dato. Dicit Abbatem fuisse malè loquutum. Et quod fundans, seu construens absque dote erit patronus, per c. filijs, cum concord. 16. q. 7. Quæ loquuntur per verba alternatiua, & sic non requirunt omnia tria sed sed tantùm ex quolibet ipsorum acquiri iuspatron. Igitur si feci, quod ad me spectabat, scil. quia fundaui, & construxi, acquisiui iuspatronat. licet alio non dotante potero compelli ad dotandum. Quibus iuribus est standum, cum non reperiatur decisio canonis secus dicentis. Hæc ille.

12 Et in hoc casu dico, quòd † nec per talem assignationem uidetur tacitè se obligasse d. Valterius ad dotandum sufficienter ecclesiam fundatam. Quia illa opinio Abb. in c. ad Audientiam, de eccles. ædificand. per c. cum sicut de consecrat. eccles. vel altar. & in d. consil. 106. a cæteris non comprobatur. Vel eius opinio procedit non in fundante simpliciter, sed in fundante, & in construente, vel in construente saltem. Quia construi non debet Ecclesia, quin prius dotetur, vel si dotata non est, consecrari non debet ante dotationem, non autem quod qui dedit fundum, non sit patronus. Et ita intelligitur, c. nemo, de consecrat. dist. 1. c. cum sicut, & ibi Doctor. de consecr. eccles. uel altar. Quia nec ad id cogendus est, ad quod minimè se obligauit, ad l. quicquid astringendæ, ff. de verbor. obligat. Et Quilibet rem suam donans Ecclesiæ possit donationi imponere conditionem, quam vult, c. verum, de condit. apposit. cap. Eleutherius 17. q. 2. Et non uidetur alter fundum dedisse, nec alio modo nisi ut iuspatronat. acquireret, nec aliter transiret prius ad regimen Ordinarij. Et si ab alio fuerit dotata, compatronus secum dotate, Lambert. d. 3. q. princip. 1. par. 1. lib. art. 1. in fi.

Et casu, quo alter nō reperiatur, qui eam dotet, nō iudicarem inconueniens, (licet dos debeat esse firma, & perpetua) sibi fieri ex affluentibus eleemosynis, si tamen illæ tales, & tantæ sint, ut non solum sufficiant Sacerdoti, luminaribus, vestimentis, & alijs requisitis, verum, & superabundent, & si ita Reuerendissimo Episcopo uidetur. Quæ mihi uidentur confide rande ad hunc effectum. Etenim vidi pensionem 200. ducatorum auri de camera imponi super Parochiali in ciuitate Neapolitana super fructibus expressis 24. ducat. non alia ratione, nisi quia affluentes eleemosinæ habitæ fuerint in consideratione. Et ob eandem causam impositam quoque pensionem super distributionibus quotidianis, contra capit. licet, de præbend. & contra plura allegata per Gig. in responsu trigesimoquinto.

Non obstat primum argumentum in contrarium. Quia vltra quod propositio in decisione allegata assumpta loquitur de verbis sententiæ, in qua Iudex sine dubio præsumitur se conformare iuri communi.

13 Tex. † in c. nos quidem, non dicit id ad quod allegatur. Primum non loquitur de dote, nec verbum villum. Secundo Pontifex mandat ædificari Monasterium nō ex eo, quia testator mandauit fundari, & sic ex vi verbi huius, sed quia testator uoluit ædificari Monasterium. Quod patet ex illis uerbis ibidem. & cuncta secundum uoluntatem defuncti sine alter canone construere. Tertiò, aliud est fundari Monasterium absolutè, ut legatum ad pias adimpleatur, quod intelligitur cum effectu, & in potentiori significatione, l. 1. ff. si ager vectigal. vel emphyt. petatur. Et aliud idem Monasterium fundari ad effectum acquirendi iuspatron. alijs concurrentibus ad ædifica-

14 tionem. Dictum Abb. in d. c. † ad audientiam. non obstat, licet enim dicat, quod ille Dominus uillæ efficiatur patronus, quia posuit fundum, & dedit residuum dotis, non tamen ex hoc negauit, quod is qui, qui posuit fundum solùm, non possit acquirere iuspatronat. neque in hoc firmauit pedes, ut dicit Lambertinus.

Ad secundum argumentum dicitur, quod neque uidetur absurdum, quòd ex traditione trium cannarum terreni acquisitum sit iuspatronatus, quia ultra quod sint plures tribus, ut deducitur in facto, & donauit quantum fuit necesse. Dominus Valterius ex constructione ecclesiæ in d. loco patitur magna, & multa incommoda in uinea, quæ cum ob prædictam causam sæpè minimè septa sit, vindemiant eam omnes, qui transgrediuntur uiam, factæ sunt, & effossæ foueæ, diruti muri, & alia damna, ita ut nō solum sit diminuta, sed penè tota deperdita. Et dato quod nullum passus sit detrimentum, nihilominus absurdum quoque uidetur, quod donans rem suam ecclesiæ defraudetur sua intentione. oportebat enim fundum non recipere ad illam conditionem, seu intentionem expressam, cum nec ecclesia lucrari debeat cum aliena iactura, not. Butr. & Canonistæ in c. ad Audientiam, de Reb. eccles. non alien. Neque ex exiguo munere negatur iuspatronatus, sed solùm quòd minus

15 iuris habebit, qui minus contulit, quia † pinguius ius est prouidendum illi, qui plus contulit, quàm illi qui minus. quia magis ecclesia tenetur ei, qui plus contulit, quàm illi qui minus contulit, argum. c. 1. de donat. ita Lambertin. lib. 1. de iurep. 3. q. princip. art. 8. nu. 9. & sic qui duo, duas habebit voces: qui unum,

vnum,unam ex illa maxima Generali. Quod si duo iura concurrant in eadem persona, quorum quodlibet producit ius uocis dandæ, talis persona debet habere duas uoces, quia duorum iure censetur, Io. Andreas in c. cum olim, de re iudic. arg. tex. in c. per litteras, de probat. l. si Consul, ff. de adopt. Ad quod facit doctrina Innoc. in d. c. ad audientiam, 1. de eccles. ædific. Vbi cùm ecclesia esset ædificata ad præsentationem Rectoris ecclesiæ maioris cum canonico fundatoris assensu. Dicit in uerbo Fundatoris. Et ambo sunt patroni. Matrix ecclesia propter dotem, quia de redditibus eius debitis dotatur ecclesia. Fundatoris propter fundationem, & quia pro parte dotat. Vnde est quòd ex dotatione possunt plures esse patroni, & similiter ex fundatione. Non ergo oportet eundem fundare, & dotare. aliàs illa dictio, uel in Conc. Tridentino nobis deseruiret de uento.

Ad tertium ex Roch. de Curt. dico illa dixisse argumentatiuè, non affirmando, eum contraria recitata sit eius determinatio in uerbo Ecclesiã fundauit, num. 2. Et sequutus est Caputaq; ubi supra. Vel dico deducta per eum procedere posse, quando quis uellet dare tantum fundum ante constructionem, & ex eo acquirere iuspatr. tunc quia non in solo fundo cõsistit ecclesia, nec dicitur consecrata plenè ad effectũ de quo agitur, nisi dotata, cap. eum sicut de consecrat.

16 eccles. uel altar. Sicut † nec dicitur maritata mulier nisi dotem habuerit de iure ciuili, de quo matrimonium non est sine dote, §. fin. Ibi Dotalibus instrumentis compositis, Institut. de nupt. & Gloss. ibi, l. cum quis, C. de natural. liber. licet secus de iure canonico, c. tanta qui filij sint legitimi. Et ualeat illatio de matrimonio carnali, ad spirituale. c. quoniam, §. porro. Vt lite non contestata, licet non omnino sint similia. Doct. in c. tuæ, de spon sal. tunc debet etiam dotari ad d. c. nemo, & sic intelligitur d. Glo. in d. capit. quicumque. Quando dicit non tamen propter quam libet rem modicam datam ante consecrationem efficitur quis patronus, nisi tantum dederit, quod sufficiat ad necessaria Ministrorum, & ad luminaria, d. c. nemo. Nos uero sumus in casu, quando ecclesia est iam extructa: uel repertus est, qui ecclesiam construeret, & affluunt redditus sufficientes, uel eleemosinæ ex solito populi concursu certæ, ex quibus Minister sustentari possit. Nam si oporteret non solùm ecclesiam fundare, sed etiam dotare, non dixisset Concil. iuspatr. acquiri ex fundatione, uel dotatione.

Tex. ex aduerso allegatus in c. scitur de consecr. eccles. uel altar. non reperitur in libro meo. Sed benè

17 c. † cùm sicut. Qui non facit contra nos, cùm loquatur de eo, qui fecerit ecclesiam consecrari, nos vero sumus in eo solo casu, quo Dominus Valterius fundum concessit, quia in 1. casu non dicetur ecclesia nisi dotata, & qui consecrari eam fecit, tamquàm ex debito iam tenetur, ut ibid. dicitur.

Ex quibus patet ad quartum argumentum, nam communior, & magis recepta fauet nobis.

Quoad secundum articulum opponebatur, quod Excellentissimus Dominus Valterius non potest prætendere aliquod iuspatron. quia licet dedisset assertum fundum, tamen ex eo quia non potuerit habere consensum Episcopi ab initio d. traditionis fundi nullum acquisiuit ius patron. licet enim ex sola traditione fundi acquireretur, tamen intelligitur si in ipsa consignatione ille qui tradit fundum, habeat a principio consensum Episcopi, vt in terminis post Host. & Abb. consil. 59. incipien. Iacob. de Recanet. tradit Roch. de Curt. in suo tract. de iurepatron. In verbo ecclesiam fundauit, num. 5. Et hoc idem decisum a Rota, ponente Sanctissimo D. N. Clemente VIII. Pont. Max. decis. 269. par. 2. in nouiss. Vnde sibi imputet, si non procurauit consensum Episcopi, & non fecit expeditionem in scriptis per supplicationem in forma solita, & consueta.

In hac quæstione præsupposito, quòd Consensus Episcopi requiratur in fundatione, constructione, seu dotatione, videndum esset an requiratur expressus, an vero sufficiat tacitus.

Præsupposito quoque, quod consensus Episcopi, licet secundum aliquos Doctores possit post fundationem, vel constructionem interuenire, cuius opinionis fuere Card. in c. cùm sæculum de iurepatron. Abb. in consil. 89. 2. volum. & licet secundum alios nisi interuenerit in actu fundationis, non suffragetur, si postea interuenerit Roch. de Curt. per doct. Ioan. Andr. relatam ab Abb. in d. cap. cum seculum, vbi dicit hoc esse speciale in legato iurispatr. ob fauo

18 rem vltimæ voluntatis. Nihilominus si viuit fundator, & Episcopus † vult consentire, retrotrahitur cõsensus, ac si a principio præstitus fuisset arg. c. cura, & cap. suggestum, hoc eod. tit. Lambertin. in 2. quæst. princip. 1. par. primi libri, art. 12. num. 4. & de hoc non est dubitandum.

19 Videndum erit an † consensus requiratur expressus, & obtentus in fundatione secundum Abb. in consil. 59. ita ut consensus præstitus non sit de sola constructione, sed requiratur expressus, & obtentus etiam super acquisitione iurispatronatus, adeo quod vnus consensus non suffragetur, nisi obtineatur & alter.

De primo est tex. expressus in c. nemo, de consecr. dist. 1.

De secundo idem affirmatiuè concludit Lambertin. in 3. art. 2. quæst. princ. primæ partis primi libri, num. 6. & num. 11. vbi adducit octo rationes ad hoc probandum.

Ioan. Andr. in c. nobis, de iurepatron. Abb. in cap. cura eod. Firman. in tract. de Episcopo in 4. lib. in 5. par. 44. q. post princ. & Abb. in d. consil. 59. tenent, quod requiratur expressus, quam opinionem sequitur Lambertin. in 1. lib. de iurepat. 2. q. princ. art. 6. 1. par. num. 2. sed hæc opinio non fuit recepta ad Rota. Contrarium voluit Card. in d. c. cura, vbi dicit taciturnitatem Episcopi, haberi pro consensu, quando constat ipsum sciuisse id, quod actum est, & non subsistere aliquam causam contradictionis. Felyn. in c. significauit, num. 2. de testibus, vbi ex Abb. & Card. refert, quòd ex sola fundatione ecclesiæ iuspatronatus acquiratur, licet fundator hoc ius expressè non reseruauerit. Sufficit enim quod tempore fundationis istud ius non remiserit, & transit etiam ad hæredes, licet Fundator non dixerit.

20 Et mouet me ratio inconuincibilis. Quia † in d. c. significauit. Fundatores ecclesiæ liberam illam esse volentes fundationis tempore se in ea nihil iuris retinere dixerunt. Et nihilominus Papa in examine testium ad perpetuam rei memoriam examinãdorum iubet hæredes vocari, & de tali vocatione publicum

fieri

fieri instrumentum. Quod, vt deducit ibi, Felyn. non
21 iussisset, nisi eorum interfuisset, cum † non sint citādi nisi illi, de quorum præiudicio principaliter agitur, Gl. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Bart. in l. in diem, ff. de aqua pluu. arc. cum in numeris alleg. per Gabriel. lib. 2. conclus. 1. de citat. num. 319. uers. nono limita. Modo isti hæredes consensum Episcopi expressum non habuerunt. nam si habuissent, non fuisset de hoc dubitatum a presbytero sancti N. Ergo tantum tacitum habuerat testator, seu fundator; & ex eo iuspatron. concessum prætendere poterant hæredes, & ob id ad eos excludendos consuluit Papa testes examinandos. Et hæc opinio, quod sufficerit tacitus resultans, ex quo aliquis Episcopo non contradicente fundum dedit, vel construxit, fuit canonizata in Rot. in antiquis. De iurepatron. decis. quinta,
22 incipit. Nota † quód licet vbi solùm attenditur, quod iuspatronat. non fuerit remissum ecclesiæ a patrono, licet sine consensu fundauerit.

Sed in casu nostro non solùm tacitus, sed etiam expressus interuenit, quia requisitus Reuerendissimus Episcopus de dicto consensu ab Episcopo in donatione fundi, respondit se velle, sed oportere de iure d. Valterium dotare dictam ecclesiam, ut patet per litteras missiuas in illis verbis: *Circa il reseruarli facultà di poter nominare il Capellano alla Madonna de Capuccini, non vedo io, come lo possa fare, se lei non dota prima tal chiesa di honesta entrata, conuenendosi così alle reseruationi de iuris patronati*, &c. Et per secundas. *Con tutto ciò sappia, che per hauer lei dato due palmi di terra semplicemente, non per questo si può dire, che li competa la fundatione; ma bisognaria, che lei hauesse fatto qualche cosa di più. Si che potrà andar pensando quel che si risoluerà di fare, acciò possiamo recapar il meglio.* Ex quibus cōstat de tribus, videlicet, quod dictus consensus fuerit petitus. Secundo quod fuerit promissus ab Ordinario, dummodo iuspatronatus de iure ex sola fundatione competere possit. Tertio, quod non fuerit remissum Ecclesiæ ad allegat. decis. quintam.

Non obstat, quòd in actis non petierit, & non fuerit firmiter protestatus. Nam hoc non fuit necessarium, sed sufficit humiliter egisse cum Reuerendissimo Pastore, quæ reuerentia excusat. Sicut a simili di
23 cimus, quòd † ob hanc causam ad rescissionem contractus preces maiorum æquiparantur metui. teste Socc. consil. 263. nu. 11. lib. 2. & fuit dictum in illa Rom. legatorum 13. Nouembris 1595. coram Pamphilio.

Ad argumentum in contrarium Respondetur, quòd decisio Rotæ 269. par. 2. quæ allegatur contra nos in hoc casu, expresse facit pro nobis. Sic enim dicitur in ea, num. 2. post exclusionem Comitis, qui in ea erogauerat scuta 200. pro reparatione ecclesiæ. Et sic de iure communi iste nō est modus, per quem acquiratur iuspatron. cui dispositioni Adrianus inhærere in sua constitutione voluit. Sed requiritur, uel quòd quis præbeat fundum pro constructione ecclesiæ, c. nobis de iurepatron. cap. Abbate, 1. 18. q. 2. cum aliis, de quibus per Roch. in verbo fundauit, num. 1. Vel quod quis construat a fundamentis, vel quod penitus dirutam reædificet, quo casu requiritur, quòd sit diruta, vt indigeat noua consecratione, Roch. ubi supr. nu. 12. Lambertin. in 3. art. 6. q. princ. primæ partis primi libri. Et sic in primo loco ponit dationem fundi.

Neque obstat, quòd expeditionem in scriptis non fecerit, quia satis est, quod sequutus sit fidem Reuerendissimi Episcopi, sicut a simili dicimus perfectam fuisse venditionem, si Venditor sequutus sit fidem Emptoris, §. sed si is qui vendidit, Instit. de rerum diuisione cum concord. & satis est apparere petitum, sed cessat difficultas stante alleg. decis. 5.

Et ea circumscripta, sufficeret petitum consensum
24 fuisse. Sicuti per pactum, † quod de contractu fiat instrumentum, dicitur perfectum esse contractum, etiam si scriptura non hat. Put. decis. 42. libro tertio, Peregr. decisio. 34. in titulo de pact. parte secunda in nouiss. 271.

Et ex his ad sextum articulum, stantibus prædictis litteris negari nō potest ex æquipollentibus fuis
25 se satisfactum, & adimpletum. Nam † ex æquipollentibus quid fieri nihil refert in casu, in quo pro forma aliquod requiritur, l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit, ff. de acquir. hæred. facit tex. in l. Iulianus, & in l. si pupillus, ff. de condit. & demonst. cum uulgatis. Tanto magis stante æquitate in fauorem fundationum Ecclesias.

Ita saluo saniori consilio consului Ego Hieronymus Henricus Romanus Sacræ Theologiæ, & I. V. Doctor.

CONSILIVM XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio reducit causam ad illum pristinum statum, in quo erat causa principalis post litem contestatam.*
2 *Appellatio suspendit pronunciatum, & iudicatum.*
3 *Res iudicata finem omnem controuersiæ imponit.*
4 *Fideiussor iudicatum solui, si reus absoluatur etiam si fuerit appellatum, non tenetur amplius.*
5 *Appellationis causa diuersa est a causa principali.*
6 *Reconuentio non habet locum in causa appellationis.*
7 *Probationes nouæ & noui articuli producuntur in causa appellationis.*
8 *Procurator in causa principali, non tenetur prosequi causam appellationis.*
Aduocatus in prima causa poterit contra aduocare in secunda. ibid.
9 *Transactione causa finitur.*
10 *Iurans in causa principali de calumnia, tenetur iurare de calumnia in causa appellationis.*
11 *Aduocatus, qui fuit in causa principali, non tenetur præstare patrocinium in causa appellationis.*
12 *Aduocatis non licet facere pactū, quod si uincet cliens, det tantam quantitatem pecuniæ.*
13 *Aduocatis non licet pacisci de quota litis.*

DOctor quidam fecit pactum de ducatis centum cum quodam clientulo in causa ciuili, pro patrocinio præstando. quorum ducatorum cētum, medietas erat sibi soluenda in principio ipsius causæ: altera vero medietas in fine. Tandem lata sententia in fauorem clientuli

clientuli, fuit ab eadem sententia appellatum per partem aduersam. Aduocatus petit medietatem salarij: Sed stante appellatione cliens causam non esse finitam dicebat, super quo dubio fui consultus, quid de iure censerem.

Et primò videbatur dicendum præd. clientulum fouere ius, & non teneri ad solutionem medietatis
1 præd. salarij, stante præd. appellatione, per † quam præd. causa est reducta ad illum pristinum statum, in quo erat à principio post litis contestationē. Bal. Bar. & communiter omnes Doct. in l. ita demum.
2 C. de procurat. appellatio † enim suspendit iudicatum, imò extinguit, quatenus respicit præsentem statum; & suspendit, quatenus respicit futurum, Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit in repetit. ff. de pact. imò rumpit ipsam sententiam, quatenus respicit defectus. Florian. in l. sed & si quis. ff. de vsufruct. Bal. in l. minoribus in 1. col. uers. tertio not. C. de his quibus ut in dignis. Et alibi dicit idē Bal. in l. 1. in 2. col. vers. interdum bona. C. ne ex delictis defuncti: quod ex sententia appellata remanent solummodo quædam reliquiæ.

Præterea facit tex. in l. 1. ff. non innou. app. pend. quod appellatione interposita siue fuerit recepta, siue non, medio tempore nihil innouari oportet. Ad idem facit tex. in l. ei cuius ff. de appe. recip. vbi Vlpianus disponit, quod appellatione interposita siue fuerit recepta, siue non, officium iudicis debet conquiescere. Cum ergo præd. sententia lata in fauorē præd. Clientis non possit executioni mandari, stante præd. appellatione, & sit suspensa, imò & quodammodo extincta, non poterit aduocatus petere præd. salarij medietatem, nec præd. cliens ei tenetur soluere.

His tamen non obstantibus contrariam partem puto de iure esse veriorem, prout ex infra dicendis apparebit. Et primo facit tex. in l. 1. ff. de re iudic.
3 Vbi disponit Iurec. quòd † res iudicata est illa, quæ imponit finem controuersiæ siue liti. facit etiam tex. in l. & post rem iudicatam, ff. de transact. vbi dicit tex. & ibi glo. & Doct. quod de re iudicata non potest fieri transactio, cum lis iam finita sit, nisi dubiū fieret de ipsius sententiæ prolatione. Vnde licet stante statuto prout hodie est in Regno Neapolitano Regia pragmatica incip. Odia. quod causæ vertentes, & ortæ inter coniunctos, consanguineos, & affines compromitti debeant, tamen causæ: super quibus iā est iudicatum, non debent compromitti, ut dicunt Doct. in l. fratris. C. de transactio. & idem disponit præd. Regia pragmat. Odia. & quòd per sniam dicatur causa finita, tenet Ang. de Perusio i Auth. in medio litis. §. si. & in Auth. ut cū de App. cogn. in prin.

Præterea facit id, quod dicitur per Bar. & tex. ibi
4 in l. cum apud. ff. iudic. solu. quòd † fideiussor de iudicatum soluendo pro reo, si reus absoluitur, etiam si fuerit appellatum, liberatur fideiussor, quia intelligitur præd. promissio pro causa prima. Ad idem facit tex. in l. Græcè. ff. de fideiuss. & quod ibi not. Doct. Nec verisimile est, quod Aduocatus, qui promisit pro aliquo salario patrocinium præstare alicui, intelligatur etiam promisisse pro causa principali, & causa appellationis.
5 Facit etiam, quia † diuersa est causa principalis à causa appellationis. vnde licet actor possit reconueniri a causa principali a reo conuento, Attamen
6 † d. reconuentio non habet locum in causa appellationis, vt tenet Bar. in Auth. & consequenter. col. 3. uers. quæro quid in causa C. de sent. & interloc. omn. iud. & ratio est, quia est diuersa causa principalis a causa appellationis.

Et quòd sit diuersa causa appellationis a causa principali, probat per tex. in l. per hanc. C. de temp. app. & tex. in cap. fraternitatis. de testibus per quos
7 probatur, quòd † in causa appellationis possunt fieri noui articuli, & nouæ probationes, quæ non possunt fieri in causa principali conclusione facta in c. cum dilectus, de fid. instrum. in c. cum venissent, de test. in Auth. de testibus, §. quia uero multi. collat. septima.

Præterea causæ principalis instantia durat triennio l. properandum in princip. C. de iudic. sed causa appellationis durat anno, & interdum ex causa bie-
8 nio Auth. ei qui. C. de temp. app. & propterea † aduocatus, qui promisit suum patrocinium in causa principali, præstare non tenetur in causa appellationis pro eadem mercede aduocare, Glo. & Doct. in l. 1. C. de suffrag. & in l. qui proprio. §. item quæritur ff. de procurat. quia causæ sunt diuersæ.

Facit etiam & aliud fundamentum, nam si aduocatus pro aliqua mercede suum patrocinium præstitit alicui in causa principali, lata sententia poterit contra illum aduocare in causa appellationis. Glos. est. in l. si. ff. de postul. Spec. in tit. de aduoc. §. obijcitur, vers. item quod fuit aduocatus, quod quidem facere non potuisset, si eadem causa esset principalis cū causa appellationis: puniretur enim l. fi. ff. de postul. & dicit Bart. in l. 2. ff. de præuaric. quòd puniretur tāquàm præuaricator, & etiam incideret in falsum. Ang. in suo tract. malefic. in uerbo falsar. nu. 49. de quo per Paridem in suo tract. syndi. in verbo aduocati causarum. num. 25.

Facit etiam, quòd licet procurator salariatus in causa principali, si fuerit contra eum sententia lata, teneatur appellare, tamen non tenetur prosequi causam appellationis l. si actor C. de appellat. not. in c. non iustè, de procurat. quam prosequi teneretur, si eadem esset causa appellationis cum causa principali. Et nota quòd sicut lata sententia tenetur pars soluere salarium aduocato, ita & eodem modo si per partem fuit facta transactio de lite cum altera par-
9 te, quia † transactione lis dicitur esse finita, Glo. in l. fin. ff. mand. Ioan. Andr. in reg. contractus, de regul. iur. in 6. Spec. in tit. de salario, §. 1. in versic. sed pone, & remissiuè per Afflictum in constitutione, Hac edictali sub rub. de salario aduocat. nu. 7.

10 Vltra suprad. facit, quòd † licet in causa principali sit iuratum de calumnia, attamen in causa appellationis debet similiter iurari, Glo. in l. 2. in princ. C. de iuram. calumn. ex quibus omnibus clare apparet
11 aduocatum † causæ principalis non teneri aduocare pro eadem mercede in causa appellationis. & not.
12 quòd † non licet aduocato facere pactum cum cliente, quod si vicerit det tantam quantitatem pecuniæ,
13 Afflict. in constit. Aduocatos, nec † potest paciscī de quota litis, nec etiam de minima parte litis sub nomine quotæ, nec de re aliqua litigiosa, l. si qui aduocati, de postul. l. naturalis, §. pen. ff. de præscript. verbis, faciunt ea, quę notantur per Doct. in l. sumptus ff. de

ff. de pact. Paris in d. pact. in verbo aduocati, versic. excedunt etiam aduocati, qui pacticantur, num. 17. ex quibus cócludendum puto prædictum salarium solum debere, scilicet alteram medietatem ipsius promissam tempore latæ sententiæ, licet ab ea fuerit appellatum,

Nec obstant in contrarium allegata, primo enim non obstat id, quod dicitur in primo fundamento, effectus ipsius sententiæ sit suspensus, imò & extinctus per appellationem interpositam, vt in iuribus ibi allegatis. nam hoc est verum, quoad executionē ipsius sententiæ, quæ non poterit exequi pendente d. appellatione, secus tamen est quoad salarium aduocati promissum tempore, quo fuerit lata sentētia, quæ suspenditur propter appellationem, non tamē executio salarij aduocato promissi, cum quo nihil habet facere præd. appellans, nec eius petitionem impedit præd. appellatio, cùm nihil cum eo habeat facere, argum. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss.

Et eodem modo responderi potest ad secundum fundamentum, quod appellatione pendente nihil debet innouari, quod est verum quoad ipsam causam, a qua fuit appellatum, & inter ipsas partes litigantes, non tamen quoad salarium aduocati, qui præstitit patrocinium soluendum lata sententia. nam & si ab ea fuerit appellatum, ex quo aduocatus nihil aliud debet facere, cùm non teneatur, vt supra est ostensum, aduocare pro eodem salario in causa appellationis, poterit innouari, non obstante ipsa appellatione per iudicem a quo cogendo iuris remedijs opportunis clientulum ad soluendum dictum salarium aduocato, qui adimpleuit, quod promisit de præstando patrocinium vsque ad prolationem ipsius sententiæ super præd. causa. Et ita consulo, & de iure censeo.

Ego Petrus Enriquez V. I. D. saluo meliori iudicio, & consilio rectius sentientis, cui me submitto.

CONSILIVM L.

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus ad tempus, vltra tempus non admittitur.*
2 *Testator mandans certam pecuniam erogari in sumptibus monumenti, si quid amplius fuerit erogatum, non repetitur.*
3 *Substitutio pupillaris ad tempus facta, post tempus videtur prohibita.*
4 *Intentio testatoris magis est attendenda, quàm figura verborum.*
5 *Iubens aliquem testamentum non facere, rogare videtur de hæreditate restituenda venientibus ab intestato deliberasse.*
6 *Relictum in testamento nuncupatiuo debet a testibus exaudiri.*
7 *Voluntas captatoria testatoris non est seruanda, & quæ dicatur captatoria voluntas.*
8 *Hæres institutus sub conditionibus infrascriptis, si nulla conditio fuerit in testamento scripta, erit purus hæres.*
9 *Testati causa in institutione hæredis diuidi non potest in causam testati, & in causam intestati.*
10 *Causa testati est honor hæredis, & etiam testatoris.*
11 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
12 *Institutus hæres in certa re, alio non instituto in rebus reliquis, habebit totam hæreditatem.*
13 *Vniuersalis dispositio testatoris includit omnia.*

QVidam Hispanus probus vir, habitator ciuitatis Auersæ, dum in vltimis ageret, suum vltimum condidit nuncupatiuum testamentum: & quia carebat liberis, hæredem vniuersalem omnium bonorum suorum nomine Petronillā instituit quoad viueret, & post eius mortem præcepit, vt omnia bona sua distribuerētur, prout in quadam cedula propria manu scripta, & suo nomine roborata continebatur, quam dixit se dimittere in manu cuiusdam Religiosi de Ordine sancti Francisci, in Monasterio sanctæ Magdalenæ. Mortuo ipso testatore, præd. eius vxor hæres instituta per multos annos præd. bona hæreditaria possedit, & per cursū temporis in extremis posita quosdam eius consanguineos in suo testamento solemni omnium bonorum suorum hæredes fecit. nunc vero quidam fratres præd. testatoris ab Hispania venientes petunt bona, quæ fuerunt viri tamquàm legitimi propinquiores ab intestato; consanguinei autem vxoris tāquàm hæredes instituti dicunt ex aduerso, quòd cū ipsa sola fuerit instituta hæres non dato alio cohærede, & non apparente præd. cedula, quod ipsi fratres præd. testatoris sunt exclusi, & sic bona præd. debent esse ipsorū consanguineorū, qui fuerunt instituti ab ipsa vxore præd. testatoris, & consultus quid censerem, Iteruo implorato diuino auxilio videbatur, quod præd. consanguinei non debeant audiri tamquàm instituti non fuuentes. nam præd. uxor fuit
1 instituta a testatore quoad viueret, & sic † ad tempus
post vitam eius videtur exclusa, argum. tex. in l. qui
aliena, §. libertus, ff. de neg. gest. vbi si testator man-
2 dauit † erogari certum quid in sumptibus eius mo-
numenti, & amplius fuerit erogatum, quod non re-
petitur, limitata enim causa limitatum producit effe-
ctum, l. in agris, ff. de acquir. rerum dom. facit etiam
tex. in l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Senatusconsult.
Trebell. ubi quædam mulier habens maritum, atq;
filium, & ex eo nepotem, vtrumque in potestate ma-
riti, instituit ex asse eius maritum, ita ut decedente
marito vncias decem haberet filius, duas autem ne-
pos, pater emancipauit filium, nepos decessit; mor-
tuo postea marito dicit ibi iurecōs. quòd filius dum
uiuat, habebit illam decem uncias ex uoluntate te-
statricis, & non aliàs duas, sic & eodem modo ista
vxor debet habere bona testatoris, dum uiueret po-
stea vero non. Sed debent reuerti ad hæredes ipsius
uiri non apparente præd. cedula.
Facit etiam tex. in l. si quis, & l. si plures, ff. de vul
3 gar. & pupill. subst. vbi substitutio † pupillaris ad
tempus facta post tempus, videtur prohibita. nam
magis attenditur mens testatoris, & eius intentio,
quam figura verborū, l. nō figura, ff. de act. & oblig.
l. 3.

4 l.3.C.de lib.preter.b: dicit tex.quòd † quando ma-
nifestissimus est sensus testatoris, nusquam verbo-
rum interpretatio prævalere debet ipso sensu. vnde
cum sensus ipsius testatoris fuerit, quod vxor sua es-
set hæres, dum viueret: non debent interpretari eius
verba postea apposita, quòd post mortem succedere
debuissent eius cõsanguinei, imò potius eius fratres,
cum quis habeat maiorem affectionem ad suos con-
sanguineos, quàm ad personas alias extraneas, pro-
ut erant consanguinei eius vxoris.

Item, quòd præd. vxor per talem institutionem
ad vitam videretur rogata, vt post eius mortem resti-
tueret bona venientibus ab intestato, & non suis, fa-
cit tex. in l. qui filium, in princ. ff. ad Trebell. vbi di-
5 cit I. C. quod † si aliquis instituerit eius filium hære-
dem, & rogaret, quòd si liberos non haberet, non te-
status fuisset, quòd per hoc videtur ipsum rogare, vt
eius hæreditatem restitueret fratri suo, & sic venien-
tibus ab intestato, iure ergo proximitatis veniunt
fratres, & filij fratrum ipsius testatoris, & non hæ-
redes vxoris, de quibus testator non præsumitur co-
gitasse.

Præterea etiam si appareret de præd. cedula, vide
tur dicendum, quod fratres præd. testatoris debuis-
sent admitti ad præd. bona, & nó distribui inter per-
sonas in cedula contentas, quanto magis non inuen
6 ta d. cedula. nam † in testamento nuncupatiuo quic-
quid relinquitur, debet a testibus exaudiri, l. hęredes
palàm in princ. ff. de testam. ergo cum nihil fuerit e-
xauditum à testibus, non debet valere.

Pręterea ista voluntas est captatoria, confertur e-
nim in voluntatem illius religiosi, vnde ille religio
sus potuisset scribere quicquid voluisset, l. captato-
7 rię, de leg. 1. Et captatoria † voluntas dicitur adula-
toria, quę in alterius voluntatem confertur, Gl. in l.
captatorię supra alleg. l. illa, & l. captatorias, ff. de hę
red. instit. & l. captatorias, C. de testam. milit. unde
legata. Ex quibus videtur dicendum, quod etiam si
de præd. cedula appareret, pręd. fratres testatoris es-
sent, & sunt admittendi tamquàm hæredes ab inte-
stato, & non præd. consanguinei suę uxoris, quę ni-
hil de pręd. bonis post eius mortem disponere non
poterat.

His tamen non obstantibus contrariam partem,
dico de iure esse veriorem: imò quod præd. consan-
guinei uigore institutionis debeant consequi præd.
bona, prout ex infrascriptis apparebit.

Et pro hac parte facit tex. notabilis in l. si testamẽ
tum, C. de instit. & substit. sub condit. facta, vbi si
8 † testamentum ita conscriptum inueniatur, ille sit
mihi hæres secundum conditiones infrascriptas, si-
quidem nihil est adiectum, nec aliqua conditio in te
stamento apposita inueniatur superuacuam esse con
ditionis pollicitationem, & illum remanere heredẽ,
& sic in casu nostro, quòd uxore ista uniuersali hære
de a uiro instituta, quãtumcumque dixerit testator,
quod bona eius distribuerentur prout in cedula reli
cta præd. religioso, si talis cedula non apparuerit, vi
detur in sua volnntate persistere, & quod pręd. vxor
ab eo instituta sit perpetua eius hęres. Et ratio est se
9 cundum Doct. quia † in institutione hæredis causa
testati diuidi non potest, quia esset intellectualem
hominem, idest ipsum testatorem, qui repræsentatur
in herede, diuidere, seu secare in duas partes, videli-
cet in causam testati, & in causam intestati, quod est
impossibile, & ius nostrum nó patitur hoc, vt l. ius
nostrum, ff. de regul. iur. si enim contraria sunt paris
potentiæ, semper sunt in pugna, seu conflictu. & nũ
quam posset aliquid certum resultare, & ideo statu-
tum est à iure, ut semper causa testati prævaleat tam
quam fauorabilior, quia omne caducum est odio-
10 sum, vt quia legata non pereant. quia † etiam est
honor hęredis, & testatoris causa testati: & etiam
quia expedit creditoribus vt testamẽtum distinguat
eis certum debitorem, scilicet hæredem: vnde sapiẽ
tes prętulerunt causam testati, & ius accrescendi hę
redi instituto, l. si seruus communis ab extero, ff. de
acquir. hęred. not. Bal. ĩ l. 1. C. de indict. viduit. toll.
Et horum ratio est, quia non est testamentum, nisi
in eo sit institutio hęredis, l. proximè, ff. de his, quæ
in testam. delentur, l. fin. ff. de iure codicil. & eadem
11 persona hæres cum defuncto repręsentatur, in Au-
then. de iureiur. a morien. pręst. collat. 2. Absurdum
enim esset, quòd bona deferantur alicui iure testati,
& intestati, cùm sit vna hęreditas, & quasi vnum
corpus. vnde venit regula, quòd idem iuris debeat
censeri de parte, quod de toto, vbi est eadem ratio,
tex. est, in l. sed et si lege, ff. de petit. hęred. not. Ioan.
Fab. in §. hęres, Instit. de hęred. instituend. & sic isti
consanguinei ex prędictis debent habere prędicta
bona.

Pręterea pro hac parte in argum. facit tex. in l. co
gendi, in fi. ff. de vulgar. & pup. & tex. in l. 1. §. si ex
fundo, ff. de hęred. instit. & l. quotiens, §. si duo, eod.
12 tit. vbi quando † aliquis est institutus in testamen-
to hęres in certa re, alio non instituto, habebit totam
hęreditatem, cùm ergo pręd. vxor fuerit instituta hę
res, quoad viueret, & nullus alius fuit ei substitutus,
merito censeatur perpetua hæres, & disponere po-
tuit, prout disposuit instituendo eius consanguineos
in præd. bonis hæredes.

Præterea facit, quando aliqua conditio pendet ex
voluntate testatoris, si deficiat habetur institutio pro
puta, l. si quis ita scripserit, ff. de hæred. instit. cum er
go dictæ schedulæ datio pendebat a testatore, si non
fuit data, præd. vxor remansit hæres perpetua. Et qui
semel hæres extitit, non potest desinere esse hæres, l.
ei qui soluendo, ff. de hęred. instit. Bene verum est,
quòd si de pręd. schedula appareret ex legitima com
paratione literarum ipsius testatoris, vel alijs legiti-
mis probationibus siue indicijs, benè valeret, arg.
tex. in l. his verbis, in princ. ff. de leg. 3. & arg. tex. in
l. Theopompus, ff. de dot. prælegat. & l. quęstionem,
C. de fideicommiss. & hanc opinionem tenet Bar. in
l. quem heredem, ff. de reb. dub. & idem Bart. in l. si
ita, ff. de condit. & dem. Bald. in l. id quod pauperib.
C. de episc. & cler. 14. quęst. Tamen in casu nostro.
cum non appareat de pręd. schedula, pręd. uxor re-
13 mansit hæres, quoad omnia. quia † uniuersalis di-
spositio testatoris nullis terminis coarctata includit
omnia, l. cum uirum, C. de fideicomm. & sic consan
guinei vxoris habebunt præd. bona, quę fuerunt in-
stituti per præd. uxorem, & non fratres ipsius testa-
toris, & hanc opinionem tenet Bal. & Salyc. in l. ex-
traneum, C. de hęred. instit.

Non obstant superius allegata in contrarium. Et
primo, l. quia aliena, §. libertus, quia ibi voluntas te-
statoris fuit limitata, quòd tantum expenderetur in
sumpti-

sumptibus eius monumenti: vnde si plus fuisset erogatum, non repetitur, quia fuit illud plus expensum contra voluntatem testatoris, quæ voluntas est seruanda pro lege. in Authen. de nupt. §. disponat testator. Sed hic in casu nostro voluntas testatoris non fuit limitata, imò fuit vniuersalis nullis terminis coarctata, & inclusit omnia. vnde licet disposuerit, quòd post mortem vxoris bona deuenirent ad nominatos in schedula, ea non apparente, videtur ipsam hæredem perpetuo instituisse. Et eodem modo responderi potest ad l. Lucius, §. qui babebat, & ad ll. si quis, & si plures supra allegatas, quia apparebat de voluntate testatoris limitatiuè disponentis, quod secus est in casu nostro.

Nec obstat, quod superius fuit dictum, quod ex quo fuit instituta ad vitam, videtur fuisse rogata, vt post eius mortem restitueret venientibus ab intestato, & sic fratribus prædicti testatoris, quia hoc habet locum stantibus liberis, qui in legitima grauari non possunt, cum omne grauamen ab ea reijciatur, per iura vulgaria. Et eo maximè quia, nec fratres, nec filij patrum admittuntur ad querelam contra testamentum fratris, nisi turpi persona a fratre instituta, l. fratres, ff. de inoff. testam.

Nec obstat illud etiam, quòd quicquid relinquitur in testamento nuncupatiuo, audiri debet a testibus, quia sufficit si audiatur a testibus implicitè, vt not. Doct. in d. l. hæredes palàm.

Nec obstat id, quod fuit dictum, quod tamquam voluntas captatoria non debet valere per iura superius allegata, quia in casu nostro non potest dici prædicta voluntas captatoria testatoris, eum se retulerit ad scripturam de præterito, dicendo quòd præd. eius bona distribuerentur, prout in quadam schedula sua propria manu scripta, l. hoc articulo, ff. de hæredit. instit. & est solemnis, quia quicquid fuit relictum in testamento, refertur ad hanc schedulam, Ex quibus omnibus concludendum, censeo prædictos consanguineos ius fouere circa prædicta bona eis relicta per prædictam testatoris vxorem exclusis prorsus eius fratribus. Et ita dico Ego Petrus Enriquez Hispanus V. I. D. saluo semper meliori, & saniori consilio.

Facti series.

Dubium stante Priuilegio, & concessione feudi Amatricis per Serenissimum Regem Carolum in fauorem Illustriss. quondam bonę mem. Cardinalis Alexandri Vitelli facta; Et instrumento de anno 1554. 18. Aprilis, & alio instrumento de anno 1565. die 22. Martij: Nec non dictis testium pro parte Domini Iacobi in remissoria Ciuitatis Neapolitana examinatorum, Et confessione in positionibus dicti Cardinalis in ordine 5. & 16. medio iuramento per eũdem dictum Cardinalem specificatis. Et litteris missiuis Illustrissimi Domini Proregis Neapolit. quorum omnium copia in terminis detur. An Illustriss. & Reuer. d. Cardinalis Vitellus tunc in minorib. clericus cameræ Apostolicæ Episcopus electus ciuitatis Castelli, & Commendatarius Prioratuũ sanctarũ Perpetuę, & Felicitatis, S. Marci de Mantua, Ordinis S. Benedicti Fauentinę diœcesis, poterat succedere in d. feudo Amatricis?

CONSILIVM LI.

SVMMARIVM.

1 *Clericus siue in sacris constitutus, siue non, si habuerit beneficia Ecclesiastica, non succedit patri in feudo, imò ipsum perdit.*

2 *Vita, & militia non debentur ex feudo clerico secundo genito.*

3 *Clerici sunt inhabiles ad pugnandum.*

4 *Filius clericus, si est Episcopus, Archiepiscopus, vel Cardinalis potest tenere feudum, & tamquam persona Illustris, potest seruire per substitutum.*

5 *Consuetudo est valida per quam inducitur, quòd clericus non succedat in feudo.*

6 *Clericorum appellatione veniunt clerici in minoribus constituti.*

7 *Feudatarius quando est inhabilis ad seruiendum personaliter, non admittitur per substitutum, quãdo impedimentum est perpetuum, secus si temporale.*

8 *Adoha licet in Regno soluatur pro feudo, tamẽ si Rex vult quòd seruiat personaliter, feudatarius non poterit seruire per substitutum.*

9 *Clericus succedit in feudo, quando feudum est frãcum, vel præstat seruitium pecuniarium.*

10 *Clericus de nouo potest habere feudum ex gratia Principis qui videtur cum eo dispensare, quod possit seruire per substitutum.*

11 *Clericus si per Regem fuerit inuestitus de aliquo feudo pro se, & suis hæredibus, tunc etiam frater succedit decedente præd. clerico.*

12 *Clericus inuestitus de feudo pro se, & hæredibus eo decedente, si habuerit filium naturalem, succedit dictus filius.*

Iesu Christi, & Beatæ Deiparę Virginis auxilio inuocato. Amen:

1 Filius † clericus non succedit patri in feudo paterno; & si post mortem patris deponat clericatum, non recuperat feudum in cap. primo de benefic. fœmin. in capit. si decesserit, si de feudo fuerit controuersia, in capit. primo, de mil. vasall. qui bellica arma depon. in cap. primo, an mutus, vel alius imperfectus, Imò si aliquid habebat ante clericatum, illud perdit, Gln. in cap. primo qui bell. arm. depo. & est text. in constitut. Regni errores, & ibi Afflict. sub titulo de his, qui accedere deb. ad ordin. cleric. tenet Andreas de Isernia in d. cap. primo, & ista est communis opinio, vt attestatur Afflict. in d. cap. 1. de milite, qui arm. bell. depon. num. 8. & est tex. in cap. qui clericus, si de feud. fuerit controuersia inter dom. & agnat. & ibi Bald. & Isernia, siue sit clericus in sacris, siue non. Si habuerit beneficia ecclesiastica. Alber. Brun. in consil. 16. incipit, In casu præmisso, Ias. in consil. 123. 1. volum. incip. Si habens feudum, in quo viuitur iure francorum, vt est in Regno, moriatur superstite primogenito clerico, & secundo genito laico, non succedit in feudo

2 primogenitus sed secundo genitus. Imò † ei non deberetur vita, & militia, & eodem modo nõ debe-

rerur secundo genito si esset clericus, Afflict.in d.c.
qui clericus. Et ratio est, quia clericus non potest
per se seruire, cum honestè armis vti non possit, nec
manibus aliquem percutere, vel depellere. Clerici
3 † enim sunt inhabiles ad pugnandum, c.de multa,
§.clericis, de vot.& vot.redempt.l.repetita, C.de e-
pisc op.& cler. Nec hoc dici potest contra libertatem
ecclesiæ, cum sit ex natura feudi, vt tenent Moderni
in d.cap.qui clericus. Et clericus vt melius seruitijs
diuinis vacare possit, se secularibus negocijs impli-
care non debet, 20.quæst.3.capit.molitus, cap. cur
deus 12.quæst.prima, cap.peruenit 86.d. & per to-
tum 88.dist.& in toto tit.ne cleric. vel Monachi se-
4 cul. negoc. se immisceant, quod limita † nisi filius
clericus esset Episcopus, vel Archiepiscopus, vel
Cardinalis, quia tunc cum possit seruire per substi-
tutum, tamquàm persona illustris, poterit succedere
argum.tex.in cap.1.de re iudic.libro 6.facit quod di
cit Bald.in l.nullius, C.de decur. libro 10. vbi illu-
stris seruit per substitutum, sentit Bal.in c. inter dile
ctos de fide instrumen.& hanc opinionem sequitur
Barbat.in rub.de feud.& in tract.de præstantia Car
din.in 5.quæst. & ita se vidisse obseruari in Regno,
attestatur Afflict.in d.cap.1.de milit.vasal.qui bell.
arm. dep.licet contrarium tenuerit Ioann.de Anan.
in c.Iudæi de Iudæis.

5 Et talis consuetudo, quòd † clericus in feudis nõ
succedat, est valida Gl. in l.de quibus, ff.de legibus,
vbi loquitur de Monacho. Glo.in Auth. hoc ius por
rectum, C.de sacros.eccles. Clerici enim in materia
feudali adducunt pro eis consuetudines feudales,
ratione æqualitatis seruandę, & si contra eos sint ser
uandæ, & istam opinionem tenet Ioan. Andr.in reg.
sine culpa, de regul.iur.in 6.in mercu.& Doct.vbi
supra, Bart.in l.finita, §.de vectigalibus ff.de damno
in fect. faciunt quod dicunt Innoc. Host.& Io. And.
Imol. & Abb.sicul. in cap.in præsentia, de probat.
Archid.in c.si qua mulier, 19. q.vlt. Et ratio, quare
non recuperat feudum, si deponat clericatum post
mortem patris, est, quia per clericatum iam feudum
est apertum alijs, & eis suo facto acquisitum in cap.
primo, in princip.hic finitur lex Federici, fac.in l.fin.
C.de pact.l.si post mortem, ff.de contratab.hoc limi
tat Bald.in d.cap.1.de benef.fœmin.nisi filius fece-
rit se clericum non cum intentione renunciandi feu
do, puta, quia erant quatuor fratres, & primogenitus
succedit in feudo, & postea decessit, & alij tres fra-
tres decesserunt, nam tunc iste vltimus clericus suc-
cedit in feudo, & hoc suadet ęquitas, licet Affl. ibi
tenuerit contrarium.

Et in tantum hoc est verum, quod etiam si sit cle-
ricus in minoribus constitutus, puta primę tonsurę,
etiam si non habuerit beneficium ecclesiasticum,
non potest retinere feudum, & hoc propter generali
tatem tex.in c.suprad.qui clericus.& ibi etiam tenet
Affl.& idem in c.1.licet Bal.ibi tenuerit cõtrarium,
nisi habuerit beneficium ecclesiasticum, vel ipsum
impetrauerit, licet non obtinuerit. idem tenent ibi
Moderni, & idem tenet Brun.in d.cons.16. & idem
si sit puer 7.annor.& obtinuerit beneficium, cũ pos-
sit beneficia ecclesiastica retinere, & ordinari in psal
mistam, c.de his, 28.d.not. in c.1. de ętat.& qualit.
6 Ratio tñ Andreæ põt esse, quia † appellatione cleri-
corum minores ordines continentur, c.cleros.21.d.
c.cl...ices, 2.q.1. Nec ẽt clericus poterit seruire per
substitutum, cũ sit electa persona feudatarij, l.inter
artifices, ff.de sol.& ibi feudatarius pstat iuramentũ
fidelitatis, quia est obligatus ad illa, quæ continẽtur
in iuramento fidelitatis. qđ intelligitur personaliter,
& nõ per substitutum. & sic feudum, quod debet hře
fidelitatem a successore, si successor non põt facere fi
delitatem, non põt seruire per substitutum. Cyn.in
Auth.ingressi, C.de sacros.eccl.per c.1.de nou.for.
fidelit. sequuntur Moderni, & Fel.in c.in præsentia
de prob. Andr Barbat.in rub.de feudis. Et quandò
7 † feudatarius est inhabilis ad seruiendum personali-
ter, & impedimentum est perpetuum, vt in clerico,
tñ non admittitur ad seruiendum per substitutum,
secus si impedimentũ est tẽporale, quia in hoc casu
in tũ admittitur ad seruiẽdum per substitutum ido-
neum domino acceptante. Andr.de Isern.in c.impe
rialem, §.firmiter, de prohib.feud.& idem in c.1.an
mutus, & in c.si minori.si de feudo fuerit controuer
sia inter dñm, & agnatum, Iacob. de Ardiz. in sua
summa, quibus mod.feud.amittitur, vers. sed quæri
8 consueuit. Et in Regno Siciliæ licet † pro feudo sol
uatur adoha, tamen si Rex vult, quòd seruiat perso-
naliter, non poterit Rege nolente seruire per substi-
tutum, si Rex vult, ꝙ personaliter seruiat. Isern.in c.
1.§.similiter, de cup.qui ven.tenet Afflict. in d.c.1.
de beneficio fœminæ, num.6.

9 Bene verum est, quòd † si feudum esset francum,
bene succederet clericus, Brun.in d.cõl.16. & Affl.
in c.qui clericus.& ibi Bal.& omnes Doct.

Idem esset, qñ feudum pstaret seruitium pecunia
rium: nam tunc poterit in eo succedere clericus, vt
tenent omnes Doct.in locis pręalleg. Vnde quando
vnum feudũ præstat seruitium quartæ partis vnius
militis, vel infra, tunc dicitur seruitium consistere in
pecunia, vt dr in c.Regis Roberti in constit.Regni,
tunc clericus, & etiam Monachus poterunt habere
feudum. Et istam dicit communem opin. Affl.in d.
c.1.nu.7.& 8.& hoc nisi feudum teneretur ad fideli
tatem, nam tunc non succederet indistinctè, vt tenẽt
Doct.vbi sup. Et hanc opinionem tenet Gl. in c.1.
de benef.fęmin. Host.in summa de immun.eccles.§.
10 in quantum, non omittam dicere, ꝙ † clericus põt
de nouo hře feudum, & Rex potest ei concedere eo
tenore, vt possit succedere Iser. in c.1.de benef.fęm.
tunc.n. Princeps sibi facit gratiam, ꝙ possit seruire
per substitutum, & feudum dr liberum, Inn.in c.ve
rum, de for.comp. & vř cum eo dispensatum, vt pos
sit seruire per substitutum, & quod plus est, non dr
irregularis, Affl.in d.c.qui clericus, si de feud. fuerit
controuersio inter dom.& agnat.num.4.idem tenet
Barthol. Camer.in sua repet.singul. in d.c.Imperia-
11 lem.vbi etiam dicit, quòd † si Rex clericum institue
ret pro se, & suis hæredib.de aliquo feudo, quòd tũc
frater clerici succederet decedente præd.clerico, alle
gat Alexand.in l.si quis posthumis, ff.de liber.& po
12 sthum. imò si non esset frater, sed † clericus, & talis
habet filium naturalem, tunc succederet filius natu
ralis, ita Camera.vbi sup. fol.25.etiam in minorib.
clericus succedet in feudo, vide Ias.in consil.113.in
1.volum. Et hæc currenti calamo placuit scribere,
submittendo me semper saniori, & rectiori consilio
rectius, & sanius sentientis, iuxta l.Claudius fœlix,
ff.qui potior.in pign.habeantur.

CON-

CONSILIVM LII.

SVMMARIVM.

1 *Licitum propter illicitum non vitiatur, sicut nec vtile propter inutile.*

2 *Quando res bona potest separari a mala, non debet bonum cum malo comburi, seu perdi.*

3 *Stante statuto quod pro gabella non soluta Gabelloto res sint perditæ. Mulio, qui supra mulum suum res alterius asportauit, tenetur ad solutionem valoris rerum illius.*

4 *Bonum mixtum cum malo, non dicitur falsum.*

In Dei nomine. Amen.

IN causa Magnifici Federici de Federicis Mercatoris Florentini absoluti ab inquisitione contra ipsum formata per Curiam Magnifici Capitanei ciuitatis Aquilæ de falsitate croci, qui Federicus seruatis de iure seruandis fuit per magnam Curiam Vicariæ absolutus a præd. inquisitione, stante eius bona fama, vita, & conditione, & ex quo per ipsum fuit ostensum præd. crocum inuentū in eius domo fuisse venditum eidem Federico per quendam Antonium Prophetam, qui similiter confessus fuit vendidisse eidem Federico præd. crocum eo modo, & in ea qualitate, quib. fuit repertum per præd. Curiam Magnifici Capitanei, & in eadem sententia fuit reseruata actio eidem Federico contra præd. Antonium agendi pro pretio d. croci, & per eādem magnam Curiam fuit decretum postea, quòd præd. crocum combureretur. a quo decreto fuit appellatum ad sacrum consilium, quod confirmauit decretum præd. magnæ Curiæ, a quo etiam fuit reclamatum, & petitum reuideri, nec non & reuocari, cū præd. crocum non sit falsum, nec aliquo modo falsificatum, licet possit dici esse mixtum crocum cum eo vulgariter dicto Turchesco, quia nō est rationabi-
1 le, quòd † crocum licitum, & bonum comburatur propter illicitum, vt dicit tex. in l. si publicanus, §. t. vers. vt si quid amplius, ff. de public. vectig. l. cotem ferro, §. dominus, ff. eod. tit. & ibi Bart. & Albe. de Rosa per vulgatam reg. iur. vtile per inutile non debet vitiari, & argum. text. in l. 1. §. labeo, ff. de aqua quotid. & æstiua, & l. 1. §. si duæ, ff. quorum legatorum, & præd. crocum Turchescum non potest recipere se-
2 parationem, & diuidi a croco bono. Et quando † res licita potest commodè separari ab illicita absq; corruptione subiecti, tunc separari debet, & non cōburi neq; confiscari, Bal. in l. cum proponas, in 4. not. C. de naut. fen. Affl. in c. 1. in verbo vectig. nu. 65. quæ sint regalia. Et iudex ex suo capite, vel alius officialis fisci non pōt incorporare licitum propter illicitū, nec confiscare. quia separatorum separata debet esse ratio, l. si. ff. de calumn. l. rescriptum, ff. de his quibus vt indignis, vnde dicit Bal. in d. l. cum proponas, nu. 10. de eo, qui non pōt molere sine Apodixa Cōmunitatis, & accepit apodixam pro vna salma, & portat duas. q; sola vna salma confiscabitur, quia licitū nō potest amitti propter illicitum. Idem tenet Felyn. in c. significauit, de Iudæis, & Affl. vbi sup. n. 49. Et eo magis q; bannum emanatum per Curiam præd. Magnif. Capitanei loquitur solummodo de croco falso, & falsificato, & nō debet extendi ad crocum bonū, licet esset admixtum cū alio croco minoris valoris, prout est præd. crocum Turchescum. Nec iure censēdū esse videtur, q; ipse Magnif. Federicus puniatur in amissione præd. croci, cū pœna debeat tenere suos authores, l. sancimus, C. de pœnis, sed puniri debet ipse Propheta, author ipsius Croci, vt ipsemet fatetur in eius depositione, vt in simili dicit Ang. in l. iube-
3 mus, C. de nauib. non excus. lib. 11. q † si statutum dicat, quòd si pro reb. amissis in ciuitate non fuerit gabella soluta, q omnes res debeant cōfiscari, quod si mulio supra mulum suū res meas portauit, & non soluit gabellam, q res meæ non debēt confiscari, sed bene ipse mulio tenebitur Gabelloto ad solutionem valoris rerum mearum, & hanc opinionē tenet Affl. vbi supra, num. 98. per Glo. in d. l. iubemus.

Nec debet haberi ratio de reseruatione actionis ipsi Federico, facta contra eundem Prophetam, quia est notoriè non soluendo, & inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, & frustra agetur. nam qui non habet, quod reddat eius periculo nihil est, arg. tex. in l. itaque fullo, ff. de fur. quo casu qn præd. crocum vigore præd. banni veniret comburendum, tanquam falsum, prout non est in supradictis, cum non
4 sit falsum, licet † appareat fuisse mixtum cum præd. croco Turchesco, qu od pōt separari, nihilominus esset cōdonanda restitutio in integ. præd. Federico, saltē ex clausula generali, de qua in l. 1. ff. ex quib. caus. maior. aduersus præd. bannum, ita in specie tenet Imol. in d. §. dominus, præd. l. cotem ferro, & Rom. ibi. per id, quod notat singulariter Innoc. in rubr. de consuet. Et ita de iure censeo Ego Petrus Enriquez Hispanus V. I. D. saluo semper &c.

CONSILIVM LIII.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio non est de substantia iudicij, & omissio publicationis non vitiat processum.*

2 *In causa possessorij sine libello procedi potest.*

3 *Testator dicens, quòd post eius mortem bona sua remaneant apud Sempronium, illum videtur hæredem instituisse.*

4 *Idem est, fideicommissum esse factum per verba restitutum & similia, & per verbum habitum pro restituto ad hoc vt habeat locum remedium, l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.*

5 *Executores relicti in testamento ex se ipsis possunt accipere bona hæreditaria.*

IN vltima parte vltimarum allegationum in præsenti causa factarum fuit dictum, quod non obstant asfertæ nullitates ex aduerso allegatę de omissione publicationis, & citationis ad dicēdum contra. Nam
1 vltra quod † publicatio non sit de substantia iudicij, & omissio publicationis nō vitiet processum per ea, q tradidit Abb. & Fel. in c. cū I, & A, de re iudic. cū remedium intentatum p præd. Magnif. Federicū, & suis consortes sit possessorij summarijssimi, vt tenēt Doct. in sæpè alleg. l. fin. C. de edicto Diui Adr. toll.

& Roland. a Valle, in consil. suo secundo, in lib. 3. num. 37. Et ex sola visura ipsius testamenti debebant prædicti mitti in possessionem, vt dicit prædictus text. in prædicta l. finali, non oportebat in ipsa
2 causa publicari. cum † in ea etiam sine libello procedi possit, ut dicit Glo. & Doctores in d. l. fin. cum possessorium iudicium summarium sit, Dec. ibi numero 32. nec pars aduersa, quæ comparuit, in prima eius comparitione non opposuit prædictos Magnificum Fcdericum, & litis consortes non esse immittendos in possessionẽ, imo vti hæredes dicti quondã Georgij de Picis, reconuenit ipsos Federicum, & socios, in ducatis mille, & noningentis, vt ex lectura ipsius reconuentionis apparet. Ex quo non erat, nec est legitima contradictrix ad impediendam prædictam immissionem possessionis, cum hucusque non docuerit de aliquo titulo consimili emanato a prædicto Georgio defuncto, vt tenent Bart. & alij in dicta l. finali, Berous in consil. 60. num. 4. volum. secundo, & in consilio 166. eodem volum. num. 50. Hieronym. Lucens. in consilio 5. num. 23. quæ cum non esset legitima contradictrix, & sua non interesset prædictos immitti in possessionem, cùm non prætenderet se esse hæredem, sed solummodo debere conse qui prædictam pecuniarum quantitatem, non oportebat ipsum citare ad dicendum &c. nec aliter publicationem fieri in ipsa causa petitionis, immissionis in possessionem bonorum; sed bene in causa reconuentionali, in qua iam fuit ex aduerso petita publicatio, & per ipsum Federicum, & socios fuit publicatum fieri non debere, ex quo nondum erant examinati ipsorum testes, vt ex actis apparet, propter quæ omnia supradicta non est ambigendum Magnificam Curiam Aquilanam benè decreuisse in fauorem prædictorum, & tanto magis in hoc Regno, in quo per iura municipalia ipsius omnia substantialia iuris positiui sunt sublata, vt tenent omnes Doctores Regniculi in suis locis omnibus notorijs. Nec per superius in prædictis allegationibus dicta, & allegata est dubitandum prædictos actores licet quodammodo fideicommissarios benè intentasse remedium præd. d. l. fin. sine aliqua alia restitutione verbali, siue actuali stante prima restitutione facta de Hieronymo de Picis in Rubinam eius matrem, & translatione, ipso iure omnium actionum, & iurium in personas ipsorum Federici, & litis consortium continuata per doctrinas aliàs allegatas, quo casu alia restitutio verbalis, siue actualis non requirebatur, stante maximè quod sunt fideicommissarij vniuersales, qui debent immitti in possessionem bonorum sine aliqua restitutione. Et tanto magis, quod ex verbis per ipsum testatorem prolatis dicentem,
3 quòd † secuta morte ipsius Hieronymi, & Rubinæ, bona remanerent ipsi Federico, & Balthasarri prædictorum litis consortium patri, tacitè videtur voluisse, vt absque alia restitutione verbali, siue actuali prædicti essent hæredes per ea, quæ notantur per Gloss. in l. penult. §. cum autem, C. ad Trebell. & ibi DD. Franciscus Bursatus in consil. 89. num. 15. incipit, Super dubiis. Vltra quòd prædicta restitutio potest haberi tacitè pro habita, & facta, quando pars aduersa ipsos Federicum, & socios reconuenit, vti hæredes ipsius quondam Georgij in præd. pecuniarum quantitate. Et tacita prædicta restitutio idẽ operari debet, quod expressa, cum tacit. & expressi eadem sit virtus, l. cum quid, ff. si cert. petatur. Et idem
4 † sit fideicommissum esse per verba restitutum, vel habitum pro restituto ad hoc vt habeat locum remedium, d. l. fi. Alex. in d. l. fin, nu. 7. Accedat insuper, quod prædicti Federicus, & Balthasar fuerunt relicti executores in prædicto testamento per prædictũ
5 Georgium, vt ex testamento apparet. Quo † casu ipsimet Fideicommissarij a se ipsis potuissent accipere dicta bona. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de instrum. edit. §. nunc aliqua, versic. sed pone, num. 29. Bald. Salyc. & Angel. in l. non dubium, C. de legib. Dec. in cons. 424. num. 15. Ex quibus omnibus concludendum censeo, bene fuisse processum per Magnificam Curiam Aquilanam, & male prouisum per excellentem d. Auditorem.

Petrus Enriquez I. V. D. consultor.

CONSILIVM LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Testes illiterati, & nescientes scribere tunc admittuntur, quando in loco, in quo fit instrumentum, non reperiuntur testes litterati, & scientes scribere.*

2 *Instrumentum non probat, si eius originale non reperitur in libro protocollorum.*

3 *Quando pars, cuius interest, non fuit citata in præsentatione instrumenti, instrumentum habetur, ac si nõ fuisset præsentatum.*

4 *Actus quando nomine alicuius fit, eo absente, si postea non acceptat, vel ratificat talem actum re integra, si postea res non sit integra, vel rebus non stantibus, non potest se ex illo actu fundare, nec ratificare.*

5 *Si post pacem factam superuenerit aliqua causa de nouo, & postea sequatur aliqua offensa inter illos, inter quos erat prius facta pax, non dicetur esse facta ob antiquam inimicitiam.*

6 *Offensa, postquam superuenerit noua causa, dicetur esse orta ex ista, & si iniusta.*

7 *Iniuria verbalis est causa sufficiens, vt ex ea præsumatur offensa subsequuta.*

8 *Obliuio iniuriarum inducitur per spatium decem annorum.*

9 *Quando offensa præsumatur esse facta ad vindictam veteris inimicitiæ.*

10 *Quando est facta iniuria alicui de parentela, omnes de illa parentela dicuntur iniuriati.*

11 *Ad repellendum testem sufficit præsumpta causa odij.*

12 *Testes sufficit, quod sint concordes in facto principali, licet quodam modo discordent in circumstantijs.*

13 *Mulieres in causa criminali non faciunt fidem de iure canonico, secus de iure ciuili.*

14 *Testes qui aliàs sunt inhabiles ad offensam, ad defensam tamen habiles dicuntur, & admittuntur.*

15 *Quando testes vnius partis contrariantur testibus alterius partis, tunc vincunt, & præferuntur testes verisimiliora deponentes.*

16 Semel

16 *Semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
17 *Ad faciendam pacem requiritur speciale mandatum.*
18 *Testes variantes in maiori, concludunt in minori. & quomodo id procedat.*

Inuocato diuino auxilio, quod in omni principio inuocari debet, 1.q.1. cap. cum Paulus.

PRo parte Cingari, & Cachij de Monte Regali, fuit mihi præsentatus quidam processus, & consultus, vt super eo consulerem, quæ sunt partes Iudicis in sententiando, vel in absoluendo d. dominum Cingarum, & Cachium. An in condemnando, & bene percunctato, & ruminato processu, dico absque dubio dominum Ciogarum, & Cachium debere absolui, & sententiam in eorum fauorē proferri ex causis, & rationibus infrascriptis.

Et primò, actore non probante, vel accusatore, Reus absoluitur, l. qui accusare, C. de edendo. Sed Io. Dominicus de Iuliano, & alij litis consortes non probanerunt intentionem eorum. Ergo Cingarus, & Cachius debent absolui. Et quod non probauerunt, probatur sic. nam ipsi dicunt inter ipsos fuisse factam pacem, & illam esse ruptam pro parte Cingari, & Cachij, debebant enim probare ista duo, videlicet pacem inter eos esse initam, item & postea ruptam. Primum enim quod inter ipsos sit pax, nullo modo est probatum, & non entium nullæ sunt partes. Si ergo non est probata pax, nullo modo potest dici esse rupta, quia priuatio præsupponit habitum, l. decem, ff. de verbor. oblig. Nam quædam carta membrana, seu pecudinea, quæ per partē accusatricem fuit præsentata, nullam fidem facit. Nam, vt instrumentum in Regno faciat fidem, debet esse subscriptum a Iudice, & tribus testibus scientibus scribere, & omni exceptione maioribus, si excedat libram auri, vt in constit. Instrumentorum robur. Sed in dicta carta membrana, quæ excedit prædictam summam non sunt subscripti testes, & omni exceptione maiores, vt patet ex inspectione ipsius cartæ, subscriptiones enim omnes appositæ in d. carta dicunt signum crucis, &c. & non est facta crux † & propter hoc non dicitur subscriptum a tribus testibus, vt requiritur in Regno per d. cōstitutionem, Instrumentorum robur. &c. fuot mortui omnes testes, & non fecere †. & iam non possunt amplius se subscribere, meritò d. instrumentum non valet, nec probat. Et dato quod crux esset facta, tamen debet probari per testes, quod ille testis fecit illam crucem, vel alius de mandato suo, aliàs non dicitur subscriptio facta, ita Matth. in d. constit. Instrumentorum robur, circa finem, & in decis. sua 166. in quibus locis dicit, quod ad hoc vt probet subscriptio testis illiterati, debet dici, & probari, quod illa crux fuit facta man u illius testis proprij, sed cum in d. asserto instrumento requirantur tres testes subscripti, aliàs non valet, vt dicit d. constit. in qua Rex procedit annullando actum dicendo, quòd si secus fieret: Ergo cum ita non sit factum, nulla censeri debet.

1 Præterea, eo casu † admittuntur testes illiterati, & nescientes scribere, quando in loco, in quo fit instrumentum non reperiuntur testes litterati, ita dat pro forma d. cōstitutio, & ibi Matth. vbi dicit, quòd ad hoc vt probet instrumentum, in quo sunt subscripti testes illiterati, producens tale instrumentum debet probare, quod in illo loco non reperiebantur testes litterati. Sed Ioan. Dominicus, & socij, hoc non probauerunt, imò non capitulauerunt, & sic ex istis capitibus d. instrumentum non est nullum, & non est in forma probanti, & iam est conclusum in causa. & nihil potest probari nec produci, vt tenent Doct. in l. admonendi, ff. de iureiur. Et prædicti accusatores non probauerunt, qualiter in d. loco, in quo fuit factum d. instrumentum, quòd non reperiebantur testes litterati. Nam vt Sol est notorium in meridie: ita est notorium, quòd in Monte Regali sunt periti, & litterati homines, in qua terra reperiuntur Doctores multi, quamplures notarij, & quamplurimi clerici qui poterant adhiberi pro testibus in d. instrumento. Item ex alio capite d. assertum instrumē
2 tum non probat, nec est † vera scriptura, quia non reperitur protocollum, & Originale in libro protocollorum illius notarij, & illius anni mentionati in d. instrumento, vt dicit Bald. in Rubr. C. de fide instrum. & si obijciatur quod nō reperitur in iure cautum: dico, quòd Imperator in Auth. de Tabellion. §. vlt. annullat, & vult, quòd annulletur instrumentum factum in ciuitate Constantinopolitana, non reperto protocollo, & annullatur fides instrumenti, quia in d. ciuitate Notarius debebat in protocollū, tanquàm in Matricem scripturam contractus redigere, & voluntates contrahentium scribere, d. §. vlt. Sed in hoc Regno hoc idem est statutum, & ordinatum per l. & Pragmaticam de ordine in protocollis per notarium seruando, vbi lex mandat notarijs, vt quolibet anno faciant librum protocollorum, & in eo describant omnes contractus, de quibus fuerint rogati in illo anno. Ergo ex identitate rationis illud §. vltimum, de tabellionibus vindicat sibi locum in casu nostro, ex quo non reperitur protocollum talis asserti instrumenti, quod non probat, &c.

Præterea eius testis examinatus videlicet Gregorius, Andreæ dicit in hoc examine de auditu, & non dicit, quod fuerit factum instrumentum, nec quod ipse interfuerit, nec quod fuerit vocatus pro teste, meritò iste testis non potest amplius se subscribere. Et si se subscripsit, quia per subscriptionem dicitur quis deponere, & testificari, vt dicit Afflict. in dicta cōstituone Instrumentorum robur. Ergo iste testis, vt sibi contrarius, & varius, per suam subscriptionem nullam fidem facit, l. qui varia, aut falsa, ff. de testib. Et si veritas esset, quod ipse interuenisset, non deposuisset, prout deposuit in examine, & pars accusatrix a principio fecisset ipsum subscribere. Ex quibus iudicari potest, quòd non est verum, quod fuit facta dicta pax. & sic ex istis euidenter apparet non esse probatum pacem inter istos. Ex quo sequitur prædictos accusatos absolui debere, cum de pace nihil sit probatum, qua non probata, non potest dici prædictam pacem fuisse ruptam, & sic absoluendos.

Vlterius dato, quòd non sit necesse, tamen ad maiorem abundantiam iustitiæ prædictorum, dico, quod prædictum instrumentum nihil probat, cum sit côclusum in causa, & ante prædictam conclusionem non fuit productum, & amplius præsentari non potest. Item, dato quod reperiatur præsentatum, tamen non est præsentatum post dationem termini ad probandum; sed scriptura præsentata ante litis contestationem, vel dationem termini ad probādum, etiam parte citata, vel præsente, non probat, nec facit fidē, quia non dicitur præsentata in vim probationis, l. postquam, §. dies, ff. vt legat. nom. causat. Paul. Alex. & Ias. in l. si legatum, ff. de edendo. Ex isto capite, ex quo non est præsentatum post dationem termini ad probandum, vel post legem contestatam, habetur, ac si non esset præsentatum contra prædictos accusatos.

3 Et fortius dico, quòd † dato quod d. instrumentum haberet omnes solemnitates, & esset præsentatum post litem contestatam, & ante conclusionem prout non est, tamen quia Cingarus, & Cachius nō fuerunt citati ad videndum præsentationem ipsius scripturæ, habetur ac si non esset præsentatum, 3. q. 8. c. literæ, Bal. in l. sancimus, colum. pen. C. de iudic. Ias. in l. properādum, §. sin autem reus, eodem tit. Et fortius dico, dato quod sit præsentatum parte præsente, vel citata, si tamen non fuerit eiusdem instrumenti decreta copia cum termino ad opponēdum dictis accusatis, adhuc nihil probat d. instrumentum. ita Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo de plano, Alex. in Apostilla ad Bart. in l. fin. C. de fide instrum. Ang. in §. appellantur, instit. de except. Rom. in l. qui ante Calendas, ff. de verb. oblig. & in consil. 156. & 519. & Marsil. in sing. 81. & in varijs locis in suis lecturis. Sed hoc non est obseruatum, nec fuit decreta copia cum termino ad opponendum, imò non fuerunt citati ad videndum præsentationē d. instrumenti.

Item ex alio capite d. assertum instrumentum nō valet, quia dicit, quod Iustinus, vt procurator fecit dictam pacem, sed nullibi apparet de procura, ergo factum fuit dictum Instrumentum a non habente potestatem. Et dato, quod in ipso dicatur Iustinus procurator liberatæ &c. vt patet in instrumento manu talis. Per hoc non probatur, quod ille sit Procurator, ad hoc allegatur tex. in Authēt. si quis in aliquo documento, C. de edendo, & ibi Bald. in fi. Card. in c. fin. de fid. instrum. Dec. consil. 523. vol. Et plus dico, quòd etiā si Notarius dicat, vt patet tali instrumento per nos viso, & lecto, vel per me facto, adhuc etiam non probat, nisi producatur, vt omnes scribentes concludunt in dicta Authen. si quis in aliquo documento.

Vlterius dato, & non concesso, quod appareret de mandato istius Iustini, & quod instrumentum esset solemne, & quod probaret pacem, adhuc dico, quòd
4 † quando nomine alicuius fit aliquis actus eo absente, si postea non acceptat, vel ratificat talem actum re integra, si postea res non sit integra, vel rebus non sic stantibus, non potest se ex illo actu fundare, nec ratificare, maximè si ex tali actu est aliquod ius parti alicui quæsitum, l. si vxor, §. si quis planè vxorem, & ibi Dyn. & Bartol. ff. de adult. & in l. Pantonius, in princ. ff. de acquir. hæred. Bal. & Salyc. in l. fin. C. de donat. & in Auth. ei qui, C. de tempor. appell. Spec. in tit. de oblig. & solut. §. 1. vers. item pone, & Alex. in 6. vol. consil. 26. vers. Quarto respondeo, Bart. in l. si indebitum, §. si procurator, ff. rem ratam haberi, & in l. bonorum, eodem tit. Bal. in l. obseruare, ff. de off. procons. & legat. Spec. & ibi Io. Andr. in addit. in tit. de oblig. & solut. §. 1. Socc. in 4. volum. consil. 126. in vlt. col.

Sed ex quo ante assertum homicidium commissum in personam Tullij, nec Ioannes Dominicus, & illius socij, nec eorum consanguinei ratificauerūt, nec acceptauerunt d. pacem, nunc successo d. casu non potest ratificare, & ex illa agere, quia res nō est integra, nec sumus in terminis, in quibus eramus tēpore, quo dicitur dictam pacem fuisse factam. Et quod sit verum, pone quod ab ipsis Io. Dominico, & socijs, fuisset commissum homicidium in personam aliquorum de parte Cingari, ipsi potuissent dicere, Procurator non habuit dictam potestatem faciendi pacem, & esset in eorum posse acceptare eam, vel non acceptare, & sic contractus claudicaret, & esset in suspenso, vt quis possit ad libitum suum acceptare, & non acceptare, & altera pars fuisset ligata semper, quod non est dicendum, vt l. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de act. empt. & vendit. Sed si Ioan. Dominicus, & socij, potuissent post assertam mortem Tullij ratificare, & acceptare d. assertam pacem, & si ex parte sua fuisset commissum homicidium, esset in eorum potestate dicere, & acceptare, si esset in eius fauorem, & è conuerso non acceptare per iura, & supradictas rationes.

Præterea non apparet in processu aliquo modo probatum de morte prædicti Tullij, nec apparet, quod aliqui de parte Cingari occiderunt ipsum, nec est benè capitulatum, nec probatum, quòd aliquis côprehendatur in gradu, de quo in asserta pace, quòd offenderit Tullium, dato quòd hoc non sit necesse, cū non sit probata pax.

Item verba enunciatiua in teste non probant. Sed testis dicendo Tullius Bernardini, vel filius Bernardini sic enunciatiuè, & discursiuo modo loquendo non probant, quòd Tullius sit filius Bernardini. nā testes debent dicere dispositiuo modo dicendo, Tullium esse filium dicti Bernardini, & in causa scientiæ, quia viderunt, & audiuerunt ipsum teneri, & tractari, & reputari, vt filius Bernardini per tex. & ibi Bart. in l. filium, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. Et cùm non sit probatum, quod Tullius sit de comprehensis in gradu contento in asserta pace, sequitur conclusio, quod Ioan. Dominicus, & socij non probarunt eorum intentionem, & sic Cingarus, & Cachius veniunt absoluendi.

Et dato, quòd pax fuisset probata, & quòd homines de parentela Cingari contenti in gradu occiderunt Tullium, & quòd Tullius esset in gradu posito in asserta pace, prout non sunt verificata, nec probata, tamen adhuc dico, quòd prædicti ueniunt absol-
5 uendi. nam vulgata doctrina est, quòd † si post pacem factam superuenit aliqua causa de nouo, & postea sequatur aliqua offensa inter illos, inter quos erat prius facta pax illa offensa, non dicatur facta ob antequam inimicitiam, sed propter illam causam nouiter natam, nec dicetur rupta pax, Bar. in l. aut facta, ff. de pœn. Paul. Imol. & Alex. Ias. in l. qui seruū,

ff. de

ff.de verb.oblig.Bal.in consil.195.2.par. Rom.consil.183. Alex.cons.258.& cons.19.1.volu. Anton. de Butr.& Imol.in c.cum inter, de renunc.Rom. & Alex.in l.semel mora, ff.sol.matrim. Et in tantum
6 † est verum, etiam si causa noua non sit iusta ad offendendum, tamē adhuc præsumitur factum ex ista noua causa etiam iniusta, vt dicit Bar. vbi supra, & & Alex.cons.113. 4.volu. & Rom.in d.cons.183
7 dicit, quòd † si aliquid sit dictum alicui, cum quo erat facta pax, & propterea ille prouocetur ad aliquam iniuriam, licet dicens ex tali dicto non veniat puniendus, tamen ex quo dedit causam ad iracundiam, dato, quod etiam sit ista causa verbalis, & non sufficiens ad causandum offensam, quæ sequitur: tamen facit præsumi, quòd ex ista causa noua sit facta offensa, & non ex veteri, & sic præsumitur in dubio, sequitur hoc etiam Ias. in d.l.qui seruum. Et plus dico, quòd quando a tempore confectæ pacis vsque ad tempus d.nouæ occasionis cucurrerunt, & elapsi sunt triginta anni, & vt aliqui volunt decem anni,
8 per † quod tempus inducitur obliuio, l.si finita, §. non autem, ff.de damno infecto, l.si quod meo, ff.de acquir.poss. Si post dictum lōgum tempus succedat aliqua offensio inter eos, qui fecerunt pacem; præsumitur non esse facta ad vindictam veteris inimicitiæ, sed ex aliqua noua causa, quia non præsumitur durare memoria iniuriæ tam longo tempore, ita in his terminis consuluit Signorellus de Homodeis in 5.consil. pen.colum. Et in casu sui consilij non cucurrerunt, nisi tredecim anni, quod a fortiori procedit in casu nostro, cùm sint decursi 34.anni, & plus. Et non est verisimile, quod ipsi de Cingaro, yel alij ex parte ipsorum iterum velint offendere, sed si esset offensi fortè præsumeretur, quia illud, quod dici
9 tur, quòd † ad vindictam ueteris inimicitiæ præsumitur factum, procedit quando iniuriati, & homines de parentela iniuriatum offendunt, & non quando offendentes iterum offendunt, quia tūc ex quacumque noua causa minima, præsumitur facta offensio.

Præterea non est verisimile, quòd fratres vxoris Tullij, si per antea ab hominibus de eius parentela erat occisus pater Tullij ab hominibus ex parte Virgilij prædicti, quod ipse Virgilius occideret maritū suæ sororis, & maximè cum extent quatuor filij ex dicto Tullio, & eius sorore, & in mente prudentis, & recti iudicis non potest aliud cadere, nisi quando omnia essent probata, quòd ex noua causa successerit ista mors.

Et licet esset probatum, quòd isti de parentela Cingari, & Cachij occiderint Tullium, ut non est, attamen quia est noua causa, & ita præsumitur, vt supra dictum est, sequitur quod non est rupta pax.

Et quòd superuenerit post assertam pacem noua causa, probatur per omnes testes Cingari, & Cachij, super 15.articulo, vbi omnes testes dicunt, quod sūt elapsi quatuor anni, quod Tullius percussit cum plumbarola cum sanguine Maium patrem d.Virgilij, qui Maius est de comprehensis in gradu assertæ pacis. sic quando esset probata aliqua pax, vt non est propter istam offensam, quam fecit Tullius, præsumitur, quod Virgilius, & alij occiderunt ipsum causa, quo probetur esse occisum ex ista noua causa offensionis factæ per d.Tullium in personam d.Maij per plures annos post assertam pacem, ut dicitur factam, sunt anni triginta quatuor.

Item Maria, Menica, & Constātia probant, quòd sunt sex anni elapsi, quòd d.Tullius percussit vxorē Maij, & dedit calcem, atq; ipsam in terram prostrauit, & fecit cadere caoestrum, quod portabat in capite, & sic ecce alia noua causa.

Item per d. Stephanum per d. Dominicum Cassianum super 13.art.per d.Fabritium, & Fabritium Anibalis super 19.art. est probatum, quod Tullius occidit boues Octauiani, & Capellæ, qui Octauianus, & Capella sunt fratres carnales dd. Cingari, & Cachij, ut est probatum in prædictis articulis, & exceptionibus, & sic ex ista alia noua causa, & ex istis offensis factis per Tullium, apparet euidenter non esse factum ad uindictam veteris iniuriæ, & hoc quā do esset probatum ex parte Ioann. Dominici, & sociorum, quod Tullius esset de ipsorum parentela, & in gradu, de quo in asserta pace, quod non est probatum. Et ex parte Cingari est probatum, quod Maius, Octauianus, & vxor dicti Maij, & Capella sunt in gradu, de quo in asserta pace, quæ omnia ista sufficiūt iudici iudicaturo, & absoluturo dd. Cingarum, & Cachium. Et si dicatur, quòd est probatum per testes Ioan. Dominici, quòd Tullius fuit primò offensus a d. Maio, videlicet, per Bernardinum Matthei nuncupatum Cassata, per Io. Vincentium, per Angelum, vel Archangelum, nam Philippus miles dicit de auditu: & si diceret quoque de uisu nō probat, quia sperat lucrum de asserta pace rupta, videlicet, unum grossum ex singulis ducatis, ut est probatum per notarium Angelum, & alios, & constat ex sententia syndicatorum terræ Montis Regalis anno proximè elapso probata in fauorem d. Philippi olim socij militis tertiarum Montaneæ contra Diegum Sanches de Quesada, olim Capitaneum circa dictū grossum, quam producunt si & inquantum, Nam ad
10 hoc respondetur præsupponēdo, quòd † quando est facta aliqua offensa, vel iniuria alicui de parentela, omnes de parentela dicuntur iniuriati, ut probat tex. & ibi Doct.in l.lex Cornelia, ff.de iniuriis, Bal.in l.1. cum seimus, de agric. & censit.lib.11. & Bal.in l.1. in 2.colum. C.de rapt. virgin. & ex ista causa testes coniuncti d. Tullio tamquam iniuriati non probāt, sed dd. Bernardinus aliàs Cassata, & Io. Vincentius testes, d.Io. Dominici, & sociorum sunt de parentela Io. Domini, & sociorum, & Tullij, ergo iniuria facta d. Tullio, intelligitur dd. testibus, & coniunctis facta. Et quod sint de parentela dd. Tullij, & Ioan. Dominici est probatum per testes, per Beradinum Biondi, & omnes alios testes super repulsa. Et quòd Ioannes Vincentius sit frater tertius dd. Tullij, & Io. Dominici, nec non & Felicis, est probatum per suprad. testes in rei repulsa facta per præd. Cingarum, & sic omnes tradentur iniuriati per l.1.a. & 3. ff. de liber.causa.

Item est probatum per omnes testes in 11. repulsa supradicti Cingari, quòd Ioannes Dominicus ad præsens actor duxit in uxorem, quæ adhuc viuit, sororem d. Angeli, uel Archangeli, & ex ea habet quatuor filios, meritò ratione illius coniunctionis non datur sibi fides.

Et si dicatur, quòd isti testes sunt confirmati, & approbati per testes d. Ioan. Dominici, & sociorum, ad hoc respondetur, & subtiliter. quòd dato, quod aliquis

aliquis sit bonus & veridicus, si tamen ille fuit iniuriatus, uel aliquis de eius parentela occisus, tunc ratione illius offensæ semper remanet in animo causa secreta, & latens odij, & rancoris, dato quod ab extra non ostendatur, ut docet experientia magistra rerum, c. cum sit, de elect. in 6. & nos habemus ex iure, quòd quando aliqua causa odij, vel rancoris est inter aliquos, dato quod admiuicem non detegatur extra, tamen propter illam causam nō est bonus testis, quia præsumitur semper in animo adesse illa causa.

11 Et sufficit † ad repellendum testem præsumpta causa odij, vt dicit Innoc. in c. pen. de accusat. Alex. in consi. 99. per totum, 1. volu. Et sic in casu nostro ex quo Bernardinus aliàs Caffata, Ioan. Vinc. & Augustinus attinentes d. Io. Dominico, & Tullio, & cum ipsi dicant Tullium esse occisum per coniunctos dicti Cingari, sequitur quod non potest negari, quin aliquod odium intrinsecum remaneat in animo ipsorum: & propter hoc repelluntur, licet sint alias homines veridici, & boni, & ex ista causa non probāt.

Præterea per testes Cingari, & Cachij super repulsa, super art. 21. Io. Alex. Lucretia, Rosata, & Io. de Cinqueta probant, quòd illo die, quo Maius percussit Tullium, vltra quòd isti testes sint repulsati, & non probant ex causa suprad. odij secreta, tamen isti testes, & mulieres probant in illo tempore, & loco, quòd prius Tullius insultauit Maium, & eum plumbatiola percussit, & sic primus Tullius præbuit causam delicto, & fuit licitum d. Maio ipsum percutere, & se defensare l. vt uim vi, ff. de iust. & iur.

Et si dicatur, quod Io. Alex. & Io. de Cinqueta variant in armis, tamen istud non est de substantia, sed benè contendant, quod prius insultauit Tullius, &

12 sic † sufficit, quòd testes sint concordes in facto principali, licet quodammodo discordent in circumstantijs, Bart. in l. eos, circa fi. ff. de falsis, Innoc. in cap. fraternitatis de hæret. Bald. & Io. de Imola in l. his verbis, §. fin. de hæred. instit. Alex. in 1. vol. consi. 2. in versic. pro quo facit.

Remanēt depositiones istarum fœminarum, quæ se conformant, & concurrunt cum dicto vnius illorum testium, quia dato, quod unus testis repulsetur, tamen si remanent testes in numero sufficienti, benè probant, cum sufficiāt duo testes, l. vbi numerus, ff. de testib. & sic videtur, quod sufficiat probatio istarum mulierum dicentium, quod Tullius primus insultauerit, cum in ore duorum, vel trium stet omne verbum, d. l. vbi numerus, c. in omni negocio, de testib. c. nouit ille qui nihil ignorat, de iudic.

13 Nec obstat si dicatur, quod † mulieres in causa criminali non faciunt fidem, quia respōdetur, quòd istud est verum de iure canonico, per tex. in c. forus, de verb. signif. secus de iure ciuili.

Et eo magis, quòd deponūt ad offensam, nam ad defensam sunt idonei testes, cum clari iuris sit, quod

14 † testes, qui alias sunt inhabiles ad offensam, ad defensam tamen dicuntur habiles, & admittūtur. Bal. quem sequuntur omnes Doct. in l. parentes, C. de testibus & tanto magis præd. mulieres sunt testes habiles, & idoneæ, quia aliàs veritas haberi nō posset, prout in casu nostro notant dicunt Doct. per text. in l. consensu, C. de repudijs. Sed istæ mulieres tendūt ad defensam Cingari, & Cachij, ergo plene probant.

15 Præterea, quando † testes vnius partis contrariantur testibus alterius partis, tunc uincunt, & præferuntur testes verisimiliora deponentes. Bald. & eam. in c. cum causam, de testib. Abb. in c. quia uerisimile, de præsumpt. Inn. in c. auditis, de præscript. Nam id, quod non est verisimile, est species fallitatis, ut dicit Bal. in consi. schemaus posito iu tit. si quis aliquem test. prohib. & in l. 1. C. de seru. fugit. Sed magis verisimile est, quòd Tullius iuuenis insultauerit socerum senem, quàm quòd socer homo senex, & decrepitus insultasset generum iuuenem. & cum istæ mulieres concordent se cum illo uerisimili, probant, & vincunt testes partis aduersæ deponentes non ita verisimilia. Quod etiam corroboratur, nam

16 † semel malus semper præsumitur esse malus in eodem genere mali, l. sciui. §. ijsdem, de accusat. l. non omnes, §. a Barbaris, ff. de re milit. c. si. de præsumpt. Sed prouactum est, quòd sæpè Tullius insultauit socerum, & socium, & commisit alia delicta, ut est probatum de occisione bouum, ergo præsumitur, quòd ipse prius insultauerit, arg. etiam eorum quæ dicunt Doctor. quòd quando plures interfuerunt ad unum vulnerandum, & non apparet, quis vulnerauerit, præsumitur vulneratus à magis rixoso, & solito delicta committere. Doct. in l. si in rixa, ff. ad l. Cornel. de sicar. & in d. §. ijsdem.

Ex quibus omnibus cōsideratis, quod de pace nullo modo constat, & quod præd. assertum instrumentum non facit fidem, ex quo est signatum †. & non est subscriptum à testibus, nec est probatum, quod tēpore prædicti instrumenti confecti in d. loco non reperiebantur testes litterati, nec reperitur originale, quo casu nō probat, nec ille, qui fecit assertam pacē, habebat speciale mādatum procuratorium ad illam

17 faciendā, prout † requiritur. Spec. in tit. de treug. & pac. §. 1. versi. hoc quoque, nec etiam apparet de more Tullij. item sunt probatæ nouæ causæ inimicitiæ commissæ per Tullium, & eius testes sunt repulsati ratione coniunctionis, & odij, & testes Cingari deponunt, quod Tullius primus percussit, & licet dicat Angel. & Archan. & Caffata, & Ioan. Vincent. quòd sunt quatuor anni, quod Maius insultauit primò Tullium, & dato, quod aliquis eorum dicat de maiori tempore, tamen ex quo uariant, concludunt

18 † in minori, & sic in quatuor annis, ut dicit Doctorum dispositio in l. 1. ff. de uerb. oblig. in §. si stipulāti. Canonistæ in in c. 1. de arbit. Et sic concludunt in quatuor annis quādo nō essent repulsati prout sunt, tamen testes Cingari, & Cachij probant, q Tullius insultauerit uxorem Maij dando ei calcem, & prosternendo illam per terram, & sunt sex anni, & sic apparet istam offensam fuisse primam, & ante illud tempus, quod dicunt testes Io. Dominici de quatuor annis, & sic semper præcessit offensio ex parte Tullij, & ex parte d. Io. Dominici, & sociorum. Propter quę omnia ueniunt prædicti absoluendi, & pars aduersa in expensis est cōdemnanda ad l. qui accusare, C. de eden. Reg. actore non probante, de reg. iur. in 6. & in dubio reus debet absolui, l. Arrianus, ff. de act. & oblig. cum similib. l. absentem, ff. de pœn. Et ita consulo, & dico Ego Petrus Enriquez V. I. D. licet minimus, saluo semper saniori consilio, iuxta tex. in l. Claudius fęlix, ff. qui pot. in pign. habeantur.

CON-

CONSILIVM LV.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas hominis viuentis, nullius, aut modicæ considerationis existit.*
2 *In hæreditate paterna, & materna, competit ius legitimæ, seu paragij.*
3 *Ex quo quis iuuenis est, præsumitur habilis ad procreandum liberos.*
4 *Quando venditur incertum pro certo pretio, si postea incertum verificatur, non competit exceptio venditori enormissimæ læsionis.*
5 *In materia læsionis, quando a principio versatur incertitudo, non consideratur posterior euentus, sed principium contractus.*
6 *In materia læsionis inspicitur tempus contractus.*
7 *Fictio translatiua non habet locum, quando tractatur de præiudicio tertij.*
8 *Aliter æstimatur incertum a principio, & aliter certum postea subsequutum.*
9 *Vbi extrema non sunt habilia, non habet locum fictio translatiua.*
10 *Feudum paternum non defertur ex hæreditate patris, sed ex prouidentia Principis.*
11 *Soror, renunciando fratri viuenti, non nocet sibi talis renunciatio, eo mortuo.*
12 *Vbi adest conditio, versatur incertitudo.*
13 *In instrumento renunciationis, vbi adest clausula ex certa scientia, non competit exceptio enormissimæ læsionis.*
14 *Per renunciationem generalem, præmissa speciali renunciatione aliquarum exceptionum, censetur renunciatum omnibus exceptionibus, quæ ex illo facto quomodolibet competere possent.*
15 *Per verba renunciationis amplissima, generalia, & prægnantia censetur cogitatum de futuris exceptionibus, quæ alieni competere possent.*
16 *Per iuramentum, quo quis iurauit non venire contra contractum, videtur esse cogitatum de omni remedio, & beneficio, per quod posset rescindi talis contractus.*
17 *Iuramentum interpositum super renunciatione, excludit iurantem a quacumque exceptione, saltem in genere cogitata.*
18 *Iuramentum habet vim specifici, & expressi.*
19 *Iuramentum tollit exceptionem enormissimæ læsionis, & consequenter remedium, l. 2. C. de rescinden. vendit.*
20 *Absolutio a iuramento interposito super aliquo contractu per superiorem, quid operetur.*

CIrca dubium læsionis omissis longis allegationibus substantialiter procedendo paucis rem perstringam. Dico enim, quod in casu nostro per aduersarias, nullatenus potest allegari, nec prætendi læsio enormissima. Et primo dico, quod dictæ aduersariæ, quæ se fundant in læsione prætendendo renunciasse hæreditati auitæ, & paternæ, in qua erat hæreditas quondam Polisenæ de Sancto seuerino, vltra hæreditatem Comitis Aliani, pro dotibus per eas receptis, non probauerunt legitimè, & formiter valorem, & pretium dictarum hæreditatum tempore mortis dictorum aui, & patris, prout necesse erat probari ad effectum fundandi prædictam læsionem iuxta tex. in l. cum quæritur, & Auth. nouissima, C. de inoffic. testam. cum similibus, unde defecerunt in eorum salutari, & consequenter debent succumbere, l. qui accusare, C. de edendo.

Secundo dico, quòd verum esset, quod prætenditur, quod hæreditas d. q. Antonij aui paterni, tota omnibus computatis ualuisset trigintamillib. ducat. aduertendum est in facto, quod d. Antonius in eius testamẽto, hæredes vniuersales instituit Antonium, Ioannem Vincentium, Federicum, & Ioannem eiusdem testatoris nepotes, natos ex quondam Aloysio, filio primogenito ipsius testatoris patre mortuo pro integra medietate, & Hieronymum filium secundo genitum dicti testatoris pro reliqua integra medietate. Et consequenter omnibus prædictis hæreditatibus cumulatis, & in unum redactis, tangentibus dictos fratres deductis oneribus, & aliis deducendis remanserunt ferè ducat. 20000. quæ si diuidantur pro ciuili inter dictos fratres, & sorores, qui sunt numero septem, quilibet haberet solum ducata 2850.

Amplius dico, quòd d. Hippolyta habuit dotes ducatorum 3000. & corredum ducatorum quingẽtorum, & similiter Camilla habuit dotem ducatorũ 3000. & corredum ducatorum quingentorum longe vltra paragium, imò vltra virilem fuerunt dotatæ, & illud plus, quod ascendit paragium, habuerũt pro renunciando futuris hæreditatibus in genere, & sic hæreditati d. comitis Aliani.

Quibus stantibus non potest pretendi læsio enormissima pluribus fundamentis, & opinio. Nam in casu nostro tractabatur tempore dictarum renũciationum factarum de hæreditate d. Comitis Aliani, tunc uiuentis; & sic de hereditate futura deferenda,
1 & non de delata, quæ † cum sit hominis uiuentis, in qua non datur ius de præsenti; nullius aut modicæ considerationis existit, l. post emancipationem, ff. de liber. legat. & in l. qui superstitis, ff. de acquir. hered. Vnde dato, quod postea d. hæreditas comitis Aliani delata sit, non potest per hoc prætendi læsio enormissima inspecto principio contractus. Et ideo videmus, quod futuris pro modico de præsenti renunciari solet, l. cum hi, in princ. ff. de transact. cum ibi notat. Et eo maximè prædicta procedunt, cùm agatur de futura hæreditate deferenda incerti hominis, scilicet dicti comitis Aliani auunculi, quæ hæreditas non erat debita, seu quasi debita, nec super ea competebat aliquod ius legitimæ, seu paraggij, prout
2 † competit in hæreditate paterna, vel materna, l. si fratres, C. de inoffic. testam. Et tanto magis in casu nostro non consideratur enormis læsio stante incertitudine, & dubio euentu, qui aderat tempore contractus dictarum renunciationum. Dictus enim comes Aliani auunculus, poterat liberè testari, & disponere de eius hæreditate, nihilo penitus relicto dictis fratrib. & sororibus, & habebat cõsanguineos de casata sua de Marra, quos plus amabat, quàm dictos fratres, & sorores, & sic poterat dictos fratres, & sorores dicta spe succedendi destituere, & priuare, d. l. si fratres. Item † poterat uerisimiliter procrea-
3 re li-

re liberos,ex quo erat iuuenis,& habilis ad procreã-
dum, & habebat vxorem iuuenem, vt confitentur
aduersariæ in earum articulis, tex.est notabilis in l:
de fideicommisso,C.de transact.in l.1.C.de pact.&
in l.si pater puellç,C.de inoffic.testam. Et propterea
dixit satis in proposito,Bald.in cons.265.in 1.volu.
incipit,Quia ex facto ius oritur,in penult.col. quòd
incerta ad minimam æstimationem rediguntur. Et
in proprijs terminis læsionis adduco veram,& com
4 munem conclusionem,quæ se habet, quòd † quan-
do venditur incertum pro certo pretio puta iactum
retis pro decem,si postea ex posteriori euentu incer-
titudo certificatur,quia capiuntur pisces, qui valeãt
certum,non potest allegari enormis læsio,& sic non
habet locum remedium,l.2.C.de rescind.vẽdit.quç
se fundat in enormi læsione stante incertitudine, &
dubio euentu, qui aderat a principio tempore con-
tractus, quod tempus contractus, & non posterior
euentus post contractum inspici dicitur, tex.est in l.
nec emptio,ff.de contrah.empt.in l.si emptorem,&
l.si iactum retis,ff.de act.empt.& vendit.l.Titia,ff.
de iure dot.per quæ iura,ita in terminis proprijs fir-
mant Ludou. Rom.in l.si quis cum aliter,ff.de ver-
bo.oblig.quem refert,& sequitur Fabianus in tract.
suo de empt.& vend.& Pantaleonus Crema in sua
eleganti repet.l.2.C.de rescind.vend. Et in proprijs
terminis nostris, quando pro parua dote renuncia-
tur futuræ hçreditati etiam maternæ,quod stante in
certitudine, non possit allegari læsio, dato quòd ex
posteriori euentu hçreditas materna deuoluatur, cõ
suluit Petrus,Philippus,Cornel.in consi.206.in 3.
volum.colum.7.& 8.

Nec præd.fundamento obstat decisio Andreæ de
Isernia,in c.1.de nat.succ.feud. dum dicit,quòd in
muliere renunciante in manibus patris, vel fratris
feudo paterno pro dote recepta, si postea moriatur
pater vel frater, ex quo incertum certificatum est,
quod retrotrahitur,& si minor est, ex quo læsa est,
competit sibi restitutio in integrum, quia successio
totius feudi non a patre vel fratre,sed a legis consti-
tutione, vel more defertur ex ui concessionis, secus
5 si esset maior. Nam respondeo,& dico,quod † in ma
teria læsionis, quando a principio uersatur incertitu
do, non consideratur posterior euentus, sed princi-
pium contractus. Ad quod fundandum adduco ineu-
itabile fundamentum. Si in contractibus incertis,
non habet locum remedium l.2. etiam quod ex po-
steriori euentu appareat læsio,vt supra firmaui,alle-
gando Ludou.& alios & est communis opinio, &
communiter approbata, ergo non consideratur, nec
retrotrahitur posterior euentus, quia si retrotrahere-
tur, haberet locum dictum remedium, l.2. contra
communem opinionem supra firmatam.

Item hoc fundatur alio ineuitabili fundamento. In
6 † materia læsionis inspicitur tempus contractus,tex
tus est in l.si voluntate,C.de rescind.vendit. & in c.
cum dilecti, de empt. & vendit. & ibi communiter
Canonistç & Doctor.communiter in d.l.2.C.de re-
scind. vend. sed si consideraretur posterior euentus,
& ille retrotraheretur in effectu nõ inspiceretur tem
pus contractus, & iura præd.dicentia, inspici tẽpus
contractus, seruirent de uento, quod est absurdum
diceretur per iura volgaria.

Item hoc comprobatur alio fundamento Fictio
7 † translatiua non habet locum,quando tractatur de
præiudicio tertij, l.si indebitum, §.fin.& ibi Glo.&
Bar.ff.rem ratam haberi,& voluit Bal.in l.1. C.qui
admitti, & consuluit Zabarella in cons.105. sed sic
est, quòd in casu nostro, si haberet locum d.fictio
translatiua,causaretur præiudicium tertio,videlicet
dictis fratribus viuentibus,quibus fuit facta renun
ciatio, & quibus erat ius quæsitum ex dicta renun-
ciatione a principio incerta.Quod comprobatur per
decisionem in terminis, Bald.in consil.334.incipit.
Et quod dictus annus redditus, columna antepult.
vbi formaliter dicit, quòd quando a principio fuit
incertitudo, dato, quòd postea ex posteriori euentu
certificatus est; considerari debet principium cõtra-
8 ctus,non fortuna sequens, aliter † enim æstimatur
incertum a principio, & aliter certum postea subse-
quutum. Ex qua decis.Bald.facio aliud fundamen-
9 tum. Vbi † extrema non sunt habilia,non habet lo
cum fictio translatiua, l.bonorum,ff.rem ratam ha-
beri, & voluit Bart.in l.si is, qui pro emptore, ff.de
vsucap.sed in casu nostro extrema non sunt habilia,
quia aliter æstimatur incertum a principio, & aliter
æstimatur certum postea subsequutum, vt firmant
Bal.in præalleg.cons.334. ergo.

Item ad hoc fundandum adduco decisionem in
terminis Petri Philippi Cornei in d.cons.206. in 3.
volum.colum.7.ibi,itaque. Vbi vult valere renun-
ciationem mulieris,quæ pro dote renunciauit futu-
ræ hæreditati,quæ postea deuoluta fuit. nam debet
considerari principium contractus, in quo versaba-
tur incertitudo,non autem posterior euentus. Addu
co quoque decis.Bal,in proprijs terminis in l.1. C.
de pact.in 4.colum. versic.ex aduerso oppono. Vbi
formaliter dicit,quòd ex futuro euẽtu apparet,quòd
ille,qui dedit sextantem, fuit læsus enormiter, ergo
debent gesta rescindi,l.2.C.de rescind.vendit. Re-
spondeo,quod non consideratur euentus,sed princi
pium contractus; sed tunc temporis ista læsio non
poterat apparere, ergo contractus remanet firmus.
Subdens Iaso post Salyc.ibi,quòd hoc etiam habe-
ret locum, si talis paciscens erat minor, quia ex læ-
sione apparente ex futuro euentu nõ rescinderetur
contractus minoris,quod omnino ponit gladium ad
radicem. Non obstat præd,decis. Andreæ in d.c.1.
nam respondeo quòd ideo ibi ille posterior euentus
retrotrahitur, ex quo a principio tẽpore contractus
extremum erat habile,quia loquitur in feudo pater-
10 no ex pacto,& prouidentia,quod † non defertur ex
hæreditate patris, vel fratris, scilicet ex prouidentia
Principis,& ex vi concessionis a principio, & ita di-
cit Andr.de Isern.sed in casu nostro respectu heredi
tatis Comitis Aliani, nullum erat ius quæsitum a
principio tempore cõtractus renunciationis, ex quo
viuebat dictus Comes Aliani. Ergo.

Præterea. Ideo ibi in casu Andr.habet locum fi-
ctio translatiua,quia non tractatur de præiudicio ter
tij,quia mortuus est frater,cuius contemplatione so
ror fecit renunciationem, quo casu videtur cessare
causa præd.renunciationis, iuxta notata per Bal. &
Doct.in l.pactum,quod dotali. C.de colla.in l.1.§.
veteres,ff.de acquit.poss.Ang. in cons.50.sed in ca-
su nostro tractatur de præiudicio tertij, scilicet di-
ctorum fratrum,quibus fuerunt factæ dictæ renun
ciationes, qui in præsentiarum viuunt, & sic non
cessat

cessat causa renunciationis, ergo non debet habere locum d. fictio translatiua. Item Andreas non me. retur allegari in casu nostro ex alio, quia loquitur, quando non interuenit iuramentum, sed in casu nostro interuenit iuramentum ergo, &c. Item Andr. loquitur, quando non interuenit acceptilatio: sed in casu nostro interuenit acceptilatio, per quam omne ius penitus extinctum est, adeo quòd non potest rediri ad ius, quod penitus extinctum est. l. qui res. §.
11 aream, ff. de solut. intantum quòd † licet soror tenũciando fratri viuenti non noceat sibi talis renunciatio, cum videatur facta contemplatione fratris viuẽtis, vnde eo mortuo videtur cessare causa renunciationis per supra adducta, tamen hoc non haber locum, quando interuenit acceptilatio. ita consuluit Ludo. in cons. 22. Item Andr. loquitur quando sumus in minore dicens expressè secus esse in maiore, sed in casu nostro sumus in dictis mulieribus maioribus, ut in processu probatum est, ergo Andr. nedum non fuit contrà, immò facit pro nobis. Et circa euacuandam d. decisionem Andr. multa alia adduxi in alijs allegationibus.

Ex quibus responsionibus apparet euacuatam d. decisionem Andr. Et si aliquis vellet pertinaciter tenere, quòd non esset euacuata, cum simus extra materiam feudalem, potius est standum iuribus, & decisionibus in terminis tantorum Doctorum, & tot, & tantis rationibus, & fundamentis ineuitabilibus, vt supra factis, quàm d. decisioni And. Et eo maximè in casu nostro, cum non simus in terminis, in quibus loquitur And. cum simus in maiore. Et quando interuenit iuramentum, & acceptilatio, & fratres viuunt, & sic in casu penitus diuerso, & habente diuersitatem rationis.

Nec prædictis obstat consilium Soc. 183. quatenus dicit, quòd quando quis renunciat hæreditati futuræ inest tacita conditio, si deferatur, & sic verificatur conditio deuoluta hæreditate, cum insit d. conditio si deferatur. Nàm respondetur, quòd d. cons. Soc. facit pro nobis, ex quo præsupponit Socinus d. renunciationem futuræ hæreditatis habere in se tacitam conditionem, si deferatur, & sic esse conditiona-
12 lem. Si ergo † est conditionalis, ergo versatur incertitudo, cum conditio se habeat ad incertum l. 1. ff. de condi. & demon. sed in contractibus incertis in materia læsionis inspicitur principiũ contractus, non autem posterior euentus conditionis purificatę per ea, quæ supra deducta sunt.

Nec contra præd. potest adduci decis. Per. de Anchar. Ant. de But. & aliorum Doctorũ, qui ratione enormissimæ læsionis dicunt posse contractum per maiorem rescindi. Nam dicti Doct. loquuntur in hæreditate delata, in qua considerantur iura de præsenti, & sic læsio erat tempore contractus, & in hæreditate paterna, vel materna, in qua competit ius legitimæ. nos autem in casu nostro sumus in terminis longè diuersis: s. in hæreditate futura deferenda, in qua non est aliquod ius de præsenti, & sic non considerabatur læsio tempore contractus, & in hæreditate auunculi, in qua non competit ius legitimæ, aut paragij. Ex quibus omnibus remanet firmum præd. fundamentum factũ ad excludendum læsionem. Amplius, esto quòd dictæ Hippolita, & Camilla non fuissent dotatæ vltra paragiũ, prout re vera fuerunt, quia fortè habuissent paragium solum iustum, vel congruum, habito respectu ad successionem aui, & patris, & nihil ultra, adeo quòd renunciatio facta futuris hæredibus in genere, & sic hæreditati d. comitis Alani, fuit facta gratis sine aliquo, adhuc dico, quòd non posset resciudi prætextu enormissimæ læsionis, nam in casu nostro dato, quòd re ipsa appareat læsio, non tamen est læsio enormissima, prout requiritur ad obtinendum rescissionem secundum aliquos Doct. qui tenent contra communem. Nam stante quòd agitur de futura hæreditate deferenda hominis viuentis, in qua non competebat aliquod ius legitimæ seu paragij, & in qua versabatur tam magna incertitudo, renunciatio talis spei, quæ est modicę considerationis, non continet enormissimam læsionem, & consequenter non datur enormissima lęsio, considerato principio
13 contractus, quod inspiciendum est. Præterea † in dictis instrumentis dicitur ex certa eius scientia, voluntariè, expressè, & legitimè bene informatæ de iuribus renunciauerunt &c. Stante dicta earũ scientia non possunt se adiuuare ex capite enormissimæ læsionis. nam propter dictam earum scientiam videntur donasse dicta earum iura dd. fratribus. Et scienti non infertur dolus. l. cum donationis. C. de transact. l. 1. §. si. ff. de act. empt. per quæ iura ita in proprijs terminis firmauerunt Bald. Salyc. & communiter Doct. in d. l. 2. C. de rescin. vend. & Canonistæ in d. c. pen. de empt. & vendit. dicentes, quòd vbi apponitur in instrumento clausula ex certa sciẽtia, non habet remedium l. 2. C. de rescind. vendit. quod se fundat in enormissima læsione. Prædicta, quia quando maior facit contractum, in quo enormissimè læditur, & renunciat enormissimę lęsioni, non potest se adiuuare amplius ex capite d. enormissimę lęsionis. Et ita firmant Doct. tenentes, quòd ratione enormissimę lęsionis concedatur rescissio contractus. Maximè Ant. de Butr. in d. c. cum contingat. & Petr. de Anch. sed in casu nostro, de quo agitur, dictę mulieres maiores, prout in processu probatum est, nunciauerunt exceptioni doli mali, vt apparet ex facie instrumentorum, ergo renunciauerunt exceptioni enormissimę læsionis. nã læsio enormissima causat dolum re ipsa. l. si quis cũ aliter. ff. de verbo. obligat. l. 2. §. circa. ff. de doli except. Præterea ex alio colligitur renunciatio facta d. exceptioni enormissimę lęsionis, dum post renunciationem in specie factam de certis exceptionibus. s. doli mali, ius, metus, condictioni indebiti. Subsequitur postea renunciatio generalis omnibus alijs iuribus, exceptionibus constitutionibus, allegationibus, & defensionibus iuris, & facti, propter quę d. Camilla non potest venire contra d. instrumentũ. Amplius dicitur certiorata per iuris peritum de iuribus ipsis ac effectibus renunciationum prędictarum, antequam renunciaret eisdem, &c. quę verba sunt ęquipollentia, & eiusdẽ substantię, prout sunt
14 uerba omnium legum & iuris auxilio. Pel † quam renunciationem generalem pręmissa speciali renunciatione aliquarum exceptionum videtur esse renunciatum omnibus exceptionibus, quę ex illo facto quomodolibet possent competere etiam enormissimę lęsionis, ut notant Glo. & Doct. communiter in l. ad & si quis. §. quęsitum. ff. si quis cautio. & in c. t. extra

extra commod.& ob prædicta firmauit Alex.in con fil.42.in 1.volum.

Præterea ex alio etiam colligitur esse facta renunciatio d.exceptioni enormissimæ læsionis,scilicet ex illis verbis appositis in instrumēto.ibi dum dicitur, & promisit d.Camilla d.quietationem, liberationē, cessionem,& renunciationem factas modo præmisso,ac omnia præd.& singula semper, & omni futuro tempore habere,& tenere,ratas,gratas,& firmas, ac rata,grata,& firma,eaque attendere,& adimplere,& efficaciter obseruare, & contra ea, vel ipsorum aliquod non facere, dicere, opponere, allegare, vel venire,reuocare,vel retractare,diuertere, seu peruertere,interrumpere, vel violare, aut aliter in contrarium prætendere,aliqua occasione seu causa,&c.& iurauit omnia,& singula vera esse, & illa inuiolabi-

15 liter obseruare &c. per † quæ verba renunciationis tia amplissima, generalia, prægnantia, & geminata videntur,& censentur dd.mulieres saltem in genere cogitasse,& renunciasse omnibus exceptionibus,quę eisdem possent competere quomodocumque,& qualitercumque,& consequenter d.exceptioni enormissimæ læsionis,text.est in l.qui iure militari, ff.de test.milit. Et propterea dixit Bald.in l.tres fratres, ff.de pact.& in l.sub prætextu specierum,C.de tran

16 sact. quòd † iurando quis non venire contra contractum, videtur saltem in genere cogitasse de omni remedio, & beneficio, per quod posset rescindi contractus, subdens propterea quod generale pactum, & renunciatio de sui natura ad omnia porrigitur etiam ad incognita. Et quòd sibi debet imputare transigens,paciscens, aut renuncians, si non cogitauerit sub verbis generalibus omnia comprehendi etiam incognita. Et dixit Anton.de Butr. in c. si diligenti,

17 de foro compet. quòd † iuramentum interpositum super renunciatione excludit iurantem a quacumq; exceptione saltem in genere cogitata, & dixit Barto. in cons.90. quòd sufficit quod paciscens iuret super facto, nam iurando super facto excluditur ab omni iure,quod ex illo facto potest procedere ad, quæ be-

18 ne facit: nam † iuramentum habet vim specifici, & expressi. vt probat textus in l.cum pater, §.filius matrem,ff.de legat.secundo, & in cap.ex rescripto, de iureiur.

19 Vltimò, iuramentum † tollit exceptionem enormissimæ læsionis,& consequenter tollit remedium, l.2.C.de rescind. vendit.ita voluerunt Glossæ communiter approbatæ in præd.l.2. C.de rescind.vend. in c.1.de empt.& vend. In quibus locis Doct. idem firmant,facit Alex.in cons.42.& 125. 1.volum. & 127.2.vol.& 53.3.vol.& in l. stipulatio hoc modo concepta,ff.de verbor.oblig. Curt.consil.44.& 66. Corn.in repet.Auth.sacramenta puberum, Isern.in c.1.de nat. success. feud. Et est aoimaduertendum, quod Doctores contrariæ opinionis loquuntur,quādo sumus in minore renunciante, & sic quando vltra læsionem enormissimam concurrit minor ætas, non quando solum adest enormissima læsio, prout in casu nostro.

Nec prædictis obst.si diceretur, quòd dictæ mulieres obtinuerunt absolutionem a iuramento,mandato, quòd absolutio sit ad effectum agendi, tamen, ex quo postmodum factis probationibus apparet de prætensa læsione enormissima proficere debet ad finem obtinendi, vt consuluit Castr.in consilio 216. Nam respondetur, quòd hoc non est verum. Nam vera,& communis est conclusio, quod differētia est an contractus validetur iuramento,an vero contractus non conualidetur iuramento, scilicet,quòd tantum iurans personaliter sit adstrictus ad obseruationem iuramenti. Nam primo casu,quando iuramentum conualidat contractum,vt puta,quando minor iurauit super contractu, vel maior deceptus est enormissime vltra dimidiam iusti pretij, iurauit. Nam

20 † si absoluitur a iuramento per superiorem ad effectum agendi etiam factis probationibus, illa absolutio ad effectum agendi prius obtenta non proficit, sibi ad finem obtinendi,quia contractus est validus, & irreuocabilis. & ita propriè est in casu nostro, de quo agitur. Secus est quando contractus non firmatur iuramento, sed solùm iurans est adstrictus personaliter ad non contraueniendum, vt in contractu vsurario.ita in terminis firmauit Ang.in disput.sua incipit.d.Catharina,& Abb.& Felyn.in c.1. de iureiur.vbi Felyn.reprehendit d.consilium Pauli communiter reprobatum.

Gaspar de Leo I.V.D.

Sequuntur consilia Hieronymi Henrici, Petri filij, S.Theologiæ, & I.V.D. & in Almæ Vrbis Gymnasio legum publici professoris.

CONSILIVM LVI.

SVMMARIVM.

1 *Libro,Mercatoris fide digni, & legalis creditur tam pro se quàm contra, maximè si statutum,vel consuetudo consoueat.*

2 *Liber cuiuscumque deputati ex publico probat pro,& contra tertios.*

3 *Libris Mortuorum, qui longè a nostris temporibus defuncti sunt,maxima fides adhibenda est.*

4 *Libri antiqui faciunt plenam fidem.*

5 *Liber visitationis Episcopalis plenè probat, quoad omnia iura spectantia ad visitationem.*

6 *Instrumentum Notarij, confectum intra territorium constituentis,facit fidem extra territorium.*

7 *Consuetudo sola attenditur circa solemnitatem actus.*

8 *Scripturæ, ad hoc vt sit authentica, sufficit quod da consuetudine ei stetur.*

9 *Scriptura potest in se veritatem continere, & tamen fidem non facere.*

10 *Testes examinati a Iudice incompetenti, vel a non habente iurisdictionem,nihil probant.*

11 *Instrumenta, & iura omnia sunt edenda in iudicio competenti,& valido.*

12 *Confessio facta in iudicio habet uim sententiæ.*

13 *Confessio, facta in iudicio nullo ratione incompetentia iurisdictionis,non valet.*

14 *Probatio est actus iuridicus.*

15 *Laicus nullam iurisdictionem habet in Ecclesiasticis.*

16 *Scripturis registratis in libris officij Gubernatoris, vel Archiui publici creditur.*

17 *Scripturæ, præmisso modo registratæ, faciunt fidem infra territorium illius ciuitatis, cuius sunt.*

18 *Scriptura non authentica, recondita in Archiuo publico, fidem facit.*

19 *Statutum disponens de effectu probationum etiam circa decisoria non ligat, nisi subditos ratione contractus.*

20 *Princeps præsumitur habere apud se viros doctos, & legales non sic de Vniuersitate qualibet.*

21 *Gesta reperta in Archiuo publico, vel apud eos, qui habent potestatem scripturas publicas faciendi, probant.*

22 *Gesta extra Vrbem authenticata per manum notarij publici, in quibus ligent clericos Romæ.*

23 *Quæ, & quot requirantur ad hoc, vt credatur publico instrumento.*

24 *Dictum testis authoritate Iudicis laici recepti fidem non facit in causa Ecclesiæ.*

25 *Compulsorialibus litteris nulla fides adhibetur, nisi authoritate iudicis, & parte citata obtentis.*

26 *Clericus, quare non possit consentire iudici laico contra se.*

27 *Extensio, & prorogatio iurisdictionis in laicis, fit ex sola voluntate partium.*

28 *Vasallus in causa feudi, non potest præiudicare domino, habenti directum dominium, trahendo collitigantem secum ad alium iudicem.*

29 *Notarius constitutus a Principe, an possit conficere instrumentum de consensu partium extra territorium.*

30 *Ab extensione territorij, non licet arguere ad extensionem priuilegiorum.*

31 *Imperator censetur persona priuata in spiritualibus.*

32 *Laicus ex destinatione seruitij largo modo potest dici clericus.*

33 *Laicus notarius, quando stipulatur ecclesiæ de mandato Iudicis ecclesiastici, non consideratur factum ipsius, sed Iudicis.*

34 *Papa potest committere laico excommunicandi potestatem.*

35 *Intellectus ad glo. in cap. quamquam, de vsur. in 6.*

36 *Scripturæ repertæ in lapide monumentorum faciunt notorium.*

37 *Appellatione populi venit clerus in fauorabilibus.*

38 *Ius ecclesiasticum transiens per laicum est sicut aqua transiens per canale plumbeum.*

39 *Vsus ex pluribus actibus consurgit.*

40 *Constitutio Principis non tollitur per non vsum.*

41 *Scriptura est quid indiuiduum, & pariter ius ex ea resultans, indiuiduum est.*

42 *Scriptura non potest pro parte acceptari, & pro parte non.*

43 *Scriptura & si producta cum protestatione, quatenus faciat pro producente, & non aliter, probat contra eum.*

44 *Clericus vti potest statuto laicorum, quatenus fauorabili.*

45 *Consuetudo, quando pariter est inducta tam per laicos quàm per clericos, ambos ligat.*

46 *Verba enunciatiua legis, vel statuti non disponunt.*

47 *Statuta laicorum, edita in fauorem ecclesiarum, aut ecclesiasticarum personarum, non valent, nisi a Papa confirmata.*

48 *Intellectus ad text. in capit. ad audientiam de præscription.*

49 *Verba posita in aliqua dispositione semper regulantur secundum naturam, & dignitatem eius, ad quem diriguntur.*

50 *Libris ecclesiæ in factis antiquatis datur fides.*

51 *Consuetudo est tantæ virtutis, quòd dat efficaciam scripturæ cui aliàs non crederetur.*

52 *Intellectus ad cap. cum dilectus, de fide instrumentorum.*

53 *Præsertim, hæc dictio licet includat vtrumque casum de sui natura: tamen aliquando ponitur pro solummodo, & vbi, &c.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen.

Consultus sum pro veritate scribere, quid sentiam in hac quæstione, videlicet.

Vtrum liber, in quo consuetudines alicuius Patriæ redactæ sunt, & descriptæ, probet etiam incidenter cõtra Ecclesiam.

Et prima fronte videretur dicendum, quòd sic ob multa.

1 Primò, quia † creditur libro Mercatoris fide digni, & legalis tàm pro se, quàm contra, si statutum, vel consuetudo istud habeat, Bal. in l. si quis ex argẽtarijs, §. 1. ff. de edendo, quod procedit, etiam si non adsint omnes solemnitates, quia quando scribitur vnum capitulum, non semper illę adhiberi possunt, Lanfranc. in cap. quoniam contra in verbo instrum. product. num. 74. de probat. facit text. in l. quædam, §. nummularios, cum ibi not. ff. de edendo: igitur tanto magis liber, in quo istæ consuetudines sunt descriptæ, probabit; cum, ut mihi in facto præsupponitur, approbatus sit ab vniuerso populo.

2 Secundo, quia † liber cuiuscumque deputati ex publico probat pro & contra tertios, Bar. in l. argentarius in princip. ff. de edendo, in casu nostro præsupponitur, quòd liber iste sit confectus a deputatis omnibus, de quorum communi consensu redactæ sunt istæ consuetudines ad perpetuam rei memoriam, quare ei credendum erit, cum vsus publicus illum approbasset, argum. §. ex non scripto, Instit. de iure nat. gent. & ciu.

3 Tertiò, quia † libris mortuorum, seu eorum, qui longè a nostris temporibus defuncti sunt, maxima fides est adhibenda, Socc. consilio 187. incipit controuersia, versiculo malum etiam, in fin. in secunda parte, quia cum exempti fuerint ab omni odio, & maleuolentia nulla militat ratio illam detrahendi

4 ab illo scripto, libri † enim antiqui faciunt fidem plenam, Glos. in capitulo cum causam in verbo, per libros antiquos, de probationibus per illum textũ, qui satis hoc probat, Speculat. in titulo de probat. §. videndum, versic. cum per libros. Dicitur enim in dicto capit. quod per libros antiquos probantur

5 fines dioecesium, sicut in simili dicimus, quòd † libri

visitationum Episcopi, quoad visitationem personarum, sacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium visitantis. plenè probant, Caputaque decis. 158. par. secunda. Et negari non potest, quod si Ecclesia indigeret probatione alicuius consuetudinis patriæ, quòd illo libro vteretur, ergo ne sit in iudicijs disparitas contra legem primam, ff. vt quod quisque iuris in al. stat. ipse debeat uti eo, cum vulgatus, liber iste faciet fidem, etiam contra ecclesiam nō solum incidenter, sed etiam de directo, seu ex proposito, quia vt vulgariter dici solet, & receptum communiter est, scriptura semel producta in posterum, semper est effecta communis.

Quartò, obstat tex. in cap. cum dilectus, de fide instrument. vbi Papa consultus respondet super simili, quòd si consuetudo illius patriæ approbata obtineat, vt instrumentis illius Regis fides adhibeatur, qui erat laicus, ille Episcopus sancti Andreæ, & Abb. de Broch. securè admittant, & sic videtur descriptus casus in terminis, in quibus isti libro veniat credendum.

6 Quod confirmatur, quia † sicut Abb. ibidem arguit, sicut instrumentum notarij confectum intra territorium constituentis, facit fidem extra territorium, vt not. Bart. in l. cunctos populos, C. de summa Trin. & fide cath. & quia † circa solemnitatem

7 actus, inspicitur sola consuetudo loci, vbi actus gestus est, l. 1. C. de mancip. libet. & not. in cap. venerabilem qui filij sint legit. ita satis est istum notarium, qui librum istum confecit, pro tali haberi, fide digno, ac legali, nec curandum an fecerit super temporalibus, vel spiritualib. Abb. ibid.

8 Quintò, quia † scriptura, vt sit authentica, sufficit, quod de cōsuetudine ei stetur, Castr. in l. quędam person.æ, §. nummularios, num. 2. ff. de edendo. & cum sit consuetudo quod tali libro consuetudinum stetur, non videtur dubitandum.

Quibus, atque similibus non obstantibus contra

9 rium iudico verius: & præmitto, quòd † licet quædam scripturæ in se contineant veritatem, tamen nō ex hoc sequitur, quòd probent in iudicio, & hoc propter defectum aliquarum solemnitatum, incompetentiæ iudicis, aut aliorum. quia probatio est actus iuridicus, & contentiosæ iurisdictionis, non voluntariæ. Quod patet, siue probatio fiat per testes, seu per iura, seu per confessionem.

10 De primo patet, quia † testes examinati a Iudice incompetenti, vel a non habente iurisdictionem nihil probant per textum in l. fin. & ibi Doctores, C. de testam. vt non sufficiat si examinati fuerint coram honesta persona, Bald. in d. l. fin. numero 3. per l. 3. ff. eodem, vbi singulariter decidit, quod testes examinati per syndicos villarum super inquisitione maleficiorum nullam fidem faciunt iudici, facit tex. in cap. primo, extra de test. cog. in verbo coram præfatis iudicibus, per totum, l. si pater, C. ne de stat. def. Alexan. in l. si per errorem, ff. de iurisd. omnium iudicum, Specul. in titulo de test. §. primo, numero 27. Glos. in cap. cum causam, eodem tit. Doctor. in l. cos. ff. de fals. Boer. decis. 108. per totum, & est cōmunis opin. de qua testatur, Viu. lib. 3. communium opin. opin. 902.

11 De secundo patet, quia † instrumenta, & iura omnia sunt edenda in iudicio competenti, & valido, l. prima, §. edenda, ff. de edendo. & per consequens, probatio ex illis erit actus iuridicus, quia extra h. l. & produci debent parte semper citata coram Iudice competenti, aliàs non probant per reg. l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Bald. in l. si quando, C. de test. Felyn. in cap. 2. num. 31. eod. Rot. decis. 19. de fide instrum. in nou.

12 De tertio quoque patet, quia † confessio facta in iudicio habet vim sententiæ, l. prima, C. de confess. ibi Doctor. quod secus est de extraiudiciali, quæ non præiudicat, Glo. & ibi omnes scribentes, in capit. de hoc extra de sim. tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, in cap. si cautio, de fide instrum. Felyn. in cap.

13 olim, num. 2. extra de rescript. Imò confessio † facta in iudicio nullo, ratione incompetentiæ iurisdictionis non valet Capyc. decis. 179. cum pluribus per eum, licet confessio verè non sit probatio, sed releuatio ab onere probandi, Ioan. in c. hoc de elect. in nou. & in Rubr. de probat. in nouell. quæst. vlt. Castr. cons. 173. Bald. in c. 1. §. sacramentum de con suet. recup. feudi, Alexand. in l. eum qui io ff. princip. ff. de iureiur. & in l. publia, §. 1. ff. depos. Bal. in Rub. de probat. cum alijs.

14 Ex quibus sequitur, quòd † cum probatio, quæ est rei dubiæ in iudicio legitimè facta declaratio, sit actus iuridicus: & facta coram incompetenti iudice nullius sit roboris, vt ex præmissis: & per consequēs liber ille non potest præiudicare ecclesię, cum fuerit confectus a laico, qui nullam iurisdictionem habet in ecclesiasticis, cap. ecclesia sanctę Mariæ, & ibi Doctor. omnes, extra de constit. & hoc neque directè, neque indirectè,

15 Quia † probationes debent recipi coram suo iudice, l. quinquaginta in fi. ff. de probat. c. in nostra, de

16 restib. Nec obst. q † credatur scripturis registratis in libris officij Gubernatoris, veluti scripturę Archiuij publici iuxta Auth. ad hæc, C. de fid. instrum. & in c. ad audientiam, & ibi Gl. in verbo censuales extra de præscript. & not. Bar. in Auth. & si contractus, C. de fid. instrum. Et quod credendum sit scripturis extractis, seu repertis in Archiuo, seu in scrinio Principis ad dec. Pedem. & ibi deducta 69. num. 5.

Quia Respōd. ex Bal. in l. exemplo, C. de probat.

17 sequitur Alex. in 1. vol. cons. 138. nu. 5. quòd † tales scripturæ faciunt fidem solùm infra territorium illius ciuitatis, arg. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. contrari marū de cōsti. in 6. vel dato q habeerent vires extra territorium, in secundum Bal. in d. l. exemplo, non faceret fidem, nisi contra illum, qui esset subditus ratione contractus, vel aliqua occasione, Dato et quod cōsuetudo, vel pari rōne statutum illius ciuitatis disponeret expressè, q talib. scripturis esset adhibenda fides secundum eum. idem voluit Io. Andr. in addit. Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc dicendum, in ad dit. magna, incipit, Qui de argentario, & Anton. de

18 Butr. in c. 2. de fid. instrum. vbi dicunt, q † scriptura non authentica, recondita per Officiales in Archiuo publico tamquàm publica, qualis vt liber iste, fidem facit, ut in d. c. ad audientiam. Et idem dicit, qn̄ scriptura lōgi temporis esset obseruata pro publica, l. 1. in fi. & l. quod Principis, ff. de aq. pluu. arc. tn̄ secundum eū ista procedunt solum quoad illos, qui subiecti sunt iurisd. illorum, quorum authoritate custodiū tur, & idem tenuit Bal. in Rubr. C. de fid. instrum.

Erest

19 Et est communis conclusio, quòd † statutum disponens de effectu probationum etiam circa decisoria non ligat nisi subditos ratione contractus, vel alia ratione, vt not. plenè Ioan. Cald. in disputat. sua incipit, Bonon. statuto refert Bald. post Cyn. in l. 1. ad fin. C. quæ sit longa consuet. & in l. cunctos populos, C. de summa Trin. & in c. quod clericis, de foro compet. Alex. in præd. consil.

Neque applicari potest casui nostro, quod dicitur de scrinio Principis, aut registro Apostolico, quia hæc sunt coarctata ad tales locos, c. ad audientiam, & cap. ex litteris, §. nos igitur, extra de præscription.

20 quia † Princeps præsumitur habere apud se viros doctos, & legales, quod non extenditur ad quamlibet communitatem, cap. ad audientiam de rescript. cum vulgatis.

Nec est bona æquiparatio illa, quæ fit in simili materia inter clericos, & forenses in hac materia ad effectum, de quo agitur, quia nō est absurdum, quod clerici gaudeant beneficijs statutorum populi, licet non supportent onera: quia sufficit, quòd subeant onera spiritualia, & sic non sunt similes omnino forensibus, a quibus laici nullum habent subsidium, Felyn. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ, num. 81. & sic neque videtur validum argum. quòd sicut instrumentum tale probat contra subditum extra territorium, ita & contra clericum.

Et cum hac consideratione, & limitatione procedit doctrina Innoc. in cap. 1. de procurat. vbi dicit,

21 quòd † gesta si sunt benè custodita, & inueniantur in Archiuis authenticarum personarum, puta eorum, qui habent potestatem authenticas scripturas faciendi, fidem faciunt, refert, & sequitur, Affl. decis.

22 303. quia † hæc doctrina procedit indistinctè contra laicos, & ita obseruatur in praxi. Amplius gesta in ciuitate Augustana, vel Hipporegiensi authenticata manu notarij publici, & approbati, fidem faciunt etiam Romæ contra Romanum, & contra clericos in publicis, atque communibus, in quibus statuto laicorum ligatur, sed non in præiudicium ecclesiæ. & ita poterit recipi doctrina Abb. in c. sicut te, nu. 12. ne cler. vel Monachi.

23 Secundo principaliter argui potest, quia † duo operantur, vt credatur publico instrumento, videlicet Præstatio iuramenti, c. ad audientiam, de præscr. in fi. & Iudicialis authoritas, a qua tabellio hanc potestatem accipit. Auth. de tabell. §. 1. & C. de tabell. l. 3. lib. 10. quorum secundum in casu nostro deficit.

24 Tertio quia † sicut dictum testis authoritate Iudicis laici in causa ecclesiastica recepti fidem nō habet in causa ecclesiæ, licet in se forsan sit verum, cap. at si clerici, de Iudic. sic in instrumento tabellionis authoritate superioris sæcularis constituti dictum non ligat. Sicut enim in teste non potest specialiter imperator hoc demandare, ita nec generaliter, vt contingit in casu isto, arg. tex. in c. tua, extra de decimis.

Quartò, quia si non attenderetur ista authoritas, & competentiam Iudicis in conficiendis publicis scripturis, compulsoriæ inutiles essent, ne dicamus, quod maior authoritas requiratur in exemplo, quàm in exemplato. quia idem notarius, qui confecit instrumentum originale, posset facere exemplum sine alia solemnitate requisita.

25 Et tamen † nisi obtineantur parte citata, & cum authoritate Iudicis cōpetentis nulla fides illis adhibetur, Auth. si quis in aliquo, vbi interpretes, C. de edē. Alex. consil. 6. col. vlt. lib. 4. Guidop. dec. 471. Sed autem Iudicis recognitum probat, Doct. in c. vlt. de fide instrum. sicut seruatur in praxi, quòd si lis sit Romæ in Rota super negocio etiam profano; expediuntur compulsoriales etiam ad iudicem Hipporegiensem etiam laicum pro illis extrahendis, de quib. per Vestr. lib. 6. c. 1. sue praxis.

Non obstat argum. Card. in d. c. sicut te, contrariū opinantis, videlicet, quod conficere instrumenta non sit potestatis, seu iurisdictionis, sed officij, seu authoritatis, & facultatis, c. ad audientiam, de præscr. c. illud de præsumpt. Et quod quatenus sit iurisdictionis, sit iurisdictionis voluntariæ, non contentiosæ, quæ potest exerceri et in non subditum consentientem, c. per venerabilem extra qui filij sint legitimi.

Quia respondetur, quia dato, & non concesso, quod conficere authenticas scripturas sit iurisdictionis voluntariæ, & non contentiosæ, non infertur ex hoc, quod possit exerceri et in non subditum consentientem clericum. Quia discrimē est in hoc casu inter clericum,

26 & laicum, quia † iste passim pōt consentire, ille non pōt in præiudicium ordinis clericalis, cum pacto priuatorum iuri publico minimè possit derogari, c. si diligenti, de foro compet. cuius fori prærogatiua sibi competit de iure diuino, c. si imperator, 96. dist. fusè idem Card. in repet. c. perpendimus de sent. exc. Et ex hoc dico, quod quæ iurisdictionis voluntariæ sūt, licet possint exerceri in non subditum consentientē, non tñ sequitur ergo in clericum, puta non subditū ratione fori, sed benè in non subditum ratione iurisdi-

27 ctionis ad territorium limitatæ. nam † extensio, & prorogatio iurisdictionis in istis potest fieri ex sola voluntate partium non sic ubi adest incapacitas personæ iudicantis, ad cap. Massana, extra de electione.

28 Nam sicut videmus, quòd † vasallus in causa feudi, non potest præiudicare domino habenti directum dominium, trahens collitigantem secum ad alium Iudicem. Gl. sing. in c. imperialem, §. Præterea vltimo, & gl. 1. de prohib. feud. alien. per Federic. & Bartol. in l. 1. § & post operis, ad fin. de operis nou. nūc, Alex. & Bar. in l. 1. ff. de iudic. Bal. in l. decernimus, C. de sacros. eccl. & in l. 1. uers. & unum scias, C. si a non compet. iud. & in l. si quis in conscribendo, C. de Episc. & cler. & si obtineant, aliter repellitur per exceptionem nullitatis, Paul. de Cast. in d. §. & post operis, ita neque minus per cler. potest prorogari iurisdictio laici, c. significasti, & c. si diligenti, de foro compet. & in Auth. statuimus, C. de Episc. & cler. Gl. 1. & Doct. in l. 1. ff. de iudic. Et sicut vasallus non potest constituere seruitutem in præiudicium domini Bal. in c. 1. §. quid ergo in 1. not. de re alien. fact. & in l. in prouinciali, C. de seruit. ita neq; clericus in præiudicium priuilegij concessi ratione, & intuitu non personæ, sed totius ordinis, Bart. in Auth. quas actiones, C. de Episc. & cler.

Et ex his soluitur primum argumentum Abbatis

29 in d. cap. sicut te, num. 13. uidelicet quod † notarius constitutus a Principe possit conficere instrumentū de eon sensu partium, etiam in alieno territorio, Bar. in l. 2. ff. de offic. Proc. & in l. cunctos populos, C. de summa Trin. uel quòd et si per statuum constitutus sit, ex Bald. ibid. quia officium Notariatus non

habet iurisdictionem annexam, sed est quoddam of-
ficium, & tale officium, quod sine iurisdictione po-
test exerceri sine distinctione territorij, argum. in l.
30 quaero. ff. de iu. lut. quia Respondetur negando conse
quentiam ab extensione territorij ad extensionem
contra priuilegium clericorum.

Neque obstat, quòd istud sit officium seculare, &
non clericale: ergo recurrendum est ad ipsos laicos,
sicut ad seruos publicos argum. tex. in l. repetita. &
quod ibi not. §. de epis. & cler.

Quia respondetur, quòd in laico deficit authori-
tas in spiritualibus, cui non obstat, quòd officium
suum non expediatur per viam auctoritatis, seu iu-
risdictionis, sed potius per viam cuiusdam faculta-
tis, & officij, quod obtinet a Principe habente pote-
statem. Et quod hoc officium non exerceatur cõtra
31 nolẽtes, sed contra voluntarios. Quia † dico, ꝙ hanc
authoritatem debet hr̃e a Principe, habente potesta-
tem in spiritualibus, in quibus Imperator censetur
persona priuata, arg. l. 3. ff. de off. praesid.

Cui non obstat, si dicatur, quòd notarius creatus
authoritate Apostolica, habeat facultatem ab haben
te potestatem in spiritualibus, Quia Respondetur,
quòd hoc est extra casum. nam praesupponimus, ꝙ
ille liber sit confectus a simplici laico nullam a Pa-
32 pa habente potestatem. nam † in tali casu ex destina
tione seruitij largo modo ille posset dici clericus, ad
c. duo sunt 12. q. 1.

Neque ista praeiudicialia veniunt in generali con
cessione, sed indigẽt speciali expressione a Principe.

Neque obstat text. in c. quamquàm de vsur. in 6.
vbi in causa ecclesiastica seruus publicus, & sic nota
rius stipulatur.

33 Quia dico, quòd † quando laicus stipulatur in
causa ecclesiae, de mandato superioris ecclesiastici vt
in casu d. c. quamquam, ibi. de ipsius ordinarij man-
dato, non venit in consideratione factum laici, sed fa
34 ctum clerici, s. superioris. Et est simile, qñ † Papa
committit laico, ꝙ possit excommunicare quod est
merè ecclesiasticum, Abb. in c. ab excommunicato,
num. 6. & ibi Canonistae, extra de rescr. gl. in c. bene
quidem, 32. d. & ob id gl. in verbo mandato in d. c.
35 quamquam, dicit, ꝙ † in casu illius constitutionis
tabellio nõ acquirit actionem extraneo ex sua stipu
latione, nisi eam faciat de ordinarij mandato.

36 Sed benè opinor, quòd † scripturae similes reper-
tae in archiuo laicorum sunt similes illis, quae repe-
riuntur in lapide monumentorum, quae licet plenã
fidem non faciant, tamẽ faciunt rem notoriam, Bal.
in l. Monumentorum, C. de relig. & sumptib. fun.
Guidop. dec. 182. num. 4.

Ad primum arg. in contrarium respondetur, ꝙ li-
bris mercatorum nostri temporis nec de iure, nec de
consuetud. fides adhibetur in his, q̃ pro ipsis merca-
torib. faciunt, & scripta sunt. sed quicquid sit, totũ il
lud arg. procedit contra laicũ, & non contra clericũ.

37 Ad secundum dico, ꝙ † si usus uniuersi populi ap
probauit d. librum, ita ut conueniretur ẽt clerici,
talis liber probat, quia appellatione populi venit cle
rus, pr̃tim in fauorabilib. Card. in clem. in plerisq;
de elect. & in clem. 1. 3. q. de immun. eccl. & sic pro-
babit in fauorabilib. ecclesiae non in damnum, quia
in fauorabilib. ecclesia põt vti hisce ad suum inten-
38 tum, nec aliquid laicus sibi acquirit, quia † ius per
eum transiens ad ecclesiam est sicut aqua transiens
per canale plumbeum. Sed in odiosis non facit, quia
in huiusmodi casib. ad huiusmodi approbationẽ ne-
cesse esset, ꝙ adessent plures actus facti ab ecclesia. s.
39 quod d. clerici usi fuissent d. libro, quia † vsus ex plu
rib. actibus consurgit, not. Doct. in §. ex non scripto,
Inst. de iure nat. gent. & ciu. quod negatur in facto,
40 neque valerent actus neutri, quia † per non vsum
numquam tollitur constitutio, vt fuit decisum in de
cis. 1. apud Puteum, lib. 1.

Sed quid si aliqñ d. libro ecclesia vsa fuisset, an si-
bi censeretur praeiudicatum in praesenti casu.

41 Et videretur dicendum, ꝙ sic. quia † scriptum est
quid indiuiduum, & liber est quid indiuiduum, arg.
l. si is qui, §. quaedam, ff. ad l. Falc. & ius ex eo resul-
tans indiuiduum est, vnde non posset pro parte acce
ptari, & pro parte impugnari, Castr. in d. l. quaedam
42 personę, in §. nummularios, vbi dicit, quod † si scri-
ptura continebat me vendidisse pro centum, & ego
accepto, & dico, quòd vendidi pro centum, & quin-
quaginta: certè non possum diuidere, sed debeo, vel
totã scripturam acceptare, vel totam recusare, l. pu-
43 blia in fi. ff. deposit. imò † productae cum protesta-
tione, quatenus faciant pro producente, & nõ aliter,
nocent, & probãt contra eum. Bal. in l. 2. in vers. et
hoc pono, C. vt quae desunt aduoc. &c.

Dico tñ non esse inconueniens. quod ecclesia illo
libro vtatur quatenus in sui fauorẽ, quatenus vero
in sui damnum est, eundem non recipiat, sicut a simi
44 li clericus † vtitur statuto laicorum quatenus fauo-
rabili, & eodem non vtitur si contra se est, Abb. in c.
ecclesia sanctae Mariae, num. 37. de constitut. & ibi
Canonistae.

45 Neque obstat, quòd † quando consuetudo est pro
miscue inducta in loco tam per clericos, quàm per
laicos, ambos liget, vt per Butr. Inn. & alios citatos
per Felyn. in d. c. ecclesia sanctae Mariae, num. 81. in
vers. secundus casus est.

Quia aliud est loqui de consuetud. ad quam indu
cendã concurrunt nõ solum laici, sed ẽt clerici: & a-
liud de illo libro, confecto a laicis, qui poterant scri-
psisse aliquid in praeiudicium ecclesiae. Imò illo libro
aut aduersarij uti volunt propter verba enunciatiua
in illo contenta; aut quia liber ille aliquid praecipit
obseruari etiam a clericis in vim illarum consuetu-
46 dinum ibid. reductarum. Non primum quia † ver-
ba enunciatiua legis, vel statuti non disponunt glo.
in l. 1. C. quando non pet. par. Io. Andr. in c. inter di
lectos, de praeb. Cep. in Rub. de testam. in 6. Non se
cundũ, quia laicus non potest aliquid praecipere, nec
in damnum, nec in fauorem aut ecclesiarũ, aut eccle
47 siasticarum personarum. Fel. vbi sup. Imò † statuta
laicorum edita a laicis in fauorẽ ecclesiasticarũ per-
sonarum, aut ecclesiarum met non valent, nisi a Pa-
pa fuerint confirmata Abb. in d. c. ecclesia S. Mariae,
num. 4. cum allegatis per eum.

Ad tertium, quòd se fundat in antiquitate libri,
& in libris, & in scripturis defunctorum, dico, quòd
licet scriptura antiquorum librorum faciat fidem,
gl. in c. cum causam de probat. per tex. in cap. ad au-
48 dientiam, extra de praescript. dico, quòd † illa iura,
& quae similia in praesenti materia allegari solent,
semper loquuntur de libris, & scripturis ecclesiasti-
cis, & ecclesiasticarum personarum, non de laicorũ,

paret

patet in d.c.ad audientiam, ibi.& omnia iura, quæ ibi ſedes Apoſtolica habebat,& infra. Ad quod probandum inducebat prædicti Papæ priuilegium, & librum Eccleſiæ Rom.cenſualem.& infra. Nos igitur magis authoritatem Priuilegij,quam depoſitiones teſtium attendentes, cõſiderantes etiam librum cenſualem, quem non ſuſpectum habuimus, licet non in noſtra,ſed in Cardinalis ſancti Adriani Camera ſit inuentus,qui eum,quando camerarius fuerat, de camera beati Petri ſuſcepit eundem, ex qua conſtitutione Innocentij interpretari debet illa altera Honorij in d.c.cum cauſam,vt fiat ſermo non de libris laicorum,in quibus non ſcribuntur fines diœceſum(quæ res ad eos nõ ſpectat)ſed de libris eccleſiarum,in quibus,& numerus domorum parochianorum,& termini parochiarum deſignantur. Verba

49 † enim poſita in aliqua diſpoſitione ſemper regulatur ſecũdum naturam, & dignitatem eius,ad quem referuntur,l.plenum,§.equiti vſus, ff.de vſu, & habit.& ſic Butr.illum tex.intelligit dicens ibi, nu.2.

50 nota,quòd † in probandis finibus ſtatur libris antiquis, & ſic libris eccleſiæ in factis antiquatis datur fides,& Abb.in 2.gl. Quid enim ſi reperitur ſcriptũ in aliquo libro eccleſiæ domus talis, vel vinea debeat ſoluere centum ducat. quibus verbis ante cum viſus fuerit Hoſt. ibid.

Ad cap. cum dilectus, de fide inſtrumentorum dico,quòd libro Regis Papa mandat, vt credatur, attenta cõſuetudine illius regionis,in qua ob fidem

51 eius credebatur abſque alio requiſito.nam † conſuetudo eſt tantæ virtutis, vt dicit Hoſt.ibidem, quod & priuatæ ſcripturæ,cui aliàs non crederetur,efficacem virtutem probationis dat etiam mulieri,c.cum contingat de foro compet. Gl.ibid. in verbo approbata. Sed negamus,in facto, quod ſit conſuetudo iſtius eccleſiæ, vt credatur d. libro in eius præiudicium. nam conſuetudo venit, & conſurgit ex vſu diuturno ob vſu utẽtium comprobato,§.ex non ſcripto,Inſtit.de iure nat.g.& n. modo clerici illo libro vſi non ſunt.

52 Secundo dico,quòd ille tex. † continet caſum ſpecialem ob illius Regis prærogatiuam, vt patet in illis verbis,præſertim cum ſupradictus Rex tantæ fuerit honeſtatis,quòd ipſius inſtrumenta maximæ authoritatis ſint in partibus Scoticanis. notanda eſt di

53 ctio præſertim, † quæ licet includat vtrumque caſum,ſicut & illa dictio maximè.Gl.quæ incipit, Nõ ita,in l.illud,ff.ad l. Aquil.& Gl.in l.quod ſi minor, §. reſtitutio, ff.de min.tamen aliquando ponitur pro ſolummodo,& comprehendit caſum expreſſum tantum,cap.1.de exceptio. & ita interpretanda eſt hic, quia in facto non agebatur de fide omnium ſcripturarum, neque de ſcripturis omnium Regum, qui prius fuerant d.prouinciæ,ſed illius Regis tantum, quod denotat illa dictio illius.non dicit abſolutè Regis,& ſic continet caſum ſpecialem,deſignatum per dictionem illius.

Ad quintum patet ex prædictis, quia non poteſt dici conſuetudo vniuerſalis, niſi fuerit conſuetudo etiam reſpectu clericorum ab eiſdem aliàs obſeruata,& quod aliàs fuiſſet iudicatum in fauorem dictæ conſuetudinis,vt not. Bald. Aret. Nicas. & alij in d. §.ex non ſcripto.

Quare conſulo tali libro in præiudicium eccleſiæ non eſſe credendum, ſaluo meliori iudicio ſanius opinantis.

Ego Hieronymus Henricus I.V.D. ita conſulo.

CONSILIVM LVII.

SVMMARIVM.

1 *Participium reſoluitur in relatiuum, & in verbum præſentis temporis.*

2 *Quando per verbum volo fit ſermo de voluntate efficienda,& terminanda per alterum actum,tunc non diſponit,ſed enunciat.*

3 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*

4 *Donatio, quando dubium eſt, qualis fuerit, recurrendum eſt ad ſolemnitates adhibitas.*

5 *Actus immediatè ſubſequens declarat animum quo ad actus præcedentes.*

6 *Confeſſionem ſuam nemo poteſt diminuere, vel dimidiare.*

7 *Donatio remuneratoria exprimit in ſpecie, & in indiuiduo,non in genere ſeruitia habita.*

INuocato diuino numine. In inſtrumento donationis, de qua agitur factæ per Reuerẽdiſſimum Epiſcopum Nicoterenſem celebrato 14. Iunij 1586. in fauorem Herculis, & Ioã. Leonardi famulorum inter cætera, adſunt hæc verba ad propoſitum conſideranda.

Quapropter volens d.dominus Epiſcopus d.Io. Leonardum, & Herculem de dictis ſeruitijs remunerare, & ad hoc vt deinceps, & in futurum cum maiori animo, & amore eorum ſeruitia debeant proſequi d.dominus Epiſcopus decreuit ei donare ſingulis annis ſcuta 25.

Præſuppoſito quoque,quòd de dictis ſeruitijs breuis,& generalis relatio ante,& poſt facta fuiſſet, dico,quod iſta donatio reſpexit non tantum præterita, ſed etiam futura,& vtraque ſimul copulatiuè.Quod probatur primo, quoad ſeruitia præterita. Quia

1 † illud participium volens, quod eſt præſentis temporis,reſoluitur in relatiuum,& in verbum præſentis temporis,vt dicit Glo.in clem.1.in verbo dignitatibus de præb.not. Bart.in l.Centurio, ff.de vulg. & pup.& in l.1.ff.de cond.& dem.in fi.Alex.lib.2. conſ.124.num.6.& lib.1.conſ.119.num.3. ſed vbi

2 † per verbum volo fit ſermo de voluntate terminanda, & efficienda per alterum actum voluntatis,adiũcto altero verbo, tunc non diſponit,ſed enunciat, vt ſi dico volo eligere, non ſequitur, ergo eligo: volo renunciare beneficium,nõ ſequitur: ergo renuncio, ſed refertur ad alterum actum explicandum in futurum, Alex.lib.6.conſi.190.num.32. Bart.in l.apud Aufidium, de opt.legat. quod potiſſimum procedit in contractibus inter viuos Card.in clem.1.de conſangu.& affin.in 20.qu.non ergo ſequitur quod per dicta verba remuneret, & per conſequens nõ poteſt trahi ad præterita ſola ex vi verbi remunero. vnò

funt attendéda illa alia verba. Et ad hoc ut deinde attendenda illa alia verba. Et ad hoc vt deinceps, & in futurum debeant eius seruitia prosequi. Vnde cũ de eodem anno recessertnt famuli a seruitijs Episcopi, uidetur quoque esse recessum ab obligatione ex parte promittentis. Ita ut præd. uerba unum habeāt sensum respicientem æqualiter ad seruitia præterita & futura, non ad præterita tantum.

Secundo, Episcopus ante celebratum donationis instrumentum soluit præd. famulis mercedem conuentam, vt dicunt testes examinati super articulis porrectis pro parte eiusdem Episcopi, quæ igitur ratio nos mouere debet vt iudicemus illam donationem fuisse ob seruitia iam præstita, cùm & de illis famulis singulis mensibus fuerit satisfactum, & ne-
3 mo † præsumatur iactare suum, l. Campanus, ff. de oper. libert. l. cum de indebito in fin. ff. de probationibus?

Tertio, quia postquā dubitamus de natura istius donationis, an fuerit remuneratoria, an conditionalis, vel sub conditione resolutiua obseruanda est utique dispositio, l. quæritur, ff. de statu hominum, &
4 † uidendum nobis est, in quam partem magis inclinet, recurramus ad circumstantias adhibitas, in solennitate illius spreta proprietate uerborum, ut dicit Corn. consil. 26 1. num. 9. lib. 4. nam in dubijs locus est coniecturis, l. continuus, §. stipulatus, & ibi Gl, in uerbo nullus, ff. de uerb. oblig. Prima coniectura erit in casu nostro, quia Episcopus damnum sibi, nullam uero utilitatem parabat ex tali donatione, cum soluens mercedem conuentam satis sibi cęseat cautum, & famulis satisfactum. Secunda quia post dictum factum a famulis Episcopus statim donationem reuocauit, ut dicunt testes super 3. art. actus
5 † enim immediatè subsequens declarat animum quoad actus pręcedentes, Affl. dec. 319. sub num. 5. in uersalia coniectura est. Tertia, quia in reuocatione donationis expresserat Episcopus, quo animo talem donationem fecisset. Etenim actus, qui potest di uerso iure censeri, debet ab eodem declarari quo animo fuerit factus, Bart. in l. pro hærede, in princ. ff. de acquir. hæred. non ergo debet iste actus donationis operari ultra intentionem donantis, l. non omnis, & ibi Doct. ff. si certum petat. Quarta ratio est, quia d. famuli acceperunt pecuniam ab Episcopo in Banco mediante cedula Bancaria, & in quietantia declarauerunt sibimetipsis fuisse satisfactum pro mercede, pro donatione, & pro quocumque alio iure illis competenti. ex quo infertur eos præstitisse consensum reuocationi donationis, quia fatentur in omnibus sibi satisfactum; non enim amplius debet patere locus pœnitentiæ in præiudicium alterius, c. quod semel, de reg. iur. in 6. & quæ ibi not. Glo. & Dyn. & ipsi fatentur se recepisse cum tali conditione, ut in
6 processu fol. 253. non † ergo possunt talem confessionem diminuere, & dimidiare, sicut in simili dicit Castr. quod si ego in scriptura fateor me uendidisse rem pro centum, & ego accepto, & deinde subiungo, quòd uendidi pro centum, & quinquaginta, certè non possum diuidere, sed debeo, uel totam scriptu ram acceptare, uel totā recusare, ita ille in l. Publia,
7 in fi. ff. depositi. Quintò, quia † donatio remuneratoria exprimit in specie seruitia habita, & non contentatur generali quadam commemoratione, argu. tex. in l. Attilius Regulus, ff. de donationibus, ubi Attilius Regulus cōdescendit ad merita induidualiter ibi. Quia tu mecum semper fuisti, & ibi, quia tu me docuisti, & ratio est, quia donatio debet esse non ob omne meritum, sed ob meritum insigne, gl. in c. si quis 12. q. 2. Alex. consil. 55. lib. 1. quod cessat in casu nostro, nisi probetur, Bald. in l. si donatione, C. de collat. Quibus accedit, quòd dominus Episcopus uoluit ad dictam donationem accedere eius fratres germanos, ita ut illi magis cauti libentius in futurum præstituri forent seruitia illa, quibus indigebat. Et ita ego consulerem saluo semper omni meliori iudicio rectius iudicantis.

Ego Hieronymus Henricus ita consului.

CONSILIVM LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio ferenda est propter delictum graue perpetratum: secus vero dicetur sine causa lata.*
2 *Obsordescentia includit contemptum, & contemptus longum temporis tractum.*
3 *Excommunicatio ferenda est ex zelo iustitiæ.*
4 *Sacrilegum dicitur committere clericus, qui in indicio Iudicis laici instat contra reum sanguinis.*
5 *Ecclesia non habet quid vltra excommunicationem faciat.*
6 *Excommunicationem triplex monitio præcedere debet.*
7 *Potest fieri vnica monitio in vim trium.*
8 *Debet fieri monitio vnica in vim trium in tria distincta temporum interualla.*
9 *Casus, in quo excommunicatio ferri potest sine monitione canonica præmissa.*
10 *Casus, in quo ob solam contumaciam excommunicatio ferri possit.*
11 *Datur triplex contumacia, videlicet maxima, media, & minima & quæ.*
12 *Contumacia non existente super peccato mortali, seu in peccato mortali, locus non est excommunicationi nec iuris, nec hominis.*
13 *Quæ contumacia in casu excommunicationis maioris ferendæ a Iudice consideranda sit.*
14 *Excommunicatio imponitur ab ecclesia loco mortis naturalis.*
15 *Excommunicatio duo bona tollit, & vnum supponit ablatum.*
16 *Vbi executio realis, vel personalis, fieri potest a censuris est abstinendum.*
17 *Actus factus contra legem, quando censendus sit ipso iure nullus.*
18 *Intellectus ad tex. in c. constit. de sent. excom. in 6.*
19 *Iudex non potest peruertere ordinem a se præfixum in procedendo.*
20 *Excommunicatio est maxima pœnarum.*
21 *In alternatiuis pœnis, quando electio sit Iudicis.*
22 *In electione pœnarum facienda per iudicem, requiritur partis citatio.*
23 *Aggrauandus, & reggrauandus personaliter citandus est semel, vel per tres citationes domi dimissa copia.*
24 *Excommunicatio, nulla non ligat.*

EPiscopus Host. præceperat
Palmorio sub pœna excom-
municationis latæ sententiæ,
vt infra illũ diem exponetẽ
filium eodem die natum ba-
ptismari ecclesiæ Matrici, seu
Cathedrali, non autem Paro
chiali, & adiunxit etiam pœ
nam ducentorum ducatorum. aduesperscente autẽ
illa eadem die post 24. horas pulsatas cum præce-
pto non obtemperasset, illum excommunicauit, &
cõdemnauit in illis 200. fui consultus scribere, quid
sentirem, & dixi excommunicationem illam fuisse
nullam, & dato quòd esset de ea habenda ratio, in-
iustissimam. Et retrogradè.

Fuit præd. sententia iniusta triplici ex capite videlicet
1 ex causa, ex animo, & ex ordine. Ex causa quia † si-
ne causa sufficienti videlicet sine delicto graui, & si
ne obsordescentia. Docto. in c. sacro. de sent. excom.
per illum tex. S. Thom. in 4. sententiarum d. 18. Vn
de excommunicatio non pro quolibet mortali feren
da est, sed pro solo grauissimo adiuncta contumacia.
S. Anton. io tract. de excommunicat. cap. 63. nu. 1.
Couar. in 1. par. relect. suarum. §. septimo, num. 6. In
casu nostro in vno solo die non potest esse obsorde-
2 scentia, † quia obsordescentia in se includit con-
temptum, & contemptus longum tempus, iuxta il-
lud vulgatum, Impius cum in profundum peccato-
rum venerit, contemnit. Eccles. 18. habet enim tra-
ctum successiuum vt not. Couar. vbi supra sicut nec
delictum esse potuit io non faciendo baptizari pue-
rum in illa die, cum ex sacris Canonibus non arcta
retur ad primam diem. Et licet. S. Thom. in 3. par.
sum. q. 68. art. 3. in c. dicat quod si pueri sunt bapti-
zandi, non est differendum baptisma. Primo, quia
non expectatur in eis maior instructio, aut plenior
conuersio. Secundò propter periculum mortis, quia
non potest eis alio remedio subueniri nisi propter sa
cramentum baptismi. Nihilominus non dicit ea
die, qua natus est, baptizandum; licet tenera multũ
immorandum minimè sit. arg. tex. in cap. placuit vt
quicumque de consecrat. dist. 4. faciendo cum in il-
lis verbis. Placuit vt quicumque paruulos recco-
tes ab vteris matrum baptizandos negat, & cetera,
anathema sit. Quæ verba inferre videntur post na-
tiuitatem pueri, non multum esse differendum in
eius baptismate.

Et infans non ægrotabat, ut de ipsius vita dubitandum
fuisset, erat ortus ex parentibus Nobilibus, atque ca
tholicis, & in ciuitate Catholica sub Rege Catholi-
co, ita ut cesset omnis suspicio. facit etiam petita li-
centia ab eodem ordinario, ut ab amico Parocho ba
ptizari liceret, & a Metropolitano. Immo cum si-
ne rationabili causa processerit, ut ex prædictis ap-
paret; sequitur, quòd inciderit in pœnam cõstitutio-
nis, de qua in cap. nemo 2. quæst. 1. concordat Glo. in
d. cap. sacro.

3 Ex animo, quia † non ex zelo iustitiæ, sed indi-
gnationis, & inuidiæ, & odij promulgata est, iuxta
tex. in c. illa. 11. q. 3. & c. 1. de sent. exc. in 6. Quòd
odio, patet ex eius literis directis ad S. Congrega-
tionem vocantibus Palmerium capitalem inimicũ,
& quòd de insidijs eiusdem timet. Secundo fecit exa
minari testes corã se, ut faceret eos deponere quic-
quid vellet, ut in processu fol. 8. & sic fecit ad vin-
dictam. Auaritia quoque, & indignatione uidetur
motus. auaritia, quia fecit listam computum 300.
ducatorũ, & vltra, cuius copia datur, quæ petijt pro
absolutione impartienda. quas expensas patet esse
falsas. Primo ex eius aspectu. Secundo ex taxatione
subsequuta, quia fuerunt taxatæ solũ in scutis duo-
decim, ut in processu fol. 113. Tertio quia d. Episco
pus ab ista taxatione appellauit, vt per appellationẽ
videatur voluisse omnino uindicare sibi prætensam
pecuniarum summam. Quarto quia examinari fe-
cit 60. testes super uno articulo, super quo meus prin
cipalis nec opposuit, nec dubitauit, cum duo, vel ad
plus quatuor sufficissent l. vbi numerus, ff. de testib.
c. omnium; de testibus. Indignatione, quia ut ipse
asserit exposuit querelam coram Domino pro rege,
vt Palmerius castigaretur falsò asserens sibi obie-
ctum libellum famosum, quæ fuit simplex protesta
tio, & humillima petitio pro baptismo, quæ est in
processu fol. 4. Quod delictum si fuisset verum cũ
ex eo veniret pœna sanguinis imponenda; instare in
laicorum iudicio contra eundem erat sacrilegium,
4 & contra sacros Canones. Nam reos † sanguinis
defendere debet ecclesia non persequi, ut dicit San-
ctus Gregorius in c. reos. 23. q. 2. Et acerrimè venit
coercendus; quia etiam fatetur huiusmodi negociũ
supposuisse laicorum iurisdictioni. dum in processu
fol. 110. fatetur expendisse ducatos triginta pro Ad-
uocatis, & Procuratore, qui hanc causam coram d.
Prorege egerunt. nec debebat ab excommunicatio-
5 ne in persequutionem prosilire, cum † ecclesia vltra
excommunicationem non habeat, quid vltra faciat
c. cum non ab homine de iudicijs. Bal. in Auth. itẽ
nulla. C. de episcopis, & cler. cap. conquestus. & ibi
Doct. de for. compet. clem. cum sit d. in. Bar. in l. cũ-
ctos populos. 8 q. C. de summa trin. & fide catholi.
non ergo fecit Pastoris officium.

6 Ex ordine, quia † excommunicauit sine aliqua
monitione præmissa. Et tamen debuit præcedere
triplex monitio, per distincta præcedere interualla,
seu vnica pro trina monitione. Regulariter debet
7 esse trina, sed hodie † iudices solent abbreuiare, &
facere vnicam in vim trium cap. constitutionem. de
8 sent. exc. in 6. sed quomodo fiat, debet † ferri in
tria distincta temporum interualla. Glo. ibid. in ver
bo vna pro omnibus. Couar. fusè declarat in 1. par.
relect. suarum, §. nono, num. 5. Ita vt dicit Io. Andr.
in d. c. constitutionem, num. 2. debet habere dies ex-
pressos, nisi aliud necessitas uoluerit expedire. Epi-
scopus in casu nostro licet dedisset terminum unius
diei, illum non seruauit, quia eodem die fulmina-
uit; & sic idem est, ac si terminum non dedisset per
regulam vulgatam, dies termini non computatur in
termino. Dies enim quo ad citati comparitionem
intelligitur vsque ad mediam noctem Glo. Bart. &
Alexan. in l. More Romano. ff. de ferijs. & ita ser-
uatur in vrbe.

Ind ex hoc capite primo loco dicitur nulla, quia licet
detur casus, in quo excommunicatio valere possit,
& valeat sine monitione canonica præmissa, uideli-
9 cet vbicumque † ius fulminat excommunicationẽ
propter delictum, nam tunc iudex potest delinquen
tem excommunicare sine alia admonitione, quasi
quòd iudex in tali casu nihil noui videatur addere
Abb.

Abb. in c. reprehensibilis, num. 6. de appell. tamen
in casu nostro hoc fieri non potuit, quia delictum
non interuenit, imò debebat esse delictum non om-
ne, sed graue, vt dicunt Doct. in d. c. facto. Couarr. in
1. par. relect. sup. cap. §. nono, num. 5. Quòd si dica-
tur satis interuenisse delictum, quia Palmerius fuit
contumax, & inobediens, & sola contumacia pecca-
tum mortale est, iuxta illud Apostoli Pauli ad He-
bræos vlt. obedite Præpositis vestris, & subiacete
eis, & illud Domini, secundo facit tex. in c. omnis a-
nima de censibus. Qui vos audit, me audit, & ad
Rom. n. 13. Qui potestati resistunt, ipsi sibi damna-
10 tionem acquirunt. & † sola contumacia in hoc casu
peccatum sit mortale, S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 1. ita
vt ferri possit excommunicatio, vt dicunt Doctores
præsertim Innoc. in c. ex parte, de verb. signif. & sola
contumacia iustificat excommunicationem, 11. q. 3.
cap. certum.

Tamen dico esse considerandum in hac materia,
11 quòd † datur triplex contumacia. Maxima, & est
quando Reus nuntio dicit se venire nolle, vt in casu
nostro, si Palmerius respondisset se nolle exponere
filium baptismati. Media, si nihil dicat. Minima, si
reus non reperiatur, vel latitet, vt egregiè dicit, Bal.
in l. ea quæ, C. quomodo, & quando Iudex. In pri-
ma, contumax sine aliqua alia monitione excommu
nicari, & mulctari potest, Innoc. in c. ex parte, nu. 4.
de verb. signif. Secunda, contumacia sola personæ
expositione purgatur, per tex. in l. 1. C. de requir. reis.
In tertia nullus punibilis est, si ad eius notitiam nõ
peruenit, vel peruenisse non probetur. In casu no-
stro non fuit prima, sed secunda, & in illa dicendum
est, quod & si contumacia sit ex se peccatum morta-
12 le, vt supra dictum est: tamen quia † illa contuma-
cia non fuit super peccato mortali, seu in peccato
mortali, non erat locus excommunicationi, nec iu-
ris, nec hominis, S. Thom. in 4. dist. 18. S. Antonin.
in tract. de excomm. cap. 63. num. 1. imò contuma-
13 cia † a bono pastore in hoc casu talis debet haberi
in consideratione, qualis est, quando quis sit incorri-
gibilis, vt dicit tex. in c. nemo 2. q. 1. Et ratio est, quia
14 † excommunicatio imponitur ab ecclesia loco mor-
tis naturalis, Innoc. in cap. qualiter, & quando, §. ad
corrigendos de iudic. & ibi Felyn. S. Thom. 22. q.
99. artic. vlt. l. hi qui sanctam, C. de Apostatis, facit
tex. in c. nemo, 11. q. 3. & sicut pœna mortis natura
lis a lege non fertur, nisi pro grauissimo delicto, vt
patet cuilibet Iurisperito, ita nec excommunicatio.
debet ferri nisi in casu, quo aliud fieri nequeat. Imò
15 † excommunicatio si rectè attendatur, plus est, quã
pœna mortis, quia tollit duo bona, & alterum abla-
tum præsupponit, tollit communionem fidelium in
orando, & simul conueniendo, c. sicut, 11. q. 3. & suf
fragia fidelium: Et supponit ablatam sanctorum
communionem Caiet. in tract. de excommun. q. vlt.
quæ si rectè considerentur, plus est quàm mori. Pro
mortuis oramus: sed pro excommunicato non orat
ecclesia. Pro infideli in Parasceue orat ecclesia, sed
pro excommunicato non orat. Bern. Caiet. in q. vn.
de sent. excomm. Imò est peccatum mortale orare
pro excommunicato, S. Thom. quol. 11. artic. 9. licet
non oratione priuata. Idem in 4. dist. 18. q. 2. art. 1.
q. 1. Nauarr. de cens. eccles. cap. 27. num. 36. vel vt
Deus illum conuertat, ibid. Ex quo fit, quòd sacra
Congregatio Illustrissimorum Cardinalium super
Episcopis solet arcere ab huiusmodi potestate Epi-
scopos nimis celeres ad excommunicandum, aut in
consulto excommunicantes.

16 Secundò dicitur nulla, quia vbi † executio realis
vel personalis fieri poterit, a censuris est abstinendũ:
sed quando executioni locus esse non potest, eo casu
potest ferri excommunicatio, bina saltem monitione
præmissa, ita iubet Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de re-
format. Modo Episcopus cum posset facere execu-
tionem realem, & personalem, eandem non fecit
nec minus vsus est bina monitione, sed vnica, & sic
excommunicatio non seruata prædicta forma debet
esse nulla. Nec valet si dicatur, valida est excommu
nicatio, quia non ob id Concilium Tridentinum an
17 nullat d. excommunicationem: Dico, quòd † leges
vel procedunt annullando actum, si aliter fuerit fa-
ctus, quàm præcipitur, & in hoc casu non est dubiũ
quod talis actus nullus est, potest dari exemplum in
l. iurisgentium, §. Prætor ait, ff. de pactis. Vel leges
non procedunt annullando, sed edicendo, vel præci-
piendo, vel consulendo, & tũc quod secus, l. factum
est, non erit ipso iure nullum, vt sunt leges iubentes
super solemnitatibus libellorum, dilationibus, re-
scriptis iustitiæ, & similes, l. cum prolatis, ff. de re iu
dic. Vel leges procedunt dando formam in procedẽ-
do, & tunc dico, quòd illa forma non seruata, actus
ille nullus est ipso iure, adest exemplum in l. 1. & in
l. statutis, C. de sent. ex breuic. recit. quia clarum est,
quod sit ipso iure nullum, quod fit contra legem, vel
directè, vel indirectè, l. non dubium, C. de legib. l. si
expressum, ff. de appell. tanto magis cum Cõcilium
ibi prohibeat, ut sonant illa verba, a Censuris etiã
abstinendum. & deinde dat formam in procedẽdo,
ibi, eo casu potest ferri excommunicatio, bina saltem
monitione præmissa, quibus monitionibus vsus nõ
est. Nec valet si dicatur, textum dic. constitutionem
limitat se in monitionibus ut omitti possint, si aliud
Episcopo visum fuerit pro necessitate negocij, quod
18 agitur. Dico, quòd † hæc necessitas intelligitur de
periculo cõflictationis armorum, ut ibi gl. exponit,
& nihilominus in tali casu licet laudabile sit illam
minari, & dicere. Præcipio vobis, sub pœna excom-
municationis, quòd deponatis arma, ut not. ibi Ioã.
Andr. in fin. num. 3. tamen debet se abstinere, vel si
uoluerit prosilire in excommunicationem, illam
ferre debet in tres distinctos terminos, seu in tria
dierum distincta interualla; Couarruuias ubi su-
pra.

Tertio dicitur nulla, quia cum Episcopus admo-
nuisset fiendum baptismum sub pœna ducentorum
ducatorum, & in eius subsidium excommunicatio-
nis, non potuit ad hanc procedere non facta prius
perquisitione de pœna pecuniaria, quia sibi statuit
ordinem pœnarum in procedendo. Fortasse Palme-
rius contemnebat pœnam pecuniariam, non tamen
excommunicationem, si enim de illa sola fecisset
mentionem, utique obtemperasset, & sic videmus,
quòd Auditor Cameræ excommunicat in iuris sub
19 sidium: non † potuit ergo transire de una in aliam.
Menochide Arbitrar. iudic. lib. 1. q. 95. num. 2. Præ
sertim quando esset alternatiua inter leuem pecu-
niariam, & grauem, ut corporis afflictiuam. Satis
20 enim patet, quod † excommunicatio est maxima pœ
narum

natum in ecclesia Dei; & vedit loco mortis natu-
ralis imponitur. Innoc. in c. qualiter. §. ad corrigen-
dos de accusat. cum alijs supra citatis. Nec obstat, si
dicatur, quòd in alternatiuis poenis sit electio indi-
21 cis, quia † id non procedit, vbi poenæ pecuniariæ
est subrogata poena grauior, vel corporis afflictiua,
vt in casu nostro exemplificari potest de excommu-
nicatione, quæ fuit subrogata in iuris subsidiũ. Fel.
in c. inter cæteras, num. 6. in 7. aduertentia. de rescr.
22 Et † in omnem euentum in huiusmodi electione
requirebatur partis citatio, vt dicit idem, num. 14.
vers. demum scias. per Bal. in l. si fugitiui in fi. C. de
seru. fugi. vel seruandus erat ordo scripturæ; nam in
præd. casu excommunicatio successiuè post pecunia-
riam, videtur esse imposita. Dec. in c. inter cæteras,
num. 10. in 3. limit. ad rescr. per tex. in c. mandaro,
de præb. in 6.

Neque digna consideratione est reaggrauatio ab
eodem Episcopo facta, quia pars debuit de nouo
citari personaliter, vel per tres citationes domi di-
missa copia, ut voluit Rot. in nouis. decis. 7. in fin. de
23 sent. excom. tanto magis, quia † post inhibitionem
Metropolitani aggrauauit. Ex quibus omnibus se-
24 quitur, quòd † cum fuerit nulla, non ligauerit, ut
dicit Couar. in c. Alma mater, 1. p. §. 7. nu. 5. de sen.
excom. vbi testatur de communi. Nauar. in ca. cum
contingat, num. 3. de rescr. Et ita Sacra Congrega-
tio censuit die 3. Febr. 1597. immo iussit omnem pe
cuniam erogatam per Palmerium ei restitui per Epi
scopum.

Hyeronimus Henricus. V.I.D.

CONSILIVM LIX.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet iudex delegatus tenetur in processu, & in pri*
ma citatione inserere patentes litteras suæ iurisdi-
tionis: & vbi non procedat.
2 *Inter leuia reputatur, quòd citatus debeat obedire com*
parendo, aliàs efficiatur contumax.
3 *Commissio signata, & si subreptitia, tribuit iurisditio-*
nem, vt attentans statim debeat abstinere.
4 *Testium examinatorum coram non habente iurisditio-*
nem, & si honesta persona, depositio nullum habet
effectum.
5 *Testes inducti contra vnam personam non probant con*
tra alteram.
6 *Laicus non persequens suam, vel suorum iniuriam, non*
admittitur in testem contra Sacerdotem.
7 *Deponere coram iudice, actus iudiciarius est, & ob id*
die festo exerceri non potest.
8 *Testis promptè nimis respondentis fides deficere cen-*
setur.

FRater Aurelius asserens a fratre Archã
gelo denuntiatas fuisse non nulla cri-
mina contra fratres Innocentium, &
Augustinum sibi subditos, compilauit
processum, & iudicium contorsit con-
tra denunciantem per litteras non subditum. Ex
quo fui consultus super Illius validitate pro verita-
te, & dixi processum illum esse nullum. Nam aut
fecit, vt ordinarius, & hoc nequiuit, cum tunc tem-
poris ille minimè esset sub eius iurisditione, neque
post, nec ratione personæ, nec loci, nec causæ, nec do
micilij. Aut vt delegatus, & tunc dico nullibi con
1 stare de delegatione, cuius † patentes literas tenetur
quilibet delegatus inserere in processu, & in prima
citatione, vt dicit Lanfranc. de Oriano in c. quoniã
contra. de probat. Et est tex. expressus in l. 1. C. de
mandatis Principum c. cum in iure, & ibi Doct. de
off. delegat. Hæc propositio cum sit fundamentum
decisionis istius causæ, bonum est, vt examinetur.
Dico itaque propositionem esse verissimam in iure,
sed rarò vidi illam practicari, quia delegati dedignã
tur hoc facere, vel vt magis præpotentes se osten-
dant reis conuentis coram ipsis, & hoc prætextu ali
quarum limitationum, quas d. propositio patitur,
quæ potissimum sunt. Prima est quia procedit in iu
risditione delegata, quæ est odiosa, secus vero in iu-
risditione fauorabili. Potest dari exemplum in Col-
lectore spoliorum, cui videtur data iurisditio ad ob-
seruantiam Priuilegiorum Cameræ Apostolicæ.
Ias. cons. 145. in verbo item, & secundo. lib. 4. Se-
cunda est ut procedat in grauissimis, vel grauibus,
secus vero in leuibus Abb. in c. præterea. sub nu. 5.
vers. 1. casu. extra de dilat. Iaso. vbi supra. vers. tertio
2 respondetur. Et leuia † reputantur per Doctores,
quando agitur, vt citatus debuisset obedire comparẽ
do, & quod alias efficiatur contumax, ut declarat
Abb. in d. c. præterea. in vers. qui agitur de leui præ-
iudicio. num. 5. Iaso, vbi supra. & multo magis vbi
agitur ad effectum, ut quis debeat sustinere, quod
erat leuissimi præiudicij, quia debebat credere om-
ninò ad hunc effectum, vt est decis. Achil. 7. de at-
tentat. vbi ait, q. ad effectum, ut quis debeat obedire
3 inhibitioni, satis est, quòd † commissio sit signata,
& vigore illius inhibitum, quia ad hunc effectum
etiam si illa esset subreptitia tribuit iurisditionem, ut
attentans statim debuisset abstinere. Tertia est quia
non procedit, quando delegans, & delegatus sunt in
eodem loco. Grammat. decis. 36. num. 27. & cons.
54. num. 17. criminalium. Gabr. in tit. de probat. cõ-
clus. 3. in fi. Et licet Grammat. videatur loqui in co
casu, quando citatus est pariter in loco, in quo sunt
delegans, & delegatus; tamen sufficit, quòd citatus
distet modica distantia, nam tunc videretur esse qua
si in eodem loco. Abb. in d. c. præterea, num. 5. Iaso.
vbi supra vers. tertio respondetur. Quarta est nisi
subiecta materia sit talis, in qua sibi debeat credi, vt
si ille, qui ita asserit, id asserat, quia habeat generalẽ
facultatem in illa materia: secus vero si esset specia-
lis, & extrauagans commissio, vt not. omnes in d. c.
quod super his. de fid. instrum. præsertim Fel. nu. 8.
in casu nostro prima non suffragatur, quia non su-
mus in iurisditione fauorabili. sumus in grauibus,
in quibus agitur etiam de fide, & pariter de homici
dio, & sic nec secunda limitatio opitulatur. Nec ter-
tia, quia delegans longissimè distat a delegato, & ci-
tato. Quarta clarissimè obstet asserto delegato, quia
est inimicus fratris Archangeli, neque exercet ma-
gistratum, cui verisimiliter hoc soleat demandari,
præsertim in parem. & in eum, in quem soli Gene-
rales Priores solent, & possunt animaduertere. Er-
go tenebatur ostendere patentes literas suæ iurisdi-
tionis petenti eas, vel dicendum est eum nullam
habuisse

habuisse in Archang. iurisdictionem. *Si igitur* non habebat iurisdictionem aliquam, sequitur quòd testes ab eo examinati nihil probent per textum l. fin. & ibi Doct. C. de testib. Nec suffragatur Aurelio, ꝙ testes fuerit examinati coram honesta persona, quia
4 † si illa non est suffulta debita iurisdictione, eorum depositio nullum habet effectum, ita Bal. in d. l. fin. num. 3. per text. in l. 3. ff. eod. vbi exemplificat bene ad casum nostrum, quòd testes examinati per Syndicos villarum super inquisitione maleficiorum nul lam fidem faciunt iudici. facit tex. in c. 1. extra de testibus cogendis in verbo coram præfatis iudicibus. Et eorum dicto nullo modo est standum sicut examinatorum apud iudicem incompetentem, & in iudicio inualido, C. si a non competenti iudice per totum, not. in l. si pater, C. ne de statu defuncti, Alex. in l. si per errorem, ff. de iurisdict. omn. iudicum, Spe cul. in tit de testib. §. 1. num. 27. glo. in c. cum causam, eodem tit. Doctor. in l. eos, ff. de fals. Boer. dec. 108. per totam, & est communis opinio de qua testatur Viuius libro 3. communium opinioeum, opin. 902.

Secundò, omnes isti testes fuerunt inducti cōtra prædictum Augustinum, & Innocentium, & non
5 contra Archangelum, ergo † contra eundem valere non possunt, ita voluit Innoc. in c. constitutus in vec bo aperite, extra de testib. Bald. in sua Margarita, in uerbo testis. Et processus debet iudicari nullus, quia factus est eo non citato, nec audito, maximè cum testes potuissent a Reuerendiss. Generali, vel ab alio eius delegato examinari contra eum, vt dicit Bart. in l. admonendi, in versic. quid si dicta testium, ff. de iureiur. sicut idem dicimus in sententia, l. a sententia, ff. de appellat. & facit reg. Res inter alios acta, & l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. & quæ habentur in l. sæpè, de re iudic. & c. quamuis, extra eodem cum similib. Et Iudex debuit deferre iuramentum in præsentia ipsius rei, & eos iterum repetere, & examinare, & per consequens dictum præfatorum testium ni hil operatur, nec quoad plenam probationem, nec etiam quoad iudicia, Hippol. de Marsil. in sua praxi crimin. in §. nunc uidendum, num. 29. ubi allegat Ang. in tract. malefic. in verbo fama publica, & alios per eum ibidem congestos.

6 Tertiò, quia d. Aurelius † contra sacerdotem, & Theologum induxit in testes laicos omnes, & non persequentes suam, vel suorum iniuriam contra constitutionem Alexand. 3. in c. de cætero, extra de testibus. Igitur sententia postmodum lata a Generali est nulla ipso iure ex hoc solo capite, quia fuit contra ca nones lata, vt dicitur in c. 1. extra de sent. & re iudic. l. si expressum, ff. de appell. & etiam, quia fuit lata sine causæ cognitione non nisi actis, neque iuribus mei principalis, Felyn. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constit. nu. 17. Et pariter corruit processus factus ab illo Capitaneo Attilio, quia laico.

Quartò, quia 8. quæst. 10. 11. & 12. testes iurauerunt, & fuerunt examinati die 29. mensis Septembris, quo die celebratur festum Sancti Michaelis Archangeli, igitur istorum depositio non tenet. Quia
7 † deponere coram iudice, vt in casu nostro est actus iudiciarius, qui die feriata exercerinon potest, l. dies festos, C. de ferijs. & ita tenuit Guill. de Suzar. Et cum testes essent de diuersis locis, puta de terra Bologuani, Alani, Catamanicæ, & Tabernæpontis, & diuersa colerent oppida, tamen octo ex his fuerunt examinati eadem die, ita ut expressè appareat de cōspiratione, persequutione, & Monopolio. Sūt etiam
8 plerique ex testibus uiles, vt famulus † eiusdem principalis, & pauperes promptè nimium respondētes, quo casu eorum fides nimis deficit, d. l. 3. & in c. in literis, extra de testib. Gramm. consil. 58. num. 11. c. veniens eodem cum vulgatis. Et ita consulo

Ego Hieronymus Henricus I. V. D. & ita fuit declaratum per Illustrissimum Cardinalem Protectorem, &c.

CONSILIVM LX.

SVMMARIVM.

1 *Ad annullandam professionem metus non admittitur nisi talis, qualis cadat in virum fortem.*
2 *Ille dicitur verè religiosus, & Regularis, qui vouet tria vota substantialia solemniter.*
3 *Nemo dicitur verè religiosus nisi post annum probationis completum, & continuum.*
4 *Professio recipi debet ab eo, qui potest incorporare Religioni.*
5 *Prælati, qui dicantur.*
6 *Constitut. Concil. Tridentini in c. quicumque, sess. 25. de reformat. obstat ei, qui prætendit se per vim, & metum, aut ante ætatem professum fuisse, non ei qui asserit numquam professionem emisisse.*
7 *Nullitas quid sit.*
8 *Habitum religionis alicuius deferens, sed qui tamen tria substantialia vota non emisit, non dicetur verè Religiosus, sed ecclesiastica persona, & gaudebit priuilegio canonis.*
9 *Intell. ad cap. si iudex laicus, de sentent. excommunic. in sexto.*
10 *Tacita professio inducitur per cohabitationem antiquam in Monasterio approbato, & per gestationem habitus.*
11 *Professio expressa, an idem operetur quod tacita.*
12 *Votum debet ex mera, & libera voluntate procedere.*
13 *Abbas, & Prior Conuentualis parem dicuntur habere dignitatem, & potestatem.*

IN diœcesi Cathaniensi, & propriè in oppido sancti Philippi de Argirone fuit, & est Monasterium sub prædicti sancti inuocatione, in quo viguit antiquitas institutum Canonicorum Regularium secundum regulam sancti Benedicti: & deinde temporis vetustate iam a suo primæuo instituto decidit, sed solùm a tempore, de cuius initio hominum memoria non existit, viuunt simul in Congregatione quidam Sacerdotes sæculares nullam in aliquo tempore emittentes professionem, nec inter eos adest distinctio inter nouitios, & professos; vestiunt eodem modo, promittunt se recognituros Abbatem in Superiorē; deferunt biretum clericale, habitum, siue patientiam, & mantellettum: datur certum salarium, ex quo

ex quo sibi singulariter victum parant, emunt, vendunt.

De anno 1537. a quodam Petro Manriquez visitatore Regio fuerunt coacti solemniter profiteri, sed post modum nihilominus, vt seculares se tractauerunt, non censentes tali professione se teneri. Abbates pro tempore prout eorum interest, modo regulares, modo seculares eos esse volunt. Quare in tāta rerum, habitus, obedientiæ, & victus varietate præsentes clerici instant causam declarationis nullitatis professionis, & ego consultus respondere, quid de iure sentirem, diu fui anceps ob multa.

Et primò, quia Monasterium ab initio fuit regulare: Ergo dicendum erat istos clericos apostatas se ab eorum instituto, & mediante ecclesiastica disciplina reducendos mox esse. Deferunt etiam signum regulare, videlicet patientiam, quam vocant bastam, & ex signo latitantes fabricenses agnoscuntur, & ex qualitate habitus talis quis præsumitur esse, vt dicit tex. in c. si iudex laicus malefactorem. de sent. excom. in 6.

Secundo vrget, quia mox coram Manriquez professi sunt solemniter, contra quam professionem opponi non potest, quòd fuissent coacti. Non enim

1 † fuit metus talis, qui caderet in virum fortem, qualis in huiusmodi materia requiritur. debet enim cōtinere aut metum mortis, aut cruciatum corporis c. cum dilectus, extra de his quæ vi met. causa fiunt. l. metum in principio, ff. quod metus causa. & in casu nostro non constat de vi illata, immo nec opponitur. nō ergo fuit iustus metus. Rota in nouis. de sent. exc. decis. 10. Poterant quoque potestati, vel aliud facere, per quod constare potuisset, quòd animo illā non reciperent. Animus enim per exteriores actus nobis innotescit, & per verba. c. si vero, el 2. de sent. excom. cum voces sint passionum, quæ in animo sunt, notæ, vt dicit Arist. in 2. perihermenias in principio.

His tamen, & similibus multis non obstantibus, in contrariam condescendi opinionem, ob multa.

2 Et primò, quia † ille dicitur verè religiosus, & regularis, qui vouet tria vota substantialia solemniter. Sanctus Thomas in 22. q. 186. art. 2. Sotus in lib. de iustitia & iure q. 5. artic. 1. Et ille dicitur solemniter vouere, qui vouet seruare illa in religione approbata. c. vltimo de relig. domibus. c. 1. eod. tit. in 6. c. 1. de voto in 6. In casu nostro nec aliquod votum est, nec aliqua regula: sed tantum promissio recognoscēdi in superiorem Reuerendum Abbatem, quod votum, & quæ recognitio etiam a clericis secularibus fieri solet.

Secundò, authoritate Concilij Tridentini sessio.

3 25. de Regularibus. cap. 15. nemo † dicitur verè religiosus, nisi post annum probationis completum, & requiritur de iure, quòd iste annus sit continuus sine interruptione aliqua. c. 1. & ibi Franc. de Regularibus in 6. Isti clerici neque cœperunt, neque mediauerunt, neque finierunt annum probationis, nec in d. monasterio, nec apud eos, aut superiores fuit vmquam facta mentio de hoc anno, neque inter eos inuenitur distinctio inter nouitios, & professos.

Tertiò, quia ad constituendum, quòd aliquis sit, & debeat dici religiosus, nō sufficit, quòd emittātur solum tria vota solemniter: sed requiritur, quòd

4 eius † professio recipiatur ab eo, qui potest eam incorporare religioni c. ad Apostolicam. de regular. in illis verbis. Abbate per se, vel per alium recipiente, quę verba ad hunc effectum ibi notaui Cardina. & Abb. in c. porrectum. eod. tit. quoniam receptio professionis a superioritate, & authoritate recipit virtutem. In casu nostro nulla professio fuit emissa in manibus alicuius Prælati. Nam Prælatus non potest dici ille visitator Regius, cum non haberet talem potestatem, vt C. si a non competenti iudice per totum, & nobis iurandum non est de his, qui extra

5 sunt, vt dicit Apostolus, nam † & si Prælati dicantur soli Episcopi, & quandoque alij ab Episcopis, vt not. Card. in elem. 1. in princ. de excell. prælatorum, tamen in casu nostro prælatus non dicitur, nisi ille, qui habet potestatem congruam huic actui, de quo nos quærimus, & dubitamus, & qui sit immediatus, & proprius, vt dicit idem Card. in elem. 1. q. 33. de reb. eccl. non alien. Aliàs prælatus dicitur, qui habet perpetuam dignitatem. Innoc. in cap. de multa. de præb. Et idem Card. in clem. 1. de suppl. neglig. prælatorum. Quare nec quinquennium obstare uidetur, de quo in c. quicunque in sess. 25. de

6 reformat. in Conc. Trident. Quia † illud dicitur obstare ei, qui prætendit se aut per uim, aut per metum ingressum esse in religionem, aut ante ætatem se professum, aut quid simile, quod ad nullitatem professionis inducat ex defectu intrinseco aut extrinseco, sed nos dicimus nullam professionem emissam, quę

7 inter se longè sunt diuersa, quia nullitas † est ius, & commune auxilium ad irritandum seu irritum nunciandum actum, de quo quæritur. Vant. de nullitat. sentent. c. 1. in princ. Sed in casu nostro nullus interuenit actus professionis, quare nec opus est aliqua declaratione, cum priuatio præsupponat habitū l. decem, ff. de verbo. oblig. cum alijs vulgaris, & sic instare debent, ut liberentur ab huiusmodi Abbatis prætensione, ita ut liceat illis ad libitum recedere. Neque obstat, quòd ferant habitum, quem ipsi vocant bastam, quæ præseferre uideatur regularitatis

8 signum, nam licet quis deferat habitum † aliqua ex parte religiosum, si tamen tria uota substantialia non emisit, non ideo censetur verè religiosus, sed tantum ecclesiastica persona, & gaudebit solum priuilegio canonis si quis suadente. 17. q. 4. ex notatis per Hostiensem Io. Andr. & Abba. in c. ut priuilegia de priuilegiis, & est communis, quam tenet Sanctus Antoninus 3. par. tit. 11. c. 2. Nauar. in tract. de red-

9 dit. ecclesiasticis. q. 1. monit. 55. num. 4. Et † ex hoc patet responsio ad c. si iudex laicus, quia procedit ille text. quotiescunque sumus in dubio, in primo intuitu, quasi in primo decreto, capitur quis cum habitu clericali, clericus ille statim censendus est, & remittēdus ad iudicem ecclesiasticum: & si quis inficietur, illum non esse clericum, sed laicum. Sed postquam condescenditur ad probationes, cessat dispositio illius text. cum habitus non faciat monachum: Auth. de mon. §. 1. clem. 1. de stat. monac. & quis possit sibi assumere habitum alienum, & sic fraudem committere, & in casu nostro sumus in ultima discussione negocij. Non obstat, quòd uideantur

10 tur tacitè professi, cum tacita † professio inducatur per cohabitationem antiquam in monasterio, & per gestationem habitus. c. vidua ubi Innoc. de regular. & c. si.

& c.fin.eod. tit. in 6. cùm aliquo actu positiuo solito fieri a professis, vt dicit S.Thom. sicut nec quod idē operetur professio expressa, quod tacita, quoniam id

11 totum procedit, quando † is. de cuius tacita professione agitur, reperitur in Monasterio, vbi a cœteris solet emitti, vt not. per tex. iuncta gl. in c.eos, in verbo, in aliqua recepta, de Regular. Abb. in c.ut clerici, de regular. in casu proposito, omnes versantur in eadem naui, nullus professionem emittit, nec minus Abbas, nec adest habitus distiuctio, vel vbi adest persona obligans ad religionem, qualis est Prelatus iuxta notata in d.c. ad Apostolicam, de Regularib.

12 Et quod magis est, cùm votum † debeat ex mera, & libera uoluntate procedere, vt tradunt Doctor. in Rubr. de voto, isti numquàm voluerunt professionem solitam inter religiosos emittere, sicut nec de facto emiserunt.

Ad primum respondetur, quòd & si Monasteriū ab initio fuisset regulare, tamen in facto non ostenditur continuatio, & quædam temporum series, ex qua possimus dicere illos clericos debiscere modo, & apostatare ab institutis Patrum eorum, sed intercedunt centum & plus anni, quibus de aliquo cultu discerni minimè potest, ita vt dici possit istos clericos non esse illos antiquos regulares, & sic omnia esse mutata ex temporum variatione, & sic mutatas quoque esse leges, quod non est inconueniens cum multa ex his, quæ erant in veteri testamento Deus ipse author mutauerit in nouo, vt patet. Et notum est Professoribus in multis.

Ad secundum iam est responsum, quòd professio debuit emitti in manu immediati superioris, qui in-

13 ter Monachos est Abbas, † inter regulares est prior conuentualis, qui parem quoque habet dignitatem, & potestatem, ut in c.nisi de præb. Abb. in c.2. nu.8. de statu Monachorum, ille Visitator nullam habebat potestatem, sed missus erat a Rege Catholico ad visitandum solum iura sui patronatus.

Fuit diu iactata causa. Duo Archiepiscopi, videlicet Montis Regalis, & Thianensis, qui fuerat Vicarius Cataniæ in minoribus testabantur esse Regulares pariter, & Ordinarius. Et sic eos pœnituit: & instituerunt, vt congregarentur, & sic congregati sunt Monachis Cælestinis de anno 1602.

CONSILIVM LXI.

SVMMARIVM.

1 *Professio per vim, & metum emissa est nulla.*

2 *In puella contra validitatem professionis sufficit metus reuerentialis.*

3 *Mina metus corporis, & cruciatus iustum metum inducunt.*

4 *Magis credendum est duobus testibus de metu deponentibus, quam mille de libera voluntate.*

5 *Voluntas emissuri professionem, antequam eam emittat per iudicem explorari debet.*

6 *Ingressus vitiosus in Monasterium in omnes actus sequentes influit.*

7 *Purgatio metus non præsumitur.*

8 *Iudex non dicitur inferre metum.*

9 *Iuris executionem non continet in se iniuriam.*

10 *Princeps vbi est, non potest in illo loco verisimiliter metus allegari.*

11 *Actus extrinseci intrinsecos declarant.*

12 *Ad annullādam professionem in Moniali ex causa metus, requiritur saltem metus talis, qui cadat in constantem fœminam.*

13 *Verborum sola coactio non sufficit ad nullitatem professionis.*

14 *Monasterium dicitur esse Asylus omnibus puellis contra illis inferentes iniuriam.*

15 *Metus excommunicationis, non dicitur esse sufficiens ad nullitatem professionis.*

16 *Actus per metum gestus confirmatur, si cessante causa metus fit actus præcedentis actus meticulosi confirmatiuus.*

17 *Votum magis obligatorium est, quàm iuramentum, & ex eo datur actio.*

18 *Pro sententia semper præsumitur quoad solemnitatem actus.*

INuocato diuino auxilio in re tam difficili, & periculosa. Soror Cecella nouitia, illustris puella existens in nobili 1 Monasterio ciuitatis Neapolitanæ, antequàm emitteret professionem coram Iudice, notario, & testibus protestata est, quòd si eueniret, quod ipsa emitteret professionem, id faceret, & factura foret propter vim, & metum sibi illatum a patre, quem in his verbis retulit. *Qualmente hauendoli mandato a dire per il suo Confessore, che non volea far detta professione; detto suo padre le haueua mandato a dire per l'istesso; che se non si fusse resoluta di farla, non hauesse fatto pensiero di ritornare in casa di esso Cesare, che tornandosi l'hauria battuta di maniera tale, che non l'haueria fatta viuere un mese.* Deinde coram Vicario illius ciuitatis, notario, Abbatissa, & testibus, ac alijs Monialibus emisit publicā, atque solemnem professionem. Demum post duos annos repetijt eandem protestationem eodem modo; & dixit se emisisse professionem per uim & metum; & de nouo protestata est, atque metus causas expressit. Et successiue quinquies in diuersis temporibus viuente patre, ac eodem mortuò idem fuit protestata. Ex quibus ab eadem (mortuo patre) causa nullitatis professionis acerrimè intentata contra fratres, quorum intererat exbursare magnam pecuniarum quantitatem pro dote congrua, & condecenti, postquam stetisset 30. annis in Monasterio. Videba-

1 tur omnino d. professionem † esse, & fuisse nullam, tamquàm emissam per vim, & metum, c. præsens electus, 20. quæst. 3. vbi Glo. c. puella, 10. q. 1. c. 1. & 2. extra quod met. causa, ubi Gl. Panormitan. & alij. quod maximè procedit in puella duodecim annorū,

2 sicut erat Cecella, quando † ingressa est in Monasterium, & sufficit metus reuerentialis, Gl. sing. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio, Anton. de Butr. in c. cum uerum, de Regular. in 6. Alex. in l. si cum dotem, §. eo autem, num. 11. ff. soluto matrim. quod magis procedit præcedentibus minis, Innoc. Panorm. Felyn. & alij, in cap. causam matrimonij, extra de off. deleg. cap. 1. vbi notant omnes de his,

quæ

quæ vi met.causa fiunt, Boer.decisio. 100. num.11.
Crauett. cons.49. num.2. Qui metus satis constare
dicitur per testes, qui nó solum deponunt de Patris
seueritate, iracundia, austeritate, ferocitate, & impe-
rio; sed etiam quod valdè minabatur illi perpetuam
seruitutem in coquina, & sub ancillis: immo, & de
veneno, morte, & verberibus. Et illi significari
faciebat, quòd erat necesse eam Monialem esse. &
ita volebat, & statuerat etiam, *che l'vscisse l'anima*
3 *dal corpo*. Quæ † minæ mortis corporis, cruciatus,
quod magis est, amissionis animæ iustissimum me-
tum inducunt l.continet, ff.quod met.causa.l.inter-
positas, C.de transact.præsertim in muliere, nedum
in hac puella, tunc. 12. annorum. Glo.in c.cum lo-
cum.extra de sponsal. Paris.cons.26.num.64.lib.3.
Dec.in l.in omnibus, num.13. ff.de regul. iur.latè
4 Couar.de sponsal.in 2.pract.cap.13.nu.9. Et † ma
gis credendum est duobus testibus de metu deponē
tibus, quàm mille de libera uoluntate Innoc.in ca.
super hoc.de renũcia. Dec.in d.l.in omnibus, nu.8.
Boer. d. decisio.100. Abb.in capit.2. de his quæ vi
met. &c.

Secundò, quia † professio nó fuit explorata, quòd
erat necessarium, capit.illud autem 20.q.1.& con-
stituitur a Concilio Tridentino, cap.6. sess.25. Am-
plius voluntas monachandi defuit, quæ præcipuè
in hac materia attenditur, cap.præsens, 20.q.3.c.1.
de Regular. Butr. & Abb. in c.cum uerum.eod.tit.
Cæsar de Graff. decis.1.& 2. de his quæ vi met.cau-
sa fiunt. Dissensus, & non voluntas monachandi nó
solum ex testium depositione præd. latè probatur,
maximè dum deponunt testes, quòd Cecella ante
imaginem Crucifixi coram testibus videlicet alijs
Monialibus dixit, *Signore io non ti prometto niente.*
Sed etiam ex tot protestationibus Bar. & Doct.in l.
qui in aliena. §.simul.ff.de acquir.hæredita. Dec.in
d.l.in omnibus, num.12. Boer.d. decis.100. Crauet.
cons.49.num.5. Rip.in c.cum M.num.95. de con-
stit.Soc.senior, cons.263.lib.7.

Tertio, quia non potest dici conualidata per præ-
tensam taciturnitatem octo annorum post obitum
6 patris, quia † cum ingressus fuisset uitiosus, in om-
nes actus sequẽtes influit, & Rota ita uoluit in vna
Toletana professionis coram R. P. D. Serafino 22.
7 Maij 1595. Et purgatio † metus non præsumitur,
vt dicit Are.in cons.14.nu.18. Boer.in d.decis.100.
num.16. Rolan.cons.2. Soc.iun.cons.27. num.63.
volum.1. Et etiam semper durante causa metus etiã
post mortem patris. Dec.cons.269.num.10. Alex.
cons.1.num.11.volum.3.& plerique alij Doctores
allegantur pro hac parte.

Ego in re tam enodosa de duobus uidendum
opinor,

Primum, an recitatæ quinque protestationes per
sororem Cecellam, adeo de iure sint validæ, & effi-
caces, ut ex illis possit argui metus sufficiens.

Secundum est. an per testium depositiones hinc
inde examinatorum metus prædictus iustificetur.
Et quoad primum.cum metus non omnis excuset a
iuramento præstito, sed ille tantum, qui cadit in cõ
stantem uirum, continens aut metum mortis, aut
cruciatum corporis. cap.cum dilectus. extra de his
quæ ui met.caus.fiunt per primam protestationem,
constat de suspitione, non de metu præsente, qui so-
lus cadit in virum constantem. l.metum. in princi-
pio, ff.quod met.causa. Immo tantummodo proba-
tur de timore reuerentiali patri debito, qui non est
metus, vt dicunt Doct.& tamen clarè constat, quòd
similia verba etiam a mitissimo patre in filios pro-
ferri solent, per quæ suspicio non metus indicatur,
quæ minus quàm in proposito requiratur, operari
debent d. Cæsar erat solitus eadem semper in Do-
mesticos proferre in gratiam Domesticæ disciplinę.
Reliquæ etiam protestationes non urgent, quoniã
omnes repetunt primam, in qua fundantur, unde di
uersam naturam non sapiunt, cũ nec diuersam cau-
sam contineant.

Et præsertim non ualet Secunda, qua asserit pro-
fessionem emisisse, *per obedire a gli ordini del Signor
Vicario, & di suo Padre, & per vscire dall'escommu-*
8 *nica incorsa*. Primò, quia † iudex non dicitur infer-
re metum, vt dicunt Abb. & Doct. ibidem. cuius prę
sentia omnem timorem excludit tam ex parte sui,
9 quàm aliorum: sui, quia † iuris executiuum non
continet in se iniuriam, l.iniuriarum.§.1.ff. de iniu.
Imo.in d.cap.cum dilectus, num.7. Et cum excom
municatio fuisset iusta, imputet sibi, quòd uolens
persistere in Monasterio, nolebat obedire mandatis
Pontificis in Moniales profiteri repugnantes ema-
natis. Nam talis est metus iuris præcedente culpa
sua: vnde non fuit iustus metus. Rot. in nouis. de
sent. excommunic. decis. 10. Ex parte parentis, &
aliorum, quia cum professa fuisset coram ordinario
eius superiore Abbatissa, & alijs, prout super 13. art.
deponunt 12. 13. & 16. testes, & alij quoque simili-
ter poterat se illorum omnium præsentia tueri. Et
10 vbi † est Princeps, in illo loco non potest uerisimi-
liter metus allegari. l.1. & 2. C. de his qui per metũ
iudicis non appellaui. in illis uerbis. in nostro co-
mitatu timere nihil potuisti. ista ergo formido patro
cinari non potest. Ias. cons.72. num.2. volum.1. po-
terat ergo æqualiter sibi consulere quoad recessum
adeundo, vel d. Proregem, vel iudicem ordinarium
competentem, & præsentem. per Glo.fi. in c.cum lo
cum. extra de sponsal. cui ordinario præsenti, vel po
terat dicere libere se nolle in Monasterio remanere,
& exclamare contra patrem cogentem inuitam ad
profitendum contra dispositionem Conci. Trident.
sess.25. cap.18. Vel si perhorrescebat lares proprios,
petere, vt sibi alimenta decernerentur, vel in Mona
sterio, uel in alio loco tuto, quæ ignorantia iuris ex-
cusare non potuit. tot. tit. C. de ignor. iur. vel facti.
Nec ualet si dicatur, quòd in muliere non tantus me
tus requiratur, quantus in viro, quia cum ex gestis
appareat, quòd ista nobilis aduersaria erat uirago
ex nobili audacia, & constantia litis per tot annos
ardenter intentatæ, licet in his, quæ dependent ab
animo standum sit iuramento asserentis c. quia ve-
ro. de sent. excommunica. tamen nullum metum ce
11 cidisse in animo ipsius dicendum est, cum † actus
extrinseci intrinsecos declarent, & præse ferant ea.
quia diuersitatem de concess. præb. in princ. Et cum
esset uirgo singularis animi, constantiæ, & fortitudi-
nis, ut deponit secundus testis ad instantiã mei prin
cipalis, cum alijs super 25. requirebatur saltem me-
12 tus † cadens in cõstantem fœminam, ut dicit Rui.

volum. 3. conf. 60. num. 18. qualis iste, de quo agitur non fuit. Quia per totum processum nihil aliud apparet, nisi de verbis, & minis, quæ non faciunt iustum metum. Non verba, quia sola coa-
13 ctio † verborum non sufficit ad effectum, de quo agitur, etiam si Rex sit, qui minetur, Glos. in capitulo primo, in verbo per metum, 15. quæst. sexta. Et supplicamus videri textum satis in terminis in capitulo insinuante, extra qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt, & l. interpositas. & ibi Doctor. C. de transactionibus. Non minæ,
14 quia † non aderant arma, nec alij præsentes, qui illis uti potuissent in sui damnum, Corn. volumine secundo, consilio 41. cum Monasterium sit Asylus similem, aut aliam iniuriam a patentibus passis. Ergo metus percutere non poterat tempus professionis.

Secundò, quia sicut omni timore deposito intimare fecerat Patri protestationem de non emittendo professionem, ac solemniter legit suum votum crucis signo a se signatū, vt deponit quartusdecimus testis super quatuordecim examinatorum ad instantiam patris. ita etiam poterat saltem inter Moniales expresse protestari de dicto metu, & non metum surrepte inter aliquas, quicquid sit de earundem testimonio.

15 Tertiò, quia † nec metus excommunicationis est iustus in tali causa, vt dictum est, nec actus factus vigore censuratum cum protestatione cōtraria subsistit, sicut nec restagatur dimittenti possessionem, vt in simili fuit decisum in vna Vicentin. Vnionis coram Illustrissimo Mantica, 29. Maij 1595.

Quartò, quia in omnibus protestationibus agitur de metu tempore ingressus in Monasterium, qui cessat in tempore professionis, saltem quoad præsen-
16 tiam, vnde non attenditur. Quinimò † actus per metum gestus confirmatur si cessante causa metus fit actus præcedentis actus meticulosi confirmatiuus, l. secunda, C. quod met. causa, Glo. in dicto cap. primo, 15. quæst. sexta. Cum ergo talis metus contra iuramentum non sufficiat, neque minus contra votum per regulam vulgatam, cui denegatur, quod est minus, etiam quod est plus, videtur esse denegatum, l. relegatorum, §. potest, ff. de interdict. & rele-
17 gat. cum † votum sit magis obligatorium, quàm iuramentum, Sanctus Thom. 22. quæst. 89. artic. octauo in corpore. Et ex eo detur pariter actio. Glo. in cap. scimus in principio 22. quæst. prima. Nec valet si dicatur, quod non fuit examinata, acciò non dicesse di non voler esser Monaca, quia cum hoc legitimè non sit probatum, & tamen probatum sit Ordinarium adfuisse, præsumitur pro examine, nisi negatiua contraria coarctata loco, & tempore probata sit, quod non fuit in casu nostro. Et pro sen-
18 tentia † semper præsumitur saltem quoad solemnitatem, vt est vulgatum in iure. Concilium autem Tridentinum sess. 25. cap. 17. Ordinarium mandat adesse propter examen, &c.

Quoad secundum respondetur etiam negatiuè, & animaduertendum est aliud esse deponere de voluntate, & de pœnitentia, & aliud de metu, aut de violentia: primus deponit de auditu, secundus sibi contradicit, nonus deponit de facto alieno. itaque & si omnes dicant Cecellam pœnituisse, tamen nullus est, qui asserat illam per vim, & metum ingressam. Professa est de anno 1576. de anno 1582. mortuus est pater, vsque ad annum 1590. obmutuit. itaque etiam videtur obstare constitutio Tridentina in ca pit. quicumque regulars, sessio. 25. Et multa alia in facto deducta fuerunt, quæ mihi visa minimè sunt, vt scriberentur in consilio. restat solum respondere ad contraria. Et ad primum negatur assumptum, quòd intum videtur consistere in testium illorum depositione, contra quos in facto validissimæ exceptiones deductæ sunt atque probatæ. Ad secundum de protestationibus. respondetur, quòd sunt, & fuerunt protestationes facto ipso contrariæ adscripta per Canonistas in cap. cum M. Ferrariensis, de constitut. & fuerunt protestationes factæ in non suo tempore. nā quando prima vice fuit protestata ante professionem, & deinde post multos dies professa est, videtur recessisse a primæua illa voluntate.

CONSILIVM LXII.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio cameralis non perstringit particularem debitoris successorem.*
2 *Cessionarius super re cessa habet idem priuilegium, quod cedens.*
3 *In arbitrio iudicis est considerare tempus, quo liquidanda esset compensatio aliqua inter collitigantes.*
4 *Melioramenta consistentia in plantationibus, stercorationibus agrorum, & huiusmodi, non sunt considerabilia.*
5 *In illiquido contra liquidum Iudex debet reseruare ius iterum petendi rei excipienti.*
6 *Cōtra cessionarium agitur diuerso iudicij ordine, quàm contra cedentem.*
7 *Causa exequutiua dicitur etiam summaria.*
8 *Causa summaria de consensu partium non potest fieri ordinaria.*
9 *Causa effectu summaria in prima instantia, remanet etiam summaria in secunda.*
10 *Nemo præsumitur eligere viam, per quam sua iura infringantur.*
11 *Continentia causarum diuidi non debet.*
12 *Emptori alicuius fundi vel rei, si in venditione interuenit obligatio cameralis, competit contra illius affictuarios uia exequutiua pro pensione: affictuariis vero contra emptorem pro melioramentis via iudicij ordinaria.*
13 *Cessionarius vniuersalis hæredi æquiparatur.*
14 *Cessionarius, cui fit cessio ex causa necessaria habet idem priuilegium super re cessa, quod habet cedens.*
15 *Æstimatio rerum facta sine perito ab alterutra partium electo, est, & dicitur nulla. &c.*

Inuo-

Inuocato diuino semper auxilio.

IOannintus, & Saffettus emerunt vineam ab Augustino, qui eandem prius locauerat Andreæ, & Iacobo pro affictu futurorum a 20. in singulos annos mediante obligatione camerali, & ab eodem fuerunt eisdem Ioannino, & Saffetto cessa iura contra eosdem Andream, & Iacobum. Ob id soluerunt quandam pecuniarum quantitatem. Sed pro residuo repugnarunt. Actum fuit contra eos coram Auditore Cameræ, coram quo ipsi opposuerunt se fecisse nonnulla melioramenta, ob quæ Iudex negando exequutionem dictæ obligationis pronunciauerat locum esse compensationi, a quo decreto fuit appellatum, & causa alteri commissa cum clausula, vt procederet, vt deputatus ab Auditore Cameræ. Dicebatur ex parte emptorum agendum esse via exequutiua contra affictuarios, propter obligationem cameralem. isti vero dicebant obligationem istam fuisse vulneratam per sententiam Auditoris Cameræ, ob quæ consultus dixi agendum uia executiua in fauorem emptorum. Ordinaria in fauorem Affictuariorum. Ratio erat
1 quia † obligatio cameralis non perstringit particulares debitoris successorem, nec quemlibet tertium possessorem etiam vigore hypothecæ in obligatione comprehensæ, Galles. in tract. de obligat. camerali. par. 2. q. 2. nu. 2. vbi multos allegat, & vsu receptum est, vt contra talem obligationem non admittatur compensationis exceptio. Cõtra verò agendum est
2 emptoribus via exequutiua, quia † cessionarius super re cessa habet idem priuilegium, quod cedens, Castr. in consil. 222. in 1. volum. Bart. in l. post dotem, ff. solut. matrim. & in l. 1. C. de priuilegio dotis, & in ius cedentis succedit, l. emptor, & ibi Bald. C. de hæred. vel act. vend. Et omnes effectus obligationis cameralis in cessionarium creditoris transeunt, Galles. quæst. secunda ad 2. part. obligat. camer. in princip.
3 Nec est verum, quòd † sit in arbitrio Iudicis talem compensationis exceptionem admittere. Primò, quia nullus author hoc expressè dicit, & Doctores de hoc arbitrio loquentes considerant tempus, quo liquidanda esset compensatio, quod in arbitrio Iudicis est, vt deducit ex plerisque simul congestis, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. q. 14. Nec minus valet, si dicatur, quòd meliora menta fuerunt liquidata per decretum Iudicis in fauorem affictuariorum latum, quia negatur fuisse factam legitimam peritorum electionem, & relationem, nec fuisse discussum de illorum qualitate, & essentia, fuerunt potius diminumenta, & contra vsum finalem vineæ, sed ad hortum destinata. Et dato, & non concesso, quòd fue-
4 rint aliqua: non tamen † sunt considerabilia, quia non sunt perpetua, & continuò in rem duratura, sed magis pro vberiori fructuum perceptione facta ad intentionem, & desiderium aduersariorum, seu quæ passim patres familias in rebus suis facere consueuerunt, puta, quia consistebant in plantationibus, stercorationibus, & huiusmodi, vt in vna Bononien. de Pipinis fuit decisum coram R. P. D. Seraphino, die 21. Maij 1578. p. 2. nouiss. fol. 151. nũc Ill. Car.

Igitur cum pecunia nobis debita sit liquida, melioramenta illiquida, & de illiquido ad liquidum, non detur compensatio, vt est regul. in iure, Iudex
5 † debet reseruare ius iterum petendi reo excipienti, Nec per mandatum relaxandum super pecunia debita ex affictu fuit præiudicatum aduersarijs: cùm Iudex super compensatione reseruet sibi locum Bar. in l. si pupill. §. si quocumque, ff. de negot. gest. tanto magis cùm decretum ab Auditore Cameræ fuerit latum super non æquali, sed pro concurrenti quantitate, super qua iura vtrique parti reseruasset. Ne-
6 que obstat, quòd † compensatio possit opponi cessionario ex persona cedentis per debitorem cessum, quia dato, & non concesso, tamen negari non potest, quin cum hoc stet, quod cum cessionario alio iudicij ordine sit agendum, quàm cum cedente, cùm cõtrarium nullus ex Doctoribus affirmet, quia vt dictum est, cameralis obligatio non perstringit particularis debitoris successorem.
7 Tertiò, quia † sumus in causa exequutiua, quæ dicitur, & est summaria, l. litibus, C. de agric. & censit. lib. 11. Bald. in l. un. ff. si quis ius dicenti non obtem per. Lanfranc. in Clement. sæpè, in verbo simpliciter, num. 16. ff. de uerbor. signific. vbi dicit ex Bart. in casu simili dandam esse Emptoribus exequutionem data fideiussione de restituendo in casu probationis talis exceptionis. cuius contrarium factum
8 fuit. Modò † causa summaria de consensu partium non potest fieri ordinaria, glo. in d. Clem. sæpè. in fine, refert & sequitur Ias. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, in uers. 2. facit, ff. de pactis. Igitur neque per iu
9 dicem, quia † causa effecta summaria in prima instantia, remanet talis in secunda, etiam si nihil dicatur, Put. in vna Rom. dotis decis. 426. per totam, libro 2. Natta in d. Clementina in uers. glos. in verbo partibus, eùm deceat priuilegium sic intelligi, vt non facilè tollatur, reg. indultum, de regul. iur. in 6. Carocius ad reg. cum quid prohibetur in sexto, ampliat. 4. num. 42. Tanto magis cùm non solum partes non tacuerint, Alexand. in l. hac consultissima, §. nuncupationem, C. de testam. Socc. consilio 142.
10 volum. 1. quia † nemo præsumitur eligere viam, per quam sua iura infringantur l. 3. & ibi Bal. ff. de testam. sed etiam una parte contradicente, & appellante, quo casu nulli de hoc est dubium supplicatur ultimo, quod cum Venditor nomine Collegij ueri domini obligauerit se ad omnia damna, & de euictione, ne Emptores defatigentur tot expensis, & tot iudicijs, quę experiri oporteret coram diuersis iudicib. unico cõtextu, possit uocari ad causam coram
11 eodẽ Iudice, quia † continentia causarum diuidi nõ debet. l. nulli & ibi Doct. C. de iudic. c. 1. & 2. de sequestr. poss. & fructuum in casu nostro cum eodem Collegio sumus rei ab Affictuarijs uocati coram eodem Iudice. Igitur si reconuenire oportebit, & eodẽ iure cessio nõ affictio addatur affictis beneficium eiusdem non diuersi Iudicis implorare possimus cũ eadẽ facultate, cum qua contra Emptores datus est.

Quartò, quia in instro uenditionis uineæ adsunt hæc uerba. Conuenerunt etiam quod casu quo supradicti affictuarij prætenderent aliqua melioramẽta super d. uinea, & membris suis, quod d. uenditor

teneatur soluere de suo proprio absque eo, quod dd.
emptores aliquod damnum sentirent, vnde nulla
actio eis competit contra nos ex contractu, quo mi-
nus ergo debet competere vigore obligationis Ca-
meralis, cum sit res penitus inter alios acta. Et o-
bligatio cameralis non perstringat particularem de-
bitoris successorem, nec quemlibet tertium possesso-
rem etiam uigore hypothecę in obligatione compre
hensæ, unde de illis agendum est uia ordinaria, non
exequutiua, ut dictum est, Galles. in tract. obligat.
camer. parte secunda, quæst. 2. numero 3. vbi mul-
tos allegat. præsertim Felyn. in c. cùm super. in uer-
sic. amplius dixit, de re iudic. Contra emptoribus
12 † competit contra eos uia exequutiua pro residuo
pensionis affictus per eos debito: primò quia incœ-
perunt soluere, & nos sumus in possessione exigen-
di, & recalcitrare non possunt. Secundò, quia obli-
gationis cameralis effectus omnes transeunt in hæ-
redes creditoris, idem Gallese. adem p. quæst. prima,
13 numero 12. & † cessionarius quales sunt isti em-
ptores (& de qua cessione in dicto instrumento con-
stat) hæredi æquiparatur, cùm æquè succedat in ius
cedentis, l. emptor, & ibi Bald. in primo, notat. C. de
14 hæred. uel act. uend. & † cessionarius, cui fit cessio
ex causa necessaria, ut in casu nostro, habeat idem
priuilegium super re cessa, quod habet cedens, Cast.
in consil. 222. in primo volum. cum vulgatis. Nec
Affictuariis suffragatur, quod dicta melioramenta
fuissent liquidata per peritos, quia asserta relatio pe-
ritorum fuit facta sine præiudicio iurium partium.
nam fuit oppositum, quòd non erant eligendi nisi
prius consito de melioramentis, ac de dicta licen-
15 tia. Secundò, quia † fuerunt æstimata sine perito
a nobis, vel de nostro mandato electo, quare illa æsti
matio corruit, argum. l. hac edictali, §. his illud, ibi.
Quos vtraque pars elegerit, C. de secundis nupt.
Felyn. in cap. proposuisti, de probat. & etiam rela-
tio eorum, vt est stylus. Tertiò, vinea est deteriora-
ta ab affictuarijs, quia desiccauerunt innumeros ar-
bores ob aquationem hortorum, & reciderunt vi-
tes, aliaque innumera damna fecerunt, nec operas
necessarias in vinea præstiterunt. Ex quibus etiam
patere potest ad oppositum supra recitatum.

Hieron. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerico habenti patrimoniom, & aliud, vnde viuat, debetur beneficium in locum alimentorum.*
2 *Successori in officio, seu Magistratu debetur salarium consuetum eius prædecessoribus.*
3 *Vnusquisque tueri debet iudicis officio in possessione exigendi illud salarium, quod prius exegit.*
4 *Possessio iunior semper est manutenenda.*
5 *Successor repræsentat personam defuncti in officio.*
6 *Salarium aucto labore semper augendum est, non diminuendum.*
7 *Quando non constat de salario conuento, semper debet attendi modus solutionis.*
8 *Negligentia in administratione commissæ ab eo, qui tenetur diligentiam præstare, dicitur peccatum mortale.*
9 *Negligentia in eo, qui tenetur esse diligens ratione officij, comparatur dolo.*
10 *Dominus tenetur de facto institoris.*

Christi nomine inuocato, &c.

TV, qui linguas infantium fa-
cis desertas, linguam meã
1 erudias. Sicut † clerico ha-
bẽti patrimonium, & aliud
vnde viuat, debetur benefi-
cium in locum alimento-
rum, vt notat. in capit. Epi-
scopum, & ibi Abb. nume-
ro secũdo, extra de præb. quia datur in stipendium,
ita Procuratori Generali non obstante salario pu-
blicæ lectionis debetur integra merces solita dari
Procuratoribus Generalibus, quia datur non con-
templatione eius, quod aliunde habeat, sed con-
templatione seruitij personalis, ac muneris, quod
multa incommoda præ se fert, & ideo solitum, &
antiquum stipendium dari debet, per textum in cap.
fin. prima quæstio. 2. Nec etiam diminui debet a 1
Magistro Generali Andrea in parte aliqua.

Primò, quia aut hæc diminutio, & defalcatio fit
hoc tempore, aut vult ab eodem esse factam tempo-
re sui Generalatus, non hoc tempore cum nullam
habeat iurisdictionem, neque authoritatem id fa-
ciendi, cum reum se constituerit ex aduerso, neque
ex præterito, quia merces ista Procuratori a Diffi- 2
nitoribus, & tota religione assignata est, & ab eo-
dem exacta. Quæ igitur ratio vult, quod ipse Ma-
gister Generalis exegerit ad effectum restituendi
Procuratori Generali centum aureos in singulis an-
nis, & nunc velit soluere ad rationem sexaginta, &
reliquum sibi retinere, atque in proprios vsus con-
uertere?

Secundò, quia Cornetus prædecessor exegit ad
2 rationem aureorum centum, igitur cum hoc † sit sa-
larium consuetum, debetur successori, vt dicit Bald.
in l. binos, in versic. sed ponamus olim, C. de aduoc.
diuers. iudic. vbi dicit, quòd si Officiali fuit promis-
sum salarium consuetum, & reperitur, quòd vario
modo præteritis temporibus fuerit solutum sala-
rium intelligetur promissio de salario, quod vltimo
loco fuit officiali solutum, facit text. in cap. is qui, §.
primo de sepult. in sexto, & l. si mulier, in princip. ff.
de relig. & sumpt. fun. Et hoc satis videtur æquum,
3 vt † ratione possessionis soluendi secundum certam
summam, in qua reperitur vnusquisque, in sua pos-
sessione defendatur, argum. text. in capit. consulta-
tionibus, de iurepatron. & capit. cùm olim, de cau-
4 sa poss. & proprieta. Et possessio † iunior est manu
tenenda, Rot. in nouiss. prima par. decis. 81. Et qui-
libet est manutenendus in statu, in quo reperitur,
ibidem, decis. 80. nec impedienda est, l. cuiuscumque,
5 §. si fundus, ff. de vsufructu. Successor † enim repræ
sentat personam defuncti in officio, Specul. in titul.
de sentent. §. 7.

Tertiò,

Tertiò, quia (vt in facto idem Procurator Generalis ostendit) labores Officij sunt aucti potius quam diminuti, & in dies excrescunt magis. modo
6 † Merces, seu salarium aucto labore augendum est non diminuendum. Abb. Brun. in tract. de augmento, 10. conclus. princip. num. 4. cum alijs per eum allegatis, sicut etiam & famulo augenda est, si numerus dominorum excrescat, Bart. in l. Seia, in princ. ff. de ann. legat.

Neque Generali Magistro Andreæ debet suffragari lectura Procuratoris, & ista ei obesse ob multa. Et primò, quia antequam iste esset Procurator, iam habebat lecturam in Gymnasio, & ob id non poterit aliquid innouari, cùm superueniat rei iam existenti in actu. Secundò, quia de hoc eo tempore actum non est, vnde cum mutuæ sint actiones hinc inde vltrò citroque, & ad negocia gerenda, & ad contrariam actionem, §. igitur cum quis. Inst. de oblig. quæ ex q. contr. nascuntur, videtur aduersarius Andreas teneri ex quasi contractu, vnde debebat protestari, & declarare mentem suam, cùm contractus a principio sint volúntarij, sed ex post facto necessarij, l. sicut C. de act. & obligat. cùm igitur non fecisset, tenetur ad necessaria consequentia, puta ad mercedem, & illam quidem integram, cùm præstatio partis non inducat liberationem totius, vt in iure vulgatum est. Præterea lectura ista non est annexa gradui, vel muneri Procurationis. nam non datur Procuratori Ordinis, neque data est. Et si Magister Ioannes Baptista Procurationis relinqueret officium, eandem retineret, & sunt diuersarum professionum.

Quartò principaliter, quia Magister Andreas exegit nomine alieno, & procuratorio mei principalis a domibus eiusdem religionis, & exegit ad rationem aureorum centum, vt in facto mihi præsupponitur, & sic videtur vel approbasse quoad se factum religionis, vel alterutri tenetur restituere residuum, aliàs non solùm contra leges humanas, sed & diuinas fieret, puta retinendo quod est alienum. Et peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.

7 Quintò, quia † dato quòd non constet de salario conuento, debet attendi modus solutionis, vt in simili voluit Alexand. lib. 1. consil. 107. quòd vbi apparet locationem esse factam, & non constat sub qua pensione, tunc in dubio præsumitur facta sub ea pensione, pro qua apparet solutum fuisse, & ob id allegat multa iura. Modo in casu nostro ex quinque quietantijs P. Plombini, in quibus asserit recepisse pecunias ad bonum computum salarij scutorum centum, constat, quòd salarium erat scutorum centum. & cum P. Andreas tales quietantias admiserit, & spontè receperit, sibi imputet: quia est expressum, in quam partem solutum sit, vt in simili dicitur in l. 1. ff. de solutionib. cum vulgatis. Et supplico Illustrissimam vestram dominationem animaduertere, sicut ex se hoc quoque callet, quòd Generalis est is, qui ab vniuersa Religione ex munere colligit pecuniam debitam sibi Procuratori, & cæteris Ministris, quare si fuit negligens in exactione, sibi imputet.
8 nam † negligentia in administratione in eo, qui tenetur diligentiam præstare, dicitur peccatum mortale, Marian. Socc. in 1. par. consil. 2. & sic dico. Aut hoc augmentum fuit factum a Religione, & Generales prædecessores a domibus Ordinis exegerunt: aut spontè tale onus sibimet ipsis imposuere. Si primum debet soluere de suo, si exigere neglexit. nam hæc
9 † negligentia comparatur dolo, Spec. de restit. in integr. §. 2. Et ridiculum esset, quòd Bancarij, Campsores, exactores, & ij qui exigendi munus, sub quocumque nomine habent, possent denegare mercedē Prætoribus dicendo se non exegisse data tali negligentia. Si secundum pariter tenetur, quia tres prædecessores tale onus sibi ipsis imposuere, & per spatium tresdecim annorum inter præsentes præscriptio est inducta, vt toto suo titulo. Nec modo Andreas est in eo casu, vt possit venire contra factum Prædecessorum suorum, cùm res non sit integra, & factum censeatur, ac proprium. Nec suffragari possunt illa verba magistri Spiritus, *che li daua cento scudi, perche non hauea lettura il Procurator dell'ordine*, quia non possint referri ad lecturam non excogitatam, sed ad consuetam tantum, & tunc præsentem, puta ad lecturam Theologiæ scholasticæ, quam Procuratores tunc habebant, & Pater Plumbinus modo non habet. Et durum videtur coercere viros ingenio præditos ne nocte diuque laborent destitutos spe illius liberi lucri, seu liberę mercedis suorum laborum. Neque obstat, quòd dd. quietantias receperit frater Alexander, & ipse idem exegerit a religiosis domibus eiusdem religionis, quia dictus frater Alexand. erat præpositus a Magistro Andrea vniuersis eius negocijs domesticis, quemadmodum omnibus constat, præsertim exactionibus, & solutionibus, quæ per aduersarium mei fieri debuissent. Et pro tali communiter ab omnibus est habitus, & reputatus, & solutiones prouinciarum, & domorum ordinis, quæ fieri debuissent Generali, factæ sunt omnes fratri Alexandro, vt ostensum est illustrissimo domino meo Protectori. Vel ergo fuit præpositus negotiationi vniuersali ab eo. Vel certè fuit is, per quem d. Andreas fuit passus similia fieri. Ergo fuit institor, vel maximam similitudinem habuit cū institore, l. quicumque, & ibi Bar. ff. de instit. tenetur
10 † igitur de facto istius, Bald. in Rub. C. de constit. pec. collat per consequens motiuum de quietantijs de scutis centum, quòd fuerint factæ Ministris non habentibus mandatum, & facultatem præiudicandi Reuerendissimo Generali. Nam Bal. in alleg. l. Aemilius, num. 10. ff. de minor. loquitur in casu, quo debeat fieri protestatio, quæ habeat vim renunciationis, in quo casu nos minimè sumus in facto, cui protestatio contraria nihil obfuisset, vt notatur communiter in c. cum M. ferrar. extra de constit. præsertim per Felyn. num. 78. Neque suffragatur, quòd statim ac Andreas id sciuit, reclamauit. primò quia de huiusmodi reclamatione legitimè non constat.

Secundò, quia non reclamauit, neque de hoc protestatus est coram Iudice aliquo communi, vt debuisset coram Illustrissimo domino meo Protectore, Et quod magis est, neque fuit facta Procuratori, quem talis protestatio tangeret, vt notat Felyn. in dicto cap. cum M. num. 27. per l. si mandassem, ff. mandati.

Hyeronimus Henricus. V.I.D. consultor.

CONSILIVM LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei dicuntur accessorij, & accessiones naturales ad rem ipsam cuius sunt fructus.*
2 *Intellectus ad constitutionem Pij V. num. 80. incipit, Cum onus Apostolicæ.*
3 *Finis declarat, qualis res sit censenda.*
4 *Vna, & eadem videtur esse principalis, & fideiussoris obligatio.*
5 *Constitutio aliqua an fauorabilis, vel odiosa censenda sit, semper attenditur fauor eius personę, in cuius gratiam institutio est facta.*
6 *Depositarius non potest retinere depositum sub quocumque prætextu.*
7 *Archidiaconus absente Episcopo, habens potestatem duplicis procurationis exigendæ, scilicet, vt Ordinarius, & vt Delegatus, si fuerit soluta vnica procuratio, in dubio videtur soluta procuratio delegationis, cui minus resisti potest, & quæ durior est.*
Solutum semper præsumitur de duriori. ibid.
8 *Solutio in dubio, censetur de antiquiori debito.*
9 *Vsuræ diffinitio.*
10 *Luci nomine venit omne pactum, vel conditio, quæ pecunia æstimari potest.*
11 *Vsura induci potest ex eo solo, quo quis sperat aliquid recipere, & si a sponte dante.*
12 *Vsura, vt euitetur in omnibus contractibus, debet seruari æqualitas, quæ non est, quoties quis petit sibi fieri duas recompensationes, &c.*

FActum est tale. T. imposuit super eius prædio perpetuum censum scutorum 280. pro pretio scutorum quatuor millium ad fauorem Caij: fideiussores accesserũt multi, pro dictis fructibus. Campsor se obligauit de semestri in semestre dare cedulam censu durante, quem fideiussores promiserunt releuare indemnem, & ad cautelam promiserunt consignare, & habere in eius banco scuta 580. ita quod scuta 500. essent pro extinctione d. census per octo annos fienda, & reliqua scuta 20. pro eius mercede. Et vlterius simili modo promiserunt soluere in banco ipsius d. Campsoris annua scuta 280. pro fructibus annui census vsque ad extinctionem illius inclusiuè de semestre in semestre, in fine cuiuslibet semestris ad effectum ex d. scutis 280. annuatim soluendis vt supra, soluere potuisset census decurrendos, fuit apposita pœna, vt in casu contrauentionis liceret, C. accipere pecuniam ad interesse, & ob id fuerunt exbursata scuta 1500. in diuersis vicibus ad effectum illum assecurandi. Quo facto sic stante pacto in præd. stipulatione interpositum, visum est expressè contra cõstitutionem Pij V. num. 80. incipit, Cum onus Apostolicæ. vbi voluit pacta continentia morosum debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, & ad cambium, seu expensas, medio iuramento creditoris liquidandas irrita esse, & nulla, l. pacta, quæ contra, C. de pact. Imò talis contractus dicendus est fœneratitius vigore d. constitutionis, quia similes contractus celebrandos post illius promulgationem vocat fœneratitios, in vers. contractusque. Et illius promulgatio facta fuit 1568. & census iste, de quo agitur constitutus fuit 1590. Nec suffragari potest, quod cum Campsore non fuerit actum de censu, sed tantummodo de solutione fructuum, ita quòd videatur tertia quædam esse persona, & alter contractus, ob multa.

Et primo, quia negari non potest, quòd talis contractus sit accessorius ad contractum census, quia
1 † fructus rei dicuntur accessorij. & accessiones naturales ad rem ipsam, cuius sunt fructus. l. qui se eum glo. & l. cum quis, ff. de condit. ob causam, quia ipsorum vsus est ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est, Instit. de vsufructu, §. 1. & censentur esse pars rei l. fructus pendentes, ff. de rei vendi. l. fi. ff. quæ in fraud. credit. etiam sine aliqua mentione. Put. lib. 2. decis. 314. in una Placentina, & melius Afflict. in decis. 26. in fi. Modo accessorium sequitur naturam sui principalis, vt in c. accessorium
2 de reg. iur. in 6. Igitur sicut † constitutio præd. procedit in censibus, ita & in fructib. quia regula præd. procedit tam quando agitur de principali tollendo, quam de confirmando, & inducendo. Dyn. ibi. Vnde sicut causa principalis hoc pacto non subsisteret, ita nec ea, quæ sequuntur, locum habere debent, l. cum principalis, ff. eod. l. 3. ff. de pœn. leg. l. 1. 2. & 3. ff. de pecul. leg. l. centum capuæ. §. fi. ff. de eo, quod certo loco, §. liberis. instit. de vulg. & pup. cum alijs allegat. per Glo. in præd. l. Igitur cũ constitutio procedat etiam in fructibus, ligat Cãpsorem constituẽtem se principalem debitorem, & creditorem respectiuè in illis.

Et in casu nostro voluit Glo. quam communiter sequuntur Cyn. Bar. Bal. Salyc. Alex. & Ias. in allegata, l. pacta quæ, quòd contra legem factorum neutrum valeat nec principale, nec accessorium, alleg. l. non dubium, C. de leg. & alia iura, quod tanto magis procedit in casu nostro, cum præd. constitutio nõ solum sit prohibitiua, sed etiam reprobatiua cum clausulis derogatorijs annullantibus, vt in ea. Secũdo quia omnia verba in d. contractu sunt concepta in censum, & ad illum tendunt tanquam in finem, & præsertim in illis verbis. Dominus N. Campsor insolidum accessit, & se obligauit annuo censui, vnde
3 de naturam illius sapere debent. finis † enim declarat qualis res sit censenda l. sed & si quis. §. interdũ, ff. de vsufructu. Spe. de fruct. & interesse. §. 1. in ver. sed quid si debitor. Tertio, quia est fideiussor insolidum, vnde accessit ut principalis, & vna, † & ea-
4 dem videtur esse principalis, & fideiussoris obligatio, vt not. Doct. in l. cum quis sibi. §. fi. ff. de solut. & liberat. & constituit se principalem debitorem pro fructibus soluẽdis, & creditorem respectiuè pro exbursatione, & extinctione census.

Nec valet, si dicatur, quod sumus in materia odiosa. Et sic illa constitutio sit strictè interpretanda. Primo, quia dico, quòd sumus in materia fauorabi-
5 li, quia † semper attenditur fauor eius personæ, in cuius gratiam constitutio est facta, licet secundario in alicuius odium redundet, ut in similib. dixit Caputaquensis in vna Hispalen. decis. 203. par. 3. Secundo quia in d. Bulla dr̃ ad euitandum fraudibus, &c. Et vt saluti animarum, & ad dirimendas lites, &c.

Quæ

Quæ uerba faciunt Bullam esse fauorabilem, ut in terminis fuit decisum apud eundem Caputaque, par. 3. decis. 215. Tertio quia continet odium rationabile causatum a lege ex delicto delinquẽtis, l. qui domum de adult. not. Glo. in l. si quis in tantum. C. vnde vi, vnde fit extensio. Ant. de Rosellis in tract. de succes. ab intest. num. 221. & 223. in 1. par. vol. mihi 7. vbi exemplificat in statuto, ne quis uadat de nocte sub pœna, quòd comprehendat etiam mulieres, vbi alias non comprehenderet. Quarto, quia uertamur in materia eadem census, super qua facta est illa constitutio, vnde seruanda est etiam inter sexcentesimas personas contemplatione rei. Est enim qualitas, quæ sequitur rem ipsam, quocumque ierit, ut est vulgatum in iure. Et persona sequitur rem in tali casu ad qualitatem accipiendam.

Ex quibus sequitur, quòd d. Campsor deberet ab omni commodo d. contractus cadere, tanto magis, quod teneatur ad restitutionem præd. scutorũ 1500. quia depositarius nõ potest retinere depositum sub quocumque prætextu. Et licet videri textum in l. si

6 quis vel pecunias, C. deposit. & attendantur † verba illa in principio. Si quis vel pecunias, vel res quasdam per depositionis acceperit titulum, eas volenti ei, qui deposuit, reddere illico modis omnibus compellatur, nullamque compensationem, vel deductionem, vel doli exceptionem opponat. & cætera vsque in finem. Et adhoc exequutiuè esset agẽdum, & ut ita dicam summarissimè Bald. in l. accepiam, C. de vsuris.

Nec valet, si dicatur quòd fideiussores tenebantur Campsori soluere pro mercede scuta 20. annua prouisione, seu mercede, & amplius scuta 280. pro fructibus, ita quod attentis ius & interesse eius quod passus est accipiens pecunias ad cambium, parum aut nihil ei sit restituendum. Quia in instrumento inter Campsorem, & fideiussores initio expressè actũ est, ut singulis annis deponantur scuta 500. pro extinctione sortis principalis, & hoc modo fuit solutum, scilicet ad extinguendam sortem non ad solutionem fructuum, ut patet ex partitis productis sic se habentibus. 1591. *Et a di 25. di Decembre scudi 500. di moneta si mettono ad entrata di lui a conto dell'estintione del primo anno a conto dell'estintione di scudi quattromila per la paga del primo anno conforme all'obligo.* 1592. 10. *di Marzo. Et a di detto scudi 500. di moneta se li mettono ad entrata del libro per cõto dell'estintione del censo di scudi 4000. promessi per la paga già maturata d'Agosto* 1592. *Et a di detto scudi 500. moneta se li mettono ad entrata come sopra per d. causa per la causa maturata d'Agosto* 1592. Ex quibus partitis ad infrascriptum finem insertis apparet, quòd fideiussores nõ aliter soluerunt, nisi in extinctionem sortis principalis, vnde vindicat sibi locum dispositio l. 1. ff. & C. de solut. vt statur dicto debitoris soluentis, & non creditoris recipientis exponere in quam partem sit solutum. nam id, quod dixerit, erit solutum inquit text. in quo licet pendere verba illa. Possumus certam legem dicere ei quod soluimus. Vnde Campsor hodiè declarare non potest, in quam partem acceperit, cum sic accepisset, & non fuisset de contrario protestatus. Secundo, quia solutio facta debet interpretari, ut fuerit facta a soluente in duriorem causam d. l. 1. cum Glo. non ue-

pecunia accessoriè debita, ut est ista in casu nostro.

7 Ruin. cons. 59. volum. 5. Et sicut † Archidiaconus absente Episcopo habens potestatem duplicis procurationis exigendæ, scilicet ut ordinarius, & ut delegatus, si fuerit soluta unica procuratio, in dubio uidetur soluta procuratio delegationis, cui minus resisti potest, & quæ durior est, ut dicit Io. Franciscus de Pauinis q. 9. 1. par. num. 23. in suo tractatu, sic cũ duæ sint debitæ solutiones, & una fuerit facta, vtique de duriori præsumi debet.

8 Tertiò, quia solutio † in dubio censetur de antiquiori debito. Alex. lib. 3. consil. 85. per totum. Antiquior erat de sorte principali, quam de vsura, quia ea inde profluxit. Cum igitur nec compensationi, nec retentioni locus sit in fauorem Campsoris, vt ex alleg. l. si quis uel pecunias, sequitur ut exbursare debeat pecunias, vt in finem destinatum erogentur iuxta formam contractus initi, scilicet ad extinguendum censum, & tunc omnibus liberatio competet. Et post agat de fructibus, & eius mercede, quæ etiã est nimis excessiua, ut oretenus dictum fuit, cum tãtum competant singulis annis ad summum scuta sex de stylo Mercatorũ. Sicuti nec suffragatur, quod ex aduerso dicitur, fideiussores in mora fuisse constitutos, & sic teneri ad damna, & interesse, quia hæc non debentur, nisi adimpleto ex aduerso quod erat adimplendum, & interpellationibus semper legitimè præmissis, vt dicit Caputaque dec. 108. parte 2. quæ omnia hic cessarunt.

Secundo dicimus nullam actionem competere Bancherio, quia iste contractus fuit usurarius, l. quã uis, la 1. C. de usur. notatur in l. rogasti, §. si tibi, ff. si

9 certum petat. nam † usura, secundum S. Thomam, 22. q. 78. est lucrum ex mutuo pacto debitum, uel exactum. Innoc. in Rub. de vsur. Io. Andr. in c. in

10 tra peccatum eod. in 6. Nomine † autem lucri uenit omne pactum vel conditio, quæ pecunia æstimari potest, S. Thom. vbi supra, art. 2. to corpore, quale pactum, conditio, & obligatio est in casu nostro, ita Armill. in uerbo usura, §. 1. Caiet. cas. 7. in uerbo eodem. Vbi dicit, quòd si quis mutuat alicui eo pacto, ut ueniat ad Molendinum in mola sua, aut aliquid huiusmodi est, quia obligatio ista uendibilis est, & ideo non licet ex mutuo hoc lucrum alienæ obliga-

11 tionis reportare. Secundò, quia † usura inducitur ex eo, quod quis habeat solam mẽtem, siue spem, quòd recipiens etiam sponte aliquid sibi daret, & si hac mente credidit, 14. q. 3. c. 1. ex illis uerbis Augustini. Si non pecuniam solam, quam dedisti, sed aliquid aliud plusquàm dedisti, expectes, fœnerator es, Anton. de Rosellis tract. de usur. in princ. nu. 2. & 3. uolum. mihi 6. quanto magis iudicandum est idem de hoc contractu, in quo Bancherius uoluit singulis annis sine causa poni in eius banco tantam pecuniam, cum qua utique isti fideiussores aliquid lucrati forent illam pro se aliqua expendendo, uel retinẽdo apud se, uel dando ad cambium ponendo in alio Banco, cum iste Campsor sit nummularius, & mercator, cuius professione stante in iure, semper præsumitur pecuniam non conseruare mortuam, sed lucrari potius ex ea. Tertiò, quia ex constitutione præc. Pij V. census pro rata extinguuntur. Et tamẽ Banchirius uoluit non obstante deposito scutorum 1500. heri fructuum solutionem pro quantitate

non concurrenti, sed integra, & sic est usurarium pa
ctum, quia in omnibus contractib. ad hoc ut euite-
12 tur usura, debet seruari æqualitas, quæ † nõ est quo
ties quis petit sibi fieri duas recompensationes; vnã
scilicet restitutionem æqualis rei, vt in casu nostro
de fructibus: aliam verò premium vsus, scilicet depo
situm in banco suo, non in alio. Et considerandum
est, quòd fuit venditum id, quod non est, puta in casu
nostro census ille, qui pro parte fuerat extinctus, S.
Thom. vbi sup. art. 1. Et non loquimur de censu, sed
de solutione illi facienda, scilicet, quod voluit sibi
solutum fore pro fructibus rei, qui pro parte non ex
tabant, quia res erat perempta.

Et licet præsupponamus de bona mente d. Ban-
cherij, quatenus tamen prædictis non obstet, cuius
honore semper saluo hæc omnia dicimus: tamen ad
ius nostrum vindicandum ex contractu inito, hæc
resultantia exprimere licet. Neque nobis consentiẽ-
tibus obfuisse hoc debet, nam quamuis inducere ho
minem ad peccandum nullo modo liceat, vti tamen
13 peccato alterius ad bonum vti licet, quia Deus vti-
tur omnibus peccatis ad aliquod bonum, ita sanctus
Thom. in præallegat. quæst. art. 4. in principio corp.
& eo tempore necessitas pecuniæ illos fideiussores
iugulabat. Et ita consulo saluo meliori iudicio re-
ctius sentientis.

Hieron. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM LXV.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius non videtur habere potestatem puniendi exẽ
ptos de iure communi, neque audiendi causas, quę mo
uentur contra eos.*
2 *Fratres mendicantes omnes sunt exempti a iurisdictio
ne Ordinarij.*
3 *Familiaritas partis aduersæ, sufficiens causa est ad re-
pellendum testem.*
4 *Testis vnus non sufficit ad alterius condemnationem,
licet faciat aliqualem præsumptionem.*
5 *Testis non probat sine iuramento.*
6 *Requisita ad lenocinium quæ sint.*

Visum est, quòd sententia cõtra
fratrem N. ordinis Minorum
a Reuerendissimo Nuntio la
ta fuerit nulla, & si quæ, fuit
iniusta. Primò, quia processus
ab eo fabricatus fuit, primò
ex officio, vt Iudex ipse in sẽ
tentia fatetur, & postea de mã
dato sanctissimi Papæ prosequuta. Clarè patet, quòd
1 † d. Nuntius non habebat facultatem puniendi exẽ
ptos, neque audiendi causas, quæ mouentur contra
eos, Gl. in c. 1. in verbo uniuersas, de officio legati, &
gl. in c. tuarum, in verbo priuilegij beneficio, extra
de priuilegijs, per iura ibid. allegata. Et cùm hoc fa-
cere non possint Ordinarij locorum, c. sicut nobis
in fi. de suppl. neglig. prælat. tanto minus Nuntius,
qui censetur habere minorem iurisdictionem, nec
plus, quàm contineatur in litteris: nec casus iste re-
peritur exceptus in iure, quòd Nuntius cognoscat:
neque fit extẽsio de casu ad casum, c. vn. in fi. de stat.
2 regular. in 6. Modo † fratres Mendicantes oẽs sunt
exempti, ut dicit tex. in clem. vn. in fi. de excess. Præ
lat. præsertim fratres sancti Francisci, vt in clem. exi
ui, de uerb. signif. & per eorum innumera priuile-
gia a summis Pontificib. concessa. Patet ergo, quòd
ille processus fuit nullus ob defectum iurisdictio-
nis. Vnde non tenebatur coram d. Iudice responde-
re, c. 1. de priuileg. in 6. sicut etiam protestatus fuit
frater N, sed minus fuit compulsus ad aliud facien-
dum. assignauit tamen causam recusationis, uideli-
3 cet familiaritatem partis aduersæ, quæ † est sufficiẽs,
c. insinuante, de off. de leg. Nec ualet, si dicatur, quòd
demum sibi fuit a sanctissimo commissum. Primò,
quia nõ conualidat ante acta. per Regulã iuris in 6.
Quod ab initio non ualuit, tractu temporis non con
ualescit. Secundò, quia de tali commissione non ap
paret, de quo omninò constare debebat, ut dicit Lan
franc. in c. quoniam contra, de probat. & ego dixi su
pra in alio consilio, debuit non solùm ad instantiam
partis exhibere copiam suæ commissionis, sed etiam
inserere in suo processu, cum prima fronte præsum-
ptio esset contra procedentem. Tamen dato, & non
cõcesso, quod sit aliqua, dico, quòd fuit iniusta; quia
fundatur tota super dicto unius, & singularis testis.
Vnius enim dicto quantacumque fide digni præser
tim in criminalibus, minimè standum est, nec vnius
testimonium ad condemnationem sufficit alterius,
c. veniens, in fi. extra de testib. cum simil. Afflict.
4 decis. 248. † licet faciat aliqualem presumptionem,
Alex. volum. 1. consil. 78. num. 5.

Secũdò, quia interrogatus de causa scientiæ, fol.
2. in processu respõdet so audiuisse a quibusdam Mo
nialibus, quo casu non probat, cap. licet, ex quadam
il 2. de testibus.

Tertiò, videtur ex ipsa serie suspectus ex sermone
illo præmeditato, vt patet, fol. 2. & in illo sermone
nimium prolixo, l. testium, §. ideoque Diuus, & ibi
Bart. & Doctor. ff. de testib. nec minus percutit tem-
pus in re tam graui, & singulari *dicendo il mese di
Giugno, o Luglio.* Quartò, deponit falsum dicendo,
che quelle persone presero gran scandalo, sicut apparet
de contrario per fidem, quæ producitur, & exhibe-
tur. Quintò, quia erat inimicus Sempronij, & per
consequens etiam socij, quo casu non potest esse te-
stis, ff. de testib. ca. qualiter, & cap. inquisitionem, de
accusat. & quælibet inimicitia sufficit ad exclusio-
nem testis in criminalibus, Alexand. volum. 4. con-
sil. 127. in fine. Similiter processus non continet de-
5 positiones testium cum iuramento, † si neque testis
non probat, l. iurisiurandi, & ibi Doctor. C. de testi-
bus, & in iudicio, l. 3. §. Sabino, ff. de testam. Nec mi
nus authoritatem deferendi iuramentum, quia ne-
mo plus iuris in alium transferre potest, quàm sit
in eo. Itaque totus ille processus est relatio simplex,
non depositio cum iuramento, nec continens legiti-
mas depositiones, & ob id ea facilitate, qua refer-
tur, eadem quoque reijcitur. Commisit rursus te-
stium examen inimico inquisiti contra constitutio-
nem, cap. si qui testium, & ibi Doctor. extra de testi-
bus. Quod acceperit aliqua munuscula a Monia-
libus, & utensilia. hoc non solum non est crimen;
verum est, præceptum Regulæ sui ordinis, vt patet
in sta-

in statutis Generalibus in ca. de Monialibus in his verbis. Confessores omnes tam Monialium quàm Sororum, & Abbatissę, siue Ministrę teneantur con fessori saltem de indumento prouidere, eum non sit iustum, quòd ipse, & socius fere per totum annum inseruiant Monasterio Monialium, & Guardianus teneatur ambobus de vestimento prouidere, &c. Ex verbo illo saltem excipitur, quòd si quæ alia mittātur, dum seruit, licitè mitti possint etiam quòd sint maiora, dummodo ad uictum necessariū spectent, quia dictio saltem est diminutiua, & importat illud, quòd magis est, ut declarat Bar. in l. 1. num. 5. ff. de iure codicil. not. Glo. in cap. statutum, in §. cum vero eiusdem, in verbo saltem de rescript. in 6. Neque obstat illud, quod ei opponitur de lenocinio, cuius imputationis fundamētum consistit in epistola, vbi sub nomine Menico volunt intelligere Menicam. Inique a suis maleuolis rectum nomen declinatur. Verba enim interpretanda sunt potius in bonam, quàm in malam partem ex benigna legis interpretatione, l. meritò, ff. pro socio. Et si verba uideantur tendere ad delictum, alias interpretatio d. bet fieri in meliorem. Boss. in sua pract. crimin. in tit. de mandat. ad homicidium, num. 49. & allegat Alexand. cons. 127. volum. 4. Et quilibet præsumitur bonus, nisi contrarium probetur cap. vn. de scrutin. in ordi. facien. & c. vlt. de præsumpt. Cum ergo consistat in animo d. inquisiti an intelligeret sub illo verbo hūc vel hanc standum est eius depositioni, & iuramento. Glo. sing. in §. aliæ. instit. de actio. & in l. si cui. §. ijsdem. de accusat. Barto. in l. Celsus, ff. de vsucap. Bal. in l. 1. C. de seruit. & aquæ tanto magis cum nō adsint nec inditia, nec præsumptiones. Alexand. d.
6 cons. 127. Præterea non adsunt † requisita ad lenocinium videlicet, quòd lucri causa id fecerit, ut in Auth. de lenonibus per totum, uel compulerit aliquam ad prostribulum in eius viribus constitutam l. lenones. C. de spectac. scen. & lenon. lib. 11. nam in diffinitione lenocinij semper precium interuenit. Alberic. in verbo lenocinium, vel quòd seduxerit. videatur si placet Lucas de Penna in alleg. l. lenones per totum. Et ita consulerem

Ego Hier. Henricus. I. V. D.

CONSILIVM LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pium dicitur, etiam si fuerit relictum consāguineo pauperi.*
2 *Legata distribuenda inter pauperes ex mente testatoris poterunt dari cōsanguineo eius pauperi ex causa studij.*
3 *Prælatus magis tenetur suis & amicis, quàm alienis.*
4 *Prælatus poterit de redditibus Ecclesiæ competens subsidium consanguineis pauperibus conferre.*
5 *Quilibet testator præsumitur regulare uoluntatem suam secundum leges.*
6 *Legatum causa studij dicitur legatum pium.*

Licet in mibi narrato opere satis condigno, & pio dubitandum non esset, tamen ad confirmādum animū domini exe
1 quutoris, dico, quòd eum † legatum pium dicatur, etiam si fuerit relictum consanguineo pauperi. Bald. in l. prima, num. 3. in fin. C. de sacros. eccles. per iura per eum, & prædictum legatum pie sit distribuendū ex mente testatoris inter pauperes,
2 † merito poterit dari consanguineo testatoris iuueni nobili, & ex causa studii. Et hoc dupplici ratione.
3 Primò quia etiam Prælatus † magis tenetur suis, & amicis, quam alienis, ut in c. non satis 86. d. c. primo, de cohabit. cleric. & mulier. ita ut possit de red-
4 ditibus ecclesiæ † cōpetens subsidium illis conferre. Abb. in c. inquirendum. nu. 4. de pecul. cleri. Igitur defunctus magis tenebatur isti iuueni quam extraneo. Et est uerisimile, quòd si de hoc interrogatus
5 fuisset, ita censuisset. cum quilibet † præsumatur regulare uoluntatem suam secundem leges. c. vn. de scrutin. in ordin. faci. ca. ult. de præsumpt. cū ui vul-
6 gatis. Secundo quia legatum † cā studii dr̄ legatum pium, ut dicit Alex. in l. ita stipulatus n. 28. ff. de uerbo. obliga. ita ut legatum incertum teneat in fauorē studii, ut fusè prosequitur Pet. Rebuff. in tract. de priuilegijs scholarium priuil. 133. per totum.

Tāto magis cū reliqui tres exequutorés ad senan. Reuerendissimo Episcopo, ad quē opinor saluo meliori iudicio spectare compellere exequutores uia iuris ad id faciendum, cum in discordia ipse sit iudex competens, ita ut existimem durante studio usque ad Doctoratum inclusiuè d. Iuueni præstandū esse legatum. per ea quæ tradit Rebuff. ubi supra.

Et ita consulo. Ego Hier. Herincus I. V. D.

CONSILIVM LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus ad hoc ut amittat priuilegium, sufficit spatium decem annorum, quod eo non fuerit usus.*
2 *Priuilegium exemptionis decimarum perditur spatio xxx. annorum.*
3 *Priuilegia tantum dant, quantum sonant.*
4 *Priuilegium, quod dicitur concessum ad damnum alterius, intelligitur de modico.*
5 *Qualitas adiecta in ultimis uerbis potest ad præcedentia trahi, quando articuli non sunt diuersi.*
6 *Licet recedere a uerbis legis, ut stetur menti.*
7 *Consuetudo post priuilegium sequens dicitur solum interpretatiua, & declaratatiua, non autem exstensiua.*
8 *In consuetudine exstensiua non cadit præscriptio.*
9 *Dumtaxat est dictio taxatiua, & res alias omnes excludit.*
10 *Genitiuus de sui natura importat uel dominium, uel possessionem, uel aliquam causam uel efficientem, uel formalem, uel materialem.*
11 *Præscriptio quadragenaria contra decimas sufficit.*
12 *Præscriptio immemorabilis in quacunque persona est iustus titulus in materia decimarum.*
13 *Immemorabilis quommodo dicatur esse probata.*

Quo

14 *Quo spatio donans potest amittere priuilegium. eodem & donatarius.*
15 *Decimę prædiales præteriti temporis suo tempore non petitæ, amplius peti non possunt.*
16 *Quibuscumque. Dictio hæc est merè vniuersalis comprehendens sub se omnes species sui generis.*
17 *Per constitutionem Pij V. Religiosi fuere exempti ab omni decimarum præstatione, nec videtur reuocata de iuris rigore, licet aliter practicetur.*
18 *Priuilegium perditur per renunciationem tacitam, vel expressam.*
19 *Remuneratoria donatio sit ob præcedētem meriti causam, non ob futuram.*
20 *Donatio remuneratoria, secum trahit mercedem.*
21 *Merces debetur operario in fine diei.*
22 *Clausula ex certa scientia tollit ius alteri quæsitum.*
23 *Papa in materia decimarum, est generalis administrator, ita vt possit remittere, & dare, vt ei placet.*
24 *Ius successoris, resoluitur resoluto iure authoris.*
25 *Papa derogans priuilegio alicui concesso, super decimis, præsumitur de eo habere notitiam.*
26 *Intellectus ad l. decurionibus, C. de silent. & Decur. lib. 12.*
27 *Priuilegium vni concessum, non debet alteri adaptari.*
28 *Quæ Europæ pars, verè dicatur Hispania.*
29 *Non est inconueniens in iure, vt idem retineat nomen generis, & speciei.*
30 *Iurisdictionis species quæ sint.*
31 *Priuilegium datum Regibus, & successoribus intelligitur de vniuersalibus, non de particularibus.*
Priuilegium rebus concessum, transit ad quemlibet successorem cum rebus ipsis.
32 *Priuilegium concessum propter merita necessariò erit personale.*
33 *Priuilegium adhærens iuri donato transmitti potest.*
34 *Priuilegium concessum personæ personale potius censendum, quàm reale.*
35 *Ecclesia Romana non solet concedere priuilegia, quæ sunt contra se.*
36 *Substantialia instrumenti sunt dies, locus, feries, facti, indictio, nomen Imperatoris, vel Papæ, & anni Domini.*
37 *Rasura si fuerit circa aliquod ex substantialibus instrumenti, tunc totum instrumentum reddatur falsum.*
38 *Scripturæ nō possunt dici publicæ, si non adsunt omnia substantialia ipsius.*
39 *Instrumenta censenda sunt adulterina sine substantialibus ipsius.*
40 *Defectus substantialium opponitur litteris Papæ.*
41 *Idem est aliquod ex requisitis non fuisse appositum, & appositum fuisse, sed falsò*
42 *Argumentum a maioritate rationis validum est.*
43 *Falsitatis nomen illud meritò sibi vindicat, quod multum distat a veritate.*
44 *Scriptura producta indubitatam fidem facit contra producentem, & illam producens videtur fateri omnia contenta.*
45 *Confessio scripta non admittit reuocationem prætextu erroris, sed imputatur producenti, qui potuit prævidere.*
46 *Confessio scripta, & probata, non reuocatur.*
47 *Sumpta de sumpto fidem non faciunt.*
48 *Agens ex instrumento debet agere secundum qualitatem instrumenti, cum suis modis, & temporibus.*
49 *Quod negat natura, lex non audet.*
50 *Instrumentum censetur vitiatum per falsam indictionem.*
51 *Discrimen est inter falsam indictionem, & nullam indictionem.*
52 *Ignorantiæ tabellionis indulgetur.*
53 *Omissio indictionis, est omissio magnæ solemnitatis.*
54 *Scripturæ ius est indiuiduum, neque potest pro parte acceptari, & pro parte non.*
55 *Falsitas totum prosternit.*
56 *Priuilegium non debet extendi vltra locum expressum in eo.*
57 *Obseruatio post sequuta declarat quale fuerit ius præcedens.*
58 *Licentia cum patientia longi temporis inducit declarationem tacitæ præcedentis voluntatis.*
59 *Nemo potest aliquid alteri applicare, quòd quando fu turum sit, non sit peruenturum ad eius manus.*
60 *Obseruantia iuris decimandi quando potest procedere ex vniuersali, & antiquiori iure, magis præsumitur, quod ab ista processerit, quàm a speciali.*
61 *Priuilegiatus præsumitur vti iure communi, potius quàm speciali.*
62 *Priuilegiatus potest vti iure communi.*
63 *Priuilegiatus in dubio præsumitur vti potius iure communi tamquam pinguiori, & potentiori, quàm priuilegio.*
64 *Ius commune, & priuilegium non se compatiuntur in eodem subiecto.*
65 *Quando actus repugnans priuilegio est incompassibilis cum ipso priuilegio, nec in eo potest cadere alia præsumptio, quàm renunciationis, tunc semper per contrauentionem vnico actu factam iudicatur renunciatio.*
66 *Decimæ translatæ a persona Ecclesiastica in laicum, an retineant naturam ecclesiasticam, vel laicalem, ita vt indigeant speciali derogatione.*
67 *Species vna de sui natura transmutari in aliam minimè potest.*
68 *Res quælibet in alterius locum subrogata, illius naturam assumit.*
69 *Emphyteota, vsufructuarius, & feudatarius non immutant naturam rei, quam accipiunt.*
70 *Laici decimam de iure canonico possidere non possunt.*
71 *Res solita dari laico in feudum, data Monacho non amittit naturam suam, & qualitatem.*
72 *Decimis translatis in laicum eo, quo prius derogabitur modo.*
73 *Laicus ex sola donatione decimarum alteri laico facta, eo ipso cadit a iure decimandi.*
74 *Nullæ decimæ laico in feudum dari possunt.*
75 *Decimæ solis clericis, & Ministris ecclesiæ seruientibus debentur de omni iure.*
76 *Decimam si quis dicat ex vocis natura quid spiritua le debitum clericis dixerit.*
77 *Decima est pars Dei, & Deus illam vocat suam portionem.*
78 *Decimæ a laicis licitè sine superioris authoritate detineri non possunt.*

79 Feudum

79 *Feudum antiquum, à quo filius vasalli cecidit, non impeditur quo minus, si renouetur, feudum sit antiquum.*
80 *Ecclesia per mutationem personarum, loci, & terrarum numquàm perdit decimas suo iure indiuiduatas, & circumscriptas.*
81 *Decimæ, quando ab Ecclesiastico receptæ, reperiuntur in manu laicorum, illarum natura dicit ut esse velata, &c.*
82 *In materia decimarum interpretatio fiet contra donantem.*
83 *An statutum loquens de Monachis verificetur in Regularibus.*
84 *Monachi qui dicantur.*
85 *Doctores omnia iura loquentia de Monachis adaptãt Regularibus.*
86 *Argumentum a sufficienti partium enumeratione validum est in iure.*
87 *Monachi possunt dici fratres.*
88 *Propositiones de Monacho loquentes verificentur in Regulari.*
89 *Monacho facilius indulgetur, vt ascendat ad Prælatu ram: quàm Præsul ad Monachatum ascendat.*
90 *Monachi multo ante fratres fuerunt, & ante eos approbati.*
91 *Futurum omne incertum est.*
92 *Stipulatio quando veniat appellatione contractus.*
93 *Status Monialis respectu ceterorum Regularium non est qualitas aggrauans, vel diminuens res statutas circa utrosque in materia decimarum.*
94 *Regularis domus nomen commune est domui Monachorum, & domui fratrum Conuentualium.*
95 *Canonici Regulares vt tales sunt clerici.*
96 *Iuspatronatus donatum a laico ecclesiæ an assumat naturam Ecclesiasticam, vel potius retineat laicalem.*
97 *Iuripatronatus laicorum censetur derogatum per collationem a summo Pontifice factam etiam si nulla fiat eiusdem patronatus in litteris mentio.*
98 *Iuspatronatus ecclesiasticum acquiritur quoties ex ecclesiæ bonis Ecclesia construitur, vel dotatur.*
99 *Iuspatronatus an dicendum sit ecclesiasticum, uel laicale debet attendi patrimonium, ex quo est institutum, & erectum.*
100 *Principium cuiusque rei attendendum est.*
101 *Quando iuspatronatus præsumatur ecclesiasticum, vel laicale.*
102 *Vnius inclusio alterius est exclusio.*
103 *Omnino ad verbum est præcisæ significationis.*
104 *Concesso vno, videntur concessa omnia illa, quæ ab illo vno dependent.*
105 *Ius canonicum facilè patitur, quod qualibet res ad sui naturam reuertatur.*
106 *Decimæ neque pro pignore detineri possunt a laico.*
107 *Iuspatronatus est ius a laico præscriptibile.*
108 *Iuspatronatus quoad omnia iura sua est indiuiduum.*
109 *Iuspatronatus si sit commune inter ecclesiam, & laicum legatus de latere talem ecclesiam conferre non potest, vt sic Ecclesia gaudeat priuilegio laici.*
110 *Magis dignum attrahit sibi minus dignum.*
111 *Quando ex prædominatione clericali insurgit incommodum ecclesiæ, tunc iuspatronatus accipit denominationem a qualitate laicali.*

CHristi Dei Saluatoris nomine inuocato in re difficili, & nodosa, in qua tot excellentissimi Doctores scripsere. Ego inter illos minimus consultus sum pro veritate, non vt clientibus satisfaciam nè vè alicui iniuriam faciam, sed solùm opinionem meam scribere sum rogatus. Dico, quòd cum Ramirus Monachus professus electus in Regem Aragoniæ dederit in dotem filiæ suæ Petronillæ Comiti Barchinonensi genero suo Regnum Aragoniæ reseruato sibi iure, & titulo Regis, & reseruato iure, quod habebat in omnibus ecclesijs Regni sui. Et ex quo Berengarius in posterum nec Rex Aragoniæ vocari voluit: nec iure aliquo ex indulto Vrbani secundi Pontificis Maximi, quod concesserat Petro Bermudo Hispaniarum Regi ac successoribus super iure decimandi, acquisito vsus est, & sic cùm ab anno 1147. vsque ad annum 1173. probetur non vsus d.indulti per spatium 26. vel 30. annorum, vt ex Beuthetio Historico, & alijs deducitur in facto nimis prolixo, mihi videri dictum priuilegium fuisse amissum, & hoc pro vno articulo causæ huius. Nam sufficit † spatium decem annorum
1 ad hoc vt priuilegiatus amittat priuilegium per non vsum per L.1.ff.de nundinis, vbi si princeps concedit ciuitati priuilegium nundinarum, & ciuitas non vtitur eo per decennium, perdit illud, Felyn.in cap. cùm accessissent, num.25. & sequentib. vbi alios cõgessit, de constit. Bald.de præscrip.in 4.par.q.5.par. princ. in vers.quarto quæro, num.2. vbi refert cum Bartolo, quòd si Princeps dat alicui ciuitati priuilegium studij generalis, vel Doctorandi, & ciuitas eo non vtitur per decennium, illud perdit, Bart.in l.beneficium, vers.quanto tempore, ff.de legibus, & con stit. Principum, Cyn.in l.voluntariè, C.de excusat. tutor. tanto magis in casu nostro, vbi adest spatium quasi triginta annorum, vt calculatur ex scripturis,
2 quæ producuntur, in quo casu † priuilegium & si exemptionis decimarum perderetur, vt est communis opinio, de qua testatur Viuius lib.2.comm.opin. 641. num.5. Igitur per patientiam sufferendo Reges in præallegato tempore, quòd decimæ non soluerentur ipsis eo tempore non impeditis videntur tacitè renuntiasse. Afflict.dec.193.num.2. Et hoc maiori facilitate, quàm sit obtentum, cùm quilibet possit fauori suo renunciare, l.si quis in conscribendo, C.de pact.cum multis similib. imò opinor præd. Reges cùm fuissent nimium dediti Religioni, ac pie tati non vtendo dicto priuilegio, quasi tacitè voluisse condonare ei, a quo illud acceperant.

Sequitur ex hoc, quòd Iacobus Rex conquisitor Regni Valentiæ non potuerit donare prædictas decimas Capitulo, & ecclesiæ Valentinæ, quia cùm per talem præscriptionem decimæ fuissent aliorum effectæ. Rex non poterit dare, quod suum non erat, l.traditio, ff.de acquir.rerum dominio, l.si filiusfam.C.de donat.l.si vniuersæ, C.de leg.cum similibus. Et nihilominus non videtur verum, quod in d.indulto fuissent decimæ concessæ etiam Regibus.
3 Priuilegia † enim tantum dant, quantum sonant, & numquàm trahuntur ad casus non expressos, præterum in præiudicium tertij, etiam si diceretur expresse

4 pressè, quòd † cum damno alterius priuilegium con
cederetur, intelligendum esset de modico, Ruin. vol.
4. consil. 88. num. 6. & in eo attendatur sola volun-
tas concedentis. Pontifex in præd. indulto nihil a-
git de decimis cum Regibus, sed cum Proceribus.
5 Tunc enim † qualitas adiecta in vltimis verbis po
test ad præcedentia trahi, quando articuli non sunt
diuersi, licet in simili dicimus, quòd clausula in fine
posita, refertur ad vltimo loco dictum, Ruyn. vol. 3.
consil. 72. num. 7. modo ex diuersitate personarum,
causæ, & periodorum, seu paragraphorum patet di-
uersos esse articulos. Postquàm enim compleuit ser
monem cum Rege, exordiens nouum negocium, &
nouum indultum, ita dicit. Et ne apud matrem cu-
ius voluptatibus, & præceptis exequendis semper
promptissimus extitisti, repulsam in parte aliqua pa
tiatur petitio, tui quoque Regni Proceribus eandem
licentiam concedentes, sancimus, ut ecclesias, quas
in Sarracenorum terris iure belli acquisierint, vel
in proprijs hæreditatibus fundauerint sibi suisque
hæredibus cum primitijs, & decimis propriarum
dumtaxat hæreditatum, &c. eis liceat retinere. Age-
batur cum diuersis personis, erat nouum indultum,
non videtur, quare dici debeat non fuisse quoque di
uersum articulum. Nec est bona ratio, quia ex tali
interpretatione sequeretur iniquitas, scilicet, quòd
minus fuisset concessum Regibus, quorum opera in
causa recuperationis Regni desiderabatur, quàm
Proceribus, ita vt ob hanc causam magis standum
6 menti, quàm verbis expressis. Imò † quod liceat ali
quando recedere a uerbis legis, ut stetur menti, pa-
tet, quia aliàs præferretur iniquum æquo, l. scire o-
portet, §. aliud, ff. de excusat. tut. quia forsan ratio le-
gis repugnat menti, l. cum mulier, ff. soluto matrim.
Aret. in §. 1. num. 3. Instit. de legit. patron. tut. Re-
spondetur enim, quòd Reges agebant proprium ne
gocium, oppida enim quæ recuperabantur, non recu
perabantur Proceribus, sed Regibus: & propterea
Reges poterant esse contenti sola distributione eccle-
siarum, sed Proceribus nihil de istis acquirebatur,
igitur vt suum patrimonium consumerent audacius,
& propriam vitam discrimini objicerent, facta est
amplianoad aliud præmium, ob quod & ipsi releua
ti sunt, & condigna merces data est labori, ita ut tale
bellum potius fauore, & opibus Procerum, quàm Re-
gum fuerit factum, ita tradentibus historijs, ita ut in
hoc uerificari possit Euripidis illud, Iniuste fecisse
Athenienses iubendo, ut Regum non militum no-
mina in triumphis inscriberentur. Neque in hoc suf
fragatur quòd vsus ita intellexerit, siquidem consue
7 tudo † sequens dicitur solùm interpretatiua, & de-
claratiua, non autem extensiua. Put. lib. 3. decis. 15.
nu. 3. igitur non poterit extendere priuilegium ad
personam non expressam. præsertim in materia deci
marum, cap. ex multiplici, c. licet, c. dudum, de deci-
mis, Socc. consil. 268. volum. 2. Rebuff. in tract. de
decimis, q. 14. num. 15. Neque ualet, si dicatur talē
8 cōsuetudinem fuisse præscriptam, quia † dato, quòd
hoc posset procedere in cōsuetudine interpretatiua,
seu declaratiua, non autem poterit procedere, in con
suetudine extensiua, quia in prima qui declarat, ni-
hil addit de nouo, vt probat Card. in clem. constitu-
tionem, §. 1. de electione per tex. in l. hæreditatem, §.
sed si tutam, ff. de testam. cum aliis per eum citatus,
sed in secunda induceret nouum ius, quod induccre
ipsa non potest præscribendo, cùm non adsit iustus
titulus, cùm in res sacra, quæ a laico possideri non
potest, Spec. in tit. de præscript. per l. qui vniuersas,
§. 1. ff. de acquir. poss. c. causam quæ, de præscriptio.
Et durum videtur indultum ita interpretari, quod
quando agitur de damno Capituli, & Cleri, puta de
distributione ecclesiarum, prima pars indulti non
qualificetur a secunda, quando vero agitur de fauo-
re, scilicet de præstatione decimarum, secunda pars
qualificet primam, & sic qualificatur, & non qualifi
catur prout utile est illis. Vltimò dicimus, quòd si
indultum ita intelligendum sit, ut dispositio de deci
mis facta in fauorem procerum suffragetur Regi-
bus, quòd illa dispositio est restringēda ad decimas,
quæ extrahuntur ex proprijs hæreditatibus, non au
tem ad decimas, quas aliunde ecclesia haberet, ne-
que minus ad decimas quascumque ecclesiarum op
pidorum ab hostibus receptorum.
9 Primò, quia illa † dictio dumtaxat, quæ est taxati
ua, res alias omnes excludit, l. his solis, C. de reuoc.
donat. si, vt uolunt, qui ex aduerso scribunt, esset re-
ferenda solùm ad concessionem decimarum quoad
ecclesias fundatas in proprijs hæreditatibus, non
ad exclusionem decimarum ex ecclesijs recupera-
tis, debuisset illa dictio aliter apponi, & ita dicere,
Sancimus, ut ecclesias, quas in Sarracenorum terris
iure belli acquisierint cum primitijs, & decimis, &
quas in proprijs hæreditatibus fundauerint, cum de
cimis, & primitijs propriarum dumtaxat hæredita-
tum eis liceat retinere. Et procederet, quod dicunt
ipsi, quòd cùm ille genitiuus propriarum hæredita-
tum necessariò sit coniunctus cum suo nomine sub
stantiuo, a quo necessariò regitur, & dependet, ut di-
cunt Grammatici, sequitur, quòd ubicumque dispo
sitio decimarum ex d. indulto perquirenda, & unde
eanda sit, semper habeat suam declarationem quasi
ex uentre sui nominis, sine quo esse non potest, scili-
cet decimarum, ita ut excludat terras acquirendas a
Sarracenis, in quibus nulla hæreditas uictoris, aut
10 recuperantis prius esse potuisset. Quia † genitiuus
de sui natura, cùm importet, uel dominium, uel pos
sessionem, uel aliquam causam, seu efficientem, seu
formalem, seu materialem, vt not. Bart. in Rubr. ff.
de oper. noui nunc. Card. in clem. 1. §. terra, de pœ-
nis, Alex. in Rubr. ff. de iurisdict. omn. iudic. Felyn.
in c. quia 2. de iudic. Corn. in 4. par. in cons. 182. Lā-
fran. in clem. dispendiosam, de iudic. necessariò de-
bet esse coniunctus cum suo nomine, a quo regitur,
& cum sua causa. Vnde cùm propriarum hæredita-
tum sit in præsenti casu loco causæ materialis, &
decimis loco effectus, debet cessare illa causa cessan-
te, quæ fuit inducta ad productionem ipsius effe-
ctus, in Auth. de instrum. caut. & fide, §. fin. versic.
ex vtroque, Bald. in l. 1. ff. de condict. indebiti, c. cum
cessante, de appellat. secundum quæsitum in præd.
casu est, An Regulares mendicantes teneantur sol-
uere decimas ex prædijs quæcumque emerint, vel
quæcumque acquisierint? Et dicendum videtur
quòd non, quia vt ex processu constat, non solùm a
40. annis citra Religiosi decimas non soluerunt, vt
11 sic huiusmodi quadragenaria præscriptio † sufficiat
cap. de quarta, extra de præscript. ita ut hoc longissi-
mum tempus inducat veritatem, vt not. in l. 2. C. de
seruit.

seruit. & aqua, Bald. in l. liberti, C. de operis libert.
cum etiam ex silentio tanti temporis intelligatur
fieri tacita remissio per eum, qui tacuit, capit. apud
eum, de cens. Afflict. decis. 13. numero secundo cum
alijs per eum, verum etiam vrgeat immemorabile,
quod videtur probatum vndecumque, & qualiter-
cumque accipiatur. Igitur quoad prædia empta, &
acquisita exemptio decimarum prædialium, de qui-
bus solis agitur, fuit præscripta, quia etiam per qua-
draginta annos exemptio præscribitur, capit. irrefra
gabilis, §. excessus, & ibi Doct. de officio ordinarij,
cap. cum contingat, de foro compet. Ergo multo ma
12 gis per immemorabilem, quæ † in materia decima-
rum est iustus titulus in quacumque persona, cap.
primo in fi. de præscript. in sexto, Abb. consilio 94.
sub num. 2. versic. præsertim quando, lib. primo, Co
uarr. in regul. possessor, parte 2. §. 4. num. 4. de reg.
iuris in 6. Aym. de antiquit. temp. par. 4. §. absolu-
tis, num. 49. Immemorabile enim excludit omnem
exactionem decimarum, Cuman. consil. 83. in fine.
Igitur quantum ad bona acquisita, & præscripta
quoad solutionem decimarum nihil innouandum
est, nec derogandum est iuri alteri quæsito. Imme-
13 morabilis vero est † probata per testes dicentes se
ita vidisse obseruari per quadraginta annos, & audi
uisse a maioribus, qui etiam dicebant numquàm fuis
se memoriam in contrarium de hoc, & ita fuisse,
& esse publicam vocem, & famam iuxta Glo. in di-
cto cap. primo, Ioan. Fab. in §. ex non scripto, num.
14. Instit. de iure natur. gent. & ciuili, Specul. in tit.
de probat. §. 1. num. 20. Nat. consil. 154. nu. 5. vol.
primo, Tabr. in tit. de præscript. conclus. 1. num. 74.
Pedem. decis. 101. num. 16. Put. lib. 3. decis. 12. Et
hoc totum procedit, si petantur decimæ vigore di-
spositionis iuris communis. Si vero vigore priuile-
gij, quod prætenditur concessum fuisse ab Vrbano
secundo Regibus Aragonum exigendi decimas sui
Regni sub datum Romæ 18. Kal. Maij, anno ab in-
carnatione 1085. indict. 3. pont. sui anno 8. Et con-
sequenter vigore donationis duarum partium deci-
marum Regis Valentiæ factæ Archiepiscopo, &
Capitulo Valentino 4. non. Nouemb. 1241. omisso,
an priuilegia exemptionum suffragentur, & an Pa-
pa censeatur derogasse quoad decimas debitas de iu
re communi, non vero speciali pro nunc, dico cõtra
huiusmodi priuilegium fuisse præscriptum, quod
probatur, nam licet satis esset dicere, quòd sicut est
præscriptum contra ius commune, ita etiam contra
priuilegium, cum priuilegium facilius perdatur,
quàm ius commune, l. eius militis, §. militię missus,
ff. de testam. milit. tamen dico, quòd Capitulum ami
sit priuilegium hoc ex tanti temporis cursu. nam li-
cet non posset dici, quod fuerit concessum ecclesijs,
quia fuit concessum Regibus, & hic agatur vigore
donationis. Vnde clerici ecclesiæ Valentinæ, sicut
donatarij subintrant in ius Regum, vel vt cessiona-
14 rij priuilegiati. Ergo sicut Rex † hoc priuilegiũ po-
tuissent perdere spacio decem annorum, non utẽdo,
l. 1. ff. de nundinis, Bar. in l. citatio, §. earum, ff. de pu
blic. l. fi. de constit. cum alijs congestis per Felyn. in
c. cum accessissent, nu. 25. extra de constit. & est Re
gula communiter recepta, vt per eum ibidem; ita &
Archiepiscopus, & clerici. Quin & si fuisset conces-
sum personis ecclesiasticis id procederet, vt idem Fe
lyn. voluit ibid. post nu. 27. ex Gl. in c. vt priuilegia,
de priuileg. ecclesijs sufficit spatium 40. annor. In-
noc. in c. de quarta, & in c. accedentib. de priuil. cum
alijs per Felyn. ibid. nu. 30. in 3. limit. quod spatium
15 iam est in facto probatum. Secundò, quia † siue ex
dispositione iuris cõis, siue ex priuilegio decimæ præ
diales temporis præteriti suo tempore nõ petitæ, am
plius peti non possunt. Rot. in antiquis de decimis,
dec. 1. & ego alibi de hoc fusè scripsi. Tertiò, quia
priuilegio illi fuit derogatum per priuilegia innume
ra concessa Regularib. de non soluendis decimis, &
præsertim per constitutionem Pij V. nu. 38. incipit.
Et si Mẽdicantium, in vers. Inhonestum quoq; esse
censentes Mendicantium ordines, &c. & ibi. A qui-
buscũque decimis, primitijs quartis, &c. vbi notan-
16 dum est verbum illud † quibuscumque, quod est me
rè vniuersale comprehendens sub se omnes species
decimarum. Qui. n. dicit quodcumque, nihil exci-
pit, gl. in clem. 1. §. 1. in verbo quemquam de priuil.
Importat enim omnimodam generalitatem c. solitæ
de maior. & obed. vbi Abb. in vlt. not. Curt. iun. in
1. vol. consil. 48. Bald. in l. 1. in 34. q. ff. de rerum di-
uis. Et comprehendit omne id, quod venit secũdum
propriam significationem, Curt. in d. consil. Neque
obstat quod d. constitutio fuerit reuocata per Greg.
XIII. incipit. In tanta rerum. Quia ibi Gregorius
non vult decimas solui per Regulares, sed tantum-
modo reducit constitutionem Pij V. ad terminos iu
ris, & ad Conc. Trident. ac si nulla cõstitutio decla
ratoria post fuisset emanata. Modo Concilium Tri-
dentinum, sess. 25. cap. 12. non exprimit decimas sol
uendas esse per Regulares, sed dicit tantùm, quòd
soluantur ab his, ad quos decimarum solutio spe-
ctat, & his quibus legitime debentur, ut in uersic.
17 præcipit. Nam clarè patet, quòd Pontifex † potest
concedere priuilegium, per quod Religiosi a Deci-
marum præstatione eximuntur, & de hoc non est
dubitandum, per tex. in c. ad audientiam, & c. ex par
te 1. & 2. c. ex multiplici, cap. dilecti, extra de deci-
mis, etiam ab alijs possessarum, dummodo de hoc
mentionem faciat, cap. dudum, & ibi Innoc. Card.
Anton. de Butr. & Abb. in c. dudum de priuil. Et ita
mihi videtur esse dicendum de iure, licet d. constitu
tio aliter practicetur.

Tertiò, quia allegato priuilegio fuit renunciatum
a Regibus successoribus in manibus Innocentij
18 tertij. Et patet, † quod per renunciationem taci-
tam, vel expressam priuilegium perditur, c. pro il-
lorum, de præb. Abb. in c. suggestum de decimis.

Tertius articulus quæstionis uniuersalis huius
causæ est. An præd. priuilegium Vrbani concessum
Regi, & Proceribus eius fuerit datum ex causa one-
rosa, quę habeat uim contractus? Et dico, quod non,
quia ad acquisitionem Regni tenebantur ratione
sui status Rex, & Proceres, ut recuperarent ter-
ras a manibus Infidelium, & recuperantes age-
bant negocium proprium, vnde concessio Pontifi-
cis desinit esse remuneratoria. Quia donatio remu-
neratoria fit ob præcedentem causam, non ob fu-
19 turam. Remuneratio † enim præsupponit suum
meritum, ut dicit Aristoteles in primo Rethoric.
& donatio remuneratoria nihil aliud est, nisi

R illud,

illud, quod conceditur alicui occasione beneficij
antea per eum illati, l. si remunerandi, ff. mand. Bar-
tol. in l. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred.
& videtur ad casum nostrum in terminis facere, tex
tus in l. Atilius Regulus, ff. de donat. considerando
verba illius legis, quæ semper loquitur de præte-
rito, ibi. quoniam, & cum patre meo semper fuisti,
& me eloquentia, & diligentia tua meliorem reddi-
disti, semper in præterito. & hæc lex est sedes hu-
ius donationis remuneratoriæ, in qua sicut neque
minus in qualibet alia reperitur, quod dicat, si fe-
ceris, si reddideris. Vnde quando dicimus, quod
reuocari non potest propter ingratitudinem, l. si pa-
ter, §. finali, ff. de donat. Bald. in l. si cum mihi, ff. de
20 dolo, id † procedit, quia donatio remuneratoria se-
cum trahit mercedem, vt in illa l. Atilius in illis
verbis. non veram donationem esse, sed officium
Magistri quadam mercede remuneratum, & mer-
ces est de præterito, non de futuro labore. Et hæc
est opinio Glo. in verbo non veram. dicendo non
esse reuocatam, quia ob præcedentem causam erat
21 facta. Merces † enim debetur operario in fine diei,
Deuteron. 24. capitul. non negabis, Math. 20. capi-
tulo, Card. not. in clement. fin. decima tertia quæst.
de præbend. Vnde in casu nostro videtur potius do-
natio ob causam, vel donatio conditionalis, vt sic
conditione cessante, & ipsa cesset, l. qui hæredi, §. vl-
timo, ff. de conditione, & demonstratione; & hoc ob
seruando coniecturas, ad quas omnino in præsenti
materia ad cognoscendas qualitates eius recurren-
dum est, Corn. consilio 261. numero nono, libro 4.
Tanto magis quòd Rex, & proceres ad id teneban-
tur ex officio suo, & incumbentes acquisitioni op-
pidorum a Mauris, videbantur incumbere vtilita-
ti propriæ, ex quo fit, quòd nullus dicatur remune-
rare factum alienum, puta facienti vtile. Igitur non
transit in naturam contractus, & sic cessant ratio-
nes deductæ in hac causa, 9. Iunij 1597. & rationes
de quibus in ea. Indultum semper loquitur per
verba de futuro, videlicet, ecclesias villarum cum
earum, quas in Sarracenorum terris capere potue-
ritis, quàm earum, quas ipsi in Regno vestro ædifi-
care feceritis. Quod si dicatur, quòd illud tempus
futurum ex post facto retrotrahitur ad præteritum.
Dico hoc non sufficere, si attendamus formam do-
nationis remuneratoriæ, quæ est in dicta l. Atilius,
ibi. quia cum patre meo semper fuisti. Et diligen-
tia tua me meliorem reddidisti. Quæ verba sem-
per sunt præteriti temporis non futuri. Imò si re-
muneratio ex nunc, prout ex tunc adacta fuerit ad
tempus futurum subiunctiui modi, puta dicendo,
si acquisieris, vel insulam feceris, videtur esse dona-
tio conditionalis, & non simplex remuneratoria.
Similiter non videtur verum, quod per clausulam
illam derogatoriam non sit derogatum iuri ex dona
tione uigore dicti indulti, quia scilicet restringatur
tantum ad eos, ad quos ius decimandi spectat; de
iure communi, non autem comprehendatur ius parti-
culare a Papa ignoratum, ad cuius derogationis ef-
fectum sit facienda specialis mentio. Quia in pri-
uilegio concesso fratribus adest clausula, Ex certa
22 scientia, quæ † tollit ius alteri quæsitum, Ioannes
de Anania, consilio 81. Alexander consilio 215. vo-
lumine secundo, Corn. consilio 83. volumine quar-
to, Dec. consilio 191. Felyn. in cap. nonnulli, de re-
script. Ruyn. consilio 175. num. 22. volum. 1. & de
plenitudine potestatis. Et clausula, Non obstante,
quo casu operatur in præiudicium tertij, & si ma-
gnum sit, ut in fine d. consil. tenet Ruyn. tanto ma-
gis quia Papa in materia ista decimarum considera-
ta vtilitate, quæ ex illarum solutione percipitur, est
23 generalis † administrator, ita ut possit remittere, &
dare, vt ei placet, Rebuff. in tractatu de decimis,
quæst. 13, nu. 106. & 107. vbi allegat Hostiens. Pa-
normit. & alios. in cap. a nobis, eodem titulo. Et no-
torium est, quòd Reges Hispaniarum a multis an-
nis citra vindicauerunt sibi tale ius decimandi, cum
sit omnibus notorium, attenta Glo. communiter re-
cepta in capit. vestra, in uerbo Notorium, extra de
cohabitat. clericor. & mulier. Benè dici potest fuisse
etiam notorium præsumptiuè Papæ, qui deinde am
plissimis clausulis derogando omnibus habentibus
ius decimandi ex iure communi, videatur etiam de-
rogasse habentibus illud ex iure particulari, & sic ex
causa donationis. Quod si dicatur, quòd hæc ratio
benè procedit contra Regem, sed non contra Ar-
chiepiscopum, & Capit. Valentinum donatarios,
quibus non potuit Rex, nec Papa præiudicare.
Quia cum donatarius dicatur esse successor donato-
ris in re sibi donata, vt in iure est vulgatum, ius suc-
24 cessoris † resoluitur resoluto iure authoris, l. lex Ve
ctigal. de pignor. Igitur sicut ob eam causam cense-
tur derogare iuri communi, quia Papa de illo præ-
sumitur habere notitiam, sic ob eandem dicto priui-
25 legio, quia † par est ratio, l. illud, ff. ad l. Aquiliam,
facit decisio Cassadori prima de priuileg. ibi cum
contra fratres Minores diceretur non fuisse expres-
sum de quasi possessione percipiendi decimas Cleri
Cusentin. nihilominus Domini concluserunt abso-
lutoriam dari fratribus, quia Iulius Papa sciebat
aut cogitabat antiquam portionem huiusmodi per
aliquem percipi, & consequenter possideri, & non
dubitabat, quin præiudicaret his, quibus de iure cō-
muni, aut alias erant debita. Et qui similiter repe-
riebantur in possessione percipiendi, quando rectè
credebat aliquem, cui ius competeret, esse in posses-
sione. Et hóc in prima parte decisionis, sed in secun
da tutior erit opinio Innocent. in hoc articulo. Ne-
26 que obstat † text. in l. decurionibus, C. de silent. &
Dec. libro duodecimo, quia illa lex continet particu
larem dispositionem factam in gratiam certorum
hominum propter seruitium certum, & prædictorum
spatio 30. annorum, ut ibi dicitur, & per conse-
quens nō potest trahi ad cæteros sine prædictis qua-
litatibus, argum. tex. in §. sed, & quod. Instit. de iure
nat. gent. & ciuili.

Quartus articulus erat, an priuilegium, de quo
agitur sit extinctum ob defectum legitimæ succes-
sionis Regis. Et videtur quod sic. Quia cùm in-
dultum, & gratia, de qua in illo fuisset ab Vrba-
no secundo concessa Petro Regi Nauarræ, ut per
Historicos deducitur, & eius successoribus ritè sub-
stituendis ex defectu legitimi successoris dicti Pe-
tri, priuilegium uidetur expirasse, ut non possit ap-
propriari Regib. Aragoniæ. De cuius defectu per Hi
storicos in facto deductos satis constare dī presertim
in Chro-

in Cronica Hispaniarum per Petrum Antonium,
lib. 2. cap. 11. in princip. vbi dicit, quòd, mortuo Al-
phonso Rege, populi Regni Aragoniæ, & Regni
Nauarræ versabantur in summo discrimine, cùm nõ
reperiretur legitimus hæres, & successor d. Regis de
functi, & hinc bella orta fuerunt. & hoc fuit de an-
no 1134. & 1135. Igitur † priuilegium vni con-
27 cessum, sicut non debet alteri adaptari, quia non ex-
tenditur de persona ad personam, argum. text. in §.
sed & quod Principi. Instit. de iure nat. gent. & ciu.
capitulo sanè, de priuileg. in sexto, cap. petisti, 7. q.
prima, ita priuilegium concessum Regibus Nauar-
ræ non debet suffragari Regibus Aragoniæ, & Hi-
spaniarum. Neque in hoc suffragatur, quòd conces-
sio dicto Petro fuerit facta a Pontifice, vti Regi A-
ragonum, quia dictus Petrus primus erat filius San
cij Regis Aragonum, vt patet ex inscriptione, capit.
de nepTis, 31. quæst. 2. quia in dicta inscriptione ni-
hil dicitur de Sancio, sed benè dicitur Sanctio Re-
gi Aragonum, igitur non benè constat de nomine,
& indultum dicit Regi Hispaniarum. Neque mi-
nus obstat, quòd Papa † eum vocet Regem Hispa-
28 niarum, quia hoc est latissimo vocabulo, quo Hispa
nia vocatur totum, quod est a Pyreneis ad nostrum
mare, & Oceanum, & Gaditanum mare, quod est
nomen generis, Pompon. Mela, libro secundo de si
tu Orbis. secus si vocandus esset nomine specifico,
quo casu distinguitur Regnum Hispaniarum a Re-
gno Nauarræ, vt patet per Historicos. Neque hoc
censendum est † inconueniens, sicut etiam in iure
29 nostro sæpissimè species retinet nomen generis, ver
bi gratia. Duæ sunt species adoptionis, vna, quę di-
citur arrogatio eius, videlicet, qui est sui iuris; alte-
ra, quæ dicitur adoptio eius, scilicet qui est sub alie-
na potestate tot. tit. Instit. de adoptio. sic etiam telum
dicitur specificè id propriè, quod manu iacitur, l. te-
lum, ff. de rerum, & verbor. signific. & tamen teli ap
pellatione omne armorum genus comprehenditur
iuxta illud Virgil. in 2. Aeneid.

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum
Testor, in occasu vestro, nec tela, nec vllas
Vitauisse vices Danaum.

30 Sic quoque † Iurisdictionis species sunt merum,
& mixtum imperium: & iurisdictio, quæ est propria
magistratus. Et his similia. Cum igitur linea Petri
Primi fuerit extincta, subintrat decisio Put. 332. nu-
31 mero secundo, libro 3. quòd † priuilegium datum
Regibus, & successoribus, intelligendum sit de vni-
uersalibus, & non de singularibus. Etenim quan-
do priuilegium ipsis rebus conceditur, tunc transit
ad quemlibet successorem cum rebus ipsis, l. prima,
§. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiu. l. 3. §. fin. ff.
de cens. secus vero si personæ, quia tunc nullus vti-
tur priuilegio personali ex persona defuncta, quia
non egreditur personam, l. in omnibus, & l. priuile-
gia, ff. de regulis iur. l. prima, §. personas, ff. de tute
immun. cum similibus. Et ita est in casu nostro. non
enim dicit Vrbanus Pontifex in indulto, quod ec-
clesiæ villarum captarum ab infidelibus per Reges
victores quoscumque vnà cum decimis distribui
possint. Sed quòd tu, tuique ex genere tuo ritè sub-
stituendi ecclesias villarum tam earum, quas in Sar
racenorum terris capere poteritis, quàm quas in Re
gno vestro ædificare feceritis, &c. Et sic priuile-
gium indultum intuetur personam, & non rem.
Præterea ex narratiua patet Põtificem facere talem
concessionem ob merita dicti Petri, & procerum, vt
in illis verbis pro assidua experientia tantorum me-
32 ritorum. Igitur cùm † merita efficiant qualitatem
a persona inseparabilem; priuilegium necessariò erit
personale per doctrinam Bartol. in l. per diuersas,
versic. 17. quæro, C. mandati, & sic cessat consil. So-
cin. iunior 74. numero 27. libro 3. in quo loquitur
de qualitate rei, quæ adaptari non potest nisi ad pri-
33 uilegium adhęrens iuri donato, † quo casu transmit
ti potest, vt dicit Ioann. Lecir. in tract. de primogeni
tura, libro 3. quæst. prima, num. 9. imò si Papa non
expressisset de successoribus, & de posteris, nemo
negaret, quin priuilegium fuisset personalissimum,
non potuisset a patre in filium transferri, l. non so-
lum, §. si puella, ff. de ritu nupt.

Secundò, quia cum decimæ debeantur de iure di
uino clericis, cap. cum non sit extra de decimis, & in
præfato indulto Papa huic iuri seu dispositioni dero
get, strictissimè venit interpretandum. Doctor. in
c. licet in principio de regular. non ergo veniet ex-
tendendum ad personas non expressas, l. diligenter,
ff. mandati, cap. cum de non sacerdotali, extra de prę
bend. in sexto.

Tertiò, faciunt tres particulæ contentę si benè cõ
siderentur. Prima est, tuique successorum ex genere
tuo ritè substituendorum. Secunda, tu autem sere-
nissime Rex, tuique posteri. Tertia, quando loqui-
tur de proceribus dicit sibi, suisque hæredibus. & sic
non extraneis successoribus, vnde cùm negari non
possit, quin casus sit satis dubitabilis, militabit deci-
34 sio Boer. decis. 227. num. 18. par. 2. quod † priuile-
gium concessum personæ, personale potius censen
dum sit, quàm reale.

Et ex alia ratione videtur dictum priuilegium
expirasse, quia Petrus secundus renunciauit præd.
decimis in manibus Innocentij tertij, vt habetur in
eius vita per Car. Campan. grad. 6. Cui non respon
detur dicendo, quòd per Historicos appareat fuisse
renunciatum solum quoad iuspatronatus ecclesia-
rum, & ius distribuendi ecclesias, non autem quo-
ad ius decimandi, quia apparet de contrario sic enim
dicit præfatus Historicus: *Pietro secondo morto
che fù suo padre Alfonso Secondo, comincio a gouerna-
re il Regno d'Aragona, & ne fù coronato in Roma da
Papa Innocent. Tertio, da cui ottenne, che per innanzi
li suoi successori potessero farsi coronare in Saragoza
per mano dell' Arciuescouo Taraconense; & esso all'in-
contro renunciò al Papa le ragioni nel suo Regno intor
no alle decime, & iuspatronati, li quali hauea già con-
ceduto Vrbano Secondo al Re Pietro primo:* Iste Hi-
storicus testatur renunciatum vniuerso priuilegio
concesso per Vrbanum Secundum. Ad quod facit,
35 quòd ecclesia † Romana non solet concedere simi-
lia priuilegia, quæ sunt contra se, vt testatur Franc.
Pauin. in tract. de visitat. quæst. 3. par. 1. num. 28. &
dicit notatum esse per Doctores in l. iubemus, C. de
sacros. eccles.

Quintus articulus est, an indultum Vrbani secũ-
di quod prætenditur fuisse concessum Petro Bermu-
do Hispaniarum Regi, ac successoribus super iure

decimandi, sine præiudicio prædictorum, sit in forma probanti. Et dico, quòd non. Pro cuius rei veri-
36 tate præmitto, quòd inter alia † substantialia instrumentorum sunt dies, locus, series facti, Indictio, nomen Imperatoris, vel Papæ, & anni Domini, vt dicit tex. in Auth. constit. vt præponatur nomen Imperat. & Glo. Mag. in l. generali, C. de tabularijs, lib. 10. Et licet illa glo. dicat hæc omnia spectare ad ordinem instrumenti, nihilominus Doctores interpretantur hæc esse de substantia instrumenti, not. Bertachin. in suo dictionario. in verbo Instrumẽtum, qualiter fiat, facit doctrina Lanfranci de Oriano in tract. de fide instrum. num. 36. vbi habet, quòd si rasura erit circa substantialia instrumenti, & exempli-
37 ficat dicens, puta † in indictione, vel in annis Domini, tunc totum instrumentum reddatur falsum, per Bald. in l. si ex falso, C. de transact. c. Abbate, de re iudic. in 6. Et ratio esse potest, quia isthæc omnia faciunt instrumenti publicationem. Specul. in tit. de instrum. edit. in §. 2. in verbo sunt autem nouem.
38 nam † scripturæ non possunt dici publicæ, si non adsunt substantialia ipsius, vt in Auth. Vt præponatur nomen Imperat. not. Afflict. in decis. 274. Amplius quia ista possunt objici instrumentis, l. 1. §. editiones, & §. rationes. Et in l. si quis, §. initium, ff. de edend. l. 1. & 2. C. de vet. iur. enucl. cap. inter dilectos, de fide instrum. Glo. fin. in tit. C. de nouo Cod.
39 confirm. Nam cum ista sint apponenda, nisi † apposita fuerint, instrumenta censentur adulterina, per tex. in §. primo, & secundo, in d. Auth. Vt præp. nom. Imp. & in l. 1. C. de appo. publ. §. sancimus in Auth. de exhib. reis, l. sancimus, C. de testam. Et qđ
40 facit ad casum nostrum est, quòd † in specie hęc omnia opponuntur litteris Papæ, vt not. Martin. de Fano, in addit. ad tract. Baldi de Perusio de Tabellione, num. 81. Contra indultum præfati Pontif. Vrbani opponitur primò de falsitate annorum, quia cum constet ex historijs multis vetustatis nuncijs aliàs recitatis, & adductis, quòd Vrbanus secundus fuerit electus Pontifex de anno ab incarnatione 1088. a natiuitate 1089. non potuit indultum sub eo datari sub anno 1085. quam datam illud indultum continet. Et idem est in casu nostro annum non fuisse appositum, & fuisse appositum, sed falsum esse, sicut
41 idem † est aliquid non fieri, & fieri, sed non ut fieri debet, argum. tex. in §. sciendum, Instit. de satisdat. tut. vel curat. ubi pro eodem ponitur non curasse satisdatum, & satisdatum, sed non idoneè. tanto ma-
42 gis apposita falsitate. nam † argumentum a maioritate rationis tenet, l. non est dicendum, de reg. iur. Bal. in l. conuenticula, C. de episc. & cler. Et falsitas plus (absolutè loquẽdo) est, quàm si fuerit omissum, sicut cæteris paribus peccatum commissionis, grauius est peccato omissionis, vt dicit Bart. in l. 1. ff. de iure patr. & S. Thom. 2. 2. quæst. 79. artic. 3. & 4. Falsitas est circa tempus, & propriè circa diem, quod reddit totum instrumentum falsum, cap. cum Ioannes, de fide instrumentor. cum vulgatis. nam
43 † falsitatis nomen illud meritò sibi vindicat, quod multum distat a veritate, Socc. consilio 187. in secunda parte, in versic. confirmantur præmissa. Nec suffragatur dicere errorem fuisse in transumpto, & quòd loco anni 1085. scribendum sit 1095. quia talis variatio temporis non est facienda sine ratione, sic enim nullum esset dare instrumentum, cui opponi posset de falsitate diei. Etenim ratio, quæ ex aduerso dicitur, quod transumpta aliarum litterarum in alijs causis exhibitarum habent huiusmodi datam anni 1095. non obstat propter multa. Et primo, quia si alicui ex dictis copis danda esset fides, dãda esset antiquiori, in qua est data de anno 1085. a quo, scilicet, hęc alia sumpta, videntur esse transumpta. Exemplatum enim debet concordare exemplo, a quo exemplatum est, ut est vulgatum in iure.

Secundò, quia dictum sumptum continens datã de anno 1085. fuit extractum de Archiuio Regio uigore compulsoriarum, & registratum in Archiuio publico iustitiæ Valentinæ ciuitatis ad instantiam eiusdem Archiepiscopi, unde cum fuerit ab aduersarijs productum, erit effectum commune, & firmam, atque indubitatam fidem faciet contra eum, ut iacet; & videtur fateri omnia in eis contenta ve-
45 ra esse, etiam † quæ producenti præiudicarent. Innocent. in cap. cum olim, in fi. in versic. sed dies, de cens. & in cap. cum Venerabilis, nu. 4. in versic. item
45 licet producens, de exceptio. Et similis † confessio non admittit reuocationem prætextu erroris, sed imputatur producenti, qui potuit præuidere. Spec. in tit. de instrum. edit. §. uidendum, quia ista est confes-
46 sio scripta, & probata, † quæ non reuocatur prout not. Abb. & alij, in capit. fin. de confessis. ex quo fit, ut non possit esse locus pœnitentiæ, ita ut nunc non illi, sed alijs scripturis velint stare, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest, capitulo quod semel, de regul. iur. in sexto, præsertim vbi agitur de tertij præiudicio, ut ibi notant Doctor. Ter-
47 tio ista alia sumpta, sunt sumpta de sumpto, † quę fidem non faciunt, l. procurator, C. de edendo, l. sancimus, C. de diuers. rescript. cap. fin. de fide instrum. Auth. si quis in aliquo, C. de edendo.
48 Quartò, quia † agens ex instrumento debet agere secundum qualitatem instrumenti cum suis modis, & temporibus, Boer. decis. 23. num. 31. par. prima, scriptura necessariò debet continere tempus, Bald. in l. scripturas, numero quinto, C. qui pot. in pign. hab. Amplius in d. tempore, nec d. Petrus regnabat, nec vllus Rex reperitur cum tali nomine. Imò si apponatur data anni 1099. non saluatur indultũ, quia de d. anno Vrbanus II. de mense Nouembr. celebrauit in Gallijs Concilium Claremontanum, unde nõ est verisimile, quòd fuerit Romæ 16. Cal. Maias. illius anni. Nec valet dicere, quòd si fuerit apposita Data de anno 1095. tunc benè saluabitur indictio tertia, & quod data fuerit de anno octauo Pontificatus Vrbani secundi, quia hoc non est faciendum. Data enim hypothesi falsa, quòd homo sit leo, sequitur sine dubio, quòd erit irrationalis. Dato enim vno inconuenienti, multa sequuntur, vt dicit Philosophus in 1. de cęlo. Et inconuenientia nõ sunt multiplicanda sine necessitate, & in tertij præiudicium. Et sicut rei natura fieri non potuit, quod Vrbanus esset Pontifex de anno 1085. ita neque debemus ex
49 torquere scripturam ad d. annum, quod † enim negat natura, lex non audet, l. 2. §. 1 ff. de vsufr. eorum rerum quæ vsu consum.

Secun-

Secundò principaliter opponitur contra indul-
tum, quòd sit error in indictione, si obseruetur Re-
gula, & computatio Glossæ, quam omnes Canoni-
stæ sequuntur in c. inter dilectos, de fide instrum. i-
gitur indultum censendum erit subrepititium. Nam
sicut non solum rescriptum iustitiæ, vel gratiæ, sed
etiam priuilegium contra ius vitiatur dicitur per so-
lam falsam latinitatem, capit. ad audientiam, & ibi
Abb. in fine, extra de rescriptis, ita etiam debet cen-
50 seri vitiatum per † falsam indictionem, quia mili-
tat eadem ratio, vel præsumptio, scilicet, quòd priui
legium transit per manus multorum Peritorum in
Grammatica, & in Indictionum computatione, vt
ibi dicunt Doctor. vbi enim militat eadem ratio, ibi
quoque debet pariter militare eadem iuris disposi-
tio, l. illud. ff. ad l. Aquil. l. fin. C. ad l. Falcid. Ex quo
licet Bart. in l. nominatum ff. de condit. & demonst.
51 voluerit, quòd † licet instrumentum per defectum
indictionis vitietur, non tamen per falsam indictio-
nem, & sic facit discrimen inter nullam indictioné
in primo casu, & falsam indictionem in secundo ca-
su. Quia illa doctrina procedere potest in instrumé-
52 to confecto a Tabellione cuius † ignorantia indul
getur, l. sed si pupillus, §. præscribere, ff. de instit. &
ita voluere Dyn. Ioan. Andr. & Franc. in cap. datæ,
in fine sexti libri, non autem procedit in priuilegijs,
vt recte not. Glo. Bernardi in fi. d. c. ad audientiam.
53 Et hoc est valdè notandum, quia † est omissio ma-
gnæ solemnitatis, vt voluit glo. in l. 1. C. de Iustini.
Cod. confirm. in fi. Spec. vbi supra in versic. vbi sit
error in indictione. Itaque cum sit error in anno, in
Indictione, in loco, in persona Papæ, & in nomine
Regis, cui conceditur, sequitur quod indultum in
54 totum sit falsum. quia scripturæ † ius est indiuiduũ,
vnde non potest pro parte acceptari, & pro parte im
pugnari, Castr. in l. quædam personæ, §. nummula-
rios, num. 2. ff. de edendo, l. publia, in fi. ff. depos. ma-
ximè cum velint indultum continere capitulum v-
55 nius generis, quia † falsitas totum prosternit. Fely.
in c. ex litteris, de fide instrum. & in c. fraternitatis,
de hæreticis.

Sextus articulus quæstionis est, quicquid sit de
veritate prædictorum. An obseruantia, quam aduer
sarij prætendunt super exactione duarum partium
ex tribus omnium decimarum habeat originem, &
causam a præd. priuilegio, & donatione Regis Iaco-
bi, vel a iure communi, vel a præscriptione. Et di-
co, quòd nullo pacto a priuilegio. Et hoc primo ea
ratione, quia priuilegium præd. fuit coarctatum, &
restrictum ad decimas acquirendas de terris ab infi
delibus recuperandis, quæ ab illis detinebantur, aut
ad nouas ecclesias fundandas. & ex omnibus histo
rijs constat, quod tempore datæ priuilegij ciuitas
Valentiæ a fideli Rege Cydo, & Episcopo Hierony
mo nec non Christiano populo possidebatur, igitur
56 priuilegium † non debet extendi vltra locum ex-
pressum in eo, Panorm. in cap. cum capella, num. 2.
extra de priuileg. quia eo ipso, quod fuit concessum
Regi, & Proceribus, & sic certis personis videtur es
se personale ad locum determinatum, & restrictum.
ita Butr. dicit in d. cap. cum capella, num. 3.
57 Secundò, quia † obseruatio post sequuta decla-
rat, quale fuerit ius procedens reseruatum, Castr.
in consil. 347. in fine, lib. 3. Crauet. consil. 213. nu-
58 8. Roman. consil. 271. num. 4. quia † scientia & pa
tientia longi temporis inducit declarationem tacitæ
præcedentis voluntatis, l. qui in altena, versic. sed si
non adiecit. C. de petit. hæredit. l. si filius, ff. de iure-
dot. l. si probatum, C. communi diuidundo. Modo
de annis 1243. 1260. 1271. 1437. 1448. 1451.
1052. 1545. 1577. 1592. 1597. adsunt plura in-
strumenta, & sententiæ, quibus fuit adiudicatum
omnes decimas ad Episcopum, & Capitulum perti
nere de iure communi, & eodem iure solitos recipe-
re decimas ab exemptis, & ab alias liberis, & non
obligatis eas soluere. & ipsos Episcopum, & Capi-
lum de receptis tribus omnium decimarum parti-
bus teneri soluere tertiam Regi illi per Episcopum,
& Capitulum Valentin. Regi conquisitori eiusque
successoribus in feudo. Igitur obseruatio potius vim
habet a iure communi a dicto indulto, seu priui-
legio.

Tertiò, quia de anno 1239. Gregorius nonus ei-
dem ecclesiæ vniuit cathedralem de Vich. seu Vi-
cen. & de Settabis cum earum iuribus, & Episco-
pus, & Capitulum statuerunt sub anno 1240. quod
Parrochiali sanctæ Mariæ maioris, quæ erat cathe-
dralis, & ex terris assignandis Parrochialibus om-
nes primitiæ applicarentur, & integræ decimæ, &
Capitulo soluerentur, quod vtique hoc fieri non po
tuisset nisi vsi fuissent iure communi. Nemo enim
59 † potest alteri applicare, quod quando futurum sit,
non sit peruenturum ad eius manus per Regulam
vulgatam. Nemo dat, quod non habet, l. traditio, ff.
de acquir. rerum domin. l. si filiusfam. C. de donat.
cum vulgatis.

60 Quarto, quia † quando obseruantia iuris decimã
di potest procedere ex vniuersali, & antiquiori iure,
magis præsumitur, quòd ab ista processerit, quam a
speciali, & quia habens auxilium generale, non po-
test petere speciale. Glo. communiter approbata in
§. affinitatis, in verbo nupta est, & ibi Doctor. instit.
de nupt. per text. in l. doli, ff. de verb. obligat. l. quæ-
dam sunt, ff. de edẽdo, remedium enim ordinarium
iuris facit cessare extraordinarium, Bart. in l. in pro-
uinciali, §. si vero in loco communi, ff. de operis no-
61 ui nunciat. Et † in dubio priuilegiatus præsumitur
vti iure communi potius quàm speciali, scilicet pri-
uilegio. Alciat. in tract. de præsumpt. præsumpt. 36.
l. quamquàm, C. de testam. milit. l. Centurio, & ibi
Paul. & Moderni, ff. de vulg. & pupil. cum alijs per
eum ibi congestis. Cum igitur in dictis sententijs
non solum non fuerit facta mentio de præd. priuile
gio, sed quod magis est, expresserint decimas ad eos
spectare de iure communi, & istius dispositione agé-
dum esse contra non soluentes, aut prætendentes se
esse exemptos: clarum est, quòd obseruantia tota est
vigore iuris communis, non autem donationis, seu
62 iuris specialis cum † non sit dubium priuilegiatum
posse uti iure communi, Bald. in l. apud hostes, in fi.
C. de suis, & legit. hæred. aut priuilegio renunciare
posse, l. si quis in conscribendo, C. de pact. & vti iure
63 † communi, sicut pinguiori, & potentiori, l. eius mi
litis, §. militia missus, ff. de testam. milit. Imò ex ver-
bis magis constat, ut dicitur in facto. Præterea cum
64 † absolutè ius commune, & priuilegium minimè
se compatiantur in eodem subiecto per prædicta,
cum aduersarij in sententiis passi sint dici eos uti in

hac causa iure communi, videtur fecisse actum cō trarium priuilegio, & sic illud amisisse, Innocent. & Butrig. in cap. accedentibus, de priuileg. vbi dicit,
65 quòd † quando actus repugnans priuilegio est incompatibilis cum quo priuilegio, nec in eo potest cadere alia præsumptio, quàm renunciationis tunc semper per contrauentionem etiam vnico actu factam indicatur renunciatio, vt in casu nostro. sequitur Felyn. in cap. cùm accessissent, num. 30. extra de constit. Bald. in l. 2. C. de iure domum, Cyn. in l. voluntatis, C. de excusat. tut. Bart. in l. 2. §. fin. de decur. Alexand. in consilio 197. in secundo volumine Ruyn. consil. 39. num. 18. & 163. num. 17. volum. 5. & est communis opinio, de qua testatur Viuius opin. 641. num. 5. volum. 2. Neque obstat, si dicatur tot grauissimos viros, qui historiam illorum temporum scripsere, de hac obseruantia testatos: quia dato, & non concesso, quòd testentur tale indultum esse in viridi obseruantia, tamen nullus est, qui dicat hanc obseruantiam habuisse causam potius a priuilegio, quàm a iure communi,

Septimus articulus huius causæ est. An decimæ
66 translatæ † a persona ecclesiastica in laicum retineant naturam ecclesiasticam, vel potius laicalem, ita vt indigeant speciali derogatione: Cur dubio affirmatiuè videtur respondendum.
67 Primò, quia † vna species de sui natura in aliam transmutari minimè potest, l. 2. & l. si ego, & ibi Doctor. ff. si certum petat. vnde cum decima debita clerico, & decima debita laico nomine ecclesiæ, & Patris constituantur a Canonistis diuersæ species, nō poterit illa in hanc transmutari.

Et hoc videtur dicendum, ne ecclesia aliquo modo perdat ius suum, & vt illa portio, quæ assignatur laico, qui absolutè est incapax iuris spiritualis, cap. sacrosancta, & cap. Massana, de elect. semper conseruet decimæ nomen, & naturam. Sicut iure, ex qua
68 soluitur pedagium, vt si subrogetur alia † in locum suum, illa assumit hoc onus soluendi pedagium, antequàm altera liberetur, Bald. in l. si plures, nu. 14. C. de condict. indeb. Iaf. in l. si cum, §. si quis iniuriarum, ff. si quis caut. Rebuff. in tract. de nomin. quest. 8. num. 55. Sicuti etiam fit de re dotali permutata cum non dotali, vt vna sumat naturam alterius, ne quouis modo contingat mulierem remanere indotatam, Bald. in Auth. si qua mulier, num. 5. C. ad Velle. Afflict. decis. 336. num. 3. Mant. consil. 80. num. primo in fine, Cephal. consil. 20. numero 5. & patet idem in re fideicommisso supposita, & in similibus.

Secundò, quia in quemcumque decimæ transferantur semper ecclesia retinet directum dominium, tex. est in capit. cum Apostolica, & ibi Innocent. & Butrig. num. 12. & reliqui, de his quæ fiunt a Prael. fin. consf. cap. laici vero habentes titulum ab ecclesia
69 vtile tantum, quale habet emphyteota, † vsufructuarius, & feudatarius, sed illi non immutant naturam, vt latè deducit Corn. in consf. 16. volum. 1. per totum, vnum enim transit in naturam alterius, ergo nec laicus decimarum naturam mutare poterit.

Tertiò, quia aut loquimur de decimis a laico acquisitis iure illi competenti post Concilium Lateranense, vel ante. Si primo modo, non potest dici decimam mutasse naturam suam, cùm ecclesia adhuc retineat non solum vtrumque dominium, sed etiam
70 possessionem saltem ciuilem, quia † laici decimam de iure possidere non possunt, c. causam quæ, de præscript. 16. q. 7. c. 1. vnde in nihilum deberet esse immutata. Si secundo quia cum in illo casu laicus decimas habere non potuisset, nisi in feudum, & vt feudatarius, vt in d. cap. cum Apostolica. & per consequens ecclesia sibi reseruet directum dominium, nō
71 dicetur mutasse naturam, sicut † nec res data in feudum Monacho soluta dari laico amittit naturam suā, & qualitatem per notata per Bal. in l. cum oportet, §. 1. in fi. C. de bon. quæ lib. ergo sicut istis absolutè sine speciali derogatione derogatur, vt præsupponi-
72 tur, † trāslatis in laicum eodem modo derogabitur, cum naturam non mutent, & per consequens erit idem iudicium, c. 2. de translat. Episcopi. Facit etiam
73 ad hoc, quòd laicus † ex sola donatione alteri laico facta, ita cadit a iure decimandi sibi in feudum concessarum, quod ipso iure vtile dominiū redit ad priorem dominum, idest ad ecclesiam. Innoc. in d. cap. cum Apostolica, nu. 1. & per consequens consolidatur cum suo directo dominio.

Octauus articulus est: Dato, & non concesso, quòd decimæ translatæ in laicum amiserint naturā Ecclesiasticam. An restitutæ, aut donatæ iterum earum naturam recuperent vigore huiusmodi translationis? Et dicendum, quòd in facto causæ huius recuperauerint earum naturam. Et hoc primò, quia istæ decimæ reuersæ nihil ab alijs decimis videntur differre, cùm res ad suinaturam de facili reuertatur, l. si vnus, §. quod in specie, ff. de pactis. Vnde sicut
74 † nec aliæ decimæ laico in feudum dari possunt, ita & hę prohibentur, vt dicit Vldaric. Zasi in tract. de feudis, pat. 4. nu. 19. quia generaliter iam ante Conci-
75 lium Lateran. quàm etiam post, laicus † semper est incapax decimarum cùm solis clericis, & Ministris ecclesię seruientibus omni iure debeantur; S. Tho. 22. q. 87. at. 3. c. 1. & 2. de decimis, igitur non poterunt retinere naturam laicalem, sicut odiosam, & penè eis contrariam, cum dicendo decimam, dicamus
76 ipsa † vocis natura apud Canonistas quid spirituale
77 debitum clericis, & non laicis. Decima enim † est pars Dei, & Deus illam vocat suam portionem, vt in c. tua, eod. tit. & in bonis ecclesiæ numeratur, Rebuffin tract. de decimis, q. 9. nu. 10.

Secundò, quia laicus ex sola donatione alteri laicō facta, ita cadit a iure decimarum sibi in feudum concessarum, quòd ipso iure vtile dominium reddit ad priorem dominum, idest ad ecclesiam. Et laicus alteri ecclesię, quàm et ad quam spectant decimę, donans non dicitur donare, neque minus alienare, sed restituere, vt dicitur in c. cum Apostolica, & ibi Inn. & Butr. de his quæ fiunt a præl. sine consf. c. nec illas
78 dicuntur possidere, sed detinere, & † sine peccato etiam eum superioris authoritate licitè detineri non possunt. Butr. ibid. nu. 10. ex quibus sequitur necessariò, quod restitutæ nullam alienam naturam sapiant, sicut nec minus feudum antiquum a quo filius na-
79 salli cecidit facta renouatione non † impeditur per huiusmodi restitutionem, quo minus feudum antiquum sit, & maneat. Et si filius refutauerit domino feudum paternum consentientib. agnatis, & denuò fuerit inuestitus de antiquo, & paterno, agnatis non præiudicatur, quominus paternum maneat, Alex. consil.

sent., 2. vol. 5. Bal. in l. 1. C. quando non pet. par. &c. Et similiter si pater in manus Domini feudum refutet, ut filij inuestiantur, non cessabit propterea paternum esse, si nihil secus mutetur. Vldar. Zas. in tract. de feud. in 7. par. per tot.

80 Tertiò, quia ecclesia † per mutationem personarum, terrarum, & loci nunquã perdit decimas suas iure antiquo indiuiduatas, & circumscriptas. Nam si terra Hierusalem hodie a Sarracenis recuperaretur per Christianos, deberetur a nouis Inquilinis decima non alia ratione, nisi quia terra nunc recuperata rediit ad pristinam naturã. Oldr. cons. 9. 1. l. cũ loca, ff. de relig. & sumptib. fun. Rebuff. in tracta. de decimis q. 13. num. 42. Quanto magis dicendum est, si reuertantur a manu laicorum reseruato semper directo dominio Ecclesiæ, ut notant Innoc. Butr. &

81 alij in d. c. cum Apostolica scilicet. Nam † quando decimæ ab ecclesiastico reperiuntur in manu laicorum, tamen natura videtur esse velata, sed non extincta, & ob id de facili primæuam naturam recuperant l. intantum, ff. de rerum diuis. Neque obstat, quod dicitur, quod ecclesia subrogata respectu emphyteotæ in locum laici, qui emphyteosim concessit, ad idem teneatur, ad quod erat obligatus primus Dominus. Et quòd feudum tributarius transiens ad ecclesiam, remanet tributarius. Quia quicquid sit de huius rei veritate, nos sumus in casu, in quo nulla adest obligatio respectu ecclesiæ donatariæ. Ecclesia enim ad nihil tenetur, vt dicendum sit potius fuisse restitutionem, vt not. in d. c. cum Apostoli ca. & liberationem, pro qua magis præsumendum sit, quam pro seruitute. Amplius sumus in dubio, & non in claris, & per consequens in materia decima-

82 rum interpretatio fiet contra donantem, quia † contractus est stricti iuris. l. eum qui donationis, ff. de donatio.

Penultima huius causæ quæstio erat 9. artic. An

83 † statutum loquens de Monachis, & iura item canonica, verificentur in regularibus, & liberè, & tutò possint canones huic quæstioni, & causæ vniuersæ adaptari? Et dico, quòd sic, quia licet differentia sit inter Monachos, & fratres, cœterosque regulares, quia Monachi propriè, & strictè dicuntur illi, qui ex

84 † dispositione regulæ eorum stant solitarij in Monasterio, nec immiscẽt se prædicationibus, nisi habeant administrationem, vt sunt Monachi Sancti Benedicti, dicti Monachi a solitudine, & vnitate, cap. placuit 16. q. 1.

Fratres verò sunt, qui incumbunt prædicationibus, & huiusmodi, vt not. Panorm. in c. causamque, num. 2. de iudic. Et licet attendi debeat communis vsus loquendi, l. labeo, ff. de supell. leg. l. librorum, §. Cassius. de lega. 3. l. eum de laniorus, §. asinam, ff. de fund. instruct. & instrum. legat. not. Bar. in materia statutorum in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. Et sic communis vsus loquendi longum faciat discrimen inter fratres, & Monachos. Tamen quia iura loquentia de Monachis hodiè adaptantur etiam, & fratribus Mendicantibus; & quia similes esse censentur in quacumque dispositione. respondendum erit dubio affirmatiuè. Quæ responsio ex pluribus

85 comprobatur. Primò, quia † Authentica constitutin de Monachis. & Auth. ingressi, C. de sacrosf. eccl. quæ præcipuè loquuntur de Monachis, n. unis Doctores illas constitutiones verificant in Fratribus Mendicantibus, qui possunt habere proprium ex indulto Pontificum, ut sunt fratres Prædicatores, Conuentuales Sancti Francisci, Augustiniani, & Carmelitæ. Bartol. ibid. num. 45. Bal. num. 1. & 14. Imol. in c. quia ingredientibus, num. 2. & 6. de test. Castr. num. 4. Ias. num. 24. & cæteri. Itaque cum isti ex dispositione Conc. Trid. sess. 25. de reforma. c. 3. bona immobilia possidere possint, sequitur, quòd d. constitutio Auth. ingressi in his quoque verificetur.

86 Et arguendo † a sufficienti partium enumeratione, quod est argumentum validum in iure. Bal. in l. cõuenticula, C. de episc. & cleric. l. patre furioso. vbi est bonus text. de his qui sunt sui. vel alien. ius. §. actionum. Instit. de actio. Constitutionem primam, secundam, & quartam, & similes in d. sessione quis negaret verificari etiam in Monachis? Quòd si dica-

87 tur, quòd † Monachi possunt dici fratres Abb. in d. c. ca usamque. sed non conuertantur. tamen sufficit quòd ibi Monachi ueniant appellatione regulariũ.

88 Similiter illæ propositiones Monachus † quicquid acquirit, acquirit Monasterio, d. Auth. ingressi. Monachus pro mortuo reputatur, c. sunt non nulli. 16. q. 1. testari non potest. Gl. & Docto. in Auth. si qua mulier, C. de sacrosf. eccle. Bar. in l. 1. C. qui testam. facere poss. Bal. in l. certum, C. vnde cognati. & d. Auth. ingressi, vbi est tex. clarus. Quòd Monachus, & seruus æquiparentur. c. multos 54. dist. Non habet exequutionem voluntatis, uel noluntatis 12. q. 2. non dicatis. cap. si Religiosus. de elect. Monachus quicquid acquirit, acquirit Monasterio, & quod per eum, uelut per seruum, Monasterium sibi acquirat. Glo. Aret. Fab. & alijs in §. 1. Inst. per quas pers. no-

89 acquit. Monacho † facilius indulgetur, vt ascendat ad Prælaturam, quàm Præsul ad Monachatum descendat, cap. nisi de renunciat. Monachus effectus Episcopus absoluitur a regula Monachali, ca. 1. vbi glo. num. 18. q. 1. Quòd Monachus non possit esse testis, sine licentia sui superioris, & quòd non possit habere proprium. Et quòd percutiens regularem incidat in canonem si quis suadente, 17. q. 4. vbi fit mentio de clerico, & Monacho solis. facit cap. qui occiderit clericum, vel Monachum eod. q. & causa. Denique vniuersa illa materia de electione, postulatione, statu Monachorum, de regular. trãseunt. ad religiones quis negaret verificari pariter in Monachis, & in cæteris Mendicãtibus? Similiter quòd Monachus si stipuletur meo mandato, acquiratur actio Monasterio, non mihi l. si liber homo, ff. de stipulat. seruor. Vnde cum videamus omnes scribentes iura loquentia de Monachis adaptare ea cæteris regularibus, non est dubium, quòd statutum loquens de vno verificetur etiam, & in altero. Et ratio est, quia est eadem ratio de vtrisque. Spec. in tit. de arbitr. §. 1. vers. quid de simplici Monacho. Lanfranc. de Oriano in tract. de arbitris in 2. par. nu. 6. vbi ad propositũ suæ quæstionis, an regularis possit esse arbiter, sicut potest esse Monachus, allegat Hostiens. in summa de arbitr. in §. 2. in fi. & tex. in cap. Monachi 16. q. 1. similiter quod potest Abbas ex iuris dispositione in materia authorizãdi ecclesiæ suæ potest etiam Prælatus regularis. Glo. in clem. 1. de reb. eccl. non alienan. in verbo proprij. Berous in c. 1. num. 3. eodem tit. Et a simili iura loquentia de

Clero,

Clero, & Capitulo seu canonicis verificari possunt
in fratribus, in conuentu, in Monasterio, cum simi-
lium par debeat esse ratio, cap. cum dilecta de con-
firmat. vtili uel inut. c. translato de constit. l. fin. C.
constit. pec. cum similibus. nisi aliqua qualitas ra-
tione Monachatus faciat intelligere, quod id quod
dicitur de Monacho, non sit intelligendum de Fra-
tribus, Abb. in c. a. de postulando.

Secundò, quia nos minimè attendere debemus
verba nuda statuti in simili dubio, sed quid statuen-
tes verisimiliter respondissent, si pariter de his, sicut
90 de Monachis interrogati fuissent. Nam cum † Mo-
nachi multo ante fratres fuerint, nec non & appro-
bati ante eos, vt sanctus Basilius sub Anastasio pri-
mo Rom. Pont. sanctus Benedictus sub Ioanne pri-
mo Pont. Monachorum statuta ediderint. Prædica-
tores vero, & Minores sub Innocentio tertio florere
inceperint. Inter quos Pontifices octingenti penè
anni intercessere. Et ob id statuentes ante Regula-
res, & Mendicantes non potuerunt facere discretio-
nem inter eos, & Monachos, quam fecit Clemens
V. in Conc. Viennensi in sua clem. extra, sub tit. de
setum, & verb. signif. Quia futura a legislatore hu-
mano præuideri non possunt iuxta illud Aristotelis
in libris perhiermen. De futuris contingentibus
91 non est determinata veritas. Futurum † enim om-
ne incertum est. Spec. de renunc. versic. quid si quis,
Mar. Socc. in 1. par. consil. 6. sicut etiam rescriptum
futuras lites minimè comprehendit, Spec. de rescr.
§. nono, vers. Item excipitur quoad futuras. Modo
præsumendum est statuentes de ambobus idem re-
spondisse, cùm ad distinctionem clericorum sæcula-
rium Monachi dicantur fratres, & ambo Regula-
res, Abb. in d. capit. causam quæ. Vnde in simili dici
92 mus, quod dato, quod † stipulatio non sit propriè
contractus, vt Doctor. plerique voluere, & præsup-
posito, quòd statutum sit strictè interpretandum, &
propriè, vt est firmatum in iure apud omnes, quan-
do quærimus an aliquis contractus sub statuto de
contractibus loquente contineatur nec ne? non est
videndum, an talis conuentio sit propriè contractus,
sed an ratio statuti in illa conuentione locum habe-
ret, & an statuentes ita verisimiliter respondissent:
quæ si ita se habeant, siue sit propriè contractus, siue
impropriè, siue quasi contractus, siue etiam distra-
ctus, siue versemur circa materiam fauorabilem, si-
ue odiosam, siue penalem, siue quamlibet aliam sem
per, & indistinctè sub statuto comprehendatur, vt
statutum de non alienando in forenses, militabit e-
tiam si per stipulationem fuerit alienatum, quia ra-
tio statuti est, ne forenses litibus grauentur, ne vè eo-
rum conditio deterior fiat, l. per diuersas, C. manda-
ti. & similia ut fusè probat, & prosequitur Hector
Richerius, num. 47. & 48. in rubr. de verb. obligat.
93 Clarè patet, quòd † status Monachalis respectu cæ
terorum Regularium non est qualitas aggrauans,
vel diminuens res statutas circa utrosque in materia
decimarum, vt cuilibet Canonistæ patere potest, quæ
re dicendum est, quòd præsupposita discretione in-
ter eos cum hæc discretio non perturbet, neque diffi
ciliores, aut dubias, magis reddat constitutiones ab
solutè loquentes de decimis, ipsa non obstante, sta-
tutum loquens de Monachis habebit etiam locum
in Regulari in præsenti materia ad effectum, de quo
agitur. Tertiò, quia sæpè eorum domus confundū-
94 tur. nam in d. sess. c. 3. Regularis † domus, quæ aliàs
vocatur conuentus fratrum Mendicantium, cōfun-
ditur cum Monasterio, & domo Monachorum. &
idem quoque patet in diuersis Pontif. constitutioni
bus. Confunduntur in Prælatorum nominibus, vt
patet in Concil. Trid. sess. 25. c. 6. & in alijs multis
Et quod potissimum est, confunduntur in materia
decimarum, vt in c. decimas, in princ. 16. q. 1. vbi a-
lia ratio non attenditur, nisi quod communi vita vi-
uant, & patet in c. nuper, & in cap. dudum de deci-
mis. vbi Monachi, & alij Religiosi contra Parochia
lem Ecclesiam præscribere decimas non possunt, nisi
titulum ostendant, qui causam det præscribendi, ca.
cum dilecti, de præscript. Nō obstat, si dicatur, quod
appellatione Monachi saltem in penalibus, & exor
bitantibus non veniat Canonicus Regularis, & ita
appellatione Monachorum minimè comprehendā-
tur Regulares reliqui, qui strictè accepti quàm pluri
mum differunt inter se. Nam respondetur, quòd
95 † Canonici Regulares, quatenus sunt tales, sunt
clerici, ut tradit S. Thom. 22. q. 189. art. 8. ad secun-
dum, quod probatur ex eo, quia regula, quam tro-
ueni, appellatur Regula clericorum, ut est videre a-
pud Sanctum Augustinum, & ita appellat eam Gra
tianus in script. c. quando, 86. dist. sed Monachi, qua
tenus tales, non sunt clerici. S. Thom. vbi sup. Et ap
probatur per c. alia, & cap. si cupis. 16. quæst. 1. & ob
hanc causam appellatione Monachi non venit ca-
nonicus, & vt longè diuersi nominantur in Rubr.
de statu Monachorum. Canonici item regulares la
xiori inseruiūt regulæ, quam Monachi, c. quod Dei
timorem. de stat. Monach. & Regular. not. Abb. in
inscriptione, c. auaritiam, de præb. & adeo sunt di-
uersi, quod grauiter prohibetur Canonicis transire
ad Monachos, c. mandamus, 19. q. 3. Quæ omnia
cessant in cæteris Regularibus, inter quos, & Mona
chos videtur esse facta exæquatio, vt probatur in c.
nullus, iuncta glo. in verbo Prælaturam de elect. in
6. cùm Monachi vocentur etiam fratres Abb. in d.
c. causam quæ. & videtur similis ratio vt supra de-
ductum est. Quibus duobus concurrentibus fit ex-
tensio etiam exorbitantium, & pœnalium. Domin.
in c. 1. de temp. ordin. in 6. Franc. ibidem, fall. 3. &
patet, quòd habetur in hoc nostro articulo idem fun
damentum, scilicet quod sint personæ ecclesiasticæ,
& religiosæ, vt in simili concludit Nauar. in comm.
3. in tract. de potestate Præfectorum canon. Regul.
& Monachorum. Conueniunt etiam in substantia
religionis, scilicet in emissione trium votorum sub-
stantialium, quæ sunt votum obedientiæ, castitatis,
& paupertatis iuxta ea, quæ fusè tradit, S. Thom.
in 22. q. 186. art. 6. & 7. per tot.

Vltimò, quoniam Doctores, qui ex aduerso scri-
bunt, multa a simili inferebant de iure patronatus,
fuit dubitatum strictè, & ego ad partes consultus.
96 An iuspatronatus † a laico donatum ecclesiæ assu-
mat naturam ecclesiasticam, vel potius retineat lai-
calem ad effectum, de quo agitur, videlicet, vt opus
fuerit speciali derogatione in collatione facta per Pa
pam, seu per Nuncium Apostolicum. In Hispanijs
præsuppositis terminis habilibus, videtur, quòd re-
tineat laicalem. Et præsuppono tria. Primum, quòd
97 † iuspatronatus clericorum censeatur derogatum

per

per solutionem a summo Pontifice factam, etiam si nulla fiat eiusdem patronatus in literis mentio. Sed iurispatronatus laicorum necessaria est ad eius derogationem mentio specialis secundum omnes, in cap. 2. de praeb. in sexto. Cassad. decis. 4. de probat. Ang. in l. sed si hac, §. patronum, ff. de in ius vocan. Lambertin. in tracta. de iurepatronat. 1. lib. 3. p. q. 9. art. 3. Rot. in nouis. decis. 33 1. co. tit. facit tex. in cap. super eo. de off. deleg. cum concordant.

98 Secundum est, quod † haec inter se differunt, & quoad propositum nostrum, quia iuspatronatus Ecclesiasticum acquiritur quoties ex ecclesiae bonis ecclesia construitur, vel dotatur, ita ut ratione ecclesiae, vel dignitatis ecclesiasticae alicui competat. Sed laicorum a rebus proprij, & secularis patrimonij originem ducit. Glo. in clem. 2. in verbo praesentare. de iurepatr. Abb. in c. ex te. & in c. illud. de iurepatron. Lambertin. lib. 1. q. 1. art. 5. Paris. cons. 128. lib. 4. & de his non dubitatur.

99 Tertium est, quod † iuspatronatus an dicendum sit ecclesiasticum, vel laicorum, debet attendi patrimonium, ex quo est institutum, & originem habuit, vt in praecedenti, vnde si iuspatronatus competat clerico ratione patrimonij sui, dicatur iuspatronatus secularis. Roch. de Curt. in suo tractatu. de iure patronat. in vers. 4. quae ho accessoria est. num. 26. in principio, & fuit decisum in Rota in vna Placentina canonicatus apud Puteum lib. 2. decis. 228. ex quibus dico censendum esse laicale, etiam quod translatio sit facta in ecclesiasticum, ut ecclesiasticam personam. Quia debemus attendere eius principium, a quo

100 † necessario necessitate saltem constitutiua caeterae qualitates iurispatronatus habent necessariam dependentiam. l. 3. §. Seyo. vbi Bart. declarat. ff. de minor. Idem Bar. in l. 1. per illu tex. ff. qui potior. in pignore habeantur. Soc. in cons. 41. in 4. lib. & facit tex. in l. si quis in seruitute, ff. de vsur. vbi ad hoc, quod furtum manifestum dicatur, attendimus principium furti facti. Et est ratio secundum Alciatum in tracta. de praesumpt. praesumptione 32. num. 3. Quia illud esse manifestum, est quaedam qualitas, quae debet regulari secundum tempus subiecti, ex quo sine illo esse non potest. l. eius qui in prouincia, ff. si cert. petat. l. 1. ff. de reg. Caton. sic esse ecclesiasticum, vel laicale est qualitas quaedam, ut dicunt scribentes in hac materia, quare regulari debent secundum tempus subiecti, videlicet patrimonij sine quo esse non potest. Lambertin. in 2. par. 1. lib. 1. quaest. princip. art. 13. ante num. 3. vbi testatur hoc voluisse Rofredum in tract. de iurepatronat. §. ad hoc post principiu, quod quando facta est translatio in clericum a laico iure proprio, debeat censeri iuspatronatus, ac si illud haberet clericus ex patrimonio, uel ut ad eum peruenturum ex paterna successione allegat Host. in summa in tit. de iurepatron. §. qualiter, circa medium, & concludit sic iudicabitur, vt patronus laicus.

Secundo, quia Rota Romana in huiusmodi ma-

101 teria semper firmauit hanc regulam. Quod † quando non constat, quod bona in dotem data sint quaesita ante, vel post promotionem, & laici sunt in possessione, tunc iuspatronatus est laicale, & praesumitur ex bonis patrimonialibus beneficium dotatum. Sed quando bona sunt quaesita post clericatum, tunc iuspatronatus censetur ecclesiasticu. Put. d. dec. 228. lib. 2. Et sic an iuspatronatus sit Ecclesiasticum, vel seculare, semper debemus attendere patrimonium eius, cuius ab initio fuerit.

Tertio, videtur pro hoc facere tex. in c. vn. de iurepatr. in sexto. in fi. vbi textus in illis verbis (Et omnino quantum ad praesentationem pertinet.) restrinxit se ad praesentationem, in qua sola voluit ecclesiasticum, non ut patronum laicum, sed vt ecclesiasticum reputandum. Et sic in caeteris patronum laicum esse censuit per illam regulam, vnius

102 † inclusio alterius exclusionem infert. Glo. in c. de multa. in verbo per sedem Apostolicam. de praeb. cu enim de vno affirmauit, de alio negasse videtur. l. maritus, C. de procurat. l. 1. C. ad l. Iul. de adult. Dictio

103 † enim illa omnino, quod est aduerbium praecisae significationis Bal. in l. super rebus, C. de iure emphyteot. recipit congruam determinationem. Bald. ibidem. ad solum casum expressum in illa constitutione, quod coadiuuat dictio illa quantum. Ex quo non obstat, quod legatus possit illud conferre. Glo. ibi in verbo ecclesiasticus. Et quod ex quo res facta est ecclesiastica, debet ecclesiastico iure censeri, quia

104 † per quandam conseriem concesso vno videntur concessa omnia ea, quae ab illo dependent. ad l. 1. ff. de iurisdi. omn. iudic. Praesentare intra semestre, no variare, & huiusmodi sapiunt ecclesiasticum quoad articulum praesentationis ex identitate rationis in omnibus, quod non se extendit ad ea, quae sunt diuersae rationis, quale est esse de sui natura ecclesiasticum uel laicale. Non obstat, quod ad personam ecclesiasticam deuenerit, ut sic uideatur redijsse ad sui naturam ad l. si vnus, ff. de pact. Et quod ius ca-

105 nonicum facile patiatur, quod † res quaelibet ad sui naturam reuertatur. Quia iuspatronatus in sui natura ex patrimonio laici est laicale, quod in manus clerici veniat, non immutatur eius natura, cum persona hominis in hoc casu sit sicut canale ligneu respectu fluentis, vel pertranseuntis aquae. ex quo non est sicut Decima, quae reuersa ad ecclesiam recu

106 perat suam naturam, quia † decimarum ius nullo modo cadit in laicum, cum neque pro pignore detineri ab eo possint, neque praescribi possunt a laico. Spec. de praescriptio. vers. laicus vero. Sed iuspatro-

107 natus † est tale ius, quod cadit in laicum, & est ab eo praescriptibile. c. cu. de iurepatronat. vt not. Io. Andr. in d. c. vn. in fine. Neque minus debet censeri partim ecclesiasticum, & partim laicale, quia

108 † iuspatronatus quoad amissionem, & translationem, nec non quoad omnia iura sua est indiuiduum l. si duo patroni. ff. de iure iuran. Vnde vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri l. eum cui aedes, ff. de vsucap. c. cognoscentes 12. q. 2. c. tua in fine. extra de decimis. Quarto, quia si iuspatron. fit commu

109 ne † inter laicum, & ecclesiam, legatus de latere talem ecclesiam conferre no potest, vt sic ecclesia gaudeat priuilegio laici cap. cum dilectus. eodem tit. vt not. Feder. de Sen. cons. 62. Franc. in d. c. vn. in fine. & omnes Docto. ibi. Et tamen si iuspatronatus per huiusmodi translationem exhauriret, vel vindicaret sibi naturam Ecclesiasticam, deberet contrarium

110 dici, cum regula iuris sit, quod † magis dignum sibi attrahat minus dignum c. quod in dubijs. de consecrat. eccl. vel altar. l. religiosis, ff. de rei vendicatio. l. si alienus, ff. de solut. l. qui aedes, ff. de vsucap. c. non

aestimemus

æstimemus 15.q.2. quod est euidentissimum argumentum, quòd sui naturam semper retineat iuxta semper receptam propositionem philosophorum, videlicet, illud quod est tale, semper, & vbique, & respectu cuiuscumque erit tale.

Quintò, quia ex pluribus pro, & contra, Felyn. firmauit hanc regulam in tractatu Quando litteræ
11 Apostolicæ, colum. 3. quòd, quando † ex prædominatione clericali insurgit incommodum Ecclesiæ, tunc iuspatronatus accipiat denominationem à qualitate laicali. Et ita esset in casu nostro, quia generali derogatione posset ei derogari. Refert, & sequitur Roch. de Curte in d. tract. in Rubrica, Sed benè, quando etiam mixtum esset, indigeret speciali derogatione, sicut laicale, Put. libro 3. decis. 157. per totam, &c.

Saluo in his meliori iudicio rectius sentientis, & nemini iniuriam faciens ita consulo.

Hieronymus Henricus. V.I.D. laus Deo.

CONSILIVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, non laici possunt præscribere decimas.*
2 *Immemorabile excludit omnem exactionem decimarum.*
3 *Exemptio decimarum per quadraginta annos præscribitur.*
4 *Immemorabilis in materia decimarum est iustus titulus in quacumque persona.*
5 *Prædia subrogata in locum illorum ex quibus decimæ soluebantur, hoc onus in se assumunt, pariter, & liberationis.*
6 *Res, ex qua soluitur pedagium, si subrogetur alia in locum suum, illa assumit hoc onus soluendi pedagium, & altera liberatur.*
7 *Re dotali permutata cum non dotali, vna sumit naturam alterius.*
8 *Idem de re supposita fideicommisso.*
9 *Quod inducitur aliquo inuito, inducitur eodem, & ignorante.*
10 *Decimæ suo tempore non petitæ, amplius peti non possunt.*
11 *Decimæ non petitæ, si ad tantum excrescant, ut videantur exhaurire patrimonium, non debentur.*
12 *Nemo debet duplici decimarum præstatione grauari.*
13 *Ex notitia habita excluditur defectus intimationis.*
14 *Exequutio facta iuris ordine non seruato ante causæ ingressum venit reuocanda.*
15 *Exequutio omnis de aliqua re facienda semper intelligitur cum clausula, Si ita est.*
16 *Exequutiones sententiarum faciendæ sunt cum matura deliberatione.*
17 *Exequutor aliter faciendo, quàm sibi per Iudicem demandatum fuerit, videtur excessisse fines mandati.*
18 *Quando datur certa forma procedendi, idem est agere contra formam, & citra formam.*
19 *Exequutio, quæ in aliquo plus excessit, venit retractanda non solum in illo plus, sed etiam in totum.*
20 *Exequutio relaxata in contumaciam potest retardari per annum.*
21 *Iudici exequenti iniquè, & iniustè resisti potest.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen.

FRatres sancti Augustini ab immemorabili multa prædia posséderunt, & possidét, ex quibus nullas decimas Parochijs Ciuitatis Ducalis soluerunt, prout de immemorabili deponunt Laurentius ætatis 85. annorum, Tarquinius annorum 90. Bonifacius annorum 85. Bartholomæus, annorum 70. qui non solùm ita obseruari se vidisse testantur, sed etiam ab eorum maioribus audiuisse ab ipsorum recordatu de 70. & 80. annis. Et hoc etiam de publica fama. Successiuè cũ temporis prædicti progressu dicti fratres cum diuersis hominibus eiusdem ciuitatis permutauerãt quædam prædia, quorum in facto copia datur, & deponunt testes super 13. articulo. Ex quo effectum est, vt prædia, quæ olim, quia possidebantur a fratribus his decimas non soluebant, hodiè decimas soluant, quia possidentur a laicis, & è conuerso. Curati verò intendunt etiam a Fratribus exigere decimas ex prædijs, quæ ab ipsis detinentur, sicut exigebant a laicis eorum antiquis possessoribus, & hoc a trigita annis citra. Et sic volunt esse duplicati in decimarum exactione. Qua lite vertente coram Auditore Cameræ, & deinde coram Illustrissimis Cardinalibus super Episcopos, fuit de mandato factum actuale depositum de tribus annis decursis per fratres; & deinde sacra Congregatio mandauit Episcopo ordinario loci, quòd si fratres nihil probassent, consignaret depositum, qui Episcopus statim, velut si Mandatum non fuisset conditionatum, mandauit consignari Curatis pecunias depositas parte nec audita, neque citata. Stante supradicta facti serie de duobus erit videndum. primum, de bono iure: secundum, de processu. Quoad primum stante supradicta immemorabili, Fratres videntur habere immunitatem, & libertatem a decimarum prætensarum solutione. Nam licet laici neque minus ratione d. immemorabilis prædiales decimas præscribere valeant,
1 Ecclesia † tamen, & clerici habentes terras consuetas soluere decimas, possunt præscribere, Felyn. in c. causamque, num. 2. de præscript. Glo. in c. in aliquibus, seu in quibusdam in fi. & ibi Butr. nu. 4. de decimis. nam his personis perspectis consuetudo habet vim priuilegij, unde licet ad huiusmodi præscriptionem tempus 40. annorum solummodo sufficiat, c. de quarta, de præscript. latè deducit Couarr. in 1. lib. var. cap. 17. num. 8. in versic. 10. his omnib. tamen ad maiorem cautelam dicitur de immemorabili per testes legitimæ citatis. Et sic cum fratres ex immemorabili probassent se decimas curatis non soluisse, videntur habere intentum, ut fuit decisum coram Paleotto in vna Caualicen. decimarum in par. 3. diuers. dec. 461. num. 2. Et quòd immemorabile sit probatum per dictos testes, pro nobis est Gl.

in cap.

in cap.1.de præscript.in 6.Natta consil.200. nu.2.
Caputaque dec.71.par.2.Rebuff.de decimis, q.13.
2 num.94. vnde † hoc immemorabile excludit om-
nem exactionem decimarum, Cuman.consil.83. in
fi. præsertim cum testes dicant, quod tempore quo
ipsi Curati erant exactores, non exegissent a fratri-
bus, neque minus petierunt. & quod ita viderint
obseruari per 40.annos, & audiuerint a maioribus,
qui etiam dicebant nunquam fuisse memoriam in
contrarium, & ita fuisse, & esse publicam uocem, &
famã.iuxta Glo.in d.c.1.Io.Fab.in §.ex non scripto.
num.14.Inst.de iure nat.gent.& ciuili, Spec.in tit.
de probat.§.1.num.20.Nat.cons.154.num.5.vol.1.
Gabr.in tit.de præscript.conclus.1.num.74.Pedem.
decis.101.num.16. Put.lib.3.decis.12. Et agimus
non de seruitute imponenda, sed de libertate, & exẽ-
3 ptione, quæ † exemptio per 40.annos præscribitur,
cap.irrefragabilis.§.excessus, & ibi Docto.de offic.
ordin. c.cum contingat. de for.compet. tanto magis
4 per immemorabilem, quæ † in materia decimarum
est iustus titulus in quacumque persona d.c.1.Abb.
cons.94.sub nu.2.vers.præsertim.lib.1.Mil.in ver-
bo præscribi an possit ius decimarũ. Couar.in Reg.
possessor.par.2.§.4.num.4.de reg.iur.in 6. Aym.de
antiqui.temp.par.4.§.absolutis,num.49.

Secundò, quia decima non est soluenda de præ-
dijs, quæ ex permutatione prædiorum peruenerunt
ad manus fratrum, quia cum alia prædia ex causa
huius permutationis data laicis soluant decimas,
5. quæ tamen prius non soluebant, ista alia, quæ † po-
stea ipsi receperunt, subrogata fuerunt in locum il-
larum cum sua exemptione, quam prius fratres ha-
bebant.iuxta reg.l.si cum. §.si quis iniuriarum, ff.si
quis caut.sicuti fit in re ex qua soluitur pedagium, ut
6 † si subrogetur alia in locum suum, illa assumit hoc
onus soluendi pedagium, & altera liberatur. Bal.in
l.si plures, num.14.C.de condit.in ser. Ias.in d.l.si
quis iniuriarum, num.20. Rebuff.in tract.de nomi-
7 nibus.q.8.nu.55. Sicut etiam † fit de re dotali per-
mutata cum non dotali, ut una sumat naturam alte-
rius.Bal.in Auth.si qua mulier, num.5.C.ad Velle.
Afflict.decis.336.num.3. Mant.cons.80.num.1.in
8 fi.Cephal.cons.20.num.5. Et † de re fideicommis-
so supposita tradunt Ias.cons.231.num.1.lib.1.Ce
phal.d.cons.20.num.4.cum concordatis per Tiraq.
in tract.de retract.lignag.§.32. Glo.vn.num.26.&
seq. Nec intimatio aliqua in huiusmodi permuta-
tione erat necessaria, quia nullum præiudicium fit
Curatis, & huiusmodi exemptio oritur ex disposi-
tione iuris communis virtute huiusmodi subroga-
9 tionis. Et † quod inducitur aliquo inuito, eodem
modo, & ignorante.iuxta reg.quia potest.de reg.iu.
cum concordantibus.

Secundò dato, & non concesso, quòd decimæ de-
beantur, & debeantur a die contestationis litis, de tẽ-
pore præterito uidelicet de 30.annis decursis peti nõ
possunt. Balb.in tract.de præscript.q.7.num.12. Ar-
chidiac.in c.1.de decimis.in 6. & adest decisio Ro-
tæ in terminis, videlicet prima in antiquis. de deci-
10 mis.nam, † vt ibidem dicitur, ad decimas prædiales
quis non tenetur, nisi petantur. Curati vero ut etiam
constat ex processu, numquam petierunt dictas de-
cimas. & sic limitatur tex.in c.statuto.§.cæterum.de
11 decimis.in 6. Tanto † magis si prædictæ decimæ ad
tantum excrescant, ut uideantur exhaurire totum
patrimonium. Abb.in c.1.eod.tit.

Tertiò, principaliter ex permutatione facta. Præ-
dium enim, quod olim erat fratrum exemptorum,
quod prius non soluebat decimas hodiè, quia a lai-
12 cis possidetur, soluit, & cum † decimarum duplici
præstatione non debeat idem Parochianus a diuer-
sis Ecclesijs grauari. Butr.in c.ad Apostol. de deci-
mis, num.5. Sic nec idem Parochus a duobus Paro
chianis, eodem respectu debet exigere. Et utique in
tali casu pro præd. decimis admitti poterit compen-
satio, & quoad futuras quoque cum agatur inter ec-
clesias. Butr.in c.cum homines, num.8.eo.tit. Et in
hoc curati auditi non debent, cum scienter percepis-
sent, nam ut est regula in iure. Quilibet iuri suo re-
nunciare potest, tanto magis uidente, & per lapsum
tanti temporis consentiente loci Episcopo. Ex qua
13 † notitia excluditur defectus intimationis supradi-
ctæ. Rom.cons.360. Ruin.cons.61.num.33.lib.5.
Felin.in cap.cum contingat, num.8.de rescrip.Rot.
in diuers.par.3.lib.2.decis.138.num.3. Et nulla ra-
tio diuina, aut humana iubet, ut cum Curati olim
vnam habuissent decimam, hodiè ex ipsorum non
oportuna prætensione duplicatam reportent, aut per
mittant patres accipere, quas ipsi accipiunt decimas,
& deinde soluent. Quo ad 2.dubiũ, uidetur qđ exe-
quutio ab Episcopo facta, quia iuris ordine non ser
14 uato ante causæ † ingressum veniat reuocanda. l.1.
& ibi Bal.num.5.l.vlt. C.de exec.rei iudic. l.si cum
nulla, ff.eod. Afflict.decis.358.per totum. Tanto ma
gis quia omnis exequutio de aliqua re facienda sem
per intelligitur cum clausula; Si ita est. Rot. in di-
uers.par.2.decis.221.num.4. vt in casu nostro. nam
tenor epistolæ erat. *Poiche non compariscono, ne me-
no ha mandato altro V.S. per li frati*. Debebat enim
processum mittere, & expectare nouum mandatum
a S.Cõgregatione certiorata de probationibus, quia
16 executiones † sententiarum sunt faciendæ cum ma
tura deliberatione, & sic in illis procedi non debet le
uato uelo, Corn.cons.62.num.3.in 3.volum.præser
tim vbi agitur de maxima summa læsione, & priui-
legio exemptorum.

Secundò, quia cum exequutor transgressus fue-
rit formam mandati limitati, quia erat de decimis
trium annorum, & exequutus est pro triginta annis,
immo pro 40, non habuit Episcopus iurisditionem,
13 Rot.in diuers.par.2.decis.33.nu.1. Et † exequutor
aliter faciendo, quàm sibi per iudicem demandatum
fuerit, videtur excessisse fines mandati. Alex.cons.5.
volum.2.Put.lib.2. decisio.318.num.4.Dec.lib.5.
cons.861.nu.22. nam debebat sequi formam com-
missionis sui rescripti.c.cum dilecta de rescr. c.cum
olim. de off.& pot. Corn.2.volum.cons.220.nu.1.
18 Et † quando datur certa forma procedendi, idem
est agere contra formam, & citra. Abb. in c.fi.de re-
stit.spoliat.num.5.
19 Tertiò, quia exequutio fuit † facta ultra mentem
Sacræ Congregationis, & quando adiudicatio pi-
gnoris fit plus debito, scilicet quia plus assignatum
fuit, quam fuisset iudicatum, executio uenit retractã
da non solum in illo plus, sed etiam in totum. per
Bar.in l.si non sortem, §.si centum, ff. de condit.in-
deb.& per alios in d.decisione Afflict.num.7. tanto
magis in exequutione facta parte non citata.

Quartò,

20 Quartò, quia † Sacra Congregatio decreuit huiusmodi executionem in contumaciam, & non discusso negocio principali, vnde potuit retardari per annum, per l. fi. ff. de requir. reis canonizatam in Rota in diuers. decis. 136. par. 1. Ex quibus patere potest, quòd iudici † exequenti iniquè, & iniustè resisti quoque potuisset, vt ex pluribus deducit Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. casu 378. num. 8.

21

Hæc causa tunc exitum habuit, qui continetur in decreto Sacræ Congregationis.

Facta relatione iurium vtriusque partis per Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinalem Parauicinum earumque Aduocatis, & Procuratoribus plenè auditis, omnibus maturè perpensis, Sacra Congregatio censuit, & decreuit decimas per fratres Sancti Augustini ciuitatis ducalis de eorum prædijs fuisse, & esse soluendas Parochis eiusdem loci, atque ideo decimas trium iam decursorum annorum tantum, & non pro ceteris annis iustè Parochis consignatas fuisse atque in posterum ac perpetuò pro tali solutione cogendos, nisi Apostolicum immunitatis ostēdetint priuilegium, vel legitimam aliorum prædiorum docuerint subrogationē. die 26. Aprilis 1595.
F. M. Card. Alex.

Ita consului Ego Hier. Henricus. I. V. D.

CONSILIVM LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Quod dicatur beneficium curatum.*
2 *Principale requisitum ad Parochianum est, vt exerceat curiam nomine suo, & non alieno.*
3 *Clericus, cui cura commißa est ad tempus, non est dicendus curatus.*
4 *Coadiutoris potestas pendet a forma.*
5 *Sola administratio communis omni sacerdoti non facit aliquem esse curatum.*
6 *Curatus, tamquam Prelatus, debet aßumi ad regimen Ecclesiæ suę.*
7 *Si quis de Collegio actum fecerit, per quem non appareat vniuerso Collegio acquirere voluisse, illi non acquirit.*
Actus non operatur vltra intentionem agentium. ibi.
8 *Actus indifferens præsumitur potius factus nomine proprio, quam alieno.*
9 *Decimæ non solùm propter curam, sed etiam propter sacrificiorum oblationem debentur.*
10 *Immemorabile habet vim priuilegij.*

IN nomine Redemptoris nostri. Dicendum videtur in casu proposito animarum curam ad Abbatem, seu ad Rectorem spectare, & non ad reliquos sacerdotes, qui sub eo viuunt, & salarium recipiunt ob multa. Et primo, quia † beneficium curatum dicitur illud, de quo constitutum est, quod habeat potestatem fori pœnitentialis dato quod actu non exerceat curam, uel quando habeat certam parochiam, seu aliquando habuisset cum potestate fori pœnitentialis. Staphil. de grat. & expectat. vers. vt

1

sciri possit, num. 22. & seq. per Glo. in clem. dudum. in vers. impendant. de sepultur. in facto solus Abbas talem potestatem uidetur habere: Primo ex institutione, quia in eius Bullis est institutus cum cura animarum.

Secundò, quia ex testium examinatorum de ordine Sacræ Congregationis depositione probatum est sacramenta parochianis fuisse exhibita per Abbates pro tempore, & per eosdem fuisse expleta cætera munia ad curam animarum spectantia, & sic ad dicti fori pœnitentialis potestatem.

2 Tertiò, quia † principale requisitum ad curatum ultra Parochiam, & Parochianos est, quòd exerceat curam nomine suo, & non alieno. Anchar. & Imol. in clem. vn. de off. Vicarij. & per Doct. in c. extirpandæ. §. qui uero. de præb. Staphil. vbi supra. In casu isto Abbas dictam curam exercet nomine proprio sacerdotes vero reliqui nomine nō proprio eorum, sed Abbatis. Et hoc patet primò per Decretum Archiepiscopalis curiæ Beneuentanæ de anno 1588. ex aduerso oppositum, & præsentatum. Quo decretum est, quòd presbyteri in Sacramentorum administratione Abbatem coadiuuent. Quod decretum vltra quod censetur latum ad instantiam, & preces d. Abbatis seu Rectoris exponentis se in tali cura illorum auxilio indigere, videtur in proposito Sacerdotes hos ex alia parte exonerare, cum dicat coadiuuant, & non dicat sint coadiutores, quo casu eos faceret participes curæ, ut in simili dicimus de coadiutore dato Episcopo, ita ut isti clerici, quibus † de facto commissa est cura ad tempus, non sint censendi curati. Rebuff. in lib. 2. prax. benefi. in tit. de non promotis intra annum, num. 66.

3

4 Præterea, quia † coadiutoris potestas a forma pēdet c. fi. & ibi Io. Andr. de cler. ægrotante, in 6. præsertim si non datur propter mentis alienationem, & nimiam senectutem, sed ob alia, vt in casu nostro ob curam onerosam, Oldrad. in cons. 44. Et in decreto qualecumque illud fuerit, dicit in Sacramentorum administratione coadiuuent: non dicit in potestate fori pœnitentialis, cum sola † administratio, quæ cōmunis est omni Sacerdoti c. in nouo. 21. d. c. omnis. de pœn. & remiss. non faciat hos esse curatos.

5

6 Quartò principaliter, ut sit beneficium curatum, requiritur, quòd Curatus tamquam Prælatus suo nomine singulariter ad regimen Parochialis Ecclesiæ, & populi assumatur. iuxta cons. Oldrad. 42. incipit. Quæstio talis est, vbi voluit, quòd si duo instituantur in Ecclesia Parochiali, ita ut quilibet eorum consueuerit audire confessiones, & cætera facere, quæ specialiter spectant ad curam animarum, nullus fiet neuter eorum censeatur, nec in eis habeat locum dispositio cap. licet canon. de elect. in 6. facit tex. in c. sicut una. 21. q. 2. In illis uerbis, sed unum tantummodo habeat Sacerdotem, In casu isto sequeretur, quòd in uno corpore essent plura capita, quod esset monstruosum. cap. quoniam in plerisque. de officio ordinar. Possunt enim esse in aliqua ecclesia plures clerici, si illis pateantur facultates, sed nō tamquam curati. Rebuff. in 2. lib. prax. benefic. in tit. de non promotis intra annum, nu. 69. Non obstat, quòd aliquando aliquis presbyter Sacramenta infirmis ministrasset. Quia actus extra iudicialis factus ab vno solo de capitulo, & nō a maiori parte, & fine

& sine mandato Capituli non potest cœteris omni
bus præiudicare, ut not. in c. 1. extra de his quæ fiunt
a maior. par. cap. per totum. tanto magis cum neque
minus appareat de uoluntate illius presbyteri, quod
per talem actum uoluerit acquirere uniuersis cleri-
7 cis curæ administrationem, cum † actus de sui natu
ra non operentur ultra intentionem agentium. l. nō
omnes. ff. si cert. per Gloss. & Bar. in l. petens. C. de
8 pactis. Secundò, quia † actus indifferens, & qui fie-
ri potest nomine proprio, & nomine alieno, præsu-
muntur potius fieri nomine proprio. l. si pactum. de
probat. l. si non uerum. l. filii. C. de donat. inter uir.
& ux. Alex. consi. 133. uol. 5. Bal. in l. ad probatio-
nem la prima in fin. C. de probat. & in l. qui aliena.
C. si quis alteri, uel sibi. Salic. in l. cum proponas. C.
pro socio. Non obstat, si dicatur, quod hi presbyteri
decimarum partem sibi uindicent in præd. ecclesia
quasi, quod ex hoc inferatur quod habeant curam
9 animarum. Nam responderut, quod † decimæ non
solum propter curam, sed etiam propter sacrificiorū
oblationem debentur secūdum illud Apostoli. Qui
altari seruit, de altari uiuere debet 1. ad Cor. 9. cap.
cum secundum Apost. de præb. & Num. ult. ca. Di-
cit Deus. Filiis leui dedi omnes decimas pro mini-
sterio, quo seruiūt mihi in Tabernaculo fœderis. Re
buff. in tract. de decimis. q. 2. nu. 7. Quibus omnibus
suffragatur, quod cum Abbas retineat Prælaturam,
& omnia ferè commoda solus, ita quoque, & solus
debeat subire, & onera curæ, ut iuxta modum labo-
rum erogetur merces. Spec. de except. § 3. uers. item
not. ad finem. Neque prodest Rectori dicere Sacer-
dotibus, quod renuncient in eius fauorem tertiam
partem decimarum, quas percipiunt, & quod dein-
de solus subibit curam, nam pari ratione, & muni-
ficentia ei offerimus Sacerdotes obituros uniuer-
sam curam, si Abbas uiceuersa condonauerit illas
duas partes, quas ultra mensam Abbatialem ipse
percipit. Neque minus ei uidetur concedendum,
quod in absentia sua possit substituere Vicarium, &
si Iurisperitum, extraneum. Quia cum sit ab imme-
morabili præscriptum, & obseruatum, quod anti-
quior ætate præsit cœteris, & curam, quam habebat
Rector, subeat; non potest huic immemorabili ad
10 nutum ipse derogare; quia † habet uim priuilegii.
l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti
ua. l. 2. §. item labeo. ff. de aqua pluu. arc. l. super
quibusdam. §. præterea. ff. de uerb. signific. Vnde
sicut priuatus non potest tollere alterius priuile-
gium uulgatis iuribus: sic nec quod priuato per
immemorabile fuerit acquisitum. Ex quo hæc lon-
ga consuetudo pro lege erit seruanda. l. 1. §. fin. ff. de
aqua pluu. arc.

Ita consului Ego Hier. Henricus I. V. D. & ita
obtentum in Sacra Congregatione super Epi
scopos de anno 1602.

CONSILIVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *An ex insignibus, & armis depictis, seu in sculptis probetur dominium alicuius capellæ.*
2 *Sepulcrum proprium habere quis non potest quantum ad proprietatem.*
3 *Priuilegium, & concessio non probatur nisi per instrumentum rogatum.*
4 *Nec per solam longam possessionem præscribi potest.*
5 *Ex signis indicatur cuius qualitatis, & naturæ quælibet res sit.*
6 *Quælibet res præsumitur libera nisi probetur debere seruitutem.*
7 *Dubia probatio non releuat eum, cui incumbit onus probandi.*

1 FVIT dubitatum, an † ex stem-
matibus, & armis depictis, seu
insculptis in cacumine, uel in
aliqua parte alicuius capellæ
probetur dominium illius fami-
liæ, cuius illa sunt. Et respon-
di negatiuè. per text. in l. Monu-
mentorum C. de relig. & sumpt. fun. præsertim
quando agitur de alicuius præiudicio, quo casu
non probant alicuius familiæ proprietatem. ita il-
lum tex. intelligit, & exponit Abb. in capit. cum
causam. num. primo. de probat. in uersic. tertio
dicit Gloss. & Bart. in l. uel quod. ff. eodem. Ra-
tio est, quia sine traditione dominium non trans-
fertur. l. traditionibus. Cod. de pact. cum uul-
gatis.

Secundò, quia cum sepulturam nemo sibi uin-
2 dicare possit l. si sepulchrum C. eodem, nam † se-
pulchrum proprium habere quis non potest quan-
tum ad proprietatem. l. in tantum. §. sacrum ff.
de rerum diuis. licet possit habere usum, ut ibi se-
peliatur ipse, & sui, ita ut alius sepeliri non pos-
sit, ut dicunt Doctor. omnes & præsertim Butr.
in cap. abolendæ. de sepult. num. 3. Host. quoque
ibidem. Rot. in diuers. par. prima dec. 787. num. 3.
hoc priuilegium habere non possunt, nisi ab eccle-
sia parochiali assignato cœmeterio per Episcopum.
Butr. in cap. certificari. num. 13. eodem. uel per
Prælatos religionis illius. per dispositionem clem.
2. de Sepult. & ideo nisi ostendatur priuilegium,
uel instrumentum concessionis, non possunt se mu-
3 nire insignibus, quia † priuilegium, & concessio
non probatur nisi per instrumentum rogatum. Affl.
dec. 398. num. 6. quia scriptura in hoc casu est de
essentia probationis. Abb. in cap. in nostra. de rescr.
4 num. 11. & in cap. qualiter de elect. num. 1. ita † ut
nec etiam per longam solam possessionem præscribi
possit. l. longa possessio ff. de mort. inferendo.

Tertiò, quia in capella, de qua disputatur, semper
fratres minores soliti fuere humare fratres eorum,
ex quo cum nullus prohibuerit, arguitur esse liberū
sepulchrum, nam ex iure prohibendi, ne ibi alii se-
peliantur, infertur ad ius inferendi illuc cadauera,
Rot. ubi supra. nu. 5.

Quartò, quia non adest scriptura, sed insignia tan
tum in quadam serrata, seu cancello ferreo, quę non
possunt arguere dominium totius capellæ, quia
probatio uera debet necessario concludere, &
5 probare concludenter. Si dicatur, quod † ex signis
iudicatur res, cuius sit, & cuius qualitatis l. stig-
mata, & ibi Bart. C. de fabric. libro 10. Authent.

decimandi, sine præiudicio prædictorum, sit in forma probanti. Et dico, quòd non. Pro cuius rei veri-
36 tate præmitto, quòd inter alia † substantialia instrumentorum sunt dies, locus, series facti, Indictio, nomen Imperatoris, vel Papæ, & anni Domini, vt dicit tex. in Auth. constit. vt præponatur nomen Imperat. & Glo. Mag. in l. generali, C. de tabularijs, lib. 10. Et licet illa glo. dicat hæc omnia spectare ad ordinem instrumenti, nihilominus Doctores interpretantur hæc esse de substantia instrumenti, not. Bertachin. in suo dictionario, in verbo Instrumentum, qualiter fiat, facit doctrina Lanfranci de Oriano in tractat. de fide instrum. num. 36. vbi habet, quòd si rasura erit circa substantialia instrumenti, & exempli-
37 ficat dicens, puta † in indictione, vel in annis Domini, tunc totum instrumentum reddatur falsum, per Bald. in l. si ex falso, C. de transact. c. Abbate, de re iudic. in 6. Et ratio esse potest, quia isthæc omnia faciunt instrumenti publicationem. Specul. in tit. de instrum. edit. in §. 2. in verbo sunt autem nouem.
38 nam † scripturæ non possunt dici publicæ, si non adsint substantialia ipsius, vt in Auth. Vt præponatur nomen Imperat. not. Afflict. in decis. 274. Amplius quia ista possunt obijci instrumentis, l. 1. §. editiones, & §. rationes. Et in l. si quis, §. initium, ff. de edend. l. 1. & 2. C. de vet. iur. enucl. cap. inter dilectos, de fide instrum. Glo. fin. in tit. C. de nouo Cod.
39 confirm. Nam cum ista sint apponenda, nisi † apposita fuerint, instrumenta censentur adulterina, per tex. in §. primo, & secundo, in d. Auth. Vt præp. nom. Imp. & in l. 1. C. de appo. publ. §. sancimus in Auth. de exhib. reis, l. sancimus, C. de testam. Et qđ
40 facit ad casum nostrum est, quòd † in specie hęc omnia opponuntur literis Papæ, vt not. Martin. de Fano, in addi. ad tract. Baldi de Perusio de Tabellione, num. 81. Contra indultum præfati Pontif. Vrbani opponitur primò de falsitate annorum, quia cum constet ex historijs multis vetustatis nuncijs aliàs recitatis, & adductis, quòd Vrbanus secundus fuerit electus Pontifex de anno ab incarnatione 1088. a natiuitate 1089. non potuit indultum sub eo datari sub anno 1085. quam datam illud indultum continet. Et idem est in casu nostro annum non fuisse appositum, & fuisse appositum, sed falsum esse, sicut
41 idem † est aliquid non fieri, & fieri, sed non ut fieri debet, argum. tex. in §. sciendum, Instit. de satisdat. tut. uel curat. ubi pro eodem ponitur non curasse satisdatum, & satisdatum, sed non idoneè. tanto ma-
42 gis apposita falsitate: nam † argumentum a maioritate rationis tenet. l. non est dicendum, de reg. iur. Bal. in l. conuenticula, C. de episc. & cler. Et falsitas plus (absolute loquẽdo) est, quàm si fuerit omissum, sicut cæteris paribus peccatum commissionis, grauius est peccato omissionis, vt dicit Bart. in l. 1. ff. de iure patr. & S. Thom. 2. 2. quæst. 79. artic. 3. & 4. Falsitas est circa tempus, & propter circa diem, quod reddit totum instrumentum falsum, cap. cum Ioannes, de fide instrumentor. cum vulgaris. nam
43 † falsitatis nomen illud meritò sibi vindicat, quod multum distat a veritate, Socc. consilio 187. in secunda parte, in versic. confirmantur præmissa. Nec suffragatur dicere errorem fuisse in transumpto, & quòd loco anni 1085. scribendum fit 1095. quia talis variatio temporis non est facienda sine ratione, sic enim nullum esset dare instrumentum, cui opponi posset de falsitate diei. Etenim ratio, quæ ex aduerso dicitur, quod transumpta aliarum literarum in alijs causis exhibitarum habent huiusmodi datam anni 1095. non obstat propter multa. Et primo, quia si alicui ex dictis copijs danda esset fides, dãda esset antiquiori, in qua est data de anno 1085. a quo, scilicet, hęc alia sumpta, videntur esse transumpta. Exemplatum enim debet concordare exemplo, a quo exemplatum est, ut est vulgatum in iure.

Secundò, quia dictum sumptum continens datã de anno 1085. fuit extractum de Archiuio Regio ui gore compulsoriarum, & registratum in Archiuio publico iustitiæ Valentinæ ciuitatis ad instantiam eiusdem Archiepiscopi, unde cum fuerit ab aduersarijs productum, erit effectum commune, & firmam, atque indubitatam fidem faciet contra eum, ut iacet; & videtur fateri omnia in eis contenta ve-
45 ra esse, etiam † quæ producenti præiudicarent. Innocent. in cap. cum olim, in fi. in versic. sed dies, de cens. & in cap. cum Venerabilis, nu. 4. in versic. item,
45 licet producens, de exceptio. Et similis † confessio non admittit reuocationem prætextu erroris, sed imputatur producenti, qui potuit præuidere. Spec. in tit. de instrum. edit. §. uidendum, quia ista est confes-
46 sio scripta, & probata, † quæ non reuocatur prout not. Abb. & alij, in capit. fin. de confessis. ex quo fit, ut non possit esse locus pœnitentiæ, ita ut nunc non illi, sed alijs scripturis uelint stare, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest, capitulo quod semel, de regul. iur. in sexto, præsertim vbi agitur de tertij præiudicio, vt ibi notant Doctor. Ter-
47 tio ista alia sumpta, sunt sumpta de sumpto, † quę fidem non faciunt, l. procurator, C. de edendo, l. sancimus, C. de diuers. rescript. cap. fin. de fide instrum. Auth. si quis in aliquo, C. de edendo.

48 Quartò, quia † agẽs ex instrumento debet agere secundum qualitatem instrumenti cum suis modis, & temporibus, Boer. decis. 23. num. 31. par. prima, scriptura necessariò debet continere tempus, Bald. in l. scripturas, numero quinto, C. qui pot. in pign. hab. Amplius in d. tempore, nec d. Petrus regnabat, nec vllus Rex reperitur cum tali nomine. Imò si apponatur data anni 1095. non saluatur indultũ, quia de d. anno Vrbanus II. de mense Nouembr. celebrauit in Gallijs Concilium Claremontanum, unde nõ est verisimile, quòd fuerit Romæ 16. Cal. Maias. illius anni. Nec valet dicere, quòd si fuerit apposita Data de anno 1095. tunc benè saluabitur indictio tertia, & quod data fuerit de anno octauo Pontificatus Vrbani secundi, quia hoc non est faciendum. Data enim hypothesi falsa, quòd homo sit leo, sequetur sine dubio, quòd erit irrationalis. Dato enim vno inconuenienti, multa sequuntur, vt docet Philosophus in 1. de cęlo. Et inconuenientia nõ sunt multiplicanda sine necessitate, & in tertij præiudicium. Et sicut rei natura fieri non potuit, quod Vrbanus esset Pontifex de anno 1085. ita neque debemus ex-
49 torquere scripturam ad d. annum, quod † enim negat natura, lex non audet, l. 2. §. 1. ff. de vsufr. earum rerum quæ vsu consum.

Secun-

Secundò principaliter opponitur contra indul-
tum, quòd sit error in indictione, si obseruetur Re-
gula, & computatio Glossæ, quam omnes Canoni-
stæ sequuntur in c. inter dilectos, de fide instrum. i-
gitur indultum censendum erit subreptitium. Nam
sicut non solum rescriptum iustitiæ, vel gratiæ, sed
etiam priuilegium contra ius vitiari dicitur per so-
lam falsam latinitatem, capit. ad audientiam, & ibi
Abb. in fine, extra de rescriptis, ita etiam debet cen-
50 seri vitiatum per † falsam indictionem, quia mili-
tat eadem ratio, vel præsumptio, scilicet, quòd priui
legium transit per manus multorum Peritorum in
Grammatica, & in Indictionum computatione, vt
ibi dicunt Doctor. vbi enim militat eadem ratio, ibi
quoque debet pariter militare eadem iuris disposi-
tio, l. illud, ff. ad l. Aquil. l. fin. C. ad l. Falcid. Ex quo
licet Bart. in l. nominatum, ff. de condit. & demonst.
51 voluerit, quòd † licet instrumentum per defectum
indictionis vitietur, non tamen per falsam indictio-
nem, & sic facit discrimen inter nullam indictionē
in primo casu, & falsam indictionem in secundo ca-
su. Quia illa doctrina procedere potest in instrumē-
52 to confecto a Tabellione cuius † ignorantiæ indul
getur, l. sed si pupillus, §. præscribere, ff. de instit. &
ita voluere Dyn. Ioan. Andr. & Franc. in cap. datæ,
in fine sexti libri, non autem procedit in priuilegijs,
vt rectè not. Glo. Bernardi in fi. d. c. ad audientiam.
53 Et hoc est valdè notandum, quia † est omissio ma-
gnæ solemnitatis, vt voluit glo. in l. 1. C. de Iustini.
Cod. confirm. in fi. Spec. vbi supra in versic. vbi sit
error in indictione. Itaque cum sit error in anno, in
Indictione, in loco, in persona Papæ, & in nomine
Regis, cui conceditur, sequitur quod indultum in
54 totum sit falsum. quia scripturæ † ius est indiuiduū,
vnde non potest pro parte acceptari, & pro parte im
pugnari, Castr. in l. quædam personæ, §. nummula-
rios, num. 2. ff. de edendo, l. publia, in fi. ff. depos. ma-
ximè cum velint indultum continere capitulum v-
55 nius generis. quia † falsitas totum prosternit. Fely.
in c. ex literis, de fide instrum. & in c. fraternitatis,
de hæreticis.

Sextus articulus quæstionis est, quicquid sit de
veritate prædictorum. An obseruantia, quam aduer
sarij prætendunt super exactione duarum partium
ex tribus omnium decimarum habeat originem, &
causam a præd. priuilegio, & donatione Regis Iaco-
bi, vel a iure communi, vel a præscriptione. Et di-
co, quòd nullo pacto a priuilegio. Et hoc primo ea
ratione, quia priuilegium præd. fuit coarctatum, &
restrictum ad decimas acquirendas de terris ab infi
delibus recuperandis, quæ ab illis detinebantur, aut
ad nouas ecclesias fundandas. & ex omnibus histo
rijs constat, quod tempore datæ priuilegij ciuitas
Valentiæ a fideli Rege Iacobo, & Episcopo Hierony
mo nec non Christiano populo possidebatur, igitur
56 priuilegium † non debet extendi vltra locum ex-
pressum in eo, Panorm. in cap. cum capella, num. 2.
extra de priuileg. quia eo ipso, quod fuit concessum
Regi, & Proceribus, & sic certis personis videtur es
se personale ad locum determinatum, & restrictum.
ita Butr. dicit in d. cap. cum capella, num. 3.
57 Secundò, quia † obseruatio post sequuta decla-
rat, quale fuerit ius procedens reseruatum, Castr.
in consil. 347. in fine, lib. 3. Crauet. consil. 213. nu.
58 8. Roman. consil. 271. num. 4. quia † scientia cū pa
tientia longi temporis inducit declarationem tacitæ
præcedentis voluntatis, l. qui in aliena, versic. sed si
non adiecit. C. de petit. hæredit. l. si filius. ff. de iure.
dot. l. si probatum, C. communi diuidundo. Modo
de annis 1243. 1260. 1371. 1437. 1448. 1451.
1052. 1545. 1577. 1592. 1597. adsunt plura in-
strumenta, & sententiæ, quibus fuit adiudicatum
omnes decimas ad Episcopum, & Capitulum perti
nere de iure communi, & eodem iure solitos recipe-
re decimas ab exemptis, & ab alias liberis, & non
obligatis eas soluere. & ipsos Episcopum, & Capi-
lum de receptis tribus omnium decimarum parti-
bus teneri soluere tertiam Regi illi per Episcopum,
& Capitulum Valentin. Regi conquisitori eiusque
successoribus in feudo. Igitur obseruatio potius vim
habet a iure communi a dicto indulto, seu priui-
legio.

Tertiò, quia de anno 1239. Gregorius nonus ei-
dem ecclesiæ vniuit cathedralem de Vich. seu Vi-
cen. & de Settabis cum earum iuribus, & Episco-
pus, & Capitulum statuerunt sub anno 1240. quod
Parrochiali sanctæ Mariæ maioris, quæ erat catho-
dralis, & ex terris assignandis Parrochialibus om-
nes primitiæ applicarentur, & integræ decimæ, &
Capitulo soluerentur, quod vtique hoc fieri non po
tuisset nisi usi fuissent iure communi. Nemo enim
59 † potest alteri applicare, quod quando futurum sit,
non sit peruenturum ad eius manus per Regulam
vulgatam. Nemo dat, quod non habet, l. traditio, ff.
de acquir. rerum domin. l. si filiusfam. C. de donat.
cum vulgatis.
60 Quarto, quia † quando obseruantia iuris decimā
di potest procedere ex vniuersali, & antiquiori iure,
magis præsumitur, quòd ab ista processetur, quam a
speciali, & quia habens auxilium generale, non po-
test petere speciale. Glo. communiter approbata in
§. affinitatis, in verbo nupta est, & ibi Doctor. in stit.
de nupt. per text. in l. doli, ff. de verb. obligat. l. quæ-
dam sunt, ff. de edēdo, remedium enim ordinarium
iuris facit cessare extraordinarium, Bart. in l. in pro-
uinciali, §. si vero in loco communi, ff. de operis no-
61 ui nunciat. Et † in dubio priuilegiatus præsumitur
vti iure communi potius quàm speciali, scilicet pri-
uilegio. Alciat. in tract. de præsumpt. præsumpt. 36.
l. quamquàm, C. de testam. milit. l. Centurio, & ibi
Paul. & Moderni, ff. de vulg. & pupil. cum alijs per
eum ibi congestis. Cum igitur in dictis sententijs
non solum non fuerit facta mentio de præd. priuile
gio, sed quod magis est, expresserint decimas ad eos
spectare de iure communi, & istius dispositione agē-
dum esse contra non soluentes, aut prætendentes se
esse exemptos: clarum est, quòd obseruantia tota est
vigore iuris communis, non autem donationis, seu
62 iuris specialis cum † non sit dubium priuilegiatum
posse uti iure communi, Bald. in l. apud hostes, in fi.
C. de suis, & legit. hæred. aut priuilegio renunciare
posse, l. si quis in conscribendo, C. de pact. & vti iure
63 † communi, sicut pinguiori, & potentiori, l. eius mi
litis, §. militia missus, ff. de testam. milit. Imò ex ver-
bis magis constat, ut dicitur in facto. Præterea cum
64 † absolutè ius commune, & priuilegium minimè
se compatiantur in eodem subiecto per prædicta,
cùm aduersarij in sententijs passi sint dici eos uti in

hac causa iure communi, videtur fecisse actum cõtrarium priuilegio, & sic illud amisisse, Innocent. & Buttig. in cap. accedentibus, de priuileg. vbi dicit,
65 quòd † quando actus repugnans priuilegio est incompatibilis cum quo priuilegio, nec in eo potest cadere alia præsumptio, quàm renunciationis tunc semper per contrauentionem etiam vnico actu factam indicatur renunciatio, vt in casu nostro. sequitur Felyn. in cap. cùm accessissent, num. 30. extra de constit. Bald. in l. 2. C. de iure dotium, Cyn. in l. voluntatis, C. de excusat. tut. Bart. in l. 2. §. fin. de decur. Alexand. in consilio 197. in secundo volumine Ruyn. consil. 39. num. 18. & 163. num. 17. volum. 5. & est communis opinio, de qua testatur Viuius opin. 641. num. 5. volum. 2. Neque obstat, si dicatur tot grauissimos viros, qui historiam illorum temporum scripsere, de hac obseruantia testatos: quia dato, & non concesso, quòd testentur tale indultum esse in viridi obseruantia, tamen nullus est, qui dicat hanc obseruantiam habuisse causam potius a priuilegio, quàm a iure communi,

Septimus articulus huius causæ est. An decimæ
66 translatæ † a persona ecclesiastica in laicum retineant naturam ecclesiasticam, vel potius laicalem, ita ut indigeant speciali derogatione: Cui dubio affirmatiuè videtur respondendum.

67 Primò, quia † vna species de sui natura in aliam transmutari minimè potest, l. 2. & l. si ego, & ibi Doctor. ff. si certum petat, unde cum decima debita clerico, & decima debita laico nomine ecclesiæ, & Papalis constituantur a Canonistis diuersæ species, nò potest illa in hanc transmutari.

Et hoc videtur dicendum, ne ecclesia aliquo modo perdat ius suum, & vt illa portio, quæ assignatur laico, qui absolutè est incapax iuris spiritualis, cap. sacrosancta, & cap. Massana, de elect. semper conseruet decimæ nomen, & naturam. Sicut iure, ex qua
68 soluitur pedagium, vt si subrogetur alia † in locum suum, illa assumit hoc onus soluendi pedagium, antequàm altera liberetur, Bald. in l. si plures, nu. 14. C. de condict. indeb. Ias. in l. si cum, §. si quis iniuriarum, ff. si quis caut. Rebuff. in tract. de nomin. quest. 8. num. 55. Sicuti etiam fit de re dotali permutata cùm non dotali, vt vna sumat naturam alterius, ne quouis modo contingat mulierem remanere indotatam, Bald. in Auth. si qua mulier, num. 5. C. ad Vellei. Afflict. decis. 336. num. 3. Mant. consil. 80. num. primo in fine, Cephal. consil. 20. numero 5. & patet idem in re fideicommisso supposita, & in similibus.

Secundò, quia in quemcumque decimæ transferantur semper ecclesia retinet directum dominium, tex. est in capit. cum Apostolica, & ibi Innocent. & Buttig. num. 12. & reliqui, de his quæ fiunt a Præl. fin. consl. cap. laici vero habentes titulum ab ecclesia
69 vtile tantum, quale habet emphyteota, † vsufructuarius, & feudatarius, sed isti non immutant naturam, vt latè deducit Corn. in consil. 16. volum. 1. per totum, vnum enim transit in naturam alterius, ergo nec laicus decimarum naturam mutare poterit.

Tertiò, quia aut loquimur de decimis a laico acquisitis iure illi competenti post Concilium Lateranense, vel ante. Si primo modo, non potest dici decimam mutasse naturam suam, cùm ecclesia adhuc retineat non solum vtrumque dominium, sed etiam
70 possessionem saltem ciuilem, quia † laici decimam de iure possidere non possunt, c. causam quæ, de præscript. 16. q. 7. c. 1. vnde in nihilum dicetur esse immutata. Si secundo quia cum in illo casu laicus decimas habere non potuisset, nisi in feudum, & vt feu datarius, ut in d. cap. cum Apostolica. & per consequens ecclesia sibi reseruet directum dominium, nō
71 dicetur mutasse naturam, sicut † nec res data in feudum Monacho soluta dari laico amittit naturam suā, & qualitatem per notata per Bal. in l. eum oportet, §. 1. in fi. C. de bon. quæ lib. ergo sicut istis absolutè sine speciali derogatione derogatur, vt prasupponi-
72 tur, † translatis in laicum eodem modo derogabitur, cum naturam non mutent, & per consequens erit idem iudicium, c. 2. de translat. Episcopi. Facit etiam
73 ad hoc, quòd laicus † ex sola donatione alteri laico facta ita cadit a iure decimandi sibi in feudum concessarum, quod ipso iure vtile dominiū redit ad priorem dominum, idest ad ecclesiam. Innoc. in d. cap. cum Apostolica, nu. 1. & per consequens consolidatur cum suo directo dominio.

Octauus articulus est: Dato, & non concesso, quòd decimæ translatæ in laicum amiserint naturā Ecclesiasticam. An restitutæ, aut donatæ iterum earum naturam recuperent vigore huiusmodi translationis? Et dicendum, quòd in facto causæ huius recuperauerint eandem naturam. Et hoc primò, quia istæ decimæ reuertæ nihil ab alijs decimis videntur differre, cùm res ad suam naturam de facili reuertatur, l. si unus, §. quod in specie, ff. de pactis. Vnde sicut
74 † nec aliæ decimæ laico in feudum dari possunt, ita & hę prohibentur, ut dicit Vldaric. Zasi in tract. de feudis, par. 4. nu. 19. quia generaliter tam ante conci-
75 lium Lateran. quàm etiam post, laicus † semper est incapax decimarum cùm solis clericis, & Ministris ecclesię seruientibus omni iure debeantur, S. Tho. 22. q. 87. ar. 3. c. 1. & 2. de decimis, igitur non poterunt retinere naturam laicalem, sicut odiosam, & penè eis contrariam, cum dicendo decimam, dicamus
76 ipsa † vocis natura apud Canonistas quid spirituale
77 debitum clericis, & non laicis. Decima enim † est pars Dei, & Deus illam vocat suam portionem, ut in c. tua, eod. tit. & in bonis ecclesiæ numeratur, Rebuffin tract. de decimis, q. 9. nu. 10.

Secundò, quia laicus ex sola donatione alteri laicò facta, ita cadit a iure decimarum sibi in feudum concessarum, quòd ipso iure vtile dominium reddit ad priorem dominum, idest ad ecclesiam. Et laicus alteri ecclesię, quàm ei ad quam spectant decimę, donans non dicitur donare, neque minus alienare, sed restituere, ut dicitur in c. cum Apostolica, & ibi Inn. & Butt. de his quæ fiunt a præl. sine cons. c. nec illas
78 dicuntur possidere, sed detinere, & † sine peccato etiam cum superioris authoritate licitè detineri non possunt. Butr. ibid. nu. 10. ex quibus sequitur necessariò, quòd restitutæ nullam alienam naturam sapiant, sicut nec minus feudum antiquum a quo filius na-
79 falli cecidit facta renouatione non † impeditur per huiusmodi restitutionem, quo minus feudum antiquum sit, & maneat. Et si filius refutauerit domino feudum paternum consentientib. agnatis, & denuò fuerit inuestitus de antiquo, & paterno, agnatis non præiudicatur, quominus paternum maneat, Alex. consil.

cons. 2. uol. 5. Bal. in l. 2. C. quando non pet. par. &c.
Et similiter si pater in manus Domini feudum refu-
tet, ut filij inuestiantur, non cessabit propterea pa-
ternum esse, si nihil secus monetur. Vldar. Zas. in
tract. de feud. in 3. par. per tot.
80 Tertiò, quia ecclesia † per mutationem persona-
rum, terrarum, & loci nunquã perdit decimas suas
iure antiquo indiuiduatas, & circumscriptas. Nam
si terra Hierusalem hodie a Sarracenis recuperare-
tur per Christianos, deberetur a nouis Inquilinis de
cima non alia ratione, nisi quia terra nunc recupe-
rata redijt ad pristinam naturã. Oldr. cons. 9 1. d. cũ
loca, ff. de relig. & sumptib. fun. Rebuff. in tracta. de
decimis q. 13. num. 42. Quanto magis dicendum
est, si reuertantur a manu laicorum reseruato semper
directo dominio Ecclesiæ, ut notant Innoc. Butr. &
82 alij in d. c. cum Apostolica scilicet. Nam † quando
decimæ ab ecclesiastico reperiuntur in manu laico-
rum, earum natura videtur esse uelata, sed non ex-
tincta; & ob id de facili primæuam naturam recu-
perant l. in tantum, ff. de rerum diuis. Neque obstat,
quod dicitur, quod ecclesia subrogata respectu em-
phyteotæ in locum laici, qui emphyteosim conces-
sit, ad idem teneatur, ad quod erat obligatus primus
Dominus. Et quòd fundus tributarius transiens ad
ecclesiam, remanet tributarius. Quia quicquid sit
de huius rei veritate, nos sumus in casu, in quo nul-
la adest obligatio respectu ecclesiæ donatariæ. Ec-
clesia enim ad nihil tenetur, vt dicendum sit potius
fuisse restitutionem, vt not. in d. c. cum Apostoli ca.
& liberationem, pro qua magis præsumendum sit,
quam pro seruitute. Amplius sumus in dubio, &
non in claris, & per consequens in materia decima-
82 rum interpretatio fiet contra donantem, quia † cõ-
tractus est stricti iuris. l. eum qui donationis, ff. de
donatio.
Penultima huius causæ quæstio erat 9. artic. An
83 † statutum loquens de Monachis, & iura item ca-
nonica, verificentur in regularibus, & liberè, & tutò
possint canones huic quæstioni, & causæ vniuersæ
adaptari? Et dico, quòd sic, quia licet differentia sit
inter Monachos, & fratres, cæterosque regulares,
quia Monachi propriè, & strictè dicuntur illi, qui ex
84 † dispositione regulæ eorum stant solitarij in Mona
sterio, nec Immiscẽt se prædicationibus, nisi habeant
administrationem, vt sunt Monachi Sancti Benedi
cti dicti Monachi a solitudine, & vnitate, cap. pla-
cuit 16. q. 2.
Fratres verò sunt, qui incumbunt prædicationi-
bus, & huiusmodi, vt not. Panorm. in c. causamque,
num. 2. de iudic. Et licet attendi debeat communis
vsus loquendi, l. labeo, ff. de supell. leg. l. librorum,
§. Cassius. de lega. 3. l. cum delanionis, §. asinam, ff.
de fund. instruct. & instrum. legat. not. Bar. in mate
ria statutorum in l. omnes populi, ff. de iust. & iure.
Et sic communis vsus loquendi longum faciat di-
scrimen inter fratres, & Monachos. Tamen quia iu-
ra loquentia de Monachis hodiè adaptantur etiam,
& fratribus Mendicantibus; & quia similes esse cẽ-
sentur in quacumque dispositione, respondendum
erit dubio affirmatiuè. Quæ responsio ex pluribus
85 comprobatur. Primò, quia † Authentica constitu-
tio de Monachis. & Auth. ingressi, C. de sacros. eccl.
quæ præcipuè loquuntur de Monachis, omnes Do-
ctores illas constitutiones verificant in Fratribus
Mendicantibus, qui possunt habere proprium ex
indulto Pontificum, ut sunt fratres Prædicatores,
Conuentuales Sancti Francisci, Augustiniani, &
Carmelitæ. Barto. ibid. num. 45. Bal. num. 1. & 14.
Imol. in c. quia ingredientibus, num. 2. & 6. de test.
Castr. num. 4. Ias. num. 24. & cæteri. Itaque cum isti
ex dispositione Conc. Trid. sess. 25. de reforma. c. 3.
bona immobilia possidere possint, sequitur, quòd d.
constitutio Auth. ingressi. in his quoque verificetur.
86 Et arguendo † a sufficienti partium enumeratione,
quod est argumentum validum in iure. Bal. in l. cõ
uenticula, C. de episc. & cleric. l. patre furioso. vbi
est bonus text. de his qui sunt sui, vel alien. iur. §.
actionum. Instit. de actio. Constitutionem primam,
secundam, & quartam, & similes in d. sessione quis
negaret verificari etiam in Monachis? Quòd si dica-
87 tur, quòd † Monachi possunt dici fratres Abb. in d.
c. causamque, sed non conuertantur, tamen sufficit
quòd ibi Monachi ueniant appellatione regulariũ.
88 Similiter illæ propositiones Monachus † quicquid
acquirit, acquirit Monasterio, d. Auth. ingressi. Mo-
nachus pro mortuo reputatur, c. sunt non nulli. 16.
q. 1. testari non potest. Glo. & Doct. in Auth. si qua
mulier, C. de sacros. eccle. Bar. in l. 1. C. qui testam.
facere poss. Bal. in l. certum, C. vnde cognati, & d.
Auth. ingressi, vbi est tex. clarus. Quòd Monachus,
& seruus æquiparentur. c. multos 54. dist. Non ha-
bet exequutionem uoluntatis, uel noluntatis 12. q. 2.
non dicatis. cap. si Religiosus. de elect. Monachus
quicquid acquirit, acquirit Monasterio, & quod per
eum uelut per seruum Monasterium sibi acquirat.
Glo. Arc. Fab. & alijs in §. 1. Inst. per quas pers. no.
89 acquir. Monacho † facilius indulgetur, vt ascendat
ad Prælaturam, quàm Præsul ad Monachatum de-
scendat, cap. nisi de renunciat. Monachus effectus
Episcopus absoluitur a regula Monachali, ca. 1. vbi
glo. num. 18. q. 1. Quòd Monachus non possit esse
testis, sine licentia sui superioris, & quòd non possit
habere proprium. Et quòd percutiens regularem
incidat in canonem si quis suadente, 17. q. 4. vbi fit
mentio de clerico, & Monacho solis. facit cap. qui
occiderit clericum, vel Monachum eisd. q. & causa.
Denique vniuersa illa materia de electione, po-
stulatione, statu Monachorum, de regulat. trãseunt.
ad religiones quis negaret verificari pariter in Mo-
nachis, & in cæteris Mendicãtibus? Similiter quòd
Monachus si stipuletur meo mandato, acquiratur
actio Monasterio, non mihi l. si liber homo, ff. de sti-
pulat. seruor. Vnde cum videamus omnes scriben-
tes iura loquentia de Monachis adaptare ea cæte-
ris regularibus, non est dubium, quòd statutum lo-
quens de uno verificetur etiam, & in altero. Et ra-
tio est, quia est eadem ratio de vtrisque. Spec. in tit.
de arbitr. §. 1. vers. quid de simplici Monacho. Lan-
franc. de Oriano in tract. de arbitris in 2. par. nu. 6.
vbi ad propositũ suæ quæstionis, an regularis possit
esse arbiter, sicut potest esse Monachus, allegat Ho-
stiens. in summa de arbitr. in §. 2. in fi. & tex. in cap.
Monachi 16. q. 1. similiter quod potest Abbas ex iu-
ris dispositione in materia authorizãdi ecclesiæ suæ
potest etiam Prælatus regularis. Glo. in clem. 1. de
reb. eccl. non alienan. in verbo proprij. Berous in
c. 1. num. 3. eodem tit. Et a simili iura loquentia de
Clero,

Cleto, & Capitulo seu canonicis verificari possunt in fratribus, in conuentu, in Monasterio, cum similium par debeat esse ratio, cap. cum dilecta de confirmat. vtili uel inut. c. translato. de constit. l. fin. C. constit. pec. cum similibus. nisi aliqua qualitas ratione Monachatus faciat intelligere, quod id quod dicitur de Monacho, non sit intelligendum de Fratribus, Abb. in c. 2. de postulando.

Secundò, quia nos minimè attendere debemus verba nuda statuti in simili dubio, sed quid statuentes verisimiliter respondissent, si pariter de his, sicut
90 de Monachis interrogati fuissent. Nam cum † Monachi multo ante fratres fuerint, nec non & approbati ante eos, vt sanctus Basilius sub Anastasio primo Rom. Pont. sanctus Benedictus sub Ioanne primo Pont. Monachorum statuta ediderint. Prædicatores vero, & Minores sub Innocentio tertio florere inceperint. Inter quos Pontifices octingenti penè anni intercessere. Et ob id statuentes ante Regulares, & Mendicantes non potuerunt facere discretionem inter eos, & Monachos, quam fecit Clemens V. in Conc. Viennensi in sua clem. exiui, sub tit. de uerum, & verb. signif. Quia futura a legislatore humano præuideri non possunt iuxta illud Aristotelis in libris perhiermen. De futuris contingentibus
91 non est determinata veritas. Futurum † enim omne incertum est. Spec. de renunc. versic. quid si quis, Mar. Socc. in 1. par. consil. 6. sicut etiam rescriptum futuras lites minimè comprehendit, Spec. de rescr. §. nono, vers. item excipitur quoad futuras. Modo præsumendum est statuentes de ambobus idem respondisse, cùm ad distinctionem clericorum sæcularium Monachi dicantur fratres, & ambo Regulares, Abb. in d. capit. causam quæ. Vnde in simili dici
92 mus, quod dato, quod † stipulatio non sit propriè contractus, vt Doctor. plerique voluere, & præsupposito, quòd statutum sit strictè interpretandum, & propriè, vt est firmatum in iure apud omnes, quando quærimus an aliquis contractus sub statuto de contractibus loquente contineatur nec ne? non est videndum, an talis conuentio sit propriè contractus, sed an ratio statuti in illa conuentione locum habeat, & an statuentes ita verisimiliter respondissent? quæ si ita se habeant, siue sit propriè contractus, siue impropriè, siue quasi contractus, siue etiam distractus, siue versetur circa materiam fauorabilem, siue odiosam, siue pœnalem, siue quamlibet aliam sem per, & indistinctè sub statuto comprehendatur, vt statutum de non alienando in forenses, militabit etiam si per stipulationem fuerit alienatum, quia ratio statuti est, ne forenses litibus grauentur, ne vè eorum conditio deterior fiat, l. per diuersas, C. mandati. & similia ut fusè probat, & prosequitur Hector Richerius, num. 47. & 48. in rubr. de verb. obligat.
93 Clarè patet, quòd † status Monachalis respectu cæterorum Regularium non est qualitas aggrauans, vel diminuens res statutas circa utrosque in materia decimarum, vt cuilibet Canonistæ patere potest, quæ re dicendum est, quòd præsupposita discretione inter eos cum hæc discretio non perturbet, neque difficiliores, aut dubias, magis reddat constitutiones ab solutè loquentes de decimis, ipsa non obstante, statutum loquens de Monachis habebit etiam locum in Regulari in præsenti materia ad effectum, de quo agitur. Tertiò, quia sæpè eorum domus confundun-
94 tur. nam in d. sess. c. 3. Regularis † domus, quæ aliàs vocatur conuentus fratrum Mendicantium, cõfunditur cum Monasterio, & domo Monachorum. & idem quoque patet in diuersis Pontif. constitutionibus. Confunduntur in Prælatorum nominibus, vt patet in Concil. Trid. sess. 25. c. 6. & in alijs multis Et quod potissimam est, confunduntur in materia decimarum, vt in c. decimas, in princ. 16. q. 1. vbi alia ratio non attenditur, nisi quod communi vita viuant, & patet in c. nuper, & in cap. dudum de decimis. vbi Monachi, & alij Religiosi contra Parochialem Ecclesiam præscribere decimas non possunt, nisi titulum ostendant, qui causam det præscribendi, ca. cum dilecti, de præscripi. Nõ obstat, si dicatur, quod appellatione Monachi saltem in pœnalibus, & exorbitantibus non veniat Canonicus Regularis, & in appellatione Monachorum minimè comprehenduntur Regulares reliqui, qui strictè accepti quàm plurimum differunt inter se. Nam respondetur, quòd
95 † Canonici Regulares, quatenus sunt tales, sunt clerici, ut tradit S. Thom. 2. 2. q. 189. art. 8. ad secundum, quod probatur ex eo, quia regula, quam uouent, appellatur Regula clericorum, ut est videre apud Sanctum Augustinum, & ita appellat eam Gratianus in script. c. quando, 86. dist. sed Monachi, quatenus tales, non sunt clerici. S. Thom. vbi sup. Et approbatur per c. alia, & cap. si cupis. 16. quæst. 1. & ob hanc causam appellatione Monachi non venit canonicus, & vt longè diuersi nominantur in Rubr. de statu Monachorum. Canonici item regulares laxiori inseruiunt regulæ, quam Monachi, c. quod Dei timorem. de stat. Monach. & Regular. not. Abb. in inscriptione; c. auaritiam, de præb. & adeo sunt diuersi, quod grauiter prohibentur Canonicis transire ad Monachos, c. mandamus, 19. q. 3. Quæ omnia cessant in cæteris Regularibus, inter quos, & Monachos videtur esse facta exæquatio, vt probatur in c. nullus, iuncta glo. in verbo Prælaturam de elect. in 6. cùm Monachi vocentur etiam fratres Abb. in d. c. causam quæ. & videtur similis ratio vt supra deductum est. Quibus duobus concurrentibus fit extensio etiam ex orbitantium, & pœnalium. Domin. in c. 1. de temp. ordin, in 6. Franc. ibidem, fall. 2. & patet, quòd habent in hoc nostro articulo idem fundamentum, scilicet quod sint personæ ecclesiasticæ, & religiosæ, vt in simili concludit Nauar. in comm. 3. in tract. de potestate Præfectorum canon. Regul. & Monachorum. Conueniunt etiam in substantia religionis, scilicet in emissione trium votorum substantialium, quæ sunt votum obedientiæ, castitatis, & paupertatis iuxta ea, quæ fusè tradit, S. Thom. in 2. 2. q. 186. art. 6. & 7. per tot.

Vltimò, quoniam Doctores, qui ex aduerso scribunt, multa a simili inferebant de iure patronatus, fuit dubitatum strictè, & ego ad partes consultus.
96 An iuspatronatus † a laico donatum ecclesiæ assumat naturam ecclesiasticam, vel potius retineat laicalem ad effectum, de quo agitur, videlicet, vt opus fuerit speciali derogatione in collatione facta per Papam, seu per Nuncium Apostolicum. In Hispanijs præsuppositis terminis habilibus, videtur, quòd retineat laicalem. Et præsuppono tria. Primum, quòd
97 † iuspatronatus clericorum censeatur derogatum per

per collationem a summo Pontifice factam, etiam
si nulla fiat eiusdem patronatus in literis mentio.
Sed iurispatronatus laicorum necessaria est ad eius
derogationem mentio specialis secundum omnes,
in cap. 2. de præb. in sexto. Cassad. decis. 4. de probat.
Ang. in l. sed si hac, §. patronum, ff. de in ius vocan.
Lambertin. in tracta. de iurepatronat. 1. lib. 3. p. q. 9.
art. 3. Rot. in nouis. decis. 331. eo. tit. facit tex. in cap.
super eod. de off. delegat. cum concordant.
98 Secundum est, quòd † hæc inter se differunt, &
quoad propositum nostrum, quia iuspatronatus Ec-
clesiasticum acquiritur quoties ex ecclesiæ Bonis ec-
clesia construitur, vel dotatur, ita ut ratione ecclesiæ,
vel dignitatis ecclesiasticæ alicui competat. Sed lai-
corum a rebus proprij, & sæcularis patrimonij ori-
ginem duxit. Glo. in clem. 2. in verbo præsentare. de
iurepatr. Abb. in c. cũ te. & in c. illud. de iurepatron.
Lambertin. lib. 1. q. 1. art. 5. Parif. cons. 128. lib. 4. &
de his non dubitatur.
99 Tertium est, quòd † iuspatronatus an dicendum
sit ecclesiasticum, vel laicorum, debet attendi patri-
monium, ex quo est institutum, & originem habuit,
vt in præcedenti, vnde si iuspatronatus competat cle-
rico ratione patrimonij sui, dicatur iuspatronatus sæ-
culare. Roch. de Curt. in suo tractatu. de iure patro-
nat. in vers. 4. quæ ratio accessoria est, num. 26. in prin-
cipio, & fuit decisum in Rota in vna Placentina ca-
nonicatus apud Puteum lib. 2. decis. 228. ex quibus
dico censendum esse laicale, etiam quod translatio
sit facta in ecclesiasticum, in ecclesiasticam personã.
Quia debemus attendere eius principium, a quo
100 † necessario necessitate saltem causatiua cæteræ
qualitates iurispatronatus habent necessariam depẽ-
dentiam. l. 3. §. Scyo. vbi Bart. declarat, ff. de minor.
Idem Bar. in l. 1. per illũ tex. ff. qui potior. in pignor.
habeantur. Soc. in cons. 41. in 4. lib. & facit tex. in l.
si quis in seruitute, ff. de furt. vbi ad hoc, quòd furtũ
manifestum dicatur, attendimus principium furti
facti. Et est ratio secundum Alciatum in tracta. de
præsumpt. præsumptione 32. num. 3. Quia illud es-
se manifestum, est quædam qualitas, quæ debet re-
gulari secũdum tempus subiecti, ex quo sine illo es-
se non potest. Leuis qui in prouincia, ff. si cert. petat.
l. 1. ff. de reg. Caton. sic esse ecclesiasticum, vel laicale
est qualitas quædam, ut dicunt scribentes in hac ma-
teria, quare regulari debent secundum tempus sub-
iecti, videlicet patrimonij sine quo esse non potest.
Lambertin. in 2. par. 1. libri. quæst. princip. art. 13.
ante num. 3. vbi testatur hoc voluisse Rofredum in
tract. de iurepatronat. §. ad hoc post principiũ, quòd
quando facta est translatio in clericum a laico iure
proprio, debeat censeri iuspatronatus, ac si illud ha-
beret clericus ex patrimonio, uelut ad eum peruen-
tum ex paterna successione allegat Host. in summa
in tit. de iurepatron. §. qualiter, circa medium, & cõ-
cludit sic iudicabitur, vt patronus laicus.

Secundo, quia Rota Romana in huiusmodi ma-
101 teria semper firmauit hanc regulam. Quòd † quan-
do non constat, quod bona in dotem data sint quæ-
sita ante, vel post promotionem, & laici sunt in pos-
sessione, tunc iuspatronatus est laicale, & præsumi-
tur ex bonis patrimonialibus beneficium dotatum.
Sed quando bona sunt quæsita post clericatum, tunc
iuspatronatus censetur ecclesiasticũ. Put. d. dec. 228.
lib. 2. Et sic an iuspatronatus sit Ecclesiasticum,
vel sæculare, semper debemus attendere patrimo-
nium eius, cuius ab initio fuerit.

Tertiò, videtur pro hoc facere tex. in c. vn. de iu-
repatr. in sexto. in fi. vbi textus in illis verbis (Et om-
nino quantum ad præsentationem pertinet.) re-
strinxit se ad præsentationem, in qua sola voluit
ecclesiasticum, non ut patronum laicum, sed vt
ecclesiasticum reputandum. Et sic in cæteris patro-
num laicum esse censuit per illam regulam, vnius
102 † inclusio alterius exclusionem infert. Glo. in c. de
multa. in verbo per sedem Apostolicam. de præb. cũ
enim de vno affirmauit, de alio negasse videtur. l. ma-
ritus, C. de procurat. l. 1. C. ad l. Iul. de adult. Dictio
103 † enim illa omnino, quod est aduerbium præcisæ
significationis Bal. in l. super rebus, C. de iure em-
phyteot. recipit congruam determinationem. Bald.
ibidem. ad solum casum expressum in illa constitu-
tione, quod coadiuuat dictio illa quantum. Ex quo
non obstat, quòd legatus possit illud conferre. Glo.
ibi in verbo ecclesiasticus. Et quod ex quo res facta
est ecclesiastica, debet ecclesiastico iure censeri, quia
104 † per quandam conseriem concesso vno videntur
concessa omnia ea, quæ ab illo dependent. ad l. 1. ff.
de iurisdit. omn. iudic. Præsentare intra semestre, nõ
variare, & huiusmodi sapiunt ecclesiasticum quoad
articulum præsentationis ex identitate rationis in
omnibus, quod non se extendit ad ea, quæ sunt di-
uersæ rationis, quale est esse de sui natura ecclesia-
sticum uel laicale. Non obstat, quòd ad personam
ecclesiasticam deuenerit, ut sic uideatur redijsse ad
sui naturam ad l. si vnus, ff. de pact. Et quod ius ca-
105 nonicum facilè patiatur, quòd † res qualibet ad
sui naturam reuertatur. Quia iuspatronatus in sui
natura ex patrimonio laici est laicale, quod in ma-
nus clerici veniat, non immutatur eius natura, cum
persona hominis in hoc casu sit sicut canale ligneũ
respectu fluentis, vel pertranseuntis aquæ. ex quo
non est sicut Decima, quæ reuersa ad ecclesiam recu-
106 perat suam naturam, quia † decimarum ius nullo
modo cadit in laicum, cum neque pro pignore deti-
neri ab eo possint, neque præscrib: possunt a laico.
Spec. de præscriptioni vers. laicus vero. Sed iuspatro-
107 natus † est tale ius, quod cadit in laicum, & est ab
eo præscriptibile. c. cum de iurepatronat. vt not. Io.
Andr. in d. c. vn. in fine. Neque minus debet cense-
ri partim ecclesiasticum, & partim laicale, quia
108 † iuspatronatus quoad amissionem, & translatio-
nem, nec non quoad omnia iura sua est indiuiduum
l. si duo patroni. ff. de iure iuran. Vnde vna, & eadẽ
res non debet diuerso iure censeri l. eum cui ædes,
ff. de vsucap. c. cognouimus 12. q. 2. c. tua in fine. ex-
tra de decimis. Quartò, quia si iuspatron. sit commu-
109 ne † inter laicum, & ecclesiam, legatus de latere ta-
lem ecclesiam conferre nõ potest, vt sic ecclesia gau-
deat priuilegio laici cap. cum dilectus. eodem tit. vt
not. Feder. de Sen. cons. 62. Franc. in d. c. vn. in fine.
& omnes Docto. ibi. Et tamen si iuspatronatus per
huiusmodi translationem exhauriret, vel vindica-
ret sibi naturam Ecclesiasticam, debent contrarium
110 dici, cum regula iuris sit, quòd † magis dignum si-
bi attrahat minus dignum c. quod in dubijs. de con-
secrat. eccl. vel altar. l. religiosis, ff. de rei vendicatio.
l. si alienam, ff. de solut. l. qui ædes, ff. de vsucap. c. non
æstimemus

æstimemus 13.q.2.quod est euidentissimum argumentum, quod sui naturam semper retineat iuxta semper receptam propositionem philosophorum, videlicet, illud quod est tale, semper, & vbique, & respectu cuiuscumque erit tale.

Quintò, quia ex pluribus pro, & contra, Felyn. firmauit hanc regulam in tractatu Quando litteræ
111 Apostolicæ, colum.3. quòd, quando † ex prædominatione clericali insurgit incommodum Ecclesiæ, tunc iuspatronatus accipiat denominationem a qualitate laicali. Et ita esset in casu nostro, quia generali derogatione posset ei derogari. Refert, & sequitur Roch. de Curte in d. tract. in Rubrica, Sed benè, quando etiam mixtum esset, indigeret speciali derogatione, sicut laicale, Put. libro 3. decis. 157. per totam, &c.

Saluo in his meliori iudicio rectius sentientis, & nemini iniuriam faciens ita consulo.

Hieronymus Henricus. V.I.D. laus Deo.

CONSILIVM LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, non laici possunt præscribere decimas.*
2 *Immemorabile excludit omnem exactionem decimarum.*
3 *Exemptio decimarum per quadraginta annos præscribitur.*
4 *Immemorabilis in materia decimarum est iustus titulus in quacumque persona.*
5 *Prædia subrogata in locum illorum ex quibus decimæ soluebantur, hoc onus in se assumunt, pariter, & liberationis.*
6 *Res, ex qua soluitur pedagium, si subrogetur alia in locum suum, illa assumit hoc onus soluendi pedagium, & altera liberatur.*
7 *Re dotali permutata cum non dotali, vna sumit naturam alterius.*
8 *Idem de re supposita fideicommisso.*
9 *Quod inducitur aliquo inuito, inducitur eodem, & ignorante.*
10 *Decimæ suo tempore non petitæ, amplius peti non possunt.*
11 *Decimæ non petitæ, si ad tantum excrescant, vt videantur exhaurire patrimonium, non debentur.*
12 *Nemo debet duplici decimarum præstatione grauari.*
13 *Ex notitia habita excluditur defectus intimationis.*
14 *Exequutio facta iuris ordine non seruato ante causa ingressum venit reuocanda.*
15 *Exequutio omnis de aliqua re facienda semper intelligitur cum clausula, Si ita est.*
16 *Exequutiones sententiarum faciendæ sunt cum matura deliberatione.*
17 *Exequutor aliter faciendo, quàm sibi per Iudicem demandatum fuerit, videtur excessisse fines mandati.*
18 *Quando datur certa forma procedendi, idem est agere contra formam, & citra formam.*
19 *Exequutio, quæ in aliquo plus excessit, venit retractanda non solum in illo plus, sed etiam in totum.*
20 *Exequutio relaxata in contumaciam potest retardari per annum.*
21 *Iudici exequenti iniquè, & iniustè resisti potest.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen.

Fratres sancti Augustini ab immemorabili multa prædia possederunt, & possidét, ex quibus nullas decimas Parochijs Ciuitatis Ducalis soluerunt, prout de immemorabili deponunt Laurentius ætatis 85. annorum, Tarquinius annorum 90. Bonifacius annorum 85. Bartholomæus annorum 70. qui non solùm ita obseruari se vidisse testantur, sed etiam ab eorum maioribus audiuisse ab ipsorum recordatu de 70. & 80. annis. Et hoc etiam de publica fama. Successiuè cú temporis prædicti progressu dicti fratres cum diuersis hominibus eiusdem ciuitatis permutauerũt quædam prædia, quorum in facto copia datur, & deponunt testes super 13. articulo. Ex quo effectum est, vt prædia, quæ olim, quia possidebantur a fratribus his decimas non soluebant, hodiè decimas soluant, quia possidentur a laicis, & è conuerso. Curati verò intendunt etiam a Fratribus exigere decimas ex prædijs, quæ ab ipsis detinentur, sicut exigebant a laicis eorum antiquis possessoribus, & hoc a trigita annis citra. Et sic volunt esse duplicati in decimatum exactione. Qua lite vertente coram Auditore Cameræ, & deinde coram Illustrissimis Cardinalibus super Episcopos, fuit de mandato factum actuale depositum de tribus annis decursis per fratres; & deinde sacra Congregatio mandauit Episcopo ordinario loci, quòd si fratres nihil probassent, consignaret depositum, qui Episcopus statim, veluti si Mandatum non fuisset conditionatum, mandauit consignari Curatis pecunias depositas parte nec audita, neque citata. Stante supradicta facti serie de duobus erit videndum. primum, de bono iure, & secundum, de processu. Quoad primum stante supradicta immemorabili, Fratres videntur habere immunitatem, & libertatem a decimarum prætensarum solutione. Nam licet laici neque minus ratione d. im memorabilis prædiales decimas præscribere valeant,
1 Ecclesia † tamen, & clerici habentes terras consuetas soluere decimas, possunt præscribere, Felyn. in c. causamque, num.2. de præscript. Glo. in c. in aliquibus, seu in quibusdam in fi. & ibi Butrio. 4. de decimis. nam his personis perspectis consuetudo habet vim priuilegij, unde licet ad huiusmodi præscriptionem tempus 40. annorum solummodo sufficiat, c. de quarta, de præscript. latè deducit Couarr. in 1. lib. var. cap. 17. num. 8. in versic. 10. his omnibus, tamen ad maiorem cautelam dicitur de immemorabili per testes legitimæ citatis. Et sic cum fratres ex immemorabili probassent se decimas curatis non soluisse, videntur habere intentum, ut fuit decisum coram Paleotto in vna Caualicen. decimarum in par. 3. diuers. dec. 461. num. 3. Et quòd immemorabile sit probatum per dictos testes, pro nobis est Gl. in cap.

in cap.1.de præscript.in 6. Natt. consil.200. nu.2. Caputaque dec.71.par.2.Rebuff.de decimis, q.13.
2 num.94. vnde † hoc immemorabile excludit omnem exactionem decimarum, Cuman. consil.83. in fi. præsertim cum testes dicant, quod tempore quo ipsi Cu ati erant exactores, non exegissent a fratribus, neque minus petierunt. & quod ita viderint obseruari per 40. annos, & audiuerint a maioribus, qui etiam dicebant nunquam fuisse memoriam in contrarium, & ita fuisse, & esse publicam uocem, & famā iuxta Glo.in d.c.1.Io.Fab.in §.ex non scripto, num.14. Inst.de iure nat.gent.& ciuili. Spec.in tit. de probat.§.1.num.20.Nat.consil.154.num.5.vol.1. Gabr.in tit.de præscript.conclus.3.num.74. Pedem. decis.101.num.16. Put. lib.3.decis.12. Et agimus non de seruitute imponenda, sed de libertate, & exē-
3 ptione, quæ † exemptio per 40. annos præscribitur, cap. irrefragabilis.§.excessus, & ibi Docto.de offic. ordin. c.cum contingat. de for.compet. tanto magis
4 per immemorabilem, quæ † in materia decimarum est iustus titulus in quacumque persona d.c.1. Abb. consi.94. sub nu.2. vers.præsertim.lib.1. Mil.in verbo præscribi an possit ius decimarū. Couar.in Reg. possessor.par.2.§.4.num.4.de reg.iur.in 6. Aym.de antiqui.temp.par.4.§.absol utis,num.49.

Secundò, quia decima non est soluenda de prædijs, quæ ex permutatione prædiorum peruenerunt ad manus fratrum, quia cum alia prædia ex causa huius permutationis data laicis soluunt decimas,
5 quæ tamen prius non soluebant, ita alia, quæ † postea ipsi receperunt, subrogata fuerunt in locum illarum cum sua exemptione, quam prius fratres habebant, iuxta reg.l.si cum. §.si quis iniuriarum, ff.si quis caut. sicut fit in re ex qua soluitur pedagium, ut
6 † si subrogetur alia in locum suum, illa assumit hoc onus soluendi pedagium, & altera liberatur. Bal.in l.si plures, num.14.C.de condit.in fer. Iaf.in d.l.si quis iniuriarum, num.20. Rebuff.in tract.de nomi-
7 nibus.q.8.nu.55. Sicut etiam † fit de re dotali permutata cum non dotali, ut una fiat naturam alterius. Bal.in Auth.si qua mulier, num.5.C.ad Velle. Afflict.decis.336.num.3. Mant. cons.80.num.1.in
8 fi.Cephal.consi.20.num.5. Et † de re fideicommisso supposita tradunt Iaf.consi.231.num.1.lib.1.Cephal.d.consi.20.num.4.cum concordatis per Tiraq. in tract.de retract.lignag.§.32. Glo.vn.num.26.& seq. Nec intimatio aliqua in huiusmodi permutatione erat necessaria, quia nullum præiudicium fit Curatis, & huiusmodi exemptio oritur ex dispositione iuris communis virtute huiusmodi subroga-
9 tionis. Et † quod inducitur aliquo inuito, eodem modo, & ignorante, iuxta reg.quia potest.de reg.iur. cum concordantibus.

Secundò dato, & non concesso, quòd decimæ deberentur, & debeantur a die contestationis litis, de tēpore præterito uidelicet de 30. annis decursis peti nō possunt. Balb.in tract.de præscript.q.7.num.12. Archidiac.in c.1.de decimis.in 6. & adest decisio Rotæ in terminis, videlicet prima in antiquis. de deci-
10 mis.nam, † vt ibidem dicitur, ad decimas prædiales quis non tenetur, nisi petantur. Curati vero ut etiam constat ex processu, numquam petierunt dictas decimas. & sic limitatur tex.in c.statuto.§.cæterum, de
11 decimis.in 6. Tanto † magis si prædictæ decimæ ad tantum excrescant, ut uideantur exhaurire totum patrimonium. Abb.in c.1.eod.tit.

Tertiò, principaliter ex permutatione facta. Prædium enim, quod olim erat fratrum exemptorum, quod prius non soluebat decimas hodiè, quia a lai-
12 cis possidetur, soluit, & cum † decimarum duplici præstatione non debeat idem Parochianus a diuersis Ecclesijs grauari. Butr.in c.ad Apostol. de decimis, num.5. Sic nec idem Parochus a duobus Parochianis, eodem respectu debet exigere. Et utique in tali casu pro præd. decimis admitti poterit compensatio, & quoad futuras quoque cum agatur inter ecclesias. Butr.in c.cum homines, num.8.eo.tit. Et in hoc curati audiri non debent, cum scienter percepissent, nam ut est regula in iure. Quilibet iuri suo renunciare potest, tanto magis uidente, & per lapsum tanti temporis consentiente loci Episcopo. Ex qua
13 † notitia excluditur defectus intimationis supradictæ. Rom.consi.360. Ruin.consi.61.num.33.lib.5. Felin.in cap.cum contingat, num.8.de rescrip.Rot. in diuers.par.3.lib.2.decis.138.num.3. Et nulla ratio diuina, aut humana iubet, ut cum Curati olim vnam habuissent decimam, hodiè ex ipsorum non opportuna prætensione duplicatam reportent, aut per mittant patres accipere, quas ipsi accipiunt decimas, & deinde soluent. Quo ad 2.dubiū, uidetur qd exequutio ab Episcopo facta, quia iuris ordine non ser
14 uato ante causæ † ingressum veniat reuocanda. l.1. & ibi Bal.num.5.l.vlt. C.de exec.rei iudic. l.si cum nulla, ff.eod. Afflict.decis.358.per totum. Tanto magis quia omnis exequutio de aliqua re facienda semper intelligitur cum clausula; Si ita est. Rot. in diuers.par.2.decis.221.num.4. vt in casu nostro. nam tenor epistolæ erat. *Poiche non compariscono, ne meno ha mandato altro V.S. per li frati*. Debebat enim processum mittere, & expectare nouum mandatum a S.Cōgregatione certiorata de probationibus, quia
16 executiones † sententiarum sunt faciendæ cum matura deliberatione, & sic in illis procedi non debet leuato uelo. Corn.consi.62.num.3.in 3.volum. præser tim vbi agitur de maxima summa læsione, & priuilegio exemptorum.

Secundò, quia cum exequutor transgressus fuerit formam mandati limitati, quia erat de decimis trium annorum, & exequutus est pro triginta annis, immo pro 40. non habuit Episcopus iurisdictionem.
13 Rot.in diuers.par.2.decis.33.nu.1. Et † exequutor aliter faciendo, quàm sibi per iudicem demandatum fuerit, videtur excessisse fines mandati. Alex.consi.5. volum.2. Put.lib.2. decisio.318.num.4. Dec.lib.5. consi.861.nu.22. nam debebat sequi formam commissionis sui rescripti. c.cum dilecta de rescr. c.cum olim. de off.& pot. Corn.2.volum.consi.220.nu.1.
18 Et † quando datur certa forma procedendi, idem est agere contra formam, & extra. Abb. in c.si.de restit.spoliat.num.5.
19 Tertiò, quia exequutio fuit † facta ultra mentem Sacræ Congregationis, & quando adiudicatio pignoris fit plus debito, scilicet quia plus assignatum fuit, quam fuisset iudicatum, executio uenit retractāda non solum in illo plus, sed etiam in totum. per Bar.in l.si non fortem, §.si centum, ff. de condit.indeb. & per alios in d.decisione Afflict. num.7. tanto magis in exequutione facta parte non citata.

Quartò,

& sine mandato Capituli non potest cœteris omni
bus præiudicare, ut not. in c. 1. extra de his quæ fiunt
a maior. par. cap. per totum. tanto magis cum neque
minus appareat de uoluntate illius presbyteri, quod
per talem actum uoluerit acquirere uniuersis cleri-
7 cis curæ administrationem, cum † actus de sui natu
ra non operentur ultra intentionem agentium. l. nō
omnes. ff. si cert. pet. Gloss. & Bar. in l. petens. C. de
8 pactis. Secundò, quia † actus indifferens, & qui fie-
ri potest nomine proprio, & nomine alieno, præsu-
muntur potius fieri nomine proprio. l. si pactum. de
probat. l. si non uerum. l. filii. C. de donat. inter uir.
& ux. Alex. consi. 133. uol. 5. Bal. in l. ad probatio-
nem la prima in fin. C. de probat. & in l. qui aliena.
C. si quis alteri, uel sibi. Salic. in l. cum proponas. C.
pro socio. Non obstat, si dicatur, quod hi presbyteri
decimarum partem sibi uindicent in præd. ecclesia
quasi, quod ex hoc inferatur quod habeant curam
9 animarum. Nam respondetur, quod † decimæ non
solum propter curam, sed etiam propter sacrificiorū
oblationem debentur. secūdum illud Apostoli. Qui
altari seruit, de altari uiuere debet 1. ad Cor. 9. cap.
cum secundum Apost. de præb. & Num. ult. ca. Di-
cit Deus. Filiis leui dedi omnes decimas pro mini-
sterio, quo seruiūt mihi in Tabernaculo fœderis. Re
buff. in tract. de decimis. q. 2. nu. 7. Quibus omnibus
suffragatur, quod cum Abbas retineat Prælaturam,
& omnia ferè commoda solus, ita quoque, & solus
debeat subire, & onera curæ, ut iuxta modum labo-
rum erogetur merces. Spec. de except. § 3. uers. item
not. ad finem. Neque prodest Rectori dicere Sacer-
dotibus, quod renuncient in eius fauorem tertiam
partem decimarum, quas percipiunt, & quod dein-
de solus subibit curam, nam pari ratione, & muni-
ficentia ei offerimus Sacerdotes obituros uniuer-
sam curam, si Abbas uiceuersa condonauerit illas
duas partes, quas ultra mensam Abbatialem ipse
percipit. Neque minus ei uidetur concedendum,
quod in absentia sua possit substituere Vicarium, &
si Iurisperitum, extraneum. Quia cum sit ab imme-
morabili præscriptum, & obseruatum, quod anti-
quior ætate præsit cœteris, & curam, quam habebat
Rector, subeat; non potest huic immemorabili ad
10 nutum ipse derogare, quia † habet uim priuilegii.
l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti
ua. l. 2. §. item labeo. ff. de aqua pluu. arc. l. super
quibusdam. §. præterea. ff. de uerb. signific. Vnde
sicut priuatus non potest tollere alterius priuile-
gium uulgaris iuribus: sic nec quod priuato per
immemorabile fuerit acquisitum. Ex quo hæc lon-
ga consuetudo pro lege erit seruanda. l. 1. §. fin. ff. de
aqua pluu. arc.

Ita consului Ego Hier. Henricus I. V. D. & ita obtentum in Sacra Congregatione super Episcopos de anno 1602.

CONSILIVM LXX.

SVMMARIVM.

1 *An ex insignibus, & armis depictis, seu insculptis probetur dominium alicuius capellæ.*
2 *Sepulcrum proprium habere quis non potest quantum ad proprietatem.*
3 *Priuilegium, & concessio non probatur nisi per instrumentum rogatum.*
4 *Nec per solam longam possessionem præscribi potest.*
5 *Ex signis indicatur cuius qualitatis, & naturæ quælibet res sit.*
6 *Quælibet res præsumitur libera nisi probetur debere seruitutem.*
7 *Dubia probatio non releuat eum, cui incumbit onus probandi.*

1 FVIT dubitatum, an † ex stem-
matibus, & armis depictis, seu
insculptis in cacumine, uel in
aliqua parte alicuius capellæ
probetur dominium illius fami-
liæ, cuius illa sunt. Et respon-
di negatiuè per text. in l. Monu-
mentorum C. de relig. & sumpt. fun. præsertim
quando agitur de alicuius præiudicio, quo casu
non probant alicuius familiæ proprietatem. ita il-
lum tex. intelligit, & exponit Abb. in capit. cum
causam. num. primo. de probat. in uersic. tertio
dicit Gloss. & Bart. in l. uel quod. ff. eodem. Ra-
tio est, quia sine traditione dominium non trans-
fertur. l. traditionibus. Cod. de pact. cum uul-
gatis.

Secundò, quia cum sepulturam nemo sibi uin-
2 dicare possit l. si sepulchrum C. eodem, nam † se-
pulchrum proprium habere quis non potest quan-
tum ad proprietatem. l. in tantum. §. sacrum ff.
de rerum diuis. licet possit habere usum, ut ibi se-
peliatur ipse, & sui, ita ut alius sepeliri non pos-
sit, ut dicunt Doctor. omnes & præsertim Butr.
in cap. abolendæ. de sepult. num. 3. Host. quoque
ibidem. Rot. in diuers. par. prima dec. 787. num. 3.
hoc priuilegium habere non possunt, nisi ab eccle-
sia parochiali assignato cœmeterio per Episcopum.
Butr. in cap. certificari. num. 13. eodem. uel per
Prælatos religionis illius. per dispositionem clem.
2. de Sepult. & ideo nisi ostendatur priuilegium,
uel instrumentum concessionis, non possunt se mu-
3 nire insignibus, quia † priuilegium, & concessio
non probatur nisi per instrumentum rogatum. Affl.
dec. 398. num. 6. quia scriptura in hoc casu est de
essentia probationis. Abb. in cap. in nostra. de rescr.
4 num. 11. & in cap. qualiter de elect. num. 1. ita † ut
nec etiam per longam solam possessionem præscribi
possit. l. longa possessio ff. de mort. inferendo.

Tertiò, quia in capella, de qua disputatur, semper fratres minores soliti fuere humare fratres eorum, ex quo cum nullus prohibuerit, arguitur esse liberū sepulchrum, nam ex iure prohibendi, ne ibi alii sepeliantur, infertur ad ius inferendi illuc cadauera. Rot. ubi supra. nu. 5.

Quartò, quia non adest scriptura, sed insignia tan
tum in quadam ferrata, seu cancello ferreo, quę non
possunt arguere dominium totius capellæ, quia
probatio uera debet necessario concludere, &
5 probare concludenter. Si dicatur, quod † ex signis
iudicatur res, cuius sit, & cuius qualitatis l. stig-
mata, & ibi Bart. C. de fabric. libro 10. Authent.

dos. C. de donat. ante nupt. & ibi Bald. talis enim
res præsumitur, qualem signa demonstrant. Re-
spondetur his omnibus, & similibus, quod hæc sunt
adminicula, sed non probant plenè. Abb. in d. capit.
6 cum causam. de probat. quia † quælibet res præsu-
mitur libera, nisi probetur debere seruitutem l. al-
tius. & l. in ædibus. C. de seruit. & hoc probari de-
7 bet concludenter c. in præsentia de probat. nam † du
bia probatio non releuat eum, cui incumbit onus
probandi, sed debet esse certa, & concludens. l. cer-
tum in princ. de confess. & l. inter stipulantem. §. si
stichum. de uerb. obligat.

Hieron. Henricus I.V.D. consultor.

CONSILIVM LXXI.

SVMMARIVM.

1 *In materia præcedentiæ Religionum Canonistæ considerant, quæ illarum uitam ducat arctiorem.*
2 *Consuetudo sola est illa, quæ assignat loca sedendi, & standi, & non debet præposterari.*
3 *Carmelitis dignior locus debetur in sedendo: quam Trinitarijs.*
4 *Regula, qui Prior est tempore, potior est in iure, habet locum etiam in sessionibus, & honoribus.*
5 *Mutatio habitus Religiosis tamquam quid accidentale non substantiale, minimè præiudicat.*
6 *Habitus non facit Monachum.*
7 *Mutatio habitus facta propter delictum, nocet Religiosis.*
8 *Carmelitæ, & Trinitarij a quo primum fuerint instituti.*
9 *Carmelitæ debent præcedere Trinitarios non obstante priori institutione.*
10 *Religio maior est etiam hoc respectu dignior.*
11 *Ordo scripturæ denotat prioritatem excellentiæ, Dignitatis, & maioritatis.*
12 *Carmelitarum Religio inhæret ex instituto Dignitati.*
13 *Inter opera uitæ actiuæ potius est redimere captiuos, quàm recipere.*
14 *Qualitas iuncta uerbo intelligetur secundum tempus illius.*
15 *Inter Religiones, opus actiuum intendentes, illa dicitur perfectior, quæ attendit opus deriuatum ex contemplationis plenitudine.*
16 *Ordo Canonicorum Regularium est magis præeminens, quàm Ordo Monachorum.*

Redemptoris nostri nomine inuocato. Requisitus scribere, quod pro ueritate sentiam in materia præcedentiæ inter Reuerendos fratres Carmelitas, & Reuerendos fratres ordinis sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum. Dico in hac causa non esse uidendum, quæ nam ex istis duabus Religionibus sit præeminentior. Neque minus, quæ sit altera perfectior, quas considerationes habuere Theologi, & inter eos Sanctus Thomas. 2. 2. q. 188. & alii ad effectum indicādi de illis simpliciter, & considerandi statum, & essentiam
illarum. Neque minus, quæ sit strictior: quia non
agitur hic ad effectum, quod unus ex una Religione
1 possit transire ad aliam, in quo casu Canonistæ † nō
ponderatis multis subtilitatibus Theologorum, so-
lum considerant, ubi sit arctior, districtior, durior,
uel fortior modus uiuendi, ut dicit Io. Andreæ in c.
sanè. de regulas. & ibi quoque Innoc. per tex. in ca.
licet. eodem tit. per illa uerba uitam duceret arctio-
rem. Sed solum est uidendum, quæ nam sit altera
excellentior, & dignior ad effectum, de quo agitur,
puta in honoribus, & sessionibus publicis, ad quem
effectum quinque considerationes haberi solent,
ut dicit expressè Cassanæus in cathalogo suo glo-
riæ Mundi in 4. par. consider. 52. scilicet Anti-
quitatis, institutionis a maiori, approbationis plu-
ralitatis, & prioritatis in nominationibus in litera,
& in scripturis publicis. Et ego addo sextam, uide-
2 licet consuetudinem, quæ † sola assignat loca se-
dendi, & standi, & non debet præposterari. Bald.
in cap. cum olim. de consuetud. num. 1. Quibus
3 consideratis sum in uoto Carmelitis † præstandum,
& concedendum esse locum digniorem a Reueren-
dis fratribus sanctissimæ Trinitatis Redemptionis
captiuorum. Et primò ratione antiquitatis, nam
cum sit regula recepta, quod qui prior est tempore,
potior sit in iure. Reg. Qui prior. de Regul. iur. in 6.
cap. antiqua de priuileg. cap. renouantes. 22. d. l.
qui prior. de Iudic. §. singulorum. Institut. de re-
4 rum diuis. Quæ † regula habet locum etiam in ho-
noribus, & sessionibus. l. honores. ff. de Decur. l.
fin. & ibi Bald. C. de tyron. lib. 12. §. Ordinatio-
nem, Auth. de Monach. §. Quibus. in prima con-
stit. Codicis. Et sic erit inspiciendi antiquior origo
istarum Religionum, ut dicit Felin. in Rubr. de ma-
ior. & obed. per Glo. in c. quorumdam de elect. in 6.
Carmelitæ antiquiores sunt, & prior. in dignitate.
nam incœpere in Syria apud Montē Carmelum an-
tiquissimo tempore, & sub Almerico Antiocheno
Episcopo in unum sub obedientia uixerit sub Ale-
xandro Tertio, qui sedere cœpit circiter annum sa-
lutis 1170. ut tradit Polydor. Virgilius in lib. De
inuentoribus rerum. lib. 7. cap. 3. Trinitarii uero
sub Innocentio Tertio. Polyd. ibid. cap. 4. qui fuit
circa annum Domini. 1207. Ob quam causam
antiquitatis testatur Cassan. ibidem se uidisse in
multis locis in processionibus publicis Carmelitas
præcedere etiam fratribus Prædicatoribus, & Mi-
noribus, & fuisse in loco digniori. Cui non ob-
stat, quod Honorius Tertius pallii antiqui formulā
eis ademisset, uelut Religioni parum conuenientem
quasi quod ab eo uideantur incœpisse, ut ibidem
5 refert Polydor. Quia † mutatio habitus illis non
potest præiudicare, cum habitus sit eis quid acci-
dentale, non substantiale. §. primo Auth. de Mo-
nachis. Clem. 1. & ibi Card. de stat. Monachorum.
Accidens enim aduenit enti in actu, & ob id non
mutat rei substantiam, ut dicit Philosophus mul-
tis in locis. Et uulgariter apud nos dici solet, quod
6 † Habitus non facit Monachum, tanto magis fa-
cta in illorum utilitatem ex superiorum authorita-
7 te. l. nulla ratio. ff. de legibus. sed tunc † noceret,
quando fuisset facta propter delictum. Innocent.
in cap. 2. de operis nou. nunciat. nam tunc perdit
omnia priuilegia cap. placuit. de consecr. d. 1. cap. &
hoc

hoc dicimus 16.q.7.l.vsusfructus.§.fin. ff. quando dies ususf. legat. ced. qui tanquam casus specialis firmat regulam in non exceptis.c.dominus 32.q.7. §. si autem. Auth. de non alien. Igitur in prædicto casu retinebit omnia priuilegia. Innoc. in d.c.2. Petrus de Perusio in tract. de mutat. stat.c.1.qu.4.

Secundò principaliter ratione institutionis a maiori, uel digniori factæ, & si adsit posterioritas temporis c.quia sæpè.c.si eum. ca.si a sede. de præb.

8 in 6. c. per tuas. de maior. & obed. cum † Carmelitæ ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano fuissent instituti primo loco, Trinitarij uero a priuatis hominibus Ioanne Matta, & Felice Anachoreta in Gallijs, iuxta Meldensem agrum. Polyd. ibid. cap.4.

Tertiò ex approbatione, nam dato, & non concesso, quòd Trinitarij fuissent antiquiores, sicut cer-
9 tè de contrario constat, quia † tamen fuit prius approbata Carmelitarum Religio, debet præcedere non obstante priori institutione, ut notatur ab omnibus Doctoribus in cap. vnic. de Religios. domibus. in 6. Tempore Gregorij X. in Conc. generali Lugdunensi, cum omnes Religiones Mendicantes, aut extinctæ fuissent, aut suspensæ, Carmelitarum Religio in solido statu permansit ex constitutione Bonifacii, ut ibi.gl.not. cæteræ uero Religiones a sufficienti partium, & temporum numeratione confirmationem postea impetrauerunt a Sede Apostolica, & inter Mendicantes uerè, & propriè d. Carmelitarum Religio fuit semper connumerata. Francisc. in dict. cap. unic. in uersic. de Carmelitis uero. Lap. allegat. 45. Pius V. constitut. extrauagant. 45. incipit Romanus Pontifex.

10 Quartò, quia † Religio Carmelitarum præest pluribus, quam Trinitariorum, & per consequens erit Maior, & dignior. Auth. constit. quę de Dignitatibus.§.generaliter, ubi Gloss.dicit. Nota nobiliorem quem esse propter subiectos. Est enim proemium dignitatis habere plures subiectos. Cassan. ibid. quę ratio licet sola non concludat, adminiculata tamen coadiuuat.

Quintò, ex ordine nominationis in litera, & in
11 scripturis publicis, ubi fit de eis mentio, quia † ordo scripturæ denotat prioritatem excellentiæ, Dignitatis, & Maioritatis, quoniam qui prior nominatur, dicitur dignior, & honorari magis debet. Bal. in Auth. hoc amplius. in ult. col. C. de fideic. & probatur in c. si quis iusto impedimento de elect. in 6. l. seruus communis, & ibi Bar. ff. de stipulat. seruorum. Felin. in c. cum dilecta. extra de rescriptis. Imol. in Rubr. extra de præb. Ias. in l. 2. §. prius. ff. de uulgar. & pupcum similibus. Modo fratres Carmelitæ semper nominantur prius, & præponuntur Trinitariis, ut patet in Ceremoniali Romano, ubi in prima Dominica Aduentus Prædicatorum Procurator. in secunda Minorum, in tertia Eremitarum, in quarta Carmelitarum sermonem habent. Et Eremitanis, de quorū loco non controuertitur, immediatè isti conglobantur, ut in d.c.un. & in d. extrauag. Pij V. 45.

12 Secundò, quia † Religio Carmelitarum inhæret ex instituto dignitati. s. Prædicationi, unde præferendus erit non inhærenti. l. maiorem. ff. de pact. l. fin. ff. de fid. instrum. l. 1. ff. de off. Rect. Prouinciæ. l. 2. ff. ut dignitatis ordo seruetur.

Non obstat, quod dicit idem Cassanæus, ubi supra consider. 63. Quòd ordo sanctissimæ Trinitatis, scilicet eorum, qui sunt deputati ad redimendos captiuos, debeant cæteros religiosos saltem post Monachos nigros præcedere. Quia respondetur, quod dubitatiuè procedit, sic enim ait. Qui (ut uidetur) debent omnes alios religiosos saltem post Monachos nigros præcedere.

Secundò, quia loquitur solum inter Hospitalarios. Etenim subiungit statim, saltem præcedet religiosos sancti Antonii, qui sunt deputati ad suscipiendos Hospites, quoniam ordinantur, & sunt ordinati ad redimendum captiuos, ideo Religio eorum est excellentior, nec aliquid ex iure, aut ex fa-
13 cto deducit. Et ratio esse potest, quia inter † opera uitæ actiuæ potius est redimere captiuos, quam recipere. idem in 52. considerat. Non obstat, quod Trinitarii deberent præcedere ob prærogatiuam maioris instituentis, uel maioris approbantis, quia non dicimus Albertum Patriarcham approbasse, sed Innocentium tertium. Polyd. & Cassan. ubi supra, qui etiam addidit quasdam ordinationes per modū Regulæ traditas eis a d. Patriarcha Hierosolymitano, ex regula sancti Basilii. Neque uidetur obstare, quod ante Concilium Lugdunense nulla religio fuerit solemniter approbata, quia hoc uidetur falsum ex prædictis, neque hoc habetur in Gloss. illa, imò communiter summatur per Domin. Franc. Io. Andr. & alios, quod d. constitutio non comprehendat Prædicatores, Minores, Eremitanus, & Carmelitas, ita ut approbatio dictarum Religionum non fuerit permissiua, sed solemnis ob publicam utilitatem, ex illis uerbis, Quos euidens ex eis utilitas. Quæ uerba non possunt referri ad subsequutam approbationem, quia ut ex prædictis patet, Carmelitæ fuere comprehensi in d. constitutionis
14 correctione arctatiua, ex quo † qualitas iuncta uerbo intelligetur secundum tempus illius. Abb. in ca. cum in cunctis. §. inferiora. sub nu. 10. & Dec. sub num. 12. de elect. Imol. in clem. 2. col. 2. de ætat. & qual. Paris. consi. 50. num. 17. cum seq. lib. 4.

15 Præterea † inter Religiones, opus actiuum intendentes, illa dicitur perfectior, quæ attendit opus deriuatum ex contemplationis plenitudine, ut prædicatio, & Doctrina, sicut maius est illuminare, quam tantum lucere; ita maius est contemplata alius tradere quam solum contemplari, & ex tali mixtura dicitur opus nobilius, quæ est perfectio propinquissima illi Episcoporum, ut latè tradit Ioan. Andr. in d. cap. sanè. & Cassan. 52. consider. Cum ergo Carmelitæ ad prædicationem uerbi Dei ordinentur, Trinitarii ad solam redemptionem, meritò illi erunt præferendi: tanto magis cum dicantur habere maiorem dignitatem. Henric. de Bottis de Syn. Episc. par. 3. num. 28. facit. capit. ex ore. de priuil. cap. statutum. de maior. & obed. l. decernimus. num. 4. in 2. not. de sacros. eccles. Non obstat, quod dicitur non fuisse habitam considerationem institutionis clericorum Regularium in materia præcedentiæ cum Monachis, cum illi ab Euangelista Marco, isti etiam ante Christum in testamento ueteri tempore Scharioth, habuerint initium. Quia hoc etsi falsum, sed habita fuit conside-
16 ratio de pluribus simul. Primò, † quod Canonicorum

nicorum Regularium ordo in se erat magis præeminans, ut determinat S. Thom. communiter receptus in 2.2.q.89. quia Canonicis Regularibus per se inest clericatus. Monachis autem solum per accidens c.alia.c.si clericatus.c.legi.16.q.1.

Secūdò, quia ideo est altior ordo Canonicorum, quàm Monachorum: quia licet utrique sint instituti ad uitam contemplatiuam; Canonici tamen sunt instituti ad contemplatiuam circa misteria ecclesiastica publica. Monachi uero ad contemplatiuam priuatam,& ita quanto bonum publicum differt a priuato, & præcedit illud, tantum differt Ordo Canonicorum ab ordine Monachorum, & præcedit illū, ut fusè tradit Nauarr.in c.statuimus 19.q.3.in comment.4.de Regularibus.

Ita consului Ego Hier. Henricus I. V.D,

CONSILIVM LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Magistri in sacra Theologia præferri debent non Magistris.*

2 *Procuratoris nomen est qualitas adueniens enti in actu.*

3 *Conuentuales Fratres debent locum digniorem relinquere fratribus sancti Francisci de obseruantia.*

4 *Contra Principum constitutionem non sufficit dare non vsum, sed oportet dare contrarium vsum.*

5 *Quando inobseruantia non habet vim actus contrarij. non tollit legem.*

6 *Contra Principum constitutionem requiritur scientia Principis valentis contradicere, & non contradicentis expreßè.*

7 *Non usus est improbabilis non probata Principis notitia, qui statutum condidit.*

8 *Frater de obseruantia est dignior fratre Conuentuali ex eo, quia arctiorem uitam sustinet.*

9 *Frater Conuentualis transit in fratrem de Obseruantia tamquam in digniorem.*

10 *Vicinus præsumitur bene scire facta uicini, & uiciniæ suæ.*

11 *Fratres obseruantes non faciunt Magistros neque Doctores.*

12 *Episcopus inter canonicos, sedens ut canonicus, & in schola ut scholaris, non præcedens reliquos, non facit præiudicium suæ dignitati.*

13 *Frater seu Regularis quicunque non potest esse Procurator.*

14 *Quando scriptura a Papa edita, non est edita ad aliquod unum declarandum, ex ea illud non probatur.*

15 *Quorum legatorum fratres de Obseruantia sint capaces, fusè tractatur.*

16 *Modicum tempus dicetur esse decennium in materia legatorum.*

IN nomine Dei omnipotentis, & sancti Francisci, cuius præcibus ille dignetur mihi inter suos detegere ueritatem.

Fuit acriter disputatum Romæ super præcedentia inter Conuentuales, & fratres, qui dicuntur de obseruantia, adhoc ut dignioris ordinis Procurator digniorem locum in Capella Sanctissimi D.N. sibi uindicaret. Et prima fronte uidebatur dicendum fratrum Conuentualium Procuratorem debere habere nobiliorem locum. Quia quoad reliquos fratres in processionibus publicis seruatur hodie Constitutio fœlic.mem.Gregorij xiij.incipit,Exposcit,

Et hoc ob multa. Et primò,quia Conuentualium Procurator Generalis est publicus Theologiæ professor, imò primus lector in Gymnasio Almæ Vrbis,fratres uero obseruantes, neque hunc locum sibi uindicant,nec possunt ex eorum instituto habere
1 Magistros in Theologia; igitur † Magistri non Magistris præferri debent c.super specula.extra. de Magistris, quod uero tale nomen non possit usitari inter eos, patet in Clem. exiui. de rerum, & uerb. signific.

Secundò, quia fratres obseruantes nullo pacto possunt habere procuratorem, quia nec aliquo mo-
2 do proprium. Procuratoris † enim nomen qualitas est, quæ necesse est, quòd sit fundata in substantia, quia aduenit enti in actu, ut dicit Philosophus in multis locis. Ergo destructa substantia, corruit illa qualitas. Bald. in l.1. circa princ. C.de condict. ob causam, facit quod not. Ant. de Butr. in c. inter corporalia. de translat. Præla. non entis nullæ sunt qualitates l.eius qui in prouinciam. ff. si cert. pet. l. quidam referunt. ff. de Iure codicillorum cum similibus.

Tertiò, quia producuntur fides multæ fide dignorum uirorum testantium in Capella Sanctissimi Obseruantium Procuratores cessisse locum Procuratoribus Conuentualium.

Præterea, Religio ista uulgariter Zoccolantium quam plurimum desciuit ab obseruantia Regulæ, & statutorum; unde si aliqua Pontificis constitutio illis fauere prima fronte uideatur, eum id Pontifices fecerint, ut fauerent strictiori uitæ, illis amplius suffragari non debet, quia habent proprium non solum in communi, uerum etiam in particulari, imò laxioris consentur esse uitæ, ex quo cessante causa legis, debet cessare & ipsa lex. capit. cum cessante. extra de appell. l. adigere. §. quamuis. de Iurepatron. l. quod dictum. ff. de pactis. Amplius, Procurator Conuentualium appellat se Procuratorem totius ordinis sancti Francisci. Obseruantium uero non appellatur Procurator, sed Commissarius Curiæ.

Quibus, & similibus, quæ deducta sunt primum coram Illustrissimis Cardinalibus Congregationis sacrorum rituum. Secundò coram duobus Auditoribus Rotæ deputatis. Vltimo coram Sanctissimo met. non obstantibus contrariæ sum opinionis pro ueritate. Ob multa,

Et primò, quia in fauorem fratrū Regularis obser. adsunt Bullæ fœl.record. Leonis x. Pont. Max. in perpetuum hoc cauentes. Et illa præsertim, quę incipit,

incipit, Omnipotens Deus. his verbis. Etne inter
Reformatos, & Conuentuales super præcedentia,
dissensio, & contentio oriri possit, statuimus. quòd
3 inter eos talis ordo seruetur, videlicet. Quòd † in
processionibus, funeralibus, ac exequijs, nec nõ om-
nibus alijs actibus publicis fratres Conuentuales,
fratribus Reg. obseru. locum digniorem reliquere te
neantur. Cumque inter actus publicos connumere
tur, imò primum locum sibi vindicet sessio coram
Sanctissimo, non est dubium de eo quoque caueri.
Neque suffragatur ex aduerso respondere prædictas
constitutiones non esse in viridi obseruantia, & ab-
rogatas per non vsum, apparet enim hoc esse falsum
4 nam † in tali casu non sufficit dare non vsum, sed
oportet dare contrarium vsum, vt dicit Felin. in c. 1.
de treug. & pac. Cardin. Alexandrin. in §. leges d. 4.
Et quando inobseruantia non repugnat directè legi
contrariæ, quia scilicet homines non sunt vsi lege,
5 non tamen fecerunt actum contrarium: tunc † ista
inobseruantia non tollit vllo tempore legem, quia
non habet vim actus contrarij. Io. Andreæ in cap.
Ioannes in §. de cleric. coniug. Numquam enim lex
vel statutum tollitur per non vsum, sed per contra-
rium vsum. Gem. & Bar. in l. si. C. de iure dot. Am-
6 plius, † requiritur scientia legislatoris valentis cõ-
tradicere, & non contradicentis expressè Abb. in d.
c. 1. Neque sufficit probare vnum actum, sed opor-
tet probare plures. Put. decis. 1. par. 1. Et talis non
7 † vsus est improbabilis non probata Principis noti-
tia, qui statutum condidit. Caputaq. decis. 204. p. 3.
Et stante decreto irritante in d. Bulla, cum constet
de intentione Principis, inferiores non vtendo, vel
ex contrarijs actibus non possunt illam elidere sine
expresso Principis consensu, vt idem ibi dicit. Dein-
de considerandum est, quòd nos sumus in casu, in
quo Bulla fuit a principio obseruata, & recepta, vt
non sum in gestis, & annalibus Religionis, sed in
eadem Bulla continetur: quo casu ad eam abrogan-
dam requiruntur 40. anni, quibus non fuerit obser-
uata, & actus contrarij sint facti, alias scientia Prin
cipis est quædam tolerantia potius quam dispensa-
tio. & a peccato non excusat. Felin. ibid. Amplius
patet de contrario per fides productas. Quod di-
cunt, quòd Magister Generalis Conuẽtualium, nec
tempore Leonis fuerit confirmatus a Ministro Ge-
nerali obseruantium, dicitur, quod pro illa vice in
illa constitutione Leo X. derogauit. Et vsque in præ
sentem diem Conuentualium dicitur Magister, ob-
seruantium vero dicitur Minister Generalis ex di-
spositione illius constitutionis, & sic est in vsu.

Secundò principaliter ex dispositione Sacri Cõc.
Trident. in quo Antonius de Sapientibus Genera-
lis Conuent. cessit locum digniorem Francisco Za-
moræ Gener. obseruant. vt est videre in Cathalogo
Patrum, qui ibi affuere. Quod si dicatur ex illa ses-
sione nullum præiudicium factum, nullumque no-
uum ius acquisitum, si fortè debito in loco quis non
sedisset, vt declaratur in sess. 2. in fi. Tamen ista de-
claratio videtur habere locum in Oratoribus Prin-
cipum sess. 25. Et cum per allegatam constitutionẽ
Leonis X. Minister Generalis ex solo ordine obser-
uantium eligatur, qui caput est, & primum obtinet
locum in vniuersa Religione Franciscana, a quo
Magister Generalis Conuent. teneatur confirma-
tionem petere, eadem ratio videtur militare, quoad
præcedentiam iuxta dispositionem d. Bullæ in Proc.
reg. obseru. Nam simile est de Prælato ad Prælatum
eiusdem ordinis ad Prælatos diuersi ordinis. & ita
sicut Minister Generalis præcedit Magistrum Con-
uent. Generalem, de quo non dubitatur; ita & præce
dere debeat Proc. Generalis obseru. Procuratorem
General. Conuent. iuxta ea, quæ notant Doct. per il-
lum tex. in c. cum olim. de maior. & obed. Et in al-
legata Bulla dicitur quoque, quòd pari pacto Magi-
ster Conuent. Prouinc. debeat petere confirmationẽ
a Ministro Prouinciali obseruant. Et sicut iste fra-
8 ter in indiuiduo, qui est Procur. ord. obseru. † est di-
gnior Conuentuali, propterea quòd arctiorem vitã
sustinet c. quod Dei timorem. de stat. Monachorum.
Calder. cons. 25. ita secundum dignitatem suam ho-
norandus est in sede. c. statuimus. de maior. & obed.
c. vlt. 17. d. Et idem erit in subscriptionibus, & sen-
tentijs ferendis per iura, quæ adducit, & sequitur
Glo. in d. c. cum olim. in verbo in sessionibus. Et
9 ideo † tamquam ad digniorem, Conuentualis tran-
sit in obseruantem. S. Thom. 22. q. 189. art. 8.

Tertiò ex præscriptione. Quia semper consuetu-
do est illa, quæ assignat loca sedendi, & standi, ita ut
non debeant præposterari. Bal. in d. c. cũ olim, nu. 1.
Et de proximis annis probatur per testes per Ma-
gistrum Sacri Palatij. & per Procuratorem ordinis
Prædicatorũ deponentes se vidisse in Capella Pro-
curatorem min. obseruantium sedere immediatè, &
primè post Procuratorem ordinis Prædicatorum, &
supra Procuratorem Conuentualium præcipuè de
anno 91. & 92. qui testes sunt omni exceptione ma-
iores, præsertim secundus, qui vltra dignitatem per-
10 sonæ tamquam † vicinus præsumitur apprimè scire
facta vicini, & viciniæ suæ. l. si vicinis. C. de nupt.
Corn. cons. 165. num. 36. 2. vol. & 250. 1. volum. Et
vicinus propriè, & verè dicitur ille, qui est proxi-
mior, vel qui habet locum contiguũ. Corn. cons. 29.
num. 6. in 3. volum. qualis est iste testis Procurator
Prædicatorum. Amplius, idem testantur cæteri Pro-
curatores Ordinum, & iste idem Procurator obser-
uantium R. Frater Iosephus Leontinus vir probus,
qui nimium pro honore Ordinis sui insudauit, fuit
visus in ista possessione præcedentiæ, vt testes depo-
nunt. Idem quoque videtur comprobare Cassançus
in Cathalogo suo gloriæ mundi.

Non obstant argumenta in contrarium, & primũ
11 non vrget, quia † fratres obseruantes ex humilitate
& instituto eorum non faciunt suos fratres Docto-
res, neque Magistros, neque minus publicè profi-
teri solent. Sed tamen de Gymnasio non bene in-
fertur ad capellam, quia non sunt similia. Sicut
12 † Episcopus non præiudicat suæ dignitati si sedens
inter canonicos, non præcedit reliquos, & in schola
scholaris non præcedit Rectorem, quia dignitas non
pertinens ad Collegium non facit mutationem loci.
Felin. in cap. 3. numero primo, de probat. facit Ab-
bas in Proœmio Decretalium. Sed argumentum
rectè procederet in loco, & in Collegio Docto-
rum, nunc sumus in Capella Pontificis, vbi alia ra-
tio est adducenda.

Ad secundum argumentum respondetur, quod
nos nõ loquimur de Procuratore ad lites, qui debeat
cõparere in iudicio, sed de Procuratore Religionis,

inter quos est longa differentia. Nam Procurator est, qui aliena negocia mādato domini administrat,
13 l. 1. ff. de procuratoribus, qualis † non potest esse Regularis quicumque, c. 1. ne cler. vel Monachi, c. vo. de syndico, & hunc obseruantes constituunt sub nomine syndici, qui in iudicio pro rebus Religionis potest comparere, vt in clem. exiui, §. si vero res, de verb. signif. Sed Procurator Ordinis est nomen dignitatis, vt dicit Cardin. in clementinis, & quælibet Religio suum constituit Procuratorem.

Neque obstat, quòd in constitutione Leonis X. non fiat mentio de tali Procuratore, quia in ea non recitantur nomina Officialium Religionis obseruātium, sed hi nominantor, qui faciunt ad scopum illius constitutionis, videlicet, electores Ministri Generalis, qualis non est Procurator, sed Ministri Prouinciales, imò nec fratres Congregati eligunt Procuratorem, sed illum constituit Generalis. Quod dicitur de concessione Ecclesiæ sancti Saluatoris in Vnda facta Procuratori totius Ordinis a Nicolao Quinto, Eugenio Quarto, & Clemente VII. Pontificib. Maximis, non obstat. Quia vltra quod nec dicta priuilegia exhibentur.

Secundò, dato, & non concesso non est mirum cum eo tempore edita sint, quò hi ordines non erant distincti, vt tempore Nicolai, & Eugenij, solùm tempore Leonis X. hæc distinctio canonizata est.

Tertiò, quia licet Papa vocet eum Procuratorem totius ordinis, tamen † cum scriptura illa non fit e-
14 dita a Papa ad hoc declarandum, seu intendādum tale quid, non probat, c. si Papa, de priuilegijs. & verba narratiua non disponunt, vt dicit Ioann. Andr. in c. inter dilectos, de præb. Non obstat, quòd illa constitutio eum vocet Commissarium curiæ, & non Procuratorem, quia dicit solùm, quòd si Minister Generalis est Cismontanus faciat Commissarium sui vices habentem Vltramontanum, qui vocatur Commissarius Generalis, & est alter Generalis absente Ministro Generali. & sic non adaptatur Commissario Curiæ. Etenim vltra hunc Commissarium adest etiā Procurator ordinis, inter Minores, & Seruantes. Et per hæc patet ad vltimum quoque.

Ad tertium argumentum negatur, quod concessio illa Leonis fuerit facta sub hac conditione, licet fuerit facta existentibus in hac conditione. Neque verum est, quòd Fratres Obseruantes habeāt bona immobilia, & redditus annuos, & proprium in communi, & in particulari. Et in hoc particulari pun-
15 cto animaduertendum est, quòd † Fratres de obseruantia possunt accipere legata annua facta ad cultū diuinum pro sacrificio, luminaribus, & paramentis, & his similibus, quæ applicantur Sacristiæ, & non Conuentui, quia per huiusmodi legata non releuatur eorum mendicitas, cum nihil percipiant ex illis. Et idem erit dicendum, si legatum factum fuerit eorum gratiam, puta pro eorum victu, vel vestitu, sed ad modicum tempus, vt rectè notat Imol. in c. Quia ingredientibus, numero 34. de testam. Et hoc
16 † modicum tempus erit decennium, idem Imol. ibid. Item si vinea, domos, vel ager legetur cum modo licito, vt si pecunia legetur, vt conuertatur in vsus quotidianos non diu duraturos, vt quod de tali pecunia emantur semel, vel bis panni, indumenta oleum, & huiusmodi, Card. in clem. exiui, §. proinde, de verbor. signif. nec ex hoc infertur eos habere proprium, cum de illa pecunia non possint liberè disponere, & cum illam proprietatem solùm habeant in consequentiam vsus, vt idem dicit ibidē, Nauarr. lib. 3. cons. 9. de testam. Vel si legetur triticum ad modicum tempus, & si in cellarijs recondatur. quòd in d. clem. exiui, reliquitur arbitrio Custodis, vel Guardiani, & patrum, not. Bart. videndus, in lib. 1. Minoricarum, dist. 4. cap. 1. in fi. ad quintum. Item si legetur ager, vel domus, quæ sunt immobilia ad effectū, vt construatur domus religiosa, seu Conuentus, obseruani sanctissimum D.N. Clementem VIII. illis concessisse facilè indultum, sicut fecit in quodam legato Hieracen. diœcesis me pro illis patrocinante. Item in quibusdam partibus velut in Insula Cretæ possident domus prophanas, & vineas, ex indulto Apostolico, satis rationabili, quia cùm maior pars illarum gentium sint Græci, Ecclesiæ Romanæ minimè reconciliati, non semper possunt inuenire eleemosinas, quæ sufficiant omnibus Religiosis, qui in illis Regularibus domibus aluntur. Idem ego crederem licitè posse fieri legatum Populo, videlicet Romano, vel Romanis, vt singulis annis subueniat de pane, vel vino Minoribus Obseruantibus, in eorum necessitatibus. quia cum dispositio talis legati non conferatur in fratres, sed in altianos, non poterunt de illo disponere ad libitum, neque eos cogere in iudicio ad dandum, cum non competat actio pro annuo reddit u perpetuo, sed tantum possint implorare officium iudicis, puta Episcopi in necessitatibus, in quibus videtur hoc licere. Quod dicitur hos fratres in laxiorem incidisse vitam, hoc nō facit ad propositum, dum illa vocent institutum iuxta quæ reformari valeant. Et in dies iam reformantur ex instituto vindice Optimi Pontificis Clementis VIII. qui desexcentes Religiones omnes ad primæua earum instituta prudentia, & sapientia sua reduxit, atque redigit.

Fuit obtentum in fauorem Obseruantium, & cum res sit exemplaris, placuit mihi apponere decretum Congregationis sacrorum rituum, quod fuit tale;

Die &c. Anno 1593. habita fuit congregatio sacrorum rituum, in qua fuit discussa causa præcedentiæ inter Reuerendos fratres, Procuratorem Ordinis Minorum de Obseruātia, & fratrum Minorum Conuentualium. Et auditis partibus, vtrisque, & examinatis iuribus cum eorum Aduocatis, & Procuratoribus, Congregatio censuit fratres Minores Obseruantes, & eorum legitimum Procuratorem hactenus habuisse, habereque possessionem præcedentiæ, & ex iuribus, quas ipsi exhibuerunt constare d. eorum Procuratorem Generalem in Capella Pontificia ante Procuratorem Generalem minorum Conuentualium sedisse. Quamobrem etiam censuit d. Procuratorem Generalem Minorem Obseruantem in hac quasi possessione sedendi manutenendum esse. Si ita Sanctissimo D.N. placuerit.

A. Card. Gesualdus.

Et post duos annos ego vidi admissum fuisse Procuratorem Generalem obseru. ad eius quasi possessionem præcedentiæ in loco digniori.

CON-

CONSILIVM LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quando aliquis in impetratione alicuius beneficij se restrinxit ad specialem modum vacandi, tenetur ad illum modum probandi non obstante quacumque alia clausula generali deinde apposita.*

2 *Tacita veritate modi vacandi litteræ desuper confectæ fiunt ipso iure nullæ, & inutiles.*

3 *Exprimenda semper sunt, quæ vel Papam possunt retrahere a concessione, vel difficiliorem reddere.*

4 *Non est præsumendum Papam velle tollere ius Ordinario quæsitum propter residentiam.*

5 *Papa non præsumitur scire ea, quæ sunt facti.*

6 *Alternatiuæ vt derogetur, debet de ea fieri expressa mentio.*

7 *Dummodo, hæc dictio conditionem imponit rei, super qua imponitur.*

8 *Papa in mensibus Ordinariorum, uenit accumulatiuè cum illis.*

9 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

10 *Concessio Principis, semper præsumitur facta sine præiudicio aliorum.*

11 *Beneficium fit affectum Papæ per eius manus appositionem.*

12 *Ex quo Papa manus apposuit, videtur cæteris in eo ademisse potestatem.*

13 *Papa semper dicitur se conformare in dubio dispositioni iuris canonici.*

14 *Quando instrumentum est deperditum, debet probari de tenore, & veritate contentorum in illo.*

15 *Litteris Prælatorum quando sit adhibenda fides.*

16 *Impetratio beneficij surreptitia est vero valore non expresso.*

17 *Papa si beneficium ad collationem Episcopi spectans, contulerit alteri: licet illa collatio ob defectum eius, cui collatum est, fuerit nulla, nihilominus Episcopus non poterit se intromittere.*

18 *Actus nullus obest quoad fauorem gerentis.*

19 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione, operatur effectus legitimæ possessionis.*

20 *Nulla impetratio nullam debet habere exequutionem.*

1 IN iure canonico videtur esse indubitatum, quod † quando aliquis in impetratione beneficij se restrinxit ad specialẽ modum vacandi, sicut fecit, A. asserens, quòd Canonicatus sanctæ Mariæ de Interuvacauerit per resignationem factam coram Sanctissimo, teneatur ad illum modum probandi, non obstante quacumque alia clausula generali deinde apposita, cùm fuerit limitata prouisio, l. ne in agris, ff. de acquir. rerum domin. c. 1. de sepult. Cassad. de præb. dec. 2. Nam in actis probatum est, quòd Strap. sub die 13. Aprilis resignauit coram Ordinario, & eadem die Ordinarius contulit, A. canonicatum resignatum, postmodum die 15. idem Strap. resignauit coram Sanctiss. die 30. eiusdem, A. iterum impetrauit canonicatum prædictum

2 a Papa. Ex quo sequitur, quòd † literæ desuper confectæ ipso iure fuerint nullæ, & inutiles, quia A. nõ solùm tacuit veritatem modi uacandi canonicatus Sanctæ Mariæ, & de collatione ei facta ab Ordinario uigore præd. resignationis, & canonicatum sanctæ Mariæ de Pagan. uacasse per obitum de mense Aprilis, qui ad Episcopum spectabat uigore alternatiuæ, qua sine controuersia gaudet, sed dixit uacare per resignationem coram Sanctissimo, quod a veritate in actis probatum est esse alienum. Et sic impetratio obtenta fuit subreptitia, & obreptitia simul. Socc. sen. cons. 13. & consil. 164. Felyn. in c. ad audientiam, 2. num. 22. de rescr. Rebuff. in tit. diff. resir. gratiæ, & iust. nu. 23. Ias. in l. 3. C. si contra ius, uel util. publ. & alij, quos congessit Menoch. de ar-

3 bitr. iud. lib. 2. casu 201. Etenim † si præd. expressisset, vel retraxisset Pontificem a concessione, uel saltem difficiliorem reddidissent, cap. postulasti, de rescript. Felyn. in c. in nostra, nu. 9. uers. Theorica, eo-

4 dem. Non enim † est præsumendum Papam uelle tollere ius Ordinario competens ob eius residentiã, ut in reg. Cancell. cap. 8. per doctr. Spec. in tit. de except. §. 3. & de Iudice deleg. §. Quinto, c. transmissa, de foro compet. cum alijs. Quod si non præsumitur uelle tollere ius quæsitum cuilibet particulari, quãto magis Episcopis, quibus ab initio plena potestas fuit attributa in Beneficialibus, Innoc. in c. postulasti, de iureiur. gl. in c. quamquam de elect. in sexto. Neque dici potest Papam derogasse tacitè d. alternatiuæ, cùm præsumatur illam scire. Nam residentia Episcopi, & patentes literæ desuper concessæ consi-

5 stunt in facto, quod Papa non † præsumitur scire, licet præsumatur scire quæ iuris sunt, c. 1. de constit. in 6. c. animorum, de elect. cum multis, unde potest dici ab A. fuisse circumuentum, iuxta text. in c. cum olim, & ibi glo. in uerbo circumuentus, de sent. &

6 re iudic. Alternatiuæ † enim, ut derogetur non tacitè, sed præcisè, & expressè de ea debet fieri mentio, Put. lib. 1. dec. 215 imò per uerba singularia, quæ nisi adsint, impetrans non obtinet. Idem lib. 1. dec. 47. in princip.

Secundò, quia si Papa hoc uoluisset, utique hoc expressisset, c. ad audientiam de decimis. & si derogare uoluisset ex certa scientia hoc concessisset, ut notant Abb. & reliqui in c. cum inter, nu. 8. de except. argum. c. pastoralis, §. præterea, de offic. deleg. gl. in clem. 2. de rescript.

Tertiò, quia Papa expressè se restrinxit in gratia, ut per eam neque Episcopo, neque Cass. ex aduerso impetranti præiudicasset per illam clausulam expressam. Dummodo eius dispositio ad nos hac uice

7 pertineat. Nam † dictio illa Dummodo conditionem imponit rei, super qua est imposita, cap. 2. in fi. de restit. spoliat. not. Ioann. Andr. in c. non potest, de præb. in 6. l. si benè colorate, ff. de usur. & ex prædictis patet, quòd collatio istius beneficij ad Papam non spectat pro hac uice. Neque A. suffragatur, q̃

8 † Papa etiam in mensibus Ordinariorum non abdicauerit a se totaliter potestatem conferendi, sed ueniat accumulatiuè cum Ordinarijs, cap. si a sede, de præb. in 6. & per consequens sit locus præuentioni inter eos. Staphil. de liter. grat. & iustit. fol. 3. arg. l. fin. C. de iurisdict. omn. iud. not. per Doct. in c. cum

contin-

contingat, de for. compet. Quia hoc intelligitur quo
tiescumque apparet Papam uoluisse cum illis con-
currere, quod de facili presumi posset, si fuisset facta
prouisio in uno ex quatuor mensibus, non autem in
uno ex sex mensibus propter alternatiuam in casu,
in quo cùm de hac non appareat Papam uoluisse de
rogare, presumitur ignorasse, & noluisse concurrere,
9 & uidetur † casus omissus, & sic remansisse in ter-
minis iuris communis, cap. dudum, & ibi Innocen.
de decimis.
10 Quia in tali casu concessio † Principis uidetur es
se facta sine preiudicio illorum iuxta tex. uulgatum,
& notabilem in l. 2. §. si quis a Principe, ff. ne quòd
in loco publico. ubi dicitur, quòd si quis impetrauo
rit a Principe, ut possit ædificare in loco publico, nõ
uidetur concessum, ut cum incommodo, seu præiu-
cio alterius ædificetur, concordat tex. in c. super eo,
de off. & pot. iud. delegat. Nec uidetur uerum, quod
11 † beneficium hoc fuerit affectum Papę per eius ma
nus appositionem, per decis. Rotę, 10. de præb. in no
uis. Quia hæc, & omnes similes decisiones fundan
tur in c. quamuis, 2. de præb. in 6. qui tex. intelligi-
tur, quando gratia Papæ posterior illa Episcopo su-
per alternatiua esset specialis, & sic illum tex. expo-
nit Butr. ibid. num. 7. Francisc. & alij, & patet rescri
ptum ab A. obtentum, concessum fuisse in forma ge-
nerali, non speciali, & sic corruunt obiectiones.
Neque minus ualebit, si replicabitur, ex quo Papa
manum apposuit, uidetur omnibus alijs, de, & super
eo ademisse potestatem, argum. c. vt debitus, de ap-
12 pell. quia † sic omnium Ordinariorum collationes
per petentium importunitates, & circumuentiones
de facto eluderentur. Nec requiritur a simili, quòd
debeat proprijs manibus reuocari, aut reformari,
nam satis proprijs manibus factum fuisse dicitur,
cùm ab habente mãdatum speciale fiat, c. mulieres,
13 in fi. de sent. excomm. licet ergo † Papa vni aliquid
concedat gratiosè, semper tamen præseruat ius alte
rius conformando se dispositioni iuris canonici, c.
ex tuarũ, de auth. & vsu pallij. Staphil. in tract. sup
commiss. & literis iustitiæ, versic. in primis, num.
101. Neque sequitur, quòd Ordinarius ob prædi-
ctam causam se non debuit intromittere, & quod
habuit manus ligatas, c. ut nostrum, de app. c. studui
sti, de offic. deleg. Bald. in c. 1. §. si facta, in tit. si de
feudo fuerit controuers. inter dom. & agnat. Felyn.
in c. fin. de præsumpt. Quia hoc procedit quoad cau
sæ commissionem, non gratiarum collationem, vt
fusè declarat Gigas, in tract. de pens. quęst. 69. per to
tum. Et generaliter Alternatiua si fuerit concessa
Episcopo, non videtur Papa cum illo vnquam con
currere velle, vt colligitur ex decisione Putei alle-
gata.
Tenebatur quoque A. verificare se esse Magistrũ
in Theologia, & reliqua in supplicatione exposita:
quia illa fuit qualitas, quæ potuit inducere, & for-
san induxit Papam ad concedendum. Neque dici
potest fuisse probatam per fidem Ordinarij. Quia
super Doctoratu satis constat fieri instrumentum in
priuilegij formam, quod non probatur, nisi prius cõ
stet illud fuisse deperditum. Et de veritate conten-
torũ, & tenore copulatiuè per testes vniformes pro-
14 bari debet, & constare † aliàs nihil videtur proba-
tum, l. emancipatione, C. de fide instrum. l. testium,
ff. de testibus, sicut nec minus instrumenti exem-
plum, Auth. si quis in aliquo documento, C. de edẽ.
Aret. in §. sed & si pater, instit. quibus mod. ius patr.
pot. soluitur. Et casu quo probaret, non sufficit vnus
testis, & si multa fide dignus, c. veniens, extra de te
stibus. Afflict. dec. 248. Alex. volum. 1. cons. 78. nu.
5. l. licet, & ibi Glo. de test. & generaliter dici solet,
quòd fides non facit fidem, & uidi ego neque fidei
singulorum Doctorum de uniuersitate approbata
creditum fuisse super hoc non exhibito instrumento,
tanto magis cum Episcopus non habeat hanc facul
15 tatem doctorandi. Neque obstat, quòd † literis Prę
latorum sit addibenda fides, quia hoc procedit con-
tradictore non apparente vel vbi non agitur de ter
tij præiudicio. Abb. in c. cum olim. nu. 2. de dol. &
contumac. & in c. post cessionem. de probat. Ne-
que minus probauit uerum ualorem beneficij, cum
in facto probetur esse longe maioris ualoris, & sic
16 † impetratio fuit subreptitia. Rot. in antiquis, de
rescr. 41. & Glo. in clem. constitutionem de elect.
Felin. in ca. ad aures, in 2. conclus. de rescr. nam
semper intelligitur clausula. Si ita est c. cui de pręb.
in 6. neque uerificauit beneficium, quod expressit
habere. Felin. ibid. 4. conclus. Decisio, quæ oppo-
nitur, quæ quia manuscripta, ideo non allegatur,
non obstat puta quia in terminis longè diuersis. ui-
delicet in subrogatione, & in beneficio affecto, &
ubi præiudicium neque ordinario, neque alteri in-
fertur, nos in terminis contrarijs sumus. Non ob-
17 stat argumentum à simili, quòd † si Papa benefi-
cium ad Episcopi collationem spectans absque ali-
qua reseruatione contulerit alicui, & collatio fue-
rit nulla, uel inutilis non possit Episcopus idem be-
neficium alteri conferre, uel eidem. per doctrinam
Innoc. in c. inter dilectos. in fin. de excess. Prælato-
rum. Anchar. consil. 58. Dec. in c. 1. de confirmat.
utili uel inut. Rom. consil. 335. & alios congestos
per Couarr. in c. alma mater. §. sepe. num. 8. in fin. de
sent. excom. Quia præd. Doctores hoc non uidea-
tur dicere, præsertim Innoc. ex sententia, sed ex alio-
rum opinionibus referendo, non firmando, ut be-
ne notat ibi Abb. quem supplicamus per d. Iudi-
cem uideri. num. 10. Et procedit dicta doctrina per
eum, quando Papa expressè prius reseruauit sibi be
neficium, non autem quando simpliciter contulit al
teri personæ, quia tunc collatio ad ordinarium, ue-
lut ad sui naturam de facili redit. l. si unus. §. pactus.
ff. de pact. præsertim cùm d. prouisio, aut reseruatio
non peruenerit ad notitiam Episcopi, & præsertim
quia collationes ordinariorum sunt fauorabiles, &
naturales, & propterea ampliandæ. c. peruenit. 11. q.
1. not. in clem. fin. de Off. ordinar. Gomes. in reg. de
ueris not. ob. q. 1. num. 3. Couarruuiæ opinio contra
ria procedit, quando collatio Papæ fuit inutilis pro
pter crimen aut defectum Prouisi, non autem ob nõ
expressionem concessæ alternatiuæ. Obstat etiam.
A. quòd per octo menses, & ultra possederit eius ca
nonicatum vigore collationis sibi factæ ab ordina-
rio sine protestatione aliqua, & sine reclamatione,
quòd cum semel placuisset, & per tantum tempus
in placito suo conquieuisset, non erit locus amplius
pœnitentiæ. c. quod semel de reg. iur. in 6. Non ergo
nunc poterit venire contra factum proprium Bart.
in l. post mortem. ff. de adop. & in l. qui ea mente
ff. de

ff. de furt. & not. in c. si quis presbyterorum, de rebus eccl. non alien. Neque ei suffragatur excusatio, quòd non percepit fructus, quòd possessio fuerit sola instrumentalis non capitularis, & per consequens cum fuerit nulla, nullum sibi potuit inferre præiudi
18 cium. Quia actus † nullus non obest, quatenus præiudicium tertij concernat, non autem quoad fauorem gerentis. Vant. de nullitat. in tit. quot. & intra quod tempus num. 53. & 54.
19 Secundò, quia † possessio instrumentalis alio non existentes in possessione operatur effectus legitimæ possessionis, ut Patres tenuere in Rota Romana in una Cesaraugustana canonicatus 1. Iulij 1598. adhuc typis non excusa. Ex quibus omnibus sequi
20 tur, quòd † cum nulla fuerit impetratio, nullam quoque debeat habere exequutionem, sicut idem dicimus de sententia nulla, Rom. in consi. 336. & expressa non fuerit iustificata.

Ita consulo Ego Hier. Herincus I.V.D. & ita obtentum.

CONSILIVM LXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Omnia exprimenda sunt, quæ possent mouere mentem Principis ad facilem, vel difficilem concessionem in supplici libello.*

2 *Venditor equi sub inuolucro uerborum, puta uendo equum pro sacco ossium, nisi condescendat ad specialem morbum, censetur decepisse emptorem.*

3 *Causa semper in delictis spectanda.*

4 *Appellatione Monachorum in odiosis non uenit Abbas.*

5 *Homicida an possit cum bona conscientia retinere beneficium.*

6 *Qui non potest dicere officium, non potest nec percipere beneficium.*

7 *In regressu ad habitum præsupponitur priuatio.*

8 *Priuatio non præcedit habitum.*

9 *Petens concedi sibi retentionem beneficiorum, uidetur fateri se illis esse priuatum.*

10 *Vbi adest remedium ordinarium cessat extraordinarium.*

11 *Clausula non obstante non auget gratiam.*

12 *Excommunicato omnis participatio est interdicta.*

13 *Excommunicatio, quam similitudinem habere uideatur cum Druydum execratione apud Gallos.*

14 *Papa contractus inualidos ita ualidat, si tertio non fuerit ius quæsitum.*

15 *Homicidium est grauissimum peccatum inter ea, quæ in proximum committi possunt.*

16 *Excommunicatio infligitur in pœnam & pœna est nimis rigida.*

17 *Excommunicatio dicitur quasi extra communionem positio.*

18 *Anathema quid sonet.*

19 *Maranatha quid significet.*

20 *Olim in Ecclesia erant plures gradus excommunicationis, per quos gradatim procedebatur.*

21 *Discrimen inter rescripta gratiæ, & rescripta iustitiæ.*

22 *Litteræ quando dicantur subreptitiæ, & quando obreptitiæ.*

23 *Laicus præsentare non potest in Iurepatronatus antequam casus se offerat.*

24 *De litteris, quæ sunt ipso iure nullæ, non tenetur quis facere mentionem.*

25 *Ad effugiendam obreptionem sufficit exprimere ea, quæ sint facti.*

26 *In actibus humanis semper præsumendum est pro non delicto.*

27 *Cum homicida mitius agitur, quando occisus fuit interfectus instrumento ad id minime idoneo.*

28 *Statutum, quod homicida decapitetur, debet intelligi, quando dolo commissum est, non quando culpa.*

29 *Homicidium, quando non euenit ex animo, debet dici potius culposum, quam dolosum.*

30 *Nobilitas est causa minorandi pœnam.*

31 *Per homicidium non est aliquis priuatus beneficio, sed uenit priuandus.*

32 *Homicida, & alij irregulares iuste tenent dignitates suas quousque renuncient, uel deponantur.*

33 *Iuribus dicentibus quod aliquis prorsus amittat beneficium, debet suppleri per sententiam.*

34 *In iure canonico numquam aliquis est priuatus ipso iure beneficio, nisi sit in iure expressum: & tunc debet exprimi in sententia.*

35 *Intellectus ad tex. in c. In quibusdam. de pœnis.*

36 *Abbatis vox quid significet.*

37 *Qui confirmat nihil de nouo facit.*

38 *Confirmatio non tribuit nouum ius, sed fouet tantummodo, quod inuenit.*

39 *Per clausulam non obstante non augetur gratia, sed declaratur tantummodo intentio concedentis circa concessum, vt sit amplior.*

40 *Regula. Res mea non potest amplius fieri mea, in quibus casibus non procedat.*

41 *Petens absolutionem ab excommunicatione non per hoc fatetur se esse aut fuisse excommunicatum.*

42 *Bonarum mentium est agnoscere culpam, ubi culpa non est.*

43 *Prouentus Ecclesiastici denegantur; cui communio denegatur.*

44 *Argumentum a desertione militiæ ad excommunicationem non valet; sed bene ad hæresim.*

45 *Excommunicatus comparatur relegato.*

46 *Quamdiu debitor, poterit alijs nominibus constringi, non sunt ei subtrahenda stipendia.*

47 *Excommunicatus potest beneficium optare, & acceptare.*

48 *Excommunicatus non æquiparatur deportato.*

49 *Excommunicatus non potest agere, sed bene potest conueniri.*

50 *Excommunicatus potest testari.*

51 *Excommunicatus potest donare, & ualida est donatio.*

52 *Excommunicatus potest legare.*

53 *Excommunicatus potest acquirere bona in futurum.*

54 *Licita sunt omnia de iure, quæ non sunt expresse prohibita.*

55 *Prohibitum, quod non est, uidetur esse concessum.*

56 *Argumentum a contractibus inter viuos ad contractus ultimarum uoluntatum ualidum est.*

57 *Excommunicatus non est exclusus ab actibus, qui principaliter, respiciunt proprium, & singularem vtilitatem.*

utilitatem: Sed ab illis, qui respiciunt communionem, uel publicam, & generalem utilitatem.

58 *Rehabilitatio est iterum ad pristinam habilitatem, atque priorem statum restitutio.*

59 *Laicus non potest esse iudex in causis clericorum, neque de iure, neque de consuetudine.*

60 *Papa non potest tollere ea, quæ sunt de iure diuino.*

61 *Clericus, etiam quod agatur reali, non poterit coram laico conueniri.*

62 *Clericus in feudalibus recognoscit laicum in superiorem, & quomodo ibidem.*

63 *In curia Romana non conceduntur commissiones vigore appellationis, & appellationum clerico contra laicum, qui contra eum sententiauit; sed conceduntur commissiones nullitatis, & nullitatum.*

64 *Sententia quando est nulla, non potest dici iudicatum.*

65 *Pœnitentia maiorum criminum septem annorum spatio concluditur.*

66 *Pœnitentia & si semper minime restituat in pristinam potestatem, nihilominus acquirit gratiam.*

67 *Clericus æquiparatur laico in bonis patrimonialibus in multis.*

68 *Restitutio est repositio in primæuum statum.*

69 *Habilitatio operatur aliquid vltra absolutionem.*

70 *In absolutione ab excommunicatione non requiritur partis citatio.*

QVia sequens consilium fundatur in facto narrato in presenti supplicatione porrecta Sanctissimo Papæ, ideo placuit pro intelligentia prius apponere tenorem, qui est. Beatissime Pater. Exponitur humiliter S. V. pro parte deuoti illius oratoris Ioannis ab Angluse presbyteri Tullensis, quod alias de anno M D LXXXIX. cum ipse, & quondam Franciscus Abbas Monasterij Sanctæ Crucis de Bosonisuilla ordinis sancti Benedicti Meten. diœcesis quædam negotia insimul gererent, & quadam die dictus Franciscus oratorem grauibus iniurijs afficeret, d. orator eius insolentias vlterius perferre non ualens, graui ira commotus eundem Franciscum paruo gladio, quem ad calamos incidendos, & alia uitæ necessaria secum deferre solebat, percussit, ex qua quidem percussione d. Franciscus postmodum sicut domino placuit, ab humanis migrauit. Vnde orator a curia seculari comprehensus, & ad Iudicem Ecclesiasticum, ac domum Fratrum Prædicatorum trāsmissus nullo alio desuper formato processu in carcerem fœtidissimum iniectus, ibique per annum & ultra, a uino, & esu carnium abstinens, ac algores immensos, ingentesque fœtores perferens, detentus fuit, indeque tandem liberatus, & de mandato Archiepiscopi Treuerensis in eadem domo tunc degentis in minus exosum carcerem translatus de errore suo ex intimis visceribus cordis dolens suasionibus fratris Stephani Greue Prioris domus fratrum huiusmodi adductus duobus diebus cuiuslibet hebdomadæ in pane, & aqua ieiunare pollicitus est ac ab eo tempore citra id inuiolabiliter obseruauit, immo per aliquot annos sponte super nudis tabulis absque culcitro singulis noctibus dormiuit, dormireque hoc modo continuo peregisset, nisi aduersa illius ualetudo obstitisset. Cum autem Pater Sancte d. orator homicidium prædictum non ex animo deliberato, sed calore iracundiæ iniurijs huiusmodi prouocatus commiserit, de hoc tamen plurimum doluerit, & nulla sententia a quoquam iudice contra eum desuper hactenus lata fuerit, ac carceres, in quibus reperitur sponte potius quam vi sustineat, pacemque & remissionem a Moderno d. Monasterij Abbate, & illius Monachis obtinuerit, ac propterea cupiat, sibi qui sexagenarius existit, & ob ingrauescentem in eo ætatem ad Romanam curiam personaliter accedere nequit de opportuno absolutionis beneficio, & dispensationis gratia per sanctitatem vestram prouideri. Supplicat igitur humiliter eidem S. V. orator quatenus eius statui in præmissis opportune prouidendo ipsumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequendo eundem oratorem ab homicidio huiusmodi, illius reatum nec non quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis, quas propter præmissa quomodolibet incurrit in vtroque foro authoritate Apostolica absoluere, & totaliter liberare, dictasque pœnas sibi gratiose remittere & condonare, secumque super irregularitate per eum præmissorum occasione aut alias quomodolibet contracta quodque illa, & eisdem præmissis non obstante clericali caractere, quo alias rite insignitus fuit, illiusque priuilegijs, nec non omnibus etiam sacris, & presbyteratus ordinibus per eum alias rite quoque susceptis uti & in illis etiam in altaris Ministerio ministrare, nec non quæcunque, & qualiacunque cum cura, & sine cura beneficia ecclesiastica, etiam si Canonicatus, & præbendæ dignitas, etiam maiores, & principales personatus administrationes, & officia, etiam curata, & electiua in cathedralibus etiam Metropolitanis uel collegiatis, alijsque ecclesijs consisten. seu si parochiales ecclesiæ, uel earum perpetuæ uicariæ fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut ipse eligatur, præsentetur, uel alias assumatur ad illa & instituatur in eisdem recipere, illaque ac siue cura ecclesiam Prioratum nuncupatam sancti Nicolai in Pontica Tullen. vel alterius diœcesis, nec non perpetuum simplex beneficium ecclesiasticum officium cancellarij etiam nuncupatum in ecclesia Monasterij Monialium de Romano Monte nullius seu eiusdem Tullen. diœcesis sibi ante præmissa canonice collatum, quoad uixerit, retinere libere, & licite ualeat, disponere omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam siue notam circa eum ex præmissis quomodolibet insurgen. ab eo penitus abolere, ipsumque in pristinum, & eum in quo ante præmissa quomodolibet erat, statum restituere, reponere, & plenarie reintegrare dignemini de gratia speciali; Non obstantibus quibusuis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi pro tempore fuerint statutis etiam iuramento firmatis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis cæterisque contrarijs quibuscunque cum clausulis opportunis.

Saluatoris nostri Dei nomine inuocato.

CVum iuxta pręd. supplicationem Sanctissimus Papa concesserit indultum, & absolutionem Ioanni ab Anglure suit contra illud circa multa dubitatum. Et primo, quare in supplicatione non fuerit facta mentio de qualitate negocij, quod gerebat cum Abbate quia sollicitabat eum, ut in sui fauorem renunciaret Abbatiæ, ad quam sperabat se fore presentandum a patrono laico, & ob id magis dolore
1 percitus Abbatem illum interfecisset cum † omnia sint exprimenda, quæ possent mouere mentem Principis ad facilem uel difficilem concessionem, ut probant communiter Doct. in c. in nostra. de rescr. & clare patet, quod si prædicta expressa fuissent, Papa aut non concessisset, aut cum difficultate maiori sequitur ergo, quòd sint obreptitiæ, quòd scilicet per operam impetrantis factum fit quòd impetratæ literæ effugerint plenam intelligentiam Papę Innoc. in c. cum dilecta. num. 3. extra de rescr. quia per inuolutionem, seu inuolucrum verborum literæ effugiunt deliberatam conscientiam Principis Abb. ibidem
2 num. 7. Nam † sicut venditor, qui scit uitium equi, puta, qui habet steualiam, licet dicat, ego uendo tibi equum pro ęco, capti morbo, habente steualiam, & omnem morbum, & pro sacco ossium, nisi condescendat in indiuiduo ad illum morbum particularem sub illo inuolucro uerborum censetur decepisse emptorem per l. ea que. §. fio. ff. de contrahen. empt. not. Bal. in l. 1. in principio, C. de ædil. edicto. vers. quæro quod si emptor. Aret. in §. Prætorum quoque edicta Instit. de iure nat. gent. & ciuili, ita sub illa dictione, cum quo orator quædam negocia gerebat, uidetur decepisse Pontificem concedentem.

Amplius, quia negari non potest, quin ille respectus sit qualitas aggrauans delictum, cum causa
3 † semper in delictis spectetur l. aut facta. ff. de pœnis. sicut dicimus in odiosis appellatione Monacho-
4 rum non venire Abbatem, quia † Abbatia addit qualitatem Monachatui, vt not. per Doct. in c. fin. per illum tex. de simonia. Ergo sub illo inuolucro quędam negocia gerebat, non uidentur esse comprehensa negocia maiora & qualificata, sicut est, quod sollicitaret renunciationem Monasterij, seu Abbatiæ, quasi quòd per fas aut nefas ad suum intentum uellet peruenire. Facit, quod dicimus in simili, quòd sub illa clausula quidam alij, & res aliæ maiores expressis non comprehenduntur. cap. sedes Apostolica. extra de rescriptis.

Secundum dubium ortum circa indultum, fuit An d. Ioannes amiserit fructus duorum beneficiorum, quæ exprimuntur. Nam & si sanctissimus concesserit iuxta supplicationem in cancellaria, tamen fuit deleta illa particula, illaque ac sine cura, & quæ sequuntur, asserentes domini Abbreuiatores de parco maiori non esse stylum Cancellarię propter præiudicium eius, quod literæ ita extra mittantur, sed qd aliæ insuper essent expediendæ super retentione in particulari, aut noua prouisione, & quòd cum absolutione ab homicidio non esse solitum conglobari nouas prouisiones aut huiusmodi gratias. Et propter excommunicationem, in quam incidit iud. videtur, quod beneficia obtenta miserit ipso iure, quia
5 † homicida non potest cum bona conscientia retinere beneficium etiam post factam pœnitentiam, & maximè secundum Io. Andr. si habet ordinem annexum, vt in casu nostro. cap. tumor. 50. d. & in ca. in quibusdam. de pœn. Et ratio est, quia ille, qui non
6 † potest dicere officium, non potest percipere beneficium cap. quod a te & c. diuersis fallentijs de cler. coniugat. & c. cum secundum Apost. de præb. quia beneficium datur propter officium c. fin. de rescr. in sextò & per legistas in l. sub prætextu. C. de sacros. eccles. Secundo quia Papa in indulto sibi concedit retentionem dictorum duorum beneficiorum, ergo prius erat eis priuatus, & hoc facit ad effectum percipiendi fructus toto tempore intermedio usque ad
7 absolutionem. In regressu † ad habitum præsupponenda est priuatio semper enim priuatio præsupponit habitum, ut dicunt Logici, & concordant nostri in l. decem. de verb. obligat. numquam enim priuatio potest præcedere habitum arg. text. in §. 1. Instit.
8 de libertinis: non † potest esse, neque intelligi libertinus (quod est priuatio) nisi ex iusta seruitute manumissus fuerit. quod est habitus. Ergo habitus præcedit priuationem, non priuatio habitum, nec tabula potest dici cæca, quia non est apta nata uidere.

Tertiò quia sicut is qui petit absolutioné ab excommunicatione, uidetur fateri se esse excommunicatum secundum receptam communem opinionem
9 Canonistarum: ita d. Ioan. petens † sibi cócedi retentionem beneficiorum, quæ habebat ante excommunicationem, uidetur fateri se illis esse de iure priuatum. Si enim gratia non indiguisset, non petijsset,
10 & vsus fuisset iure communi. Vbi enim adest † remedium ordinarium, cessat extraordinarium l. in causæ. 2. ff. de minor. not. in l. in Prouinciali, præsertim a Bar. ff. sol. matr. Neque sussiagatur clausula in indulto, Non obstante, extensa, & si amplissimè, ita ut censeatur derogatum etiam iuri alteri quæsito a die excommunicationis vsque ad diem absolutionis
11 per retentionem dd. beneficiorum: quia † clausula Non obstante &c. non auget gratiam, ut in clem. 1. de præb. Et facit hoc dubium etiam in posterum. videlicet An saltem post diem absolutionis stante tali taciturnitate ex defalcatione gratiæ facta a Cancellaria, de qua supra dixi, sit habilitatus adeo, ita ut præiudicet etiam his, qui prius impetrassent, vel occupassent, vel detinuissent fructus, aut superioribus, qui illos applicuissent iam seminario puerorum, uel loco pio. Tertium dubium in capite est. An per indultum hoc sit habilitatus ad successiones bonorum patrimonialium sibi quomodocunque competentium, uel aliorum, uel non obstante excommunicatione, quòd potuerit succedere. Hoc dubium præsupponit unum prius discutiendum uidelicet an de iure communi, uel municipali laicorum, uel synodali suo fuerit propter excommunicationem priuatus successione bonorum patrimonialium. Et videtur
12 quod sic quia † excommunicato omnis participatio est interdicta. c. excommunicatos 11. q. 4. c. a no-

bis

bis extra de except. Habet enim excommunicatio
13 seu lata à iure, seu ab homine † maximam similitu-
dinem cum illa Druydum execratione, de qua lo-
quitur Cæsar. 6. libr. Gallici commentar. Si quis
enim dicto Druydum minimè paruisset, interdictū
illis erat aqua, & igni, itaut nec in sacrificio, nec in
honoribus, neque in utilitate aliqua ciuili ulla es-
set cum eis participatio, aut de his illis indulgeretur
immo nec loqui fas censebatur ne ex contagione ali
quid mali illis accideret. sicut nos quoque dicimus
quòd participans cum excommunicato maiori in
crimine vel ex contemptu incidit in eandem excom
municationem maiorem; secus uero in minorem so-
lum, uel minus. Host. in summa de sent. excomm.
§. fin. & est communis Canonistarum in c. sacris. de
his quæ ui metusve. S. Thom. & aliorum in 4. dist.
18. Nauar. decens. Ecclesi. c. 27. nu. 28. ubi plenè de
hoc videre poteris. Cui aqua & igni erat interdictū
libertatem retinebat non cum excommunicatus ef
ficitur seruus propter excommunicationem, sed ci-
uitatem amittit, sicut accidit deportato. §. Minor siue
media. Instit. de capit. demin.

Secundò, quia iure expresse prohibetur, ne quis
testans possit excommunicatum hæredem institue-
re, ut in Auth. ut cum de appellat. cognoscitur. §. ge
neralem. vnde propter prædictam absolutionem
non uidetur habilitatus fuisse ad aliquam successio-
nem bonorum præcedentem sed bene ad futuram,
non enim potest retrotrahi in præiudicium eorum,
14 qui ius aliquod acquisiuerunt. Quia † Papa contra-
ctus inualidos ita validat, si tertio non fuerit ius quę
situm. Mandos. in pract. signat. Gratiæ in verbo con
firmationis per l. adoptio non iure facta ff. de adopt.
l. 2. in fin. ff. de rebus eorum. Castr. consi. 178. tanto
15 magis cum fuerit excommunicatus † propter homi-
cidium, quod in se est grauissimum peccatum inter
ea, quæ in proximum committi possunt, ut dicit S.
Thom. in 2. 2. q. 70. art. 3. unde in tali casu excom-
municatio uidetur esse a iure imposita in locum ali-
16 cuius pœnæ sine præiudicio aliarum, quia † excom
municatio quoque infligitur in pœnam, & pœna est
nimis rigida Glo. in verbo si a diligenti in uerbo a
17 communione, de for. compet. & breuiter † excom-
municatus dicitur quasi extra omnem communio-
nem positio Io. Andr. in c. cum Medicinalis. de sent.
18 exc. in 6. excommunicatio † maior, quæ ab homine,
& a canone fulminatur voce hæbrea dicitur Anathe
ma, quæ ut notat Sanctus Hieronymus Protector
meus, vox est ad summam maledictionem, qua ad
19 hunc effectum utebantur Hæbrei. Syri vero † Ma-
ranatha, vt not. Glo. in c. Guilisarius. 23. q. 4. in uer-
20 bo Maranatha. Olim † in ecclesia erant plures gra-
dus excōmunicationis per quos tamquā per gradus
gradatim procedebat, ut tradit Dionys. in tractatu
de ecclesiastica hierarchia, sed hodie ecclesiastici nō
utuntur illa graduatione in priuatum laicum, sed sta
tim conuolāt ad summam maledictionem, quæ nos
separet a communione Dei, & fidelium, & a qua mi
nores Sacerdotes minime absoluunt, vt in c. Engel-
trudam. 3. q. 4. secus in Episcopum. c. quia periculo-
sum de sent. excom. in 6. Dubitabatur ultimo, an ho
die sit liberatus a carceribus itaut amplius in foro
exteriori de tali crimine ordinarius cognoscere non
ualeat, an in futurum sit capax beneficiorum, &
quis ordo seruandus sit uigore literarum Apostoli-
carum.

Quibus, & similibus non obstantibus sum con-
trariæ opinionis. Et quo ad primum dico, quòd
cum simus in rescripto Iustitiæ non gratię, licet
simus in materia gratiosa, non ita facile uitiabi-
tur rescriptum, hæc est summa differentia inter vtra-
que rescripta quoad subreptionem, & obreptionem
21 spectat, quòd † rescripta gratiæ ob uitium obreptio-
nis, immo & subreptionis ipso iure vitiantur Soc.
sen. in consi. 13. lib. 1. Felin. in c. ad audientiam el 2.
nu. 22. de rescr. sed rescripta iustitię ob vitium surre-
ptionis, immo & obreptionis non ipso iure, sed ope
exceptionis irritantur. Ias. in l. præscriptione. nu. 3.
e. si contra ius vel utilit. publ. Paris. consi. 51. nu. 27.
lib. 4. Vant. in tract. de nullitatibus in tit. de nullitat.
ex defectu Iurisd. deleg. nu. 60. Menoch. de arbitrar.
Iudicum lib. 2. casu 201. ubi innumeros congloba-
uit, & congessit, ita ut surreptitiæ sint literæ, quando
falso expresso, uel ueritate suppressa literæ fuerint
22 impetratę; obreptitiæ † vero, quando per inuolutio-
nem, seu inuolucrum uerborum callide loquendo,
vel ita adaptans uerba quod literæ effugiant delibe-
ratam conscientiam Principis obtinentur Innoc. in
c. cum dilecta, & ibi Abb. nu. 7. extra de rescr. In ca-
su nostro non faciebat ad concessionem facilem, vel
difficilem narrare d. Papæ, quòd ipse erat successurus
ad d. Monasterium, neque negocium principale ef-
fugit notitiam sanctitatis suæ, vt probabitur. Ergo
apparet ipso iure non esse nullas, neque minus ope
23 exceptionis. Assumptum probatur, quia † laicus
non potest præsentare antequam casus se offerat,
quia tempus quadrimestre currit a die mortis. c. un.
§. fin. de Iurepatr. in 6. & per consequens non potest
dici, quod inter Iur. & Abbatem hoc negocium ge-
reretur neque minus dici potest in mente interfecto
ris fuisse habitam aliquam considerationem de suc-
cessione, quia sicut hoc nec probatum est, neque pro
bari potest ita standum erit eius depositioni, & iura-
mento, quia a solo animo dependet. ca. si vero 2. de
sent. excommun. & ipse leg. hoc negat indubitāter.
Neque minus debebat exponere se literas pręsenta-
tionis ad d. Monasterium a patrono laico prius obti-
nuisse, quia ut in d. c. si uero præsentatio adhuc nul-
24 lum potuit habere effectum, & de literis, quæ † sunt
ipso iure nullę non tenetur quis facere mentionem,
ut Vant. ubi supra, non entis enim nullæ sunt qua-
litates, l. quidam referunt. ff. de iure codicillorum cū
suis concordantibus. Secundò dicimus ad effugien
25 dam obreptionem sufficere † exponere ea, quæ sunt
de substantia facti, quia modus est accidens rei, quia
est qualitas adiecta dispositioni. l. obligationum. §.
modus. ff. de act. & obligat. substantialia illa attendi
debent sine quibus negocium, quod agitur, non sub
sistit, ut in casu nostro, & uidetur probari in c. postu
lasti. de rescr. ubi cum finis, & intentio cap. cum se
cundum Apostolum. de preb. sit prouidere illi cleri
co, qui nullatenus habet beneficium, is qui non fe-
cit mentionem de perpetua vicaria, dicitur literas ve
ritate tacita impetrasse, quia aliquomodo beneficiū
habebat concordat tex. in c. super literis eodem. Nō
enim omnia exponenda sunt necessario: sed illa,
quę exposita haberent difficiliorem concessionem,
aut quę omnino impedirent. potest poni exemplum
in cap.

in c.constitutus, de relig. dom. ubi gratia Papæ non
redditur surreptitia, licet in ea non fuerit facta men-
tio de conseruatione pensionis, ut ibi no. Abb. nu. 5.
Non est intentio Papæ, sicut neq; minus Conc. Tri-
dent. attendit in c. eum qui per industriam 14. sess. an
aliquis interfecerit sacerdotem ad effectum, ut ei suc
cederet in sacerdotio ad effectum ministrandi in alta
ri, & absolui, sed tantum attenderetur, si ageretur, q
d. Io. successurus esset in d. Monasterium, & per con
sequens obreptio non habet locum. Igitur cum ni-
hilominus Papa dedisset literas, dato & non conces-
so, quod difficilius, saltem dedisset in forma commu-
ni, rescriptum non est nullum neque ipso iure, neq;
ope exceptionis redderetur, quia de nullius præiudicio
agitur. Ruin. lib. 1. consi. 3. nu. 16. Et ita illa clausu-
la, Si preces ueritate uitantur tacite subintellecta. c.
2. de rescr. l. fin. C. si contra ius uel utilit. publ. ueri-
ficatur clarissime in casu nostro. Amplius, successio
non habuit effectum, neque constabat de præpara-
torijs, ex quibus suspicari quis potuisset minis, aut
blandis uerbis uoluisse Ioan. inducere Abbatem
ad renunciandum, quare non erit dicendum ob id
interfecisse, quod potuit cadere in mentem iniqui,
26 & assumi non causa pro causa: tanto magis † cum
semper præsumendum sit pro non delicto in acti-
bus humanis, & præsumptiuues in hoc particulari
sint restringendæ, ut dicunt Canonistæ in c. odia. de
regulis iuris in sexto. Nec semper rescriptum reddi
tur surreptitium ob taciturnitatem eorum, quibus
expressis concessum non fuisset vid. Castol. dec. pe-
nul. nu. 3. igitur sufficit exposuisse se interfecisse sa-
cerdotem propter quod petitur absolutio, & ad maio
rem cautelam regularem, & Abbatem in dignitate
constitutum. Non obstat, quòd supradictum fuit de
illo inuolucro uerborum in uenditione equi, quia ibi
interuenit damnum tertij. §. emptoris, & æquitas
vult, quòd nullus decipiatur in uenditione, quia su-
mus in contractu bonę fidei, in quo arbitrium iudicis
est magis amplū, & æquitatem attendere debet. §.
actionum aūt. inst. de act. & æquitas vult, q nullus
cum alterius iactura locupletetur. l. nam & hoc natu
ra. ff. de condict. indeb. l. iure naturę. ff. de reg. iur. in
casu nostro de nullius præiudicio agitur unde rescri-
ptum latissime erit interpretandum. Neque obstat, q
sit qualitas aggrauans delictum, quia hoc concedere
mus, quando hoc nouisset, ut causa impulsiua d. Io.
quod negamus, dicimus enim homicidium fuisse, &
si voluntarium, tamen simplex, & non ex proposito
perpetratum, nam d. Io. neque præuia animi delibe
ratione, neque ex interuallo præcedenti ad d. Abba-
tem defunctum accessit, neque ad huiusmodi effe-
ctum detulit paruum gladium, sed hoc, quem pro
vsu rerum suarum erat solitus deferre, & qui num-
quam sumptus fuisset ad occidendum, interemit
27 Quo casu cum homicida † mitius agitur, vt Doct.
communiter tenent, de quorum opinione testatur
Cæpolla cons. crimin. 37. & in hoc nemo discrepat.
Maran. in suo specul. fol. 26. post nu. 59. Itaut stan-
28 te † statuto, quòd homicida decapitetur, debet intel
ligi, quando dolo commissum est, non quando cul-
pa. Clar. in sua prati. criminal. §. homicidium. nu. 3.
29 & 4. Cum itaque † homicidium non euenerit ex
animo, potius debet dici culposum, quam dolosum.
Clar. vbi supra. quo casu per iudicem secularem mi-
nime posset imponi pena mortis. Grammat. cons. 18.
nu. 7. etiam quòd esset ob culpam latam cons. 5. n. 8.
& sic apparet nos non esse in casu Conci. Tridentini
sess. 14. c. 7. in 1. par. sed in Secunda ibi si uero homi
cidium nō ex proposito. Secundo, quia d. homicidiū
fuit perpetratum & calore iracundię, & dolore iniu-
riarum, quo casu mitius agitur, & citra mortem. Ro.
in l. cum mulier. ff. sol. mat. Felin. in c. dilecti. de ex-
cept. Alex. in l. lex Iulia. ff. ad l. Iul. repet. Grammat.
30 dec. 5. nu. 21. & dec. 23. num. 6 tanto magis † stante
nobilitate in casu nostro, quæ sufficit ad minoran-
dam pœnam. Gramm. dec. 23. nu. 10. per l. eiusdem.
§. pen. ff. de adult. & not. in l. si adulterium cum ince
stu in princ. ff. eod. tit. Mars. in l. si quis uiduam in fi.
ff. de quæst. Quoad secundum dubium, qui est secun
dus articulus uris quæstionis, uel 2. quæstio huius
causæ, uidetur sine dubio, quod fructus beneficiorū,
quæ prius habebat, minime amiserit, quia nulla sen
tentia condemnatoria aut priuationis interuenit. Per
31 † homicidium non est aliquis priuatus beneficio,
sed uenit priuandus, & hæc est communis opinio, de
qua testatur Fel. in c. inquisitionis nu. 4. de accusat.
ubi multos congessit, & dixit Inno. in c. cum nostris
32 de concess. preb. quod † homicida, & alij irregula-
res sine dispensatione iuste tenent dignitates suas
quousque renuncient, vel deponantur, secus si es-
sent tales, qui beneficij nullo modo essent capaces,
ut illiterati, mulieres, & infantes. Neque obstat tex.
in c. in quibusdā de penis vbi patronus in ecclesia iu
rispatronatus occidens clericum iuspatronatus, aduo
catus aduocatiam, & feudatarius feudum amittunt
usque ad tertiam generationem, quia posset primo
responderi cum Felino, quod ibi non loquitur tex.
de beneficio ecclesiastico, sed de feudo, vel simili.
33 Secundo ego dico, quod † prorsus amittat, supple
ri debet per sententiam. Cum enim non dicat ipso
iure, neque ipso facto, quibus uerbis canones uti so-
lent ad excludendum ministerium sententiæ, vt cuili
bet iurisperito est notum, merito suppleri debet per
sententiam, quia sumus in odiosis, quorum terminum
expositiones restringendę sunt ita ut minus lędant,
quam lędere possint. c. odia. de regul. iur. in 6. cum
vulgatis, pro quo facit Domin. in c. 1. in fin. 8. d. ubi
34 † dicit esse doctrinam quòd numquam aliquis est
priuatus ipso iure beneficio, nisi sit in iure expres-
sum, facit etiam doctrinam Bald. in leg. 2. in versic.
sed hic quæritur. C. de seruit. & aqua, ubi quærit
an Canonicus priuatus per sententiam perdat ip-
so iure stallum in choro, & locum in capitulo,
an uero oporteat quòd distalletur per superiorem,
& refert se ad Innocen. in cap. literis, de restitu.
spoliat. ubi dicit, quod requiritur distallatio, & ita
uidetur fuisse resolutum in Rota decis. 232. in no-
uis. quæ incipit accusatus coram ordinario, ubi uo-
luere, quod si est lata sententia contra aliquem, per
quam pronuncietur ipsum commisisse crimen dignū
priuatione, non propterea est priuatus, nisi hoc expri
matur in ipsa sententia. Si dicatur hoc fuisse homi-
cidiū qualificatum puta perpetratum in Abbatē, &
35 per consequens in priuationē † incurrisse homicidā
ipso facto dico cum Fel. ubi sup. q procedit ille tex.
in homicidio qualificato, puta si quis interfecisset pa
rentes, vel fraters, & si dicatur Abbatem esse loco pa
rentis. & argui posse a simili per cap. translato. extra

T de con-

de consti.l.si mater.C.de inoff.testam.c.cum dilecta de confirmat.uti.vel inutili.sicut de facto bene currit argumentum de matrimonio carnali ad spirituale.c.quoniam.§.porro.vt lit.non confessi.dico id procedere, quando occisus fuisset Abbas interfectoris, quia pater eius spiritualis fuisset iuxta illud Apostoli,
36 li, in quo clamans Abba pater. Abbas † enim pater interpretatur. Deinde ille tex. loquitur in assassinio in quo casu clericus amittit priuilegium fori, unde gradatim est procedendum iuxta ordinem præfixum in c.cum non ab homine de iudic. & ita sunt interpretanda iura in contrarium allegata in primo argumento, Et ad reliqua duo argumenta dico, quòd dispositio illa Pontificis circa illa duo beneficia, duo tempora respicere potest, futurum, & præteritum, quoad futurum, vt esse noua concessio supplens omnem defectum personæ, quoad præteritum uero ni-
37 hil uidetur dare, quia est confirmatio, & † qui confirmat nihil de nouo facit.c.inter dilectos. §. porro. de fid. instrum.cap. 1. & 2. de confirmat. vt vel inut. Quod uero sit confirmatio. patet ex illo uerbo retinere, quod præsupponit prius licite habere. arg. leg. primæ.ff.uti possidens.§.retinendæ.Instit.de interd.
38 dict.& non † est tribuens nouum ius, sed fouet tantummodo, quod inuenit.c.quia diuersitatem de concess.præb.c.cum inter dilectos. de re iudic. notatur in l.ex verbis.C.de donat.inter uir.& ux. sicut idem dicimus in recognitione feudi, quę fit a vasallo propter mortem domini, quæ nó innouat, nec adijcit plus iuris domino uel vasallo c.1.in prin. per quos fiat inuestit. Andr. de Isern. in cap. sciendum.de feud.cog. Laur.sylua.in tract.de recognit.feud.q.34.& in hoc operabitur clausula illa, Non obstante, vt si qui defectus fuerint, tollantur, & quatenus de iure dubitari posset de detentione dictorum beneficiorum, & perceptione fructuum. Papa confirmat, condonat, & có-
39 cedit, quia licet per clausulam, Non † obstante non augeatur gratia, tamen declaratur intentio concedentis circa concessum, ut sit amplior secundú Bal. in l. eam quam.C.de fideicom.Cast.cons.219.incipit.super puncto isto, Fel.in c.postulasti.de rescr. si dicatur non fuisse necessariam Papę confirmationem quia qđ meum est, amplius fieri meum non potest, vnde aut licite retinebat, aut non, si licite non indigebat confirmatione, si non, cum Papa concedat solum de futuro, uidetur fructus amisisse, quia fallit ista regula,
40 quotiescumq; † res mea potest fieri mea pinguiori modo, vel quotiescumq; potest dubitari de ualiditate primæ causæ, potest fieri mea per Secundam ut si quis a simili habuerit electionem a capitulo, & petat collationem a Papa. ita Felin. in c. inter dilectos, nu.17.extra de fid. instrumentorum. Non obstat, quod dicitur de eo, qui petit absolutionem ab excommunicatione, quia magis recepta communis opinio
41 est, quòd † petens absolutionem ab excommunicatione non per hoc fatetur se esse, aut fuisse excómunicatum Abb.in c. venerabilem de elect. Ias.in l. decem de verb.obligat.& facit illud pro ratione, quod
42 assumere solent Theologi Bonarum † mentium est agnoscere culpam, vbi culpa nó est c. pręue.§.mentium.5.dist.sed difficultas est respondere Ioa. Copo in tractatu de fructib. c.5.qui tenet excommunicatum priuari fructibus beneficiorum authoritate Innocentij in c.Pastoralis.§.verum de appellat. vbi di-
43 cit, illi † merito prouentus ecclesiastici denegantur, cui ecclesię cómunio denegatur, qui enim extra ecclesia est, quid nomine eccles. possidere poterit? Et subiungit, quòd absolutus ab excommunicatione fructus, qui medio excómunicationis tempore prouenerunt, non recuperabit, & siquidem iniuste eum excommunicatú fuisse constiterit, nulla dubitatio est, quin omnes excommunicationis tempore percepti ei restitui debeát, & adducit verba Alex. Papæ primi in c.super causa. 2.q.5. quę sic se habent super causa Gillandi presbyteri tui de monte Episcopi sui prædecessoris tui infamati in medium consuluimus eum. Itaq; circumstantium fratrum unanimi assensu tuę dilectioni referimus præfatum Gillandum presbyterú ante te repræsentandum, vbi si certi accusatores defuerint tunc dictante iustitia sine omni controuersia presbyter quicumq; ob hoc iniuste omiserit, ac sacerdotiú accipiat, & integra beneficia. hæc ille, itaut appareat ex his, quod diuersa causa sit eius, quem iuste excommunicatum esse scimus, ut fructus numquam recuperet per l.cum allegatis, C. de re milit.lib.10. Desertorem militiæ, quamuis a Principe restitutus fuerit, tamen stipendia eius temporis quo in desertione fuit exigere non posse, sequitur Abb.in d.c.pastoralis, & tenet neque minus alendum ex fructibus sui beneficij, quia sibi imputet, quod absolutionem neglexit. Hęc, & similia non obstant tex. in c. super causa procedit in eo casu quo quis interfecit propriú Prælatum, aut Episcopum, quo casu omnia in d. ecclesia, quæcumque sit, amittit. ut in d.c. in quibusdá,
44 de pœnis. Neque ualet † argumentum a desertione ad excommunicationem, quia non sunt similia sed bene ualeret ad hæresim, ubi adest similitudo, quia in hæresi, qui in uno deliquit, iuxta illud Domini nostri, factus est omnium reus, & per consequens desertor. & adhoc ut argumentum a simili ruat sufficit minima causa dissimilitudinis. Glo. in c. non potest in uers. ecclesia de præb. in 6. Bald. in l. Humanitatis, C.de impub.& alijs. Canonistæ in d.c. translato. tex. in d. §. uerum procedit, quando quis per sententiam excommunicationis fuit expresse priuatus beneficio. idest cum sent. excommunicationis aderat etiam sententia priuationis beneficiorum, in quibus terminis loquitur Glos. in uerbo subtrahuntur. & Abb. ibid. nu.22. Imò Gl. facit rationem pro
45 nobis, sic enim habet. Cum † enim excommunicatum comparemus relegato, & relegatis ad tempus non subtrahantur bona, nisi hoc in sententia exprimatur l. deportatorum. C. de pœn. sic in excommu-
46 nicato idem uidetur. Nam quando † quis alijs nominibus potest constringi, non sunt ei subtrahenda stipendia l. stipendia. C. de execut. rei iudicat. ca. illud 6.q.6. & hæc est vniuersalis consuetudo totius
47 Italiæ. imò † excommunicatus potest beneficium optare, & acceptare. Rot. in nouis dec. 5. num. 2. de concess. præb. incipit, acceptatio facta per excommunicatum, licet Rota in antiquis dec. 8. incipit, nota quòd excommunicatus in fin. de sent. excomm. videatur voluisse contrarium, sed ibi animaduertendú est, quod loquitur argumentatiue, & non decisiue, vel quicquid sit, Rota uidetur se correxisse in nouis, & generalis consuetudo est in contrarium. Hic etiá perpendere licet, quòd excommunicatus non est similis relegato, quia relegatus respectu unius loci non est relegatus

relegatus respectu omnium, secus uero cum excom
municato cap. curæ 11. quæst. 3. Nec deportato,
48 † quia deportatus non retinet ciuitatem, familiam
& bona, cuius contrarium est de excommunicato,
quia retinet bona, pôt donare, legare, & testari. Abb.
in c. Pastoralis. §. uerum. num. 18. de appel. est er-
go quædam species damnatorum perse. Excommu-
nicatus potest testari, & est communis opinio, de
qua testatur Abb. in Rubr. num. 7. de testam. Ioan.
Andr. in cap. decernimus de sent. excom. in 6. Abb.
in cap. Pastoralis num. 18. de appel. Card. in repet. c.
perpendimus, de sent. excomm. cum fin. potest iusti-
ficari, & doctorari Card. ibidem, quia potest agere
omnia ea, quæ sibi possunt competere ratione pri-
uati interesse, secus uero ratione publicæ digrita-
tis, & officij. Sed contra est text. in d. cap. decer-
49 nimus. Agere † enim non potest, sed bene conue-
niri, ne ex eius pertinacia reportet commodum cap.
intelleximus de iudic. & ex his quoque patet, quòd
neque omnino similis est ei, cui aqua, & igni inter-
dictum fuit, licet cũ eo uideatur habere multã simili
tudinẽ. Quo ad Tertiũ dico, neq; de iure ciuili, neq;
de iure canonico esse, aut fuisse priuatum bonis pa-
trimonialib. neque ante excommunicationem quæ-
50 sitis, neque post quoad priora patet, quia † excom-
municatus potest testari de communi omnium Do-
ctorum opinione, ut dixi, sed testamenti factio pro-
hibetur ei, cui bonis est interdictum l. is cui. de te-
stam. Ergo excommunicatus habet bona.

Secundò potest excommunicatus dare eleemosi-
nam, & licite accipimus eleemosinam ab excom-
municato, c. cum uoluntate. §. Prædicatores. de sent.
excomm. ergo præsupponit habere. Nemo enim
dat, quod non habet l. nemo. ff. de regu. iure. cum
51 vulgatis. Ex quo infero, quod † sit ualidissima do-
natio facta ab excommunicato, quia potest uende-
re, & donare omnes res suas. c. inter alia. de sent. ex
comm. & c. si uero cum alijs eodem titulo. Iacobus
de Beluiso, in tract. de excomm. in princ. num. 6.
& sic donatio facta a Ioanne Reuerendis Prædica-
toribus, cum fuerit interuiuos irreuocabilis, ualdis-
sima fuit, immo si defectus aliquis esset, sanaretur
ex eo, quia est ad pias causas, cum in similibus di-
spositionibus non attendantur solemnitates alias re-
quisitæ, ut notant Doctores in cap. cum esses. extra
de testam. & pleni sunt libri. Imò donatio est con-
ditionalis grauans donatarios missis, & precibus,
victu, & vestitu pro donatore cum præsentia iudi-
cis, vnde stante purificatione conditionis, quòd a
die celebrati instrumenti vsque ad præsentem diem
huius scripturæ fratres aluerint donatorem, iam
eis est ius acquisitum, ita ut ob quamcumque cau-
sam etiam ingratitudinis reuocari non possit. Glos.
fin. de reuoc. donat. quia uidetur fecisse transitum in
naturam remuneratoriæ donationis, quæ propter
ingratitudinem reuocari non potest. l. si pater. §. fio.
ff. de donat. Bald. in l. si cum mihi. ff. de dolo, ubi de
52 communi. Sed an † excommunicatus possit lega-
re, tenuit Ioan. Andr. quòd sic, etiam ad pias, sed
voluit Innoc. quòd ecclesia non possit illud accipe-
re propter scandalum, in cap. cum uoluntate, de
sent. excomm. per text. in cap. cum ab omni. de uit.
& honest. cleric. contrarium tamen tenuit Bald. in
leg. 1. C. de sacros. eccl. sed prima opinio uidetur ve-
rior de iure, & uidetur quoque magis condecens.

53 Quoad secunda idest, quoad † bona in futurum
acquirenda nullum ius ei uidetur obstare, & per con
54 sequens acquirere posse, quia licita † sunt omnia de
iure, quæ non sunt expresse prohibita. l. statuas. C.
de religios. & sumpt. fun. leg. nec non. §. quod eis.
ff. ex quibus causis maiores. Sed de excommuni-
cato nullum ius reperitur, quod ei prohibeat acqui
sitionem aut ex testamento, aut ab intestato: ergo
55 Confirmatur quia † prohibitum quod non est, vide
tur esse concessum. c. sunt nonnulli 16. quæst. 1. L.
1. C. de desert. lib. 12. Amad. de Castello in tract. de
syndico num. 79. vol. 2. Alex. lib. 6. cons. 212. nu. 8.
quem uide.

Secundò, quia excommunicatus potest alium sibi
obligare mediante contractu. cap. si uere de senten.
excom. ergo, & acquirere mediante alieno testamen
to, aut ab intestato, quod minus videtur obstare, va
56 let † enim argumentum a contractibus inter uiuos
ad contractus ultimarum voluntatum, ut notant
Doct. in §. vnico per illum tex. Instit. de lege Fus.
can. toll. Non obstat, quòd cum excommunicato
nobis omnis participatio sit interdicta: quia respon
detur cum Iacobo de Beluiso in præd. tractatu de
57 excommunicato num. 22. quòd † excommunicatus
a communibus actibus excludit, idest ab acti-
bus, qui principaliter respiciunt communionem
idest publicam, uel generalem utilitatem. Sed ab
actibus, qui principaliter, & in effectu respiciunt
propriam, & singularem utilitatem, sicut sunt con
tractus, iudicia, & testamenta, quæ omnia in pro
prijs rebus exercentur, & fiunt, non videtur exclu-
sus, licet ipsi actus a iure publico sint introducti, re
tinet enim libertatem, familiam, & bona, & rerum
suarũ administrationem. Neque ualet ratio, quòd
58 Papa non rehabilitauit Io. quia † rehabilitatio est
iterum ad pristinam habilitatem, atque priorem sta
tum restitutio. Rebuff. in praxi. sub titu. de rescri-
pto rehabilitationis mixto. modo nos præsupponi-
mus per d. excommunicationem d. Io. non cecidisse
a quacunq; legitima successione, cum nulla lex, nul
la cõstitutio eum priuet legitima successione ob hoc,
& ideo non fuit necesse. Neque obstat sententia iudi
cis laici, quacumque dignitate fulgentis, qui Io. pri-
uauit d. successione ob præd. excommunicationem,
59 in quam de iure incidit, quia † non solum de iure,
sed neq; minus ex concessione aut ex consuetudine
potest laicus iudex iudicare in causis clericorum, aut
bonorum patrimonialium eorundem, quia gaudent
priuilegio ecclesiarum. Felin. in cap. ecclesia Sanctę
Mariæ. nu. 6. & seq. extra de constit. quia hoc priui-
legium fort habent clerici a Deo c. si Imperator. 96.
d. Inno. in c. 2. de maior. & obed. Card. in repetit. ca.
perpendimus. de sent. excomm. Gl. in c. quamquam
60 in uerbo diuino de censibus. in 6. & Papa † non po-
test tollere ea, quæ sunt de iure diuino. c. sunt qui-
dam. 25. q. 1.

61 Neq; valet si dicatur, quòd † quando agitur reali
actione, ut in casu nostro, clericus possit conueniri
coram laico, quasi non trahatur persona, sed res,
quia hęc opinio est falsissima, quia clerici indirecte
traherentur ad forum ciuile contra Auth. statuimus.

C.de episc.& cler.vbi dicitur, quòd nec in criminali
nec in ciuili clericus trahi debet coram Iudice secu
lari, vt bene not. Abb. in d.cap.ecclesia sanctę Marię
nume. 22. ubi affirmat curiam sequi hanc opinio-
nem.

Neque obstat, si dicatur sententiam fuisse latam
62 super bonis feudalibus,in quib. † clericus recogno
scit laicum in superiorem.c.solitæ de maior.& obed.
c. verum de for. compet. quia hæc, & similia uera
sunt in feudo,quòd clericus habuit a Principe secus
uero si clericus habeat temporalia,sed non in feudū,
ut not. ibi Abb.nu. 3. & mihi in facto præsupponi-
tur bona hęc ad quę l.successit non esse feudalia nec
63 recognoscere principem in datorem. Et curia † Ro-
mana fieri sic solet, quando iudex laicus sententia-
uit contra clericum,ut non concedantur commissio-
nes uigore appellationis, & appellationum, ne ui-
deatur eis per processum de facto aliquam iurisdi-
ctionem esse acquisitam,sed nullitatis, & nullitatū
quia totum,quod facit laicus cōtra clericum, est nul
lum,& nullius roboris,& momēti, quia cum in isto
casu iudiciū sit nullum, potest agi de nullitate ex di-
ctis capitibus. & dantur commissiones etiam post
sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam,quia trā
situs in rem iudicatam nō exstinguit prædictam nul
litatis exceptionem ob iudicis in competentiam, li-
cet proprie non dicatur exceptio, Stapbil. de liter.
grat.& iust.fol.mihi 150.ita ut affirmet neque opus
esse addi clausulam sine præiudicio rei iudicatæ,quia
64 † si sententia est nulla, non potest dici iudicatum.
Et sicut de iure probatum est,quòd per excommuni
cationem & homicidium non fuit priuatus,neq; be
neficijs,neque fructibus, neque quacunq; successio
nerita etiam quando de hoc posset dubitari, sicut du
bitandum non est, omne dubium cessat ob diutur-
nam pœnitentiam,scilicet quia septenis pœnitentia
peracta iam erat, & ecclesiastica consuetudine est
65 vsurpatum, vt † maiorum criminum pœnitentia se-
ptem annorum spatio concludatur.c.hoc ipsum.33.
q.2.nam perinde haberi debet, ac si non deliquisset.
Cassaneus in consuet.Burgundię. Rubr.1.§. 2. nu.
66 21.quia † pœnitentia & si non semper restituat in
pristinam potestatem,vt not.Archid.ibidem, tamen
acquirit gratiam.Sed non videtur verum,quod Cas
saneus scripsit in Rub.1.§.6.nu.33.quòd clericus in
ciuilibus causis ante iudicem ciuilem conueniendus
sit,vt ita causa ciuilis possit tractari coram iudice sæ
culari,per tex.in c.sicut enim.11.q.1.quia hoc est fal
sissimum,& tex.ille loquitur expresse in illis,quę spe
ctant communiter ad communem vsum clericis, &
laicis.Neque minus est verum, quod clericus in bo-
nis patrimonialibus censeatur,ut laicus,ut idē scri-
psit in Rubr.8.§.2.nu.57.& allegat Panormit.in c.
constitutus,extra de relig.domib. post Ant.& Imo.
in clem.1.ut lit. pend. quia Doctores hi non dicunt
67 hoc ibi, ut uideri potest.clericus † enim æqui para-
tur laico in bonis patrimonialibus in multis, ut in
iure patronat. quia pręsentat ut laicus. Panormit. in
c.cum dilectus. nu. 4. de iurepatron. sed numquam
ut conueniatur vt laicus coram iudice laico: & hoc
ratione personę propter priuilegium illi concessum
de iure diuino.d.c.si Imperator,& ratione bonorum
quia accessorium sequitur naturam sui principalis c.
accessorium de regul.iur.in 6.In cuius signum neq;
soluit collectam de bonis patrimonialibus. Abb. &
alij in c.Massana.nu.1. de elect. quia hoc est contra
ecclesiasticam libertatem.c. non minus, & c.aduer-
sus,de immun. eccles. sed cum modo fuerit a San-
ctissimo D.N.restitutus, cessant omnia dubia, quia
68 † restitutio est repositio in primæuum statum.l.2.§.
fin. ibi restituere autem videtur. ff. ne quid in loco
publ. verbum enim Restituo latissime interpretatur
l.Lucius.§.1.ff.de admin.tut.itaut extendatur etiam
ad actiones,quæ numquam fuerunt in bonis. Bart.
in l.fin.C.de sent.passis.

De liberatione a carceribus non est dubitandum,
cum fuerit absolutus in utroque foro ab ordinario
ordinariorum. Sed quoad alia beneficia obtinen-
da, dico quòd non poterit alia beneficia obtinere,ni
69 si rehabilitetur,quia † habilitatio rehabilitatio opera
tur aliquid ultra absolutionem Rebuff. super Rubr.
electionis derogatione in verbo rehabilitationis,
pag.89.sequitur Mandos.in prati signat.Grat.in ver
bo absolutiones, vbi subiungit, quòd rehabilitatio
debet esse clara, & expressa,alioquin non prodesset,
quia stricte interpretari debet.Prouin.fol. 44. versi.
quod habilitatus ad alias. Quoad processum fien-
dum.dico sororios, aut alios affines occupatores bo
norum patrimonialium, aut fructuum tempore in-
termedio perceptorum non esse citandos in præsen-
tatione literarum Apostolicarum.

Nam licet citatio in quolibet actu sit necessaria.
Gabri. in libr. primò de citat. conclus. 1. in 1. vbi
iura congessit. Et licet citatio requiratur in pu-
blicatione instrumentorum. Rota. in nouis de fi-
de. instrum. decis. 1. nume. 1. alias decima. atta-
70 men in hoc casu non requiritur, quia † prædicta
omnia de citationibus requirendis falluntur in absolu
tione ab excommunicatione, in qua non requiritur
partis citatio, quando excommunicatio non fuit la-
ta ad instantiam alterius, ut in casu nostro. Glos. in
cap. excommunicatos. 3. quæst. 1. Decis. in ca. qua
fronte, & ibi Franc. de app. Gabr. libr. 2. de citat.
limit. 76. Imque nullus in tali actu citandus est,
neque fiscus curiæ Archiepiscopalis, neque Mo-
nachi, per quorum transactionem, & condonatio-
nem extincta est eis omnis actio, neque consan-
guinei, quia non sunt tales, de quorum interesse
principaliter, & immediate agatur Glos. in leg. de
vnoquoque. ff. de re iudicata. Et ex his in foro ne-
que per statutum laicorum (si synodale non adest)
fuisse priuatum, aut his bonis patrimonialibus po-
tuisse priuari saluo semper iudicio melius sentien-
tis,&c. Laus Deo.

Ita consului Ego Hier. Herinctus I.V.D

CONSILIVM LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio omnis trahitur ad futurum.*
2 *Deinceps Dictio hæc facit, vt oratio, cui est apposita non uerificetur nisi in casibus futuris.*

3 *Ex*

3 *Ex nunc. Dictio hæc facit ut statim liget, & contra factorum non valeat.*

4 *Statuta edita in gratiam & vtilitatem alicuius Prouinciæ, in illa publicari debent.*

5 *Auth. constit. vt factæ nouæ constitutiones de iure canonico non est immutata.*

6 *Iniquum est aliquem affici pœna, nisi a die scientiæ.*

7 *Constitutio quoties potest vnum vel duo operari contrains commune, debet interpretari vt unum tantum operetur, & minus quam fieri possit, lædat ius commune.*

8 *Constitutio læderet ius commune, si ligaret ignorãtes.*

6 *Ignorantia probabilis est, quæ consurgit ob loci distantiam.*

10 *Constitutio noua nec etiam post publicationem arctat ignorantes.*

11 *Registratio, & publicatio constitutionis diuersi sunt termini, & diuersimode fiunt.*

12 *Constitutio noua edita Romæ particularis non ligat, nisi post octo menses Prouinciales.*

13 *Constitutio noua quanto tempore liget, relinquitur arbitrio iudicis.*

14 *Promulgatio licet non sit de essentia constitutionis, est tamen de essentia obseruationis.*

15 *Genus uerificatur in suis speciebus.*

16 *Si quis cæpisset extrahere Bladum. & postea casu desistit, si postea edatur statutum ponens pœnam non extenditur ad istum.*

17 *Ex proemio colligitur mens legem condentis.*

18 *Cessante causa dispositionis legis, cessat quoque, & ipsa dispositio.*

19 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

20 *Ex nunc. non retratrabitur ad diem Datæ in præiudicium iuris alteri tempore medio quæsiti.*

21 *Verba sequentia declarant præcedentia, & è contra.*

22 *Decretum irritans non irritat actum plane perfectum ante Decreti interpositionem.*

23 *Constitutio S. D. N. Clementis IIII. de senario numero Magistrorum in Relig. Eremitarum sancti Augustini in Prouincijs Hispaniarum uenit declaratorie, non correctorie ad alterum similem Regorij xiij.*

24 *Clausula derogatoria legis, vel statuti contrarij reuocat, & derogat eatenus, quatenus reperit repugnantia sua dispositioni, & non pro alia parte.*

25 *Clausulæ in fine alicuius constitutionis positæ non alterant, neque ampliant, sed declarant principalem dispositionem.*

26 *Clausulæ derogatoriæ & si amplissimis verbis conceptæ non extenduntur, ut comprehendant ius à Papa ignoratum.*

27 *Clausula sublata aliter iudicandi facultate cum decreto irritanti non ampliat dispositionem constitutionis.*

28 *Priuilegium transiens in naturam contractus non dicitur comprehensum in gererali dispositione.*

29 *Clausulæ ex motu proprio ex certa scientiam ex spontanea nostra uoluntate operantur, ut prior concessio facta a Principe non tollatur per secundam, quamuis motu proprio factam.*

30 *Clausula prædictæ faciunt, ut non sufficiat ad derogationem dictum esse, non obstantibus in contrarium facientib. nisi dicatur tali lege non obstante.*

31 *Rescriptum Principis potius dicendum subreptitium, quam ut ille uoluisset tollere alteri ius quæsitum.*

GRegorius XIII. Fœl. recordationis sub die 25. Iunij. 1583. motu proprio mandauit, quòd in Religione Eremitarum Sancti Augustini non admitterentur ad Magisterium in sacra Theologia, nisi sub certis forma, & examine eligendi in singulis Prouincijs Italię eiusdem ordinis, ut in diplomate desuper expedito, ad quod relatio habeatur. Cuius constitutionis uigore, & cuius forma seruata Reue. Magister Marcus de Tarsia fuit admissus ad Magisterium simile sub die xix. Maij 1592. in capitulo Generali Romæ celebrato confectis a Generali Magistro tunc temporis litteris patentibus. Quarum & d. constitutionis uigore sub die 3. Iunij eiusdem anni 1592. obtinuit Monitorium cum inhibitione in forma ab Auditore cameræ Apostolicæ super manutentione in d. dignitate. De anno 1600. sub die 13. septembris Clemens IIII. Sanctissimus Dominus Noster motu proprio constituit, quod in qualibet ex prouincijs ab eo in d. constitutione expressis videlicet Betica, Mexicana, de Mechoacan, del Perù, del Chito, & noui Regni Prouincijs ultra senarium numerum non reciperentur, & nisi ex receptis aliquis mortuus fuerit, nullus in posterum admitteretur, ut in eius literis desuper confectis dicitur contineri, & ad quas relatio habeatur. Dubiũ est quia in principio Mensis Maij. 1601. & sic post tempus proximæ constitutionis d. Magister Marcus fuit receptus, & admissus tamquam Magister in Prouincia Betica & sic dubitatur de validitate admissionis, cum fuerit facta post constitutionem S. D. N. prohibentis de cætero futuras admissiones, attento quod superet senarium numerum.

Dico in prædicta facti serie admissionem prædictam fuisse ualidam, & ei minime obstare constitutionem ultimam Clementis S. D. N. ob multa. Et
1 Primo, quia † constitutio omnis trahitur ad futurũ c. cognoscentes, & c. vlt. cum concordantibus extra de constitut. ob quod constitutio sanctissimi non est ita interpretanda, ut ad præterita trahatur, cum nominatim in illa de præteritis minime caueatur c. fi. & ibi Glo. in uerbo futura eodem tit. imò non uidetur esse intentio legislatoris in casu nostro, quòd eius constitutio trahatur ad præterea, sed tantum ad futura, ut patet ex illis uerbis. Quodque ex nunc deinceps in singulis earundem Prouinciarum senarium numerum Magistri non exeedant, quę verba videntur stare restrictiue, & declaratiue ad d. constitutionem, ut non loquitur, nisi in casibus futuris,
2 hoc enim vult illa dictio † deinceps, ut in c. frequens §. Solet autem in fine, & ibi Archid. de restit. spoliatorum in sexto l. nemo deinceps. C. de Episcopali audientia. Et repetitur infra. Sicque deinceps seruari debeat. Cui non obstat, quòd promulgatio d. constitutionis facta Romæ sub die 13. septem. 1600. præcesserit diem admissionis in d. Prouincia Betica, & quòd in dict. constitutione adsint uerba

3 illa. Nullus ex † nunc de cætero ad Magisterij gra-
dum promoueatur propter quæ constitutio statim li
gauerit saltem ad hoc ut contra factum non ualeat,
vt scribit Gardin. in clem. 2. ubi alios allegauit in 1.
opposit. de hæreticis, & notatur in ca. 2. & in fin. de
constitut.

Quia respondetur, quòd hæc & similia procedũt
in constitutione generali, non autem in speciali re-
spectu alicuius personæ, uel alicuius, seu aliquorum
4 locorum. Quia † illa tãquam statuta in casu nostro
Prouincialia, vel generalia ad vtilitatẽ tamen unius
certę Prouincię, debent publicari non solũ in curia,
sed etiam in prouincia illa, in cuius gratiam fiant, si
Prouincia sit ualde remota, ut in Auth. vt factæ no-
uæ constitutiones per totum. Felin. in c. cognoscen-
tes. nu. 7. de constit. Nam d. Auth. constitutio proce-
dit non solum in constitutione Imperiali, de qua nõ
dubitatur, sed de Papali indistincte. Card. ibid. 6. q.
facit tex. in c. 1. de postulat. Prælat. c. fin. 16. dist. et-
5 enim † de iure canonico non reperitur immutata, vt
testantur Felin. & cæteri ibidem, & per consequens
illi erit standum c. 1. de postulat. Prælat. c. 1. de non.
oper. nunciat. & ita in facto se semper consuluisse
testatur Stephanus Auphretius in addit. sua ad de-
cis. Tholosanam. 444. Et licet sint rationes hinc in-
de, certe illa ratio sola, cui Doctores contrariæ opi-
nionis innituntur, videtur satis debilis, quòd Pa-
palis ideo sufficiat publicari in curia, quia Impera-
tor habeat huc atque illuc discurrere, sed Papa po-
des habeat non Plumeos, sed Plumbeos. Petr. de
Eleazar. in proemio clementinarum. Ioan. Andreæ
in data sexti, & sequacium. Quia ultra quod deri-
detur hæc ratio a Cardin. in d. c. 2. in 6. q. cum pos-
sit esse, quòd ille stabilis sit, hic vero discurrat con-
siderandum est, quòd cum tractetur de ligando Pro
6 uinciales longe distantes ab vrbe, quos † iniquum
est affici pœna, nisi a die scientiæ. l. fin. ff. de decret.
ab ordin. facien. leg. Generali. C. de tabulat. lib.
10. & d. cap. 2. & sic hæc constitutio eos non liga-
uit. Et quamuis Papa stabilius resideret in loco suę
residentiæ, quam Imperator, non per hoc tamen
sequitur, quòd eius constitutio facilius perueniat
ad notitiam Prouincialium longe distantium, quam
constitutio facta ab Imperatore. cap. quosdam, &
cap. quanto de præsumpt. cap. fin. extra qui matrim.
accusare possunt, vnde cum habeamus pro nostra
opinione text. in d. Authen. ut factæ nouæ constit.
& authoritatem Glos. in d. cap. 2. & illam Docto-
res magis sequantur, non est discedendum ab ea
in iudicando, ut in terminis consuluit Alex. om-
nino uidendus in consil. 52. lib. 7. per totum facit,
quòd dicit Rolandus consil. 8. num. 31. lib. 3. &
videtur innuere text. in cap. 1. in fin. de locat. &
conducto.

Et hoc tanto magis procedit in illa constitutione
ex qua quis ob eius publicationem in curia factam
& modico tempore ueniret priuandus sua dignitate
suaque iure iamdiu quæsito contra ius commune,
quod disponit, quòd in vinea Domini laborantes
non fraudentur denario. cap. super specula de ma-
gistris, ut consuluerunt Roman. consil. 90. nu. 4. &
consi. 199. nu. 4. Ancharr. consi. 215. nu. 7. cum alijs.

Secundò, quia d. constitutio Sanctissimi est noua
non dependens ab antiqua iuris communis disposi-
tione, quo casu procedit dispositio d. Auth. vt factę,
itaut non sufficiat sola publicatio facta in curia. Go
mes. in q. 2. proem. reg. cancell. num. 13. uersi. Præ-
terea, cum non potuisset illico per famam innote-
scere non solum hominibus Prouinciæ, sed etiam
illis certis Religiosis, de quorum interesse in cer-
to quodam casu agebatur.

Tertio quia cum fuisset secunda uice specialiter
publicata in singulis prouincijs, per istam specia-
lem publicationem videtur recessum ab illa genera
li, quæ fit in curia. Cum generi per speciem dero-
getur, ut est regula in iure.

7 Quartò, quia † quoties noua constitutio potest
unum vel duos effectus contra ius operari debet in
terpretari, vt unum tantum operetur, & minus cor-
rigat ius commune, quam sit possibile. c. cum dile-
ctus, & ibi no. Butr. & alij de consuet. l. ut gradatim
§. & si lege. ff. de mun. & bonor. Gabriel. de legibus
conclus. 1. per totum, & fuit dictum in illa Romana
iuris congrui coram Robusterio 1. p. diuers. dec. 475.
8 nu. 6. & lęderetur in hoc, quod † constitutio ligaret
ignorantes, contra c. dixit Sara 32. q. 4. c. proposui-
sti. 82. dist. & quod fuisset priuatus iure suo iam
9 prius quæsito. Nam † si ignorantia aliqua proba-
bilis in iure datur, illa certe videtur esse una, quæ cõ
surgit ob loci longinquitatem, ut dicunt Doctores
10 pręsertim Berous in d. c. cognoscentes cũ † nec etiã
post publicationẽ arctet constitutio ignorantes Cor.
consi. 247. nu. 15. 1. vol. Egid. dec. 1. de constit.

Quintò, quia sumus extra casum quæstionis, quia
d. constitutio nunquam fuit publicata in curia, sed
fuit constitutio facta à Papa in camera sua secreta,
unde antequam fuisset publicata in illa Prouincia,
neminem nisi scientem ligauit, Bald. in d. c. cogno
scentes. numero 5. item non constat de publica-
tione facta Romæ, quæ solet fieri per affixionem, &
publicationem ad valuas Principis Apostolorum
de Vrbe Cameræ, ac Cancellariæ Apostolicarum,
& in audientia literarum contradictarum, & in acie
Campi Floræ dimissis inibi copijs per unum ex cur
soribus sanctissimi, & cum subscriptione Magistri
cursorum, ut uidemus in omnibus Papæ constitu-
tionibus quotidie fieri, & legimus in impressis. Nec
ualet dicere, sunt registratæ in Camera, ergo publi-
11 catæ, quia † aliter fit registratio, & aliter fit publi-
catio, ut in §. hæc igitur in Authen. de Mandatis
Principum. Alex. d. consil. 52. & sunt diuersi ter
mini, & diuersæ res. Neque obstat, si dicatur Ro-
mæ adest Generalis, & fratres Hispani, qui quo-
tidie ueniunt, & discedunt, ut sic potuissent de-
nunciare, vel forsan denunciant existentibus in
Prouincia Betica constitutionem Principis, ita ut
deinde iam intrexisset inibi publica uox & fama.
Quia respondeo, quod alleganti hoc incumbet onus
probandi. l. actor. C. de probat. l. qui accusare. C. de
12 eden. cum similibus. Sextò, quia cũ † constitutio fit
in gratiam aliquarum Prouinciarum, non ligabit ni
si post octo mẽses a die publicationis pretensę factæ
in curia dato fine ueri præiudicio, & publicata fuerit
c. decernimus. 18. dist. nor. Glo. in d. c. proposuisti.
Butr. in d. c. cognoscentes. nu. 20. intra quod spatium
13 sumus. Vel si reliquatur † arbitrio iudicis ad cõgesta
per Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 185. per totum
lib. 2. debet nobis suffragari hæc tanta distantia
locorum

locorum, ita ut excusemur, supplicantes animad-
14 uerti quod † licet promulgatio non sit de essentia
constitutionis, est certè de essentia obseruationis cō-
stitutionis illius, ut notant unanimes omnes scri-
bentes in hac quæstione. Et licet prædicta uideantur suffragari omnibus similem causam fouentibus ad c. translato. de constit. tamen ob aliqua particularia Magister Marcus non uidetur comprehensus in d. constitutione.

Et primò, quia fuit admissus ad Magisterium de anno 1592. 19. Maij. in Capitulo Generali, quod repræsentat omnes; & singulorum causas tā ciuiles quam criminales actiuè, & passiuè discutit. ca. propter Ecclesiasticas 18. dist. Villadie. de legat. q. 10. nu. 22. Et quod facit Capitulum Generale, apud religiosos istos est lex. Igitur cū ab omnibus, uel repræsentantibus omnes reliquos fuerit admissus, ab illa die censetur admissus, & receptus a sin-
15 gulis, cum † genus verificetur in suis speciebus. l. item legato. §. item interest. de legat. 3. cum concordantibus.

Secundò, quia constitutioni illi Gregorij XIII. fœl. recordat. non uidetur per hanc Clementis constitutionem fuisse derogatum, quia de illa non fuit facta in ea mentio per specialia, qualis requiritur ad similium derogationem.

Tertiò, quia ultra quod iam erat Magister, fuit receptus, & est in possessione in prouincia sua, unde
16 sicut a simili, si quis † cœpisset trahere Bladum, postea casu desistit, si postea fiat statutum ponens pœnam, non extenditur ad istum, ex quo prius incœperat. l. Cæsar. ff. de public. Butr. in d. c. 2. num. 20. Felin. ibidem. ita nec ista constitutio ad Magistrum Marcum.

Quartò, quia in rei ueritate non loquitur, nisi de Magistris natiuis, seu filiis conuentus, non de extraneis, propter quos domus Religiosæ non in perpetuum, sed ad tempus grauantur, quod fuit causa finalis, & impulsiua d. constitutionis, ut patet ex
17 proemio, † ex quo colligitur mens legem condentis. Dec. in 4. par. consi. 323. & fuit satis dictum in illa Bononien. alimentorum. 28. Maij 1594. in Rota Romana. extranei enim Magistri quamdiu illis obedientia permittit in extraneis domibus uti hospites permanent, ad proprias domos tandem re-
18 uersuri. Et cum cesset † causa dispositionis legis, debet quoque cessare, & ipsa dispositio l. quod dictum. ff. de pact. De quibus exteris si d. constitutio intelligeretur, sequerentur absurda, facilè enim d. constitutio eludi posset mediante illorum remotione, uel destinatione ad arbitrium superioris Prouincialis, ita ut eadem domus modo senarium Magistrorum haberet, modo nullum, quod d. constitutio uidetur expressisse in illis uerbis, Qui in qualibet earumdem Prouinciarum respectiuè nunc reperiuntur recepti, obierint. per quæ uerba designatur ordo quidam succedendi inter filios cōuentus perpetuò ibidem permāsuros. sequeretur quoque quod si extranei Magistri in dictis domibus priuilegio eorum frui minimè possent, quod nollēt obire, uel certè inuiti ad obedientiæ munera explenda extraneas
19 domos perituri essent. Vnde cum fuisset casus † omissus, remanet in dispositione iuris communis. l. si extraneus. ff. de condict. causa data caus. non sequuta, ut Doctores ab vniuersitate approbati vbilibet priuilegiis sibi de Iure concessis frui ualeant, & fruantur. tot. tit. extra de Magist. & tot. tit. C. de profess. & med. lib. 10. Quibus non obstant verba illa in d. constitutione apposita ex nunc, & similia,
20 quia † dicta verba non retrotrahuntur ad diem Datæ in præiudicium iuris alteri medio tempore quæ-
21 siti. Put. lib. 2. dec. 190. in princ. Et satis est, quod † verba sequentia declarent præcedentia, & ècontra. ad l. vtrum. versic. & puto. ff. de petit. hæredit. ut in casu nostro uidentur esse illa, aut interesse poterit quomodolibet in futurum. Vt sic neque ad præteritos, neque ad præsentes, sed ad futuros casus trahatur. Neque minus, quod in d. constitutione adsit decretum irritans, ita ut afficiat ignorantes, & ante publicationem, quia ultra quod decretum irritans regulatur a principali dispositione, quæ non afficit
22 ex prædictis. Respondetur, quod † non irritat actū pleoè perfectum ante decreti interpositionem Francis. in c. si eo tempore. in 2. notab. de elect. in 6. cum aliis per Gabr. lib. 6. conclus. 3. de clausulis nu. 56. & num. 81. Et quia nimium audio dubitari de hoc negocio propter clausulas appositas in Constitutione Clementis; Ideo supplico animaduerti, quod hæc constitutio, & altera Gregorii tendunt ad diuersa. Nam Gregorius uoluit, quod nullus ex ordine Eremitarum sancti Augustini in posterum ad Magisterium esset assumptus, nisi examini rigoroso sub quadam certa forma se subiecisset, & coram quibusdam certis examinatoribus, de quibus in eius constitutione, ad quam relatio habeatur. Constitutio uerò Clementis mandat, quod in specificatis ab eo prouinciis Magistri in sacra Theologia non excedant numerum senarium. Quæ duo non sunt contraria, imò stare simul possunt, & quod sit ita examinatus, & assumptus, & quod sit intra senatium.
23 Vnde hæc secunda constitutio † uenit declaratiuè, non correctiuè ad primam. Quo præsupposito dico clausulas illas in d. constitutione Clementis appositas, videlicet. Ex certa scientia, &c. Motu proprio, &c. De plenitudine potestatis, &c. Quorum tenores, &c. Pro expressis, &c. Et similes quantumcumque prægnantes. Et quamcumque effectum producentes, non derogare d. Constitutioni Grego-
24 rianæ, quia † clausula derogatiua legis, uel statuti contrarij reuocat, & derogat eatenus, quatenus repetit repugnantia suæ dispositioni, & non pro alia parte. Alex. lib. 7. consi. 7. num. 17. Quia constituentes per istas derogatorias intendunt remouere obstacula, & eorum constitutionibus contraria, non diuersa, quæ non oppugnant, neque contrariantur. Felin. in c. nonnulli. num. 10. versic. aduerte secundo. extra
25 de rescr. Vt sic huiusmodi † clausulæ in fine positæ non alterent, neque amplient, sed declarent principalem dispositionem; neque aliquid noui inducant per ea, quæ notauit Dec. in 1. par. consi. 42. in fin. facit clem. 1. de præb. & ad illam referantur non ad non expressa. Paris. consil. 42. col. pen. vol. 4. & fuit decisum in Rota in diuersor. par. 1. dec. 532. num. 7. Quæ principalis dispositio, cum ex aliàs adductis non afficiat magistrum Marcum, meritò nec clausulæ subsequutæ ei debent obstare.
26 Secundò, quia huiusmodi clausulæ † derogatoriæ, & si amplissimis uerbis conceptæ non extenduntur,

duntur, vt comprehendant ius particulare a Papa ignoratum, cuius ad effectum derogationis est facienda specialis,& expressa mentio. Curt. Inn.consil.170.nu.31. lib.2. Et fuit decisum in illa Valentina decimarum sub die 9. Iunij 1597. in Rota. Nã eum sit facti, Princeps iustam præsumitur habere ignorantiam cap.1.de constit.in 6. Et clausula quorum tenores, nõ operatur expressam,& indiuiduam mentionem. Anton.de Butr.in consi.2. Quæ non est, quando non fuit facta aliqua mentio de illo, de cuius derogatione, uel mentione tractatur. Caputaq. dec. 121.par.1. Vel non fuit facta mentio eius, per quem fuit concessum. Alex.consil.155.nu.8. lib.6.

27 Similiter clausula illa, † Sublata aliter iudicandi facultate eum decreto irritanti non ampliat dispositionem,ita vt comprehendat etiam eos,quibus Magisterium competebat aliàs de iure communi, vt fuit in simili decisum in illa Calagurritana de Victoria sub die 15. Iunij 1592. Et de quo Papa minimè intellexisse præsumendum est per ea, quæ congessit Gabr.lib.6.de clausulis conclus.quinta.num.21.& conclus.2.nu.15. Maximè cum fuerit Magistro Marco Magisterium concessum rigorosè seruata forma dicti Diplomatis, & in Capitulo Generali, & ex causa remunerationis multæ lectionis, & amplissimarum disciplinarum, in quibus per multos annos insudauit, & al sit, & in quibus cum in-

28 columitatis suæ nimio dispendio consenuit. Vnde † eius priuilegium videtur transijsse in naturam contractus, & per consequens non fuisse comprehensum in generali derogatione. Bald.in l. qui se patris. sub num. 10.C. vnde liberi. Aret.in c.nouit.col.4.& ibi Felin. & alij.de Iudic.Rom.consil.436. sub nu.14.& seq. Natt. consil. 669. num.7. cum sequentibus.& consi.674.num.6.Rol.consi.13.nu.32. lib.3. Peregr.dec.46.lib.2.cum similibus.

Tertiò. quia in illa prima constitutione Gregorij

29 adsunt clausulæ † ex motu proprio, & ex spontanea nostra voluntate, &c. ac ex certa scientia, &c. Quæ operantur de sui natura, vt prior concessio facta a Principe non tollatur etiam per secundam,

30 quamuis motu proprio factam. Et quod † non suffecisset dicere, Non obstantibus in contrarium facientibus,nisi sit dictum tali lege. Abb. & Felin. in d.c.nonnulli.nu.30.in vers.super quibus verbis. de rescr. Bar.in l.prædia.C.de locat.præd.ciuil.lib.11. ac alij innumeri congesti per Gabr. vbi supra conclus.2.nu.23.& num.27. Quibus accedit quod non sit præsumendum optimæ mentis Pontificem uoluisse Doctorem priuare immunitatibus,ac Priuilegiis sibi de iure,vel de consuetudine competentibus homine non audito, non inquisito,non accusato, ac ipso satis idoneum semper se præbente, vt in simili

31 dicunt Doctores de rescripto † Principis, quod potius sit interpretandum subreptitium, quam vt ille voluisset alterum lædere sine causa.ad not.per Bald. & sequaces.in l.nec auus. C.de emancipat. liberis.

In hac causa facto verbo ab Illustrissimo Protectore cum Sanctissimo D. N. ita vt desiderabatur, fuit obtentum.

Hier. Henricus I.V.D.consultor.

CONSILIVM LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Leges de officijs loquentes absolutè: nolunt illa esse perpetua,& quare.*

2 *Inter Regulares, Magistratus sunt annales, vel biennales, vel ad plus triennales.*

3 *Ciuitas qualibet libera potest sibi statuere Rectorem perpetuum, pariter,& non libera, si interueniat Superioris consensus.*

4 *Quando Magistratus, qui aliàs annales, vel biennales sunt, intelligantur esse perpetui.*

5 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

6 *Nullum, quod est, non confirmatur.*

7 *Regulares Prælati ex leuioribus causis quam sæculares possunt ab eorum administrationibus amoueri.*

8 *Scandalum non est, si Prælati Regulares perpetui amoueantur.*

9 *Interest Religionum, ne amoueantur Procuratores earum tamquam informati de rebus illarum.*

10 *Superior dicitur is, qui instituendi,& destituendi ius habet.*

11 *In statuto pœnali non datur extensio de casu ad casum.*

12 *Matre mortua, auia assumit nomen matris.*

13 *Statuta sunt stricti iuris.*

14 *Omnia iura loquentia de priuatione intelliguntur semper iuris ordine seruato.*

15 *Si compererierit uerbum hoc denotat in fragranti, uel per legitimos tramites indicat procedendum.*

16 *Notorium numquam habet uires ad aliquem deponendum, uel priuandum, nisi sequatur sententia depositionis.*

17 *In omnibus delictis, in quibus agitur ad priuationem, debet necessariò præcedere plena,& concludens probatio, etiam si ciuiliter agatur.*

18 *Testis vt repellatur, sufficit subesse qualibet inimicitiæ causa.*

19 *Quando agitur de crimine, fama nec semiplenam probationem facit.*

20 *Testes multos non potuisse corrumpi, quando procedat,& verificetur.*

21 *Et si inter Regulares iuris solemnitates non obseruentur, non tamen sic, quin legitimæ probationes admittantur.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen.

COnsultus sum pro ueritate. An Procurator Ordinis Eremitarum sancti Augustini uigore constitutionum dicti ordinis sit amouibilis ad tempus ab eius officio, an uero d. officiũ duret uita durante. Ego in hac quæstione problematicè procedam, nihil determinans: quia ultra quod determinatio satis dubia apud me est, posset quoque parere malos, ac prauos effectus, quoniam res mali exempli

pli

pli est. Scribo itaque, quia penè coactus sum. Sed distinctè procedendo, tres sunt difficultates discutiendæ.

Prima, an eius officium sit perpetuum.

Secunda, an possit per solum Priorem Generalem amoueri.

Tertia, an prius debeat fieri legitimus processus, & nasci sententia super hac priuatione, uti fit apud sæculares. Et quoad primum videretur dicendum pro vna parte esse temporaneum.

Primò, quia Prior Generalis, qui est omnium superior, & caput, mutatur de sexennio in sexennium, vt in 3. par. constit. cap. 3. §. 1. igitur neque minus Procurator, qui est inferior, ne videatur ille esse deterioris conditionis, qui superior est.

1 Secundò, quia † leges de officiis loquentes absolutè, nolunt illa esse perpetua. l. 1. C. de Castr. & min. lib. 12. l. 1. C. de decanis. eod. lib. l. unic. C. de mensor. eod. l. lege pragmatica. C. de dome. eod. l. æternam. C. de murilegulis lib. 11. l. pen. C. de consulibus. lib. 12. l. vnic. ff. de offic. præf. Vrbi l. 2. §. populo. ff. de orig. iur. l. nec Magistratibus ff. de iniur. cum innumeris concordantibus: modo constitutiones prædicti ordinis, quando loquuntur de Procuratoris officio, non expresse perpetuant illud, vt ibi est videre. Ergo, &c.

Tertiò, quia non expedit d. ordini, vt summam potestatem habens, qualis post Generalem est Procurator Ordinis, sit perpetuus, vt in allegato §. populo, vt detur locus aliis, & ne detur uia corruptioni, & ambitioni. l. 1. C. de decur. lib. 12. & vt is qui delinquit, facilius corrigi possit l. neminem C. de suscept. præpos. & archa. lib. 10. Præsertim in Re-
2 gularibus, cum † tales Magistratus sint annales pro maiori parte, vel biennales, vel ad plus triennales, vt not. in c. singulis. & in c. ea quæ. de stat. Monachorum. Et uidemus, quod in similibus officiis hoc fuit expresse determinatum, ut in Abbatissa per constitutionem Gregorij XIII. fœl. recordat. 84. Pro parte contraria dici potest, quod sicut quælibet
3 † ciuitas libera potest sibi statuere Rectorem perpetuum, vel quamdiu vixerit, & ciuitas pariter non libera, dummodo interueniat consensus eius, qui sub est, ut probat Corset. de potestate Regia. in 1. part. versic. Ego uerò amplector. num. 10. Io. de Platea in l. pro biennio C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. ita quoque Religiones cum authoritate summi Pontificis, de qua non est dubitandum, potuerunt sibi facere Procuratorem perpetuum, vel amouibilem ad voluntatem solius Pontificis.

4 Secundò, quia † Magistratus qui aliàs annales, vel biennales, aut de sui quasi natura temporanei sunt, in dubio intelliguntur perpetui, quando simpliciter conceditur officium sine temporis præfinitione, siue ad beneplacitum concedentis. l. Iurisperitos. & ibi Bald. ff. de excusat. tut. Io. de Platea. in d. l. neminem. Et mihi in facto præsupponitur, quod officium Procuratoris ordinis concedatur simpliciter sine aliqua temporis restrictione imò in suprad. constitutione in §. in primis. verba non solum videntur eligere, verum videntur insinuare eius perpetuitatem, quia excipit vnum casum solum, qui est videlicet. Si autem considerata ipsius Procuratoris ordinis vita, solicitudine, ac fidelitate videatur ipsis Patribus Diffinitorij, vel maiori parti ex eis, quod non sit vlterius in huiusmodi officio tolerandus, tunc ad requisitionem Patris Præsidentis coram omnibus officio prædicto renunciet, qui renunciationē accepter, & cum ab officio de facto absoluat.
5 nam indubitati † iuris est, quod semper exceptio firmat regulam in non exceptis. c. Dominus. 32. q. 7. §. si autem. in Auth. de non alien. imò cum dicat in tali casu esse priuandum, præsupponunt sibi ius esse ad continuandum in officio, quia priuatio præsupponit habitum l. decem. de verb. obligat. cum vulgatis, quæ illatio pariter fieri potest propter eius confirmationem, cum confirmatio sit prioris entitatis,
6 quod † enim nullum est, non confirmatur, neque aliquid addit de nouo. l. adeo. ff. de acquir. rerum domin. c. inter dilectos. de fid. instrum. Neque valebit dicere, indiget confirmatione, ergo non est perpe-
7 tuus, quia † cum tales Prælati ex leuioribus caussis possint ab administrationibus amoueri c. per tuas. in fi. de simonia, quia non ita pingue ius habent regulares, sicut seculares. Glos. in d. c. per tuas. in ver-
8 bo leuioribus, neque † est tantum scandalum in amotione ipsorum, vt remoueantur, etiam si sint perpetui: & ob hoc indigent confirmatione. Glo. in ca. porrecta. in verbo confirmantur, per illum textum. extra de confirmat. vtil. vel inutil. Verba statuti innuunt, quod confirmetur semper, vt ibi. Si eum dignum, promptum, sollicitum, & fidelem inuenerint ad omnia, & singula, quæ ad negocia totius ordinis tractanda requiruntur, nihilque in eo compererint, propter quod sit merito officio priuandus, debent potius ipsum in administratione officii retinere, quam ad aliam nouam electionem de eo, vel de alio faciendam procedere. Non obstat primum, quoniā posset dici, quod & si Prior Generalis sit ad sexennium, non tamen ex hoc infertur, ergo & Procurator ordinis est ad sexennium, quia diuersa sunt munera. Et diuersorum par non est illatio. l. Papinia-
9 nus. ff. de minor. cum vulgatis. Interest † enim Religionum, ne mutentur sæpè Procuratores, qui informati sunt de rebus, & litibus Religionum, sicut etiam de Iure, postquam Procurator est instructus, non licet domino reuocare Procuratorem. ca. qui ad agendum. de Procurat. in sexto, quæ rationem militat in Generali, ut patet ad sensum.

Ad secundum posset dici, quod omnes illæ leges limitantur in casu nostro, quia habemus constitutionem perpetuantem Iurisdictionem Procuratoris ob prædicta.

Tertium pariter non obstat, quia quotiescunque consuetudo Religionis aliter se habet, & ita experta est, vt in facto præsupponitur, quod Prædecessores d. Procuratoris ordinis, per multos annos perseuerauerint in d. Procuratoris officio. Et quod hoc expedierit Religioni, cessat contrarium. Ego vidi in curia, Procuratores Ordinis Eremitarum sancti Augustini semper confirmari a Sanctissimo de sexennio in sexennium per speciale Breue Sanctitatis suæ, quando id concedere voluit.

Quoad secundum articulum videretur dicēdum
10 per Generalem posse amoueri. Quia † superior dicitur is, qui instituendi, & destituendi ius habet. §. interim. in Auth. de Defensoribus ciuit. Et quia Superior potest iudicare de lege Inferioris c. 1. de con-

tur.

ftit.in fexto.Michael Vleur.de regimine Mundi 4. par.princip.num.35.Hoc tamen non obftante, iudico contrarium de iure effe verius. Et quod in cafu noftro non poffit Generalis licet Superior inferiorem talem deponere,patet,quia conftitutio prædicta de hoc fibi non dat iurifdictionem, fed ab ea abnegando dat Præfidenti. ibi. Et ex tunc Pater Præfidens diligenter, & follicitè vitam, & merita ipfius inquirat,& eum aliis confideret,& difcutiat. Et infra. Si autem videatur ipfis patribus Diffinitorii, vel maiori parti ex eis, quod non fit vlterius in huiufmodi officio tolerandus, ftatim ad requifitionem

11 Patris Præfidentis,& cætera. Ex quo ficut in † ftatuto pœnali non datur extenfio de cafu ad cafum, per Regulam odia.de Regul.iur.in fexto.l.cum qui dem.ff.de liber.& pofthum. Bal. in l.conftitutionibus ff.ad municip.& in l.omnes populi.ff. de iuftit. & iure Put.lib.1.dec.93.num.10. fic neque minus à perfona expreffa ad perfonam non expreffam, ficut à fimili dicimus, quod ftatutum fimpliciter loquens de Nouerca non debet extendi ad Nouercã magnam.Bal.in l.hac edictali.§. qua obferuatione.

12 C. de fecundis nupt. Similiter quamuis † matre mortua,auia fumat fibi locum matris l. nepotes. & l.auiarum.C.de fuis.& legitim. Et quia par eft priuilegium matris,& auiæ.C.quando mulier tut. off. fungi poteft.Auth.matri,& auiæ in princ.l.2.§. Mater.ff.ad Tertullianum. tamen in odiofis non datur extenfio ad perfonas.per tex.expreffum in l.fi vero. §.de uiro.& ibi Doct.ff.folut. matrim.l.illam. circa medium. C. de collat. ubi lex facta in una perfona non trahitur ad aliam fimilem.l.quod uero.ff.de legibus.l.ea quæ.ff.de regul.iur.not.in Auth. quas actiones.C.de facrof.eccle f.§. præcipimus in fine. C. de app.l.fancimus.C.de teftam.cum fimilibus,quia

13 † ftatuta funt ftricti iuris. l. conftitutionibus. ff. ad municip.l.conftitutum.ff.de teftam.milit. cap.cum dilectus.de confuet. unde non licet extendere ad cafus non expreffos.l.quicquid.de uerb.fignific.fed relinquitur difpofitioni iuris communis.l. fi eum dotem.in principio.ff.fol.matr.l. commodiffimè ff. de liber.& pofthum.

Quoad tertium articulum dico faciendum effe

14 proceffum,& fententiandum,quia † omnia iura loquentia de priuatione, intelliguntur femper iuris ordine feruato. imò fi eft lata fententia contra aliquem,per quam pronuncietur ipfum commififfe crimen dignum priuatione, propter hoc non eft priuatus, nifi hoc exprimatur in fententia. Innoc. in cap. qualiter.2.fuper uerbo ad denunciationem.de accufat. Felin.in c. Inquifitus num.7.eodem tit.

Et hoc erit unde confiderandum in cafu noftro

15 ob uerbum, † Si competerit, quod uel denotat infragranti,uel per legitimos tramites effe proceffum.

Secundò, quia nemo priuandus eft fuo iure fine culpa. ca.nemo.de regul.iur.in fexto.hinc dicit Fel. vbi fupra nu.4.quod fi iura dicunt Sacerdotio fit priuatus, poffit fuppleri per fententiam. Requiritur enim femper fententia ,etiam quod effet notorium,

16 quia notorium † numquam habet uires ad aliquẽ deponendum,uel priuandum, nifi fequatur fententia depofitionis. Et ideo licet Procurator ordinis effet notoriè criminofus, non tamen eft depofitus ipfo iure,etiam fi effet homicida. Bal. in l. cum fratrem. C.de his quibus,ut indignis.Felin. vbi fupra.

Tertiò,quia hoc non fpectat ad Generalem,quia habemus legem expreffam, quod hoc fpectet ad Præfidentem, & ad Patres Diffinitores, nam dicit conftitutio, Si autem ipfis Patribus Diffinitorii, uel maiori parti ex eis uideatur,quod non fit ulterius in huiufmodi officio tolerandus, ftatim ad requifitionem Patris Præfidentis coram omnibus officio prędicto renunciet.& ex prædictis patet, quod non datur extenfio ex maioritate rationis in ftatutis, licet quis poffet dicere ftatutum procedere in difcuffione facienda in fine fexennii,uel in Capitulo Generali, fecus uero fi ob nouum cafum emergentem nõ effet tamdiu expectandum. Sed cum hoc ftatutum non dicat hoc, neque adfit ftatutum aliud quod hoc permittat Generali, dicendum eft, quod non poffit Generalis uenire folus ad priuationem, & in omnem cafum dico confulendum effe Pontificem, a quo talis authoritas impetranda fit, cuius authoritate Generales ex conftitutione Religionis perpetui amoti fint, ut tempore Sixti V. & Clem. VIII. Optim.Pontif.de quibufdam accidit.

Quartò dico hoc non poffe fieri fine proceffu,& legitimis probationibus, quia cum in hac facti fpecie tractetur de probando delicto ad effectum priuationis ipfo iure impofitæ,uel imponendæ,neceffaria erat plena, & concludens probatio etiam fi ciuiliter

17 ageretur, quod † regulariter uerum eft in omnibus delictis,in quibus agitur ad priuationem. Glo.in c. vnicus primo,vbi Abb.num.4. Dec.num. 8.de teftibus. Alciat.confil.2.num.41.tom.1.lib.1.Natta confi.219.num.15.in fin.verfic.quia refpondet lib. 2. Et hanc fententiam Rota amplexa eft in multis caufis, vt in illa Firmana Capellæ 6. Maij 1572. verfic. effectuatio in nouiff.coram Sanctiff. D. N. Clemente VIII.tunc Rotæ Auditore,& in una Tullen Parochiali 28. Maij 1593. & in alia Calaguritana confidentiæ 25. Iunij 1593. & ex profeffo in una Tullen.Monafterii fanct: Maluetri 27. Ianuar. 1597. Neque in hoc fufficit publica uox, & fama Fratrum Religionis fuæ, quibus ut fide dignis, & domefticis fit plenè credendum. Quia ultra quod ifti effent formiter coram competenti iudice examinandi, & cum iuramento: alias illis non effet ftandum.c.fraternitatis. de teftibus.l. Iufiurandi. C. de teftibus,quod eft valdè neceffarium,cum illi per partes renunciari non poffit c. tuis.de teftib. Gloff.in l. 1. ff. de fer. Et impoffibile quafi videatur, quod in tanta vniuerfitate non adfint inimici, & maleuoli cum quilibet exercens iurifdictionem fuos habeat

18 populos, & teftis, vt † repellatur, fufficiat fubeffe quælibet inimicitiæ caufa.l.3.ff.de teftibus c.qualiter.& c.inquifitionem.de accufat.Alex.confil. 127. in fin.vol.4.Nihilominus ex dicto teftium deponentium de publica voce,& fama legitima probatio nõ oritur.Mched.dec.160.aliàs 40.num.2.ut. de probat. Cæfar.de Graff.dec.184. Verall.dec.8. part. 2.

19 Gabr.de probat.conclul.1.nu.13.Et ratio eft,quia † quando agitur de crimine etiam ciuiliter intentato, fama nec etiam femiplenam probationem facit. Bal.in c.ex literis.num.1.de teftib. Butr.in cap. veniens.num.10.de teft.Natt.confi.18. num.13. lib. 1. Et effet fpecialiter uidendum, a quo originem traheret talis fama,an a maleuolis, an a fide dignis, vt ex Bar.

ex Bart. & aliis consideratur in d. decis. etiam quod
20 testes sexenni essent, quia † licet non sit uerisimile
multos facile subornari aut corrumpi potuisse, id tamen
intelligitur, quando aliàs sunt idonei. Natt.
consi. 478. num. 23. lib. 2. Ex quibus omnibus infer
21 tur veras requirendas esse probationes, quia licet †
inter Regulares iuris solemnitates minimè obseruentur,
præsertim in coercendis criminibus Put. lib.
1. dec. 113. num. 5. tamen non sic Iudex litem abbreuiare
debet, quin probationes necessariæ, & defensiones
legitimæ admittantur, vt in clem. sæpè. versi.
non sic tamen. de uerb. signific. quod insinuant expressè
verba in d. statuto. Si autem considerata Procuratoris
vita, solicitudine, &c. & sic ex vi verbi illius
considerata, arguitur discussio, examinatio, exprobatio,
quæ omninò mihi videntur requiri in depositione,
vel priuatione huius Prælati.

Ita saluo meliori iudicio rectius sentientis considerem Ego Hier. Henricus I. V. D.

CONSILIVM LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sit differentia inter coniurationem, & conspirationem.*

2 *Colligatio, quæ fit ad aliquod honestum, non est conspiratio, sed potius concordia.*

3 *Coniuratio facta in re licita est commendabilis.*

4 *Qui non repellit iniuriam a socio, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit.*

5 *Statutum puniens delicta intelligitur de consummatis, non autem de attentatis.*

6 *Conatus numquam punitur, nisi sequatur effectus.*

7 *Licet quis deuenisset ad actum consummatum, nisi deprehensus non tamen puniendus erit eadem pœna, sed eadem lege.*

8 *Pœna non debet esse maior delicto.*

9 *Conspirare est actus voluntatis, & ad factum condescendens.*

10 *Voluntatis, & non intellectus operationes punibiles sunt.*

11 *Tiberij Cæsaris apud Suetonium laudatur sententia in delatores.*

12 *Ex sola scientia absque participatione nemo incidit in pœnam participantium.*

13 *Spontè iuranti quando credatur.*

14 *Quando præsumendum sit Iudicem voluisse diffinitiuè sententiare.*

15 *Sententia sine citatione lata est ipso iure nulla.*

16 *Sententia sine citatione lata a Principe an sit nulla.*

17 *Deus Opt. Max. non prius Protoparentem nostrum condemnauit, quam ipsum citasset.*

18 *Citatio requiritur ad sententiam interlocutoriam, requirentem causæ cognitionem.*

19 *Sententia dicitur nulla, quæ fuit lata sine processu.*

20 *Pro sententia non præsumitur, a qua fuit appellatum.*

21 *Iudex debet concedere cuilibet defensiones; & non petenti offerre.*

22 *Regularibus non licet a correctione appellare.*

23 *In delicto conspirationis sola cogitatio crimen perficit, dummodo concurrat voluntas, & vide nu. 54.*

24 *Accessus ad Sedem Apostolicam ex causa appellationis nemini est denegandus.*

25 *Iter arripere est appellare.*

26 *Iura emanata in fauorem appellantium suffragantur etiam Regularibus.*

27 *Concesso uno, uidentur concessa omnia ea, per quæ potest deueniri ad illud unum.*

28 *Intellectus ad c. Reprehensibilis. de appellat.*

29 *Intellectus ad c. ad nostram de appellat.*

30 *Regularibus uidetur esse concessa appellatio per gradus.*

31 *Casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum.*

32 *Quando modus exceditur, semper est licitum appellare.*

33 *Statutum semper adeo restringendum est, ut non excludat appellationem.*

34 *Exteri excusantur a pœna legis municipalis.*

35 *Carcer de iure ciuili datur ad custodiam, de iure canonico ad pœnam.*

36 *Ius canonicum semper præsumitur obseruari a Regularibus.*

37 *Ex admissione ad osculum, uel tactum manus præsumitur facta pax.*

38 *Signum rancoris est non admitti ad osculum pacis.*

39 *Apostasia fit cum proposito deserendi, uel habitum, uel ordinem, uel fidem.*

40 *Apostatam animus facit non fuga.*

41 *Monachus de una religione ad aliam transiens in illa celebrare posset diuina de iure antiquo.*

42 *Monacho volenti recurrere ad superiores quid faciendum.*

43 *Regulares Prælati possunt procedere manu Regia, & leuato velo.*

44 *Appellatio est species defensionis.*

45 *Excommunicatus auditur appellans.*

46 *An dandæ sint defensiones, quando agitur ad frugem melioris uitæ.*

47 *Regulares non priuari legitimis defensionibus recipitur apud omnes Doctores.*

48 *Generalis, uel Prouincialis Prior possunt remouere sibi subditos a domibus, in quibus reperiuntur absque culpa, sed non absque causa.*

49 *Regulares Prælati non possunt omittere citationem, damnare inauditum, seu priuare quemquam iure suo.*

50 *Citatio est species defensionis, quæ nec per Imperatorem tolli potest.*

51 *Conspirationis crimen non committitur nisi contra Principem, uel assistentes lateri eius.*

52 *Dolus præsumitur in eo, qui scit factum, & fuit contra ius.*

53 *Qui colligantur ad resistendum Prælato iure mediante sine scripto, & iuramento, non sunt redarguendi.*

54 *Cogitationis pœnam nemo patitur.*

55 *Conspiratio an per testes singulares probetur.*

56 *Socius criminis non admittitur in testem, & hoc est regula.*

57 *Extensio tunc habet locum in æquiparatis, quando facta est per modum Regulæ.*

58 *Extensio passiua æquiparatorum non habet locum etiam propter identitatem rationis.*

59 *Æquiparatio debuit esse facta per omnia, & quo modo.*

60 Con-

60 *Conspiratio an probetur ex pluribus actibus, & indicijs per testes singulares.*
61 *Quis recursus ad Principem secularem sit Regulari prohibitus.*
62 *Citatio est Principium cuiuscunque iurisdictionis.*
63 *Contemnere non dicitur, qui prouolat ad appellationem.*
64 *Contemptus quando fit, & dicatur esse nouum peccatum.*
65 *Regularium sententia sine scripto lata non tenet.*

Tu illuminas lucernam meam Domine. Deus meus illumina tenebras meas. Psal. 17.

IN causa R. S. Magistri in sacra Theologia, ac sacræ scripturæ professoris in Ciuitate Regum Prouinciæ Peruntinæ in Indijs, uiso processu per me, quatuor crimina eidem obiecta ab maleuolis reperio, ut est uidere in sententia lata contra eum in partibus, ad quæ, si quæ cætera sunt, redigi possunt.

Primum est, quod cum aliqui fratres contra Prouincialem conspirassent, Magister S. conspirationi opem tulisset. Et hoc dupliciter.

Primò consulendo, quomodo patentes literæ contra d. Prouincialem essent formandæ.

Secundò literis inuitando, & uocando fratrem Alphonsum Diffinitorem, quem præter si conspiratores contra Prouincialem facere Iudicem intentabant.

Secundum est, quod contra præceptum appositum, & eius iusiurandum in eius examine a Iudice communicauerit, & patefecerit secreta Religionis, & præsentis causæ etiam personis sæcularibus.

Tertium, quod contra censuras impositas literas miserit ad concarceratos.

Quartum, quod auxilium Iudicum sæcularium implorauerit, & in præiudicium iurisdictionis ecclesiasticæ declinauerit ad forum sæculare. Propter quę omnia d. S. fuit condemnatus, & exbannitus ab Indis. Quæ sententia, deinde ipso inaudito, & non citato, fuit confirmata a Reuerendissimo Generali in Vrbe. Super quibus multa dubia fuere proposita.

Vnum erat circa ueritatem criminum oppositorum.

Secundum super ualiditate d. sententiæ in Vrbe latæ.

Tertium, an d. S. potuisset uenire ad Vrbem sine licentia suorum Superiorum.

Quartum, & ultimum, an Regularibus liceat appellare a correctione, & sententijs super illa. Ego consultus. Quoad primum dixi, nec conspirationē ad fuisse, nec coniurationem. Non coniuratio: quia
1 † hæc est differentia inter coniurationem, & conspirationem, ut not. Glo. communiter recepta in c. constitutionem. in uerbo canonicas. de uerb. signific. in sexto. Quod coniuratio fit cum iuramento. Sed conspiratio est simplex promissio, uel pactum sine iuramento dicta a conspirando, idest simul spirando, ut quando plures spirant, & tendunt in unum. Franc. Archidiac. & Io. Andr. ibid. in fine. Modo nullum iuramentum inter assertos correos interuenit, nec uerbum ullum in processu de illo apparet, quare meritò nulla fuit coniuratio. Neque minus conspiratio, quia præsupposito decreto Generalis Thadæi, & Generalis Andreæ confirmantis illud, conspiratio non est.

Primum Thadæi ita se habet. Quod uero attinet ad priuationem, seu depositionem Prouincialis, cū aliquod scelus commiserit, modo sit probatum, & notum, dicimus quod ipso iure est priuatus. Potest autem eum declarare, & regimen, & facultatem illi auferre primus Diffinitor, uel omnes simul, si facile possunt conuenire, ut in processu.

Secundum decretum Andreæ ampliat primum sic. Si Prouincialis muneri suo non satisfecerit, tunc primus Diffinitor Capitulum congregare, iustis de causis Prouincialem deponere, atque in eum, eum præsertim iuxta constitutionum Ordinis formam non uixerit, uel iniustè subditos oppresserit, animaduertere possit. Cum enim Iudex, & lex faciant licitum, quod aliàs est illicitum. Ergo l. iustè possidet. ff. de acquir. poss. & authoritate prædictorum decretorum recurri possit ad primum Diffinitorem, etiam pro re mediocri, scilicet si non uixerit iuxta constitutionum Ordinis formam, non potest dici conspira-
2 tio etiam si iurassent omnes simul, quia † colligatio, quæ fit ad aliquod honestum, non est conspiratio, sed potius concordia, & unio. Ioan. Andr. & Franc. ubi supra. per l. ij. ff. de colleg. illicit. & per cap. si qui
3 clericorum. 11. q. 1. Et licet † omnis conspiratio, in se considerata ratione sui generis, sit illicita, & prohibita secundum leges l. denunciamus. C. de his qui ad eccles. con fug. l. 1. C. de Monopol. tamen coniuratio, facta in re licita, est bona, & commendabilis. Gemin. in d. c. si qui clericorum in fine. Innoc. in cap. 1. extra de schismat. in uers. alij tamen in illis verbis. Si aliqui de aliqua re licita coniurarent, puta de non obediendo, vel de facienda accusatione alicuius perniciosi Prælati, fortè malum non esset. per text. in ca. sanè. 16. q. 7. sequitur Ioannes Lupus in tract. de confœderat. Princip. in §. uidetur nu. 3. vbi alios citauit, & congessit. Quod verò talis concordia fuisset facta in re licita ex personis, & ex iusta causa, patet, quia Primi Patres post Prouincialem, & grauissimi ætate, dignitate, & doctrina numquam soliti aliàs delinquere, neque minus diffamati de aliquo crimine, vocauerunt, quem existimauerunt esse in hac causa de iure superiorem, & Iudicem. Similiter ex causis, quia inter cætera capita illa erant grauissima.

Primum, quod restituerit ad Prioratum I. M. remotum ab officio ob simoniæ delictum, & hoc patet in processu.

Secundum, quod iactabat se posse dispensare circa ordines sacros cum inhabilibus contra constitutiones sacri Concilij Tridentini, quod non caret scrupulo hæresis, prout in processu constat. Vnde ex qualitate personarum, & causarum patet iustam fuisse causam, vt in d. ca. si qui clericorum, dicit Gemin. per l. in fundo. ff. de rei vendicat. Et quando causæ non fuissent sufficientes, tamen adhuc excu-

sati

sari potest S. quia rogatus Prouincialis iudicem
statuere noluit, ut est probatum in processu. Imò
dicendum est eos meruisse potius. Cum enim Pro-
uincialis tam male regeret subditos, isti Patres Pri-
marii in illa Prouincia, cum ob distantiam loci non
possent consulere Superiorem, cum antequam re-
sponsum habeatur, absumatur triennium, debe-
bant utique consulere Reipublicæ eorum meliori
modo, quo possent iuxta mentem dictorum decre-
4 torum, quæ ob hanc causam emanarunt. Qui † enim
non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in
uitio, quam ille qui facit. Lup. ubi supra. per c. non
inferenda. 23. quæst. 3. licet enim cuilibet uicino, uel
proximo pro repellenda alterius iniuria suum im-
partiri auxilium. Igitur talis conspiratio minimè
erat punibilis, quia ad rem licitam, puta ad salutem
animarum subditorum. Ludouic. Montalt. in tra-
ctat. de reprobat. sent. Pilati. in uersic. Et hæc suffi-
ciant. num. 9. uol. 8. Neque obstat, si dicatur, quod
Gar. non erat Iudex competens, & quod Gut. erat
in possessione Prioris Diffinitoris, ad quem recurre-
re debuissent. Quia si Princeps, & in casu nostro
Generalis de facili consuli potuisset, tunc ad eum
recurrendum erat. Sed data distantia, & difficulta-
te responsi, poterat cæteris minimè reclamantibus
ultimis se declarare primum, & Iudicem compe-
tentem iuxta notata in cap. Pastoralis. de rescript. &
hoc uigore constitutionis, de qua in 3. part. ordinis
sui, ubi dicitur, quod is, qui primum est præsentatus
ad Doctoratum sedeat prior non præsentato, qua-
lis erat Gut. & in casu nostro sufficit Gar. habuisse
imaginem solam Iudicis competentis adhoc, ut pos-
sent exequutioni dari aliquando decreta præd. Ge-
neralium Thadæi, & Andreæ.

Secundò, non fuit coniuratio, neque conspira-
tio, quia ad actum non est deuentum, neque ha-
buit effectum, fuit enim simpliciter attentatum ut
uocaretur Gar. & quando is esset Iudex, audiret
contra Prouincialem. sed non fuit aliqua confœde-
ratio, neque fuit conuentum inter istos, ut non
obediretur Prouinciali. Gloss. communiter recepta
in l. si quis non dicam. C. de Episcop. & cler. Vnde
adhoc ut possint isti puniri uigore constitutionis, de
qua in 6. part. constitut. capit. 11. necesse foret deli-
ctum fuisse consummatum, puta quod ille Gar. ac-
ceptauerit se esse Iudicem, & formatum fuisset iu-
dicium cum Iudice, actore, & reo, sine quibus il-
5 lud non consistit. Et hoc ea ratione, quia † statutum
puniens delicta intelligitur de consummatis, & non
de attentatis. Vnde si statutum disponeret, quod si
quis dolosè occideret hominem, pœna mortis pu-
niatur; intelligatur sequuta morte effectualiter tan-
tum, & non aliter. Bar. & omnes in l. is qui cum, te-
lo. C. ad l. Cornel. de sicar. & cum l. 1. §. Diuus. ff.
eod. & in l. si quis seruo. C. de furt. Imol. in cap. pri-
mo. de præsumpt. & est communis opinio, de qua
testatur Viu. lib. 2. opin. 822. Neque obstat, si dica-
tur, quod in hoc delicto, dato quod esset de numero
atrocissimorum, conatus simplex debeat puniri,
quia hodie per consuetudinem Generalem totius
mundi derogatum est omnibus legibus disponen-
6 tibus conatum puniri, † unde numquam punitur,
nisi sequatur effectus. Spec. in tit. de accusat. §. 1.
Ang. Paul. de Castro Alexand. Ias. & cæteri in l. 1.
§. hæc autem uerba. ff. quod quisque iur. Fel. in tra-
ctat. quando conatus puniatur cum aliis abundè
congestis per Marsil. in l. qui falsam monetam. nu.
24. ff. de fals. Boer. dec. 306. num. 3. Grammat. dec.
7 2. num. 19. Neque minus obstat, quod † isti fratres
deuenissent ad actum consummatum, nisi fuissent
detecti, & comprehensi a Superioribus, quia hoc
non facit, nisi quod conatus debeat puniri eadem le-
ge, non autem facit, quod debeat puniri eodem pœ-
na. Cyn. in l. 1. ff. de extra ordin. crimin. cum aliis
per Grammat. in d. decis. 2. nu. 22. Et tamen pœna
constitutionis in delicto consummato conspiratio-
nis contra Prouincialem non est, nisi pœna grauissi-
mæ culpæ, & carceris per tres menses, si tamen Pro
uincialis fuerit detrimentum passus, ut in d. constit.
Et in hoc casu nullum detrimentum passus est. Et
nihilominus Magister S. fuit carceratus plusquam
8 per quinque menses. Pœna † enim non debet esse
maior delicto l. rescriptũ. ff. de his quib. ut indignis.

Tertiò, quia Mag. S. non processatur, quod fuerit
conspirator, sed tantum quod consilium dederit con
spiratoribus, & eos instruxerit in illis literis paten-
tibus. Contra hæc primo dicimus omnia hæc esse fal
sa. Numquam enim dedit consilium, neque opem
tulit, & testes omnes contra eum ab eodem dicti
sunt suspecti assignata causa inimicitiæ, quæ suffi-
cit. l. 3. ff. de testib. c. qualiter, & c. inquisitionem. de
accusat. Alex. uol. 4. consi. 127. in fine. Et fuit in sta-
tum, ut super causa suspicionis reciperentur testes,
ut in processu constat. Præterea illud fuit consilium
merè speculatiuum, non autem practicum, nõ enim
consuluit, quomodo potuissent remouere Prouin-
cialem ab officio, sed consuluit tantum, quomodo si
ad id deuentum fuisset, quomodo formandæ fuis-
sent patentes literæ, ut patet in eius depositione exi-
stente in processu. Dictauit solum præfationem, &
uerba narratiua non dispositiua, sententiæ declara-
tiuæ competentiæ iudicis in suam personam. Et sta-
tim, ac deuentum est ad uerba, quibus unus ex Dif-
finitoribus se declaraturus fuisset iudicem compe-
tentem se desijsse. Imò dixisse se circa hoc nescire,
quomodo agendum sit. Et hoc supplicamus notari,
licet falso alio modo in summario fuerit traductũ.
9 Vnde † cum conspirare sit actus uoluntatis, & sit ad
factum condescendere, & d. constitutio loquatur
expresè de his, qui de facto conspirauerint, non ca-
10 dit sub pœna, quia † uoluntatis operationes, & non
intellectus sunt punibiles. l. cogitationis. ff. de pœn.
Et est simile, quando Doctores nostri pariter, ac
Theologi controuertunt, & scribunt, quid si Papa
incideret in hæresim (quod absit) quis eum posset
deponere, uel quomodo esset deponendus, uel quid
esset agendum. Vel quando Medici agunt de in-
numeris ueneni quæstionibus, tenebatur enim
hic Religiosus rebus Religioni congruentibus
consulere, ut in 6. part. constitut. cap. 10. Et dato,
& non concesso, quod hoc consilium sit punibile,
præd. constitutio habet, quod si quis dederit cõsiliũ,
uel auxilium conspiratoribus per decem annos pri-
uetur uoce actiua, & passiua, & non debuit exulari
ab Indiis in remotissimas partes, uir senex, sexage-
narius, sacræ scripturæ cathedraticus per tot an-
nos in illa ciuitate cum tanto discipulorum detri-
mento, & scandalo ciuitatis, numquam solius

delinquere, & qui Indiarum in sua Religione fuis-
set Vicarius Generalis. Et cum Castr. Roq. & alii
fuissent ex se delictum conspirationis perpetraturi,
& ipsi non vocati fuerint, sed vocassent S. vt ad-
uersarii quoque fatentur, erat puniendus mitiori
pœna, vt dicunt Doct. in cap. 1. de officio delegat.
Imol. præsertim. num. 9. Pelin. num. 8. Hip. Rimin.
inter consilia diuersorum consi. 105. num. 43. lib.
1. Felin. in ca. sicut dignum. num. 7. de homicid. Be-
ro. in d. c. 1. num. 85. vbi dicit hanc esse communem
opin. Legistarum, & Canonistarum. Boss. in titu. de
mandat. ab homicid. num. 19. & alii, quos refert, &
sequitur Clar. in sua pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 88.
vbi testatur de communi, & ita quoque fuisse in pra
xi seruatum. Et nihilominus in casu nostro totum
contrarium factum est, mitiori pena cum aliis, nam
eis est indultum, & solus Mag. S. exulatus, quod
fine odio, aut suspicione odii (si de actibus Defun-
cti iudicare licuerit) actum esse videtur. Non enim
Cæsares in tam longinquam partem ob præd. cau-
sam senem misissent, vt est illud vulgatum Tiberii
11 apud Suetonium in eius vita. Princeps † qui dela-
torem non castigat, irritat. Neque obstat si dicatur,
quod S. eum sciret hanc conspirationem, debebat
detegere Prouinciali ad afficiendum eum hac pena,
12 quia † ex sola scientia absque participatione nemo
incidit in pœnam participantium. Boss. in tit. de cri-
min. læsæ Maiest. num. 47. Neque obstat, quod S.
vocauerit Gar. quia negamus vocasse ad effectum,
vt esset Iudex contra Prouincialem, sed tantum vt
esset mediator pacis, & in alia causa per duos men-
ses ante. Dictum Gar. non obstat. primò, quia est te-
stis singularis, & versatur in causa propria, & loqui-
tur ad se exonerandum. Et deinde corrigit dictum
suum, vt fuit deductum in summario. Neque obstat
depositio Did. quia ille erat laicus testis nō iuratus,
vnde nihil probat. dictum testis sine iuramento ni-
hil facit. c. fraternitatis. de test. l. Iurisiurandi. C. eod.
Nec suffragatur, quod iurauerit ex se ad signum cru
13 cis, quia † spontè iuranti creditur tunc, quando a
parte productus fuit. Bald. in auth. sed nouo iure. in
2. not. C. si cert. pet. qui ita limitat Gl. in l. post lega-
tum in §. his vero. in verbo adiuuerunt. ff. de his, qui
bus vt indignis. Secundò, quia iurauit, & deposuit
coram Iudice in competeti Viu. opin. 902. vbi alios
congessit: facit tex. in c. 1. in verbo coram præfatis iu
dicibus. extra de test. Et C. si a non compet. Iudi. per
totum. & ego aliàs scripsi. Nec suffragatur, quod fue
rit receptus coram honesta persona. Bald. in l. cum
apud nu. 3. C. de fid. instrum. Reliqui testes sunt sin
gulares omnes, & non reddunt aliam scientiæ cau-
sam, nisi quod Mag. S. frequentabat cellam Diffini-
toris Castr. quæ non est sufficiens ad coniuratione.
Erat enim visitator, & Superior, vnde tenebatur in-
ferior pro omni occurrenti negotio illum adire. Vtū
tur testes eisdem verbis, quasi vno ore loquerentur,
quod non est sine suspicione.

Quoad secundum dubium huius causæ, præsup-
ponendo quod Magister A. quondam Generalis vo
luerit in causa prætensæ conspirationis, & aliorum
inter R. S. & A. P. deuenire ad sententiam diffiniti-
uam per eius decretum, latum sub die 18. August.
1599. sub datum Neapoli. Quia venit ad absolu-
tionem correorum, impositionem silentii ex vna, &
14 ad condemnationem S. pro dictis criminibus † ex
altera finem controuersijs hisce imponendo iuxta l.
1. & ibi not. per Doct. ff. de re iudic. l. si quis iusiu-
randi. C. de iureiurand. Bartol. in l. Titia. ff. de accu-
sat. Et quia vtitur verbis propriis sententiæ diffini-
tiuæ, vt sunt illa, Pelli mandamus, & ab ea omni-
no expulsum iudicamus, dico, quod prædicta sen-
tentia fuit nulla, & si qua fuit, iniusta ob multa.
15 Et primò, quia † sententia sine citatione lata, est
ipso iure nulla. Clement. Pastoralis. de re iudic.
Boss. in tit. de nullit. sentent. per totum. l. de vnoquo
que. ff. de re iudic. Bartol. in l. prolatum. C. de sen-
tent. & talis defectus est insanabilis per extrauag.
constitutionem Clem. VIII. incipit, Litium dispen-
diis. & per alteram fœlic. recordat. Pij Quarti, ad
quam illa se refert, ita vt ea quæ sequantur sint nul-
la ipso iure, etiam si antecessisset citatio, sed minus
legitimè facta, tamen quæ sequuntur sint nulla om-
nia. Gloss. in l. si de accusatoribus in fin. C. de accu-
sat. & est communis opinio, de qua testatur Roland.
16 in consil. 68. num. 14. lib. 2. Et hoc † procedit in
omni Iudice etiam in Principe. Socin. inter consilia
Curt. sen. consil. 20. num. 4. etiam si delictum sit no
torium. Clar. libro quinto. §. fin. suæ prax. crimin.
quæst. 31. in princip. Etiam volente vti plenitudi-
ne potestatis. Vant. de nullitat. in tit. An quælibet
sententia possit dici nulla. num. 13. vbi dicit id pro-
cedere, etiam si Princeps id expressisset. Abb. in ca.
venerabilem. num. 5. de elect. Gloss. in cap. fin. de
hæret. in sexto. & est communis opinio, de qua te-
statur Clar. vbi supra, vbi dicit, quod si hæc & simi-
lia procedunt in ciuilibus, tanto magis debent pro-
cedere in criminalibus, in quibus agitur de maiori
præiudicio. Viu. lib. 2. op. 709. num. 3. Et ratio est,
quia tollendo tacitè, vel expressè talem citationem
videtur tollere defensionem, quæ cum de iure na-
turali concedatur l. vt uim vi. ff. de iust. & iur. au-
ferri nemini debet, vt in dict. clement. §. cæterum.
Bald. in leg. cum fratrem. in fin. C. de his quibus, vt
indign. Alexand. consil. 5. volum. 2. Imò videtur es-
17 se de iure diuino: nam † etiam Deus omnipotens,
cui omnia sunt clara, non prius Adam damnauit,
quam citasset, quando dixit Adam, Adam vbi es ?
Gen. cap. 3. Deus omnipotens. 2. q. 1. ca. qualiter, &
quando. 2. de accusat. l. 2. §. si ad diem. ff. de re mi-
lit. Bald. in leg. si executorem. C. de execut. & re iu-
dic. Bar. in l. filiusfam. ff. de donat. cum aliis, de qui-
bus per Felin. in ca. cum olim in princip. ff. de re iu-
dic. Neque obstat, si dicatur, quod fuerit lata contra
absentem, & quod S. non erat præsens, & in remo-
tissimis partibus, quia tanto magis procedit etiam
si fuisset lata in fauorem absentis, non citati. Salic.
Gloss. & Bartol. in l. eos qui. C. quomodo, & quan-
do Iudex. A lex. ibidem num. 3. vbi dicit hanc esse
communem opinionem. ff. de re iudic. Neque mi-
nus si dicatur, quod fuerit quoddam decretum in-
terlocutorium.

Primò, quia hoc est falsum, & deductum est.

Secundò, quia habuit vim diffinitiuæ, quia termi
nauit negocium, vnde idem dicendum venit. Bal. in
l. terminato. C. de fruct. & lit. expensis.
18 Tertiò, quia † procedit etiam in interlocutoria
requirente causæ cognitionem, cum afferat parti
non modicum præiudicium. l. a procedente. C. de
dilat.

dilat. laf. in d. l. nec quicquam. num. 23. vbi ait esse communem opinionem, quem refert, & sequitur Viu. vbi supra. nu. 6. Ruin. consil. 69. num. 6. vol. 5. Itaque cum A. sententiasset contra S. cuius nec vultum, nec Epistolam, neque processum vidisset, sequitur quod sit nulla, nec sententiæ nomen mereatur, vt dicit tex. in d. clem. Pastoralis in fin.

29 Secundo principaliter d. sententia † fuit nulla, quia fuit lata sine processu, & per consequens sine causæ cognitione non visis actis, neque iuribus partium. Et quod est turpe dictu, & auditu, ad solam relationem partis aduersæ videlicet Prouincialis, vt ipse idem Generalis dicit in sua sententia in illis verbis, Cum itaque audierimus. Felin. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 117. de constit. Abb. in cap. iurgantium in fin. de sent. & re iudic. Bart. in l. prolatam, & cæteri Doctores C. de sent. c. summopere 11. q. 3. c. cum ex litteris. de test. in integrum. Imol. in d. ca. cum Ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. in versi. satis tamen videtur. Bar. in l. 2. C. de eden. Gabr. de sent. conclus. 9. num. 20. Vant. de nullit. in tit. de nullit. sent. ex defectu processu. nu. 31. & 32. Fecerat Prouincialis examinare omnes aduersarios S. qui dixerunt condecens esse S. mitti extra prouinciam, & ad horum relationem Gen. condemnauit, tanto magis quod fuit lata Neapoli, & non Romæ, vbi adsunt assistentes, vel consulitur Summus Pontifex.

Non obstat, si dicatur, quod pro sententia præsumitur. Alex. lib. 2. consil. 122. cum aliis per eum, quia

30 fallit quando † a tali sententia fuisset appellatum, vt in casu nostro. Butr. in c. quoniam contra de probat. in versi. sed an ex iuribus. & in ca. cum ad sedem. de restit. spoliat. Rom. in cons. 334. Felin. in c. tenor. de re iudic. & alii congesti per Gabr. in lib. 2. de sent. conclus. 4. nu. 31.

Secundò, quia pro ea non est præsumendum, quia, vt supra est ostensum, non seruauit debitum iuris ordinem in procedendo. Bald. in l. sancimus versic. 13. quæritur. C. de iudic. Paris. de Put. in tract. Syndicat. Hipp. in §. secunda quæstio. nu. 81. Vnde cum processisset contra eundem S. sine causæ cognitione, censetur tamquam priuatus, & sibi non est obediendum. Card. in clem. prima in fin. de celebrat. miss. Felin. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. Et fuit iniusta ex animo, ex causa, & ex ordine iuxta Gloss. in c. sed ponatur. 11. q. 2. Ex quibus resultat, quod deteriori, quam Turcarum more hæc sententia fuerit lata, & cum fuerit contra leges expressas, dicatur in se continere nullitatem, & iniustitiam. simul. l. si expressim. de app. c. 1. de sent. & re iudic. l. nõ dubium C. de legib. Processus quoque fuit nullus. Et hoc primò, quia denegatæ sunt S. defensiones, nec ad talem effectum voluit examinare testes, vt constat in processu. Hipp. in l. vnius. §. cognituri. vers. nunc reuertor. ff. de quæst. Boss. in tit. de nullit.

31 aduers. sent. nu. 6. in vers. 5. quando. Et † tamen Iudex, & non petenti defensiones concedere, aut offerre debuisset. l. si non defendatur. ff. de pæn. Doct. in leg. prima §. final. ff. de quæstio. & alii relati per Mars. in sua practica crimin. in §. nunc videndum. num. 7.

Secundò, quia Proincialis sibi ius dixit in propria causa, etiam pendente appellatione, & suspecto recusato, vt in processu. contra tex. in l. 1. C. ne quis in sua cau. iudic. l. qui Iurisd. ff. de iurisdict. omn. iu dic. l. Iulianus ait. ff. de iudic. cum vulgatis, agebatur enim ad priuationem contra Prouincialem.

Quoad tertium, & quartum simul, quia vnum coordinatur ad aliud, fuere propositæ, & consideratæ multæ difficultates, & videbatur dicendum non licuisse S. appellare, neque minus venire ad Vrbem,

22 quia † Regularibus non licet a correctione appellare per tex. in c. ad nostrã, & c. reprehẽsibilis. de app.

Secundò, facit decisio Putei 113. in fine, vbi dicit, quod cum Prælati, Priores, & Rectores Congregationis Religiosæ procedunt contra delinquentes in causa correctionis ad pœnam contentam in statutis, possunt procedere omissa omni forma iudiciali, allegat Glo. in verbo a correctione, quam omnes approbanti in d. c. ad nostram 1. de app. & in c. speciale §. fin. de appell. & dicit propriè esse textum in ca. non est de consuetudine in 6. vel quando agitur ad frugem melioris vitæ, non dantur defensiones. Abb. in c. qualiter. 2. de accus. nu. 13. Obstat etiam veniẽti ad Vrbẽ decretum S. Congregationis Regulariũ.

Tertiò dicebatur statutum ordinis punire non solum machinationem, sed etiam suspicionem machi-

23 nationis, & hoc etiam videtur † esse de iure communi in hoc delicto, vbi sola cogitatio, dummodo concurrat voluntas, perficiat delictum per l. quisquis §. emancipationes. C. ad l. Iul. Maiest. & ob id cum sit grauissimum delictum, per testes singulares ex pluribus actibus, & indiciis probatur, vt Boss. in sua practic. & pluribus cõgessit in tit. de crim. læsæ Maiest. nu. 117. imò testes inhabiles, & aliàs non admittẽdi recipiuntur in hoc crimine. Doct. in c. cum I. & A. in verbo poterunt cum Gl. de re iud. Quartò obiicitur recursus ad Iudicem sæcularem, & ad Regem, & sic videtur S. incidisse in pœnas contentas in Bulla Cœnæ Domini. c. 13. Quibus, & similibus non obstantibus contrariæ sum opinionis ob multa. Et primò,

24 quia † accessus ad Sedem Apostolicam ex causa appellationis nemini denegandus est, nec de facto denegatur, imò impedientes personas Ecclesiasticas quascumque, vel sæculares ad Romanam curiam suis per eorum causis, & negociis recurrentes, ac illa in eadem curia prosequentes, ac procurantes, excõmunicatione maiori in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur, vt in litteris Sanctissimi D. N. c. 12. Igitur cum appellare etiam omisso medio ad Papã liceat c. ad Romanam. & c. decreto. de app. Glo. in c. si quis vestrum 2. q. 6. Imò ad quemlibet Iudicem nõ recognoscentem superiorem in causa. Couar. in li. pract. q. c. 4. nu. 9. potuit ergo S. sine alia licentia venire ad

25 Vrbem, quia † iter arripere, est appellare. Gl. communiter recepta in c. proposito. in verbo pergat. 32. q. 5. Quod hæc iura suffragentur Regularibus, tenet expressè Nauar. in commẽt. 2. de Regularibus.

26 num. 61. ubi tenet † egressum è Monasterio sine licentia superioris ex causa appellationis esse licitum Regularibus, non obstantibus pœnis constitutionis eorum Concil. Trident. c. 3. de Regulat. sess. 5. quod videtur prohibere appellationem, Regularibus non obstat, quia vt bene ibi exponit Nauarr. procedit si ex leui causa appelletur, vt in quocunq; actu, nõ autẽ si ex causa appellationis a Diffinitiua, vel a vim diffinitiuæ habẽte, & dũmodo habitus Religionis minime

27 dimittat. Scdo, qa † cõcesso vno, videntr esse con-

V 2 cessa

cessa omnia ea, per quæ deueniri potest ad illud
vnum. l. 2. & ibi Doct. ff. de iurisdict. omn. iudic.
Mars. sing. 175. incipit, Concesso, quæ regula proce
dit non solum de his, per quæ necessario deuenitur,
verum & de his per quæ facilius. Ias. ibid. num. 11.
cum igitur non solum facilius, uerum non nisi hac
sola via causa appellationis potuisset expediri, si ser
uanda fuisset constitutio Pij Papæ Quarti 68. inci-
pit, & si cuncta. cum reus appellans non potuisset
audiri, nisi in carceribus constitutus, & si maleficiũ
prætensum est adeo graue, vt dicitur, merito d. ac-
cessus videtur permissus. Ex quibus potest respon-
deri ad primum, ad quod dicitur, quod iura allega-
ta non negant appellationem Regularibus, sed cap.
28 Reprehensibilis † loquitur, quando Regularis ap-
pellauerit contra statuta Regularia, vel si appella-
uerit a pena infligenda secundum Regulam suam,
quæ ei est lex. Dicit enim contra Regularem disci-
plinam, & ita exponit illum tex. Panormit. num. 9.
sicut nec contra penam iuris appellatur. l. si qua pe-
na. de verb. signific. ita in d. c. reprehensibilis dicunt
29 Imol. nu. 4. Butr. nu. 5. Bal. num. 2. Tex. † in ca. ad
nostram recipit communiter limitationem, quando
Prælatus modum excesserit in corrigendo. Gloss.
ibidem. in verbo minus. incipit a correctione. ca. de
priore. cap. cum speciali, eodem tit. Io. Monachus in
tract. de Defensorio iuris. in c. contra appellationẽ.
nu. 4. Quæ expositio ab vsu, & sequentibus consti-
tutionibus accipit vim, quia videmus Regulares cõ
muniter appellare ad Prouincialem, Generalem, &
Protectorem. Et adest decretum sacræ Congrega-
tionis super Regularibus contra non gradatim ap-
pellantes, quod necessario præsupponit graduatam
appellationem. Negatur appellatio per saltum, ergo
30 videtur concessa per gradus, quia quod † de vno
negatur, de alio sine dubio videtur esse concessum,
c. qualis 25. d. ca. non ne. de præsumpt. Et iure qui-
31 dem, cum † casum appetat, qui ad summi loci fa-
stigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascen-
sum cap. sicut olim 48. dist. Et vt dicit Innoc. quem
refert, & sequitur Bald. ibid. num. 2. semper est lici-
32 tum appellare, quando † modus exceditur, quod
est grauare, quæ doctrina recipitur a Nauarro in
tertio Commentar. da Regular. num. 51. Generalis
iam sententiam tulerat, itaque alter recursus non
remanebat, nisi accedere ad Sedem Apostolicam.
Decretum enim ita se habet. Placuit sacræ Regu-
larium Congregationi ex ordine Sanctissimi sta-
tuere, vt si quis Regularium in posterum temerè
leuive ex causa hanc Almam Vrbem, seu Curiam
absque sui Superioris licentia, & supradicta for-
ma prætermissa adire præsumpserit, ad suos eos-
dem Superiores sauiori pena plectendus remit-
tatur. Forma erat, ut adirentur gradatim Supe-
33 riores Ordinis cuiuslibet. Quod † statutum, cum
sit odiosum, restringendum est capit. odia de Re-
gul. iur. in sexto, vt non excludat appellationem.
Put. libro primo decis. 312. tanto magis, quia
dicti decreti non potuit. S. habere notitiam, cum
fuerit in remotissimis partibus, ad quas illud
numquam dicitur peruenisse, unde vsus est iure
34 communi, ergo vt † extera persona meritò ex-
cusatur a pena legis respectu eius quasi munici-
palis. Doctor. in leg. cunctos populos. C. de
summ. trinit. & fid. catholic. Excessit etiam Pro-
uincialis penam constitutionum, vt supradictum
35 est, cui non refragatur, quod † carcer sit ad cu-
stodiam. allegat. leg. aut damnum. ff. de pen. quia
de iure ciuili non nisi ad custodiam dari debet: nam
secus est de iure canonico cap. quamuis. de pen. in
36 sexto. quod ius † canonicum præsumimr obserua-
ria Religiosis, uel quando clericus punit clericum,
vt singulariter tenet Oldrad. consil. 88. & Ioann.
Andr. in addit. Spec. in Rubr. de officio Ordinar.
& facit cap. cum Episcopus. d. titul. Præterea Præ-
latus videtur condonasse S. hunc accessum. Etenim
iam duobus mensibus transactis venit ad Vrbem,
& exosculatus est manum Vicarij Generalis, qui
recepit eum benignè, admisitque ad diuina, & ad
obedientiam Regularem, & ad Mensam, cum ta-
men aliàs sit consuetudo, & statutum, quod teme-
rè venientes ponantur in carceribus, sicut idem di-
37 cimus de remissione iniuriæ, quod † præsumatur
facta a parte, quando quis ad osculum, uel ad ta-
ctum manus, vel dexteræ fuerit admissus, quia oscu-
lum arguit pacem, vt notatur in l. in ipsius. C. fam.
ercisc. cap. Gloss. instit. de iniur. §. in summa. Do-
ctor. & præsertim Paul. de Castr. in l. prima. ff. de
pact. in l. Et in Epistola C. de fideicomm, sicut con-
38 tra † signum rancoris est, si non admittatur ad o-
sculum pacis. Hostiens. in cap. cum super. de offic.
delegat. M. Anton. Blanc. in tractat. de indicijs ho-
micidij. num. 103. Ex quibus non obstat constitu-
tio contra Apostatas, de qua in 6. part. cap. 14. quæ
innititur Concil. Agathensi cap. 38. quia S. causas
exposuit Diffinitoribus, vt in facto ostendit ipse,
vnde nolentibus admittere recessum ab Indijs pro-
testatus est se venturum non tamen, vt Apostata.
Et hæc protestatio quando fuisset facta, & si tan-
tum coram honestis personis, non solum coram Iu-
dicibus, meo iudicio excusaret ab omni delicto, &
39 purgaret omnem Apostasiæ suspicionem, cum †
Apostasia non possit esse sine proposito deserendi,
40 vel habitum, vel fidem, vel ordinem. Apostatam †
enim facit animus, non fuga, vt benè notauit Bal. in
c. ad nostram. nu. 4. de app. per l. quid si fugitiuus.
§. idem Celsus. ff. de edil. edicto. Et in casu nostro
41 Apostata † non est, nisi qui ad sæculum redit cap.
1. de Apostatis, vnde si Monachus ab vna Religio-
ne, in qua fuit ordinatus, Sacerdos transierit ad a-
liam, in hac poterit ministrare sine scrupulo irre-
gularitatis saltem de iure antiquo, vt est singularis
opinio Gloss. in uerbo ad nigros. in capit. ex par-
te. de tempor. ordinat. Dixi de iure antiquo, quia
ex dispositione constitut. Paul. 4. num. 29. inci-
pit, Postquam diuina bonitas, non permittitur tran-
situs iste, nisi ad arctiorem, uel parem, & in Mona-
sterium, in quo vigeat regularis obseruantia, & de
licentia summi Pontificis per Officium Peniten-
42 tiariæ. Si ergo aliquis Regularis † non habens co-
piam sui Iudicis, uel illum perhorrescens solum
coram alijs Regularibus, uel alijs Prælatis eius-
dem ordinis, uel alijs alterius ordinis, vel Laicis
dummodo honestis personis exponeret animum
suum, & retento habitu, & non immoraris in
itinere contiolaret ad Superiores, non crede-
rem, quod iste talis incideret in aliquam Aposta-
siæ notam, sicut idem dicimus de appellante,
qui

qui non potuit habere copiam sui iudicis, quod ei minimè currant fatalia. Auth. item si appellatione C. de temporibus, & reparation. appell. & quæ ibi not. Bald. ac cœteri Doct. Et sicut pœna constitutionis illius non militaret contra eum, qui iret ab Indijs in Hispanias, quia loquitur de recurrentibus ad Superiorem, qui non est in Hispanijs: ita neque minus potest militare contra S. qui ex Hispanijs demum ad Vrbem veniens habuit a R. Prouinciali Castilliæ eius superiori licentiam. Concil. Tridentinum sess. 25. ca. 4. de reformat. non obstat, quia procedit quando quis pernoctaret seorsum a conuentu non animo eundi ad Superiores, ut patet ex uerbis eiusdem pœnam hoc modo imponentibus. Qui uero sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit ab Ordinarijs locorum, tanquã desertor sui instituti, puniatur. Qua pœna non debet plecti Monachus existens in suo Monasterio, cum Ordinarius in talem nullum ius ex tali causa habeat, ut tot. tit. de priuil. & excessibus priuileg.

Ad secundum argumentum ex decis. Putei allegata respondetur, quod procedit quando subditus Regularis punitus a suo Superiori pœna contenta in statutis, appellaret ab ista pœna, tunc non auditur appellans sicut supra dictum est. Et quando dicit; quod, Regulares incoercendo subditos possunt procedere omissa omni forma iudiciali, intelligenda est hæc doctrina, ut ueificetur in Ordinatorijs Iu-
43 dicij, quia † Regulares non uidentur teneri ad obseruationem talæ iudiciariæ, sed possunt procedere leuato uelo, & manu Regia: obseruant enim illud Ezechielis 18. c. in c. cum itaque 1. q. 4. Anima quæ peccauerit ipsa morietur: non tamen quod denegentur defensiones, & ea quæ sunt de iure naturæ
44 sicut est appellatio † quæ species est defensionis, clem. pastoralis. de re iudicata. l. ut uim ui. ff. de iust. & iure. Hinc est, quod licet excommunicatus audiri non possit in iudicio, ut aliàs scripsi, nihilomi-
45 nus auditur appellans, quia † ei negari non potest appellatio. c. in nomine Domini 23. d. Imol. in c. significauerunt. de except. Et sic illa doctrina Putei locum sibi non vindicat in decisiuis iudicii. text. in capit. non est. de consuet. in sexto non facit contra hanc doctrinam, quia ibi dicitur solum, quod Episcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo subditorum excessus, sui capituli consilium requirere non teneatur, quod esset habere in iudicando Capitulum assessorem, quod non facit adhoc quod forma iudicialis contemnetur in puniendus Regu-
46 laribus. Nec est uerum, quod quando † agatur ad frugem melioris uitæ non dentur defensiones: quia hoc non est uerum, nec Abb. alleg. hoc dicit; sed solum, quod quando a Prælato Regulari agitur contra inferiorem pariter Regularem ad effectum, vt subditus corrigatur, tunc non sit necesse infamiã præcedere ante processum informatiuum, de quo non agitur in hoc casu. Felin. ibid. num. 21. & 22. dicit, quod quia Regulares non tenentur scire iura, ideo non tam strictè circa istas solemnitates agendii
47 est. Sed † nullus est, qui dicat Regulares priuari defensionibus legitimis. Neque hic agitur de remotione administrationis ab officio, in quo casu loquebatur Abbas, sed agitur de priuatione Cathedræ publicæ, quæ datur ab vniuersitate, & de exilio perpetuo, quæ est secunda capitalis pœna, ut dicunt Doctores, & de perpetua infamia. Nam in primo casu Prælatus uidetur habere liberam facultatem: non sic in secundo cum sine culpa nemo sit puniendus ca. sine culpa de regul. iur. in sexto, nec priuari iure suo. capit. querelam. de electione, aut sufferre talem notam, iuxta illud Dominicum, Honorem meum nemini dabo, uocat enim in sententia manifestæ re-
48 bellionis reum. Et licet † potuisset Prouincialis, nel Generalis remouere absque culpa, non tamen sine causa, quia quando a tali loco cum infamia irrogata remouet, non ei permittitur, quia detur pat, nu. 3. par. statut. cap. 1. ibi de Prouinciali. Fratres de loco ad locum mutare, nisi pro manifesta necessitate, & rationabili causa Prou. non debet. Et hodie sunt emanata ordinamenta sacræ Congregationis super Regularibus adhunc effectũ. Sequitur ex his quod
49 Prælati Regulares † non possint omittere citationem, damnare inauditum, & priuare quemuis iure suo, quia ut dicitur in clem. Pastoralis §. cæterum. in
50 fin. de sent. & re iud. citatio † ad sententiam est species defensionis, quæ est de iure naturæ, adeo vt nec per Imperatorẽ tolli possit, est quoque de iure diuino iuxta illud Domini in Gen. Adam, Adam vbi es.

Ad tertium argumentum ubi uidetur consistere non ordo procedendi, sed factum ipsum, dico quod ad conspirationem non sufficit aliquid contra Prælatum machinari, quia in rei veritate requiruntur opera, ut dicit Gl. in extrauag. ciuili per aduersariũ Doctorem scribentem allegata. Quoniã nuper. §. tenore præsẽtiũ in uerbo faciũt in tit. Qui sint rebelles. Sed iura loquẽtia de rebellione, plerũque loquũtur de ea rebellione, quæ fit cõtra personã Principis, non autẽ cõtra inferiores habentes potestatẽ limitatã, quibus licet resisti, si trãsgrediãtur, ut in d. extrauag. ciu. not. Gl. in uerbo rebellendo per l. prohibitum. C. de iure fisci. li. 10. ut poterat resisti Prouinciali restituenti pri
51 uatũ officio ob simoniã, nam † hoc crimẽ generaliter non cõmittitur nisi contra Principẽ, uel assistẽtes lateri eius. Boss. in tot. tit. de crim. læsæ Maiestat. uel populi Romani. nu. 9. Nec inficiari potest, quod talis conspiratio fuerit facta bono zelo, ex eo quia nõ fuit itum ad uetum Diffinitorem, quod negatur. Stãte enim statuto religionis, quod inter Diffinitores is procedat, qui prius fuit promotus, & stante rei ueritate, quod Gat. erat prius imo solus præsentatus ad Magisterium, quã Gutt. necesse est fateri per legitimos tramites processũ fuisse, cũ Gar. S. & reliqui uideãtur usi iure eorũ, & ob id nõ dolo fecisse. l. nullus
52 ff. de reg. iur. dolus † enim præsumitur in eo, qui scit factũ, & facit cõtra ius. Bar. in l. pp ueneni. §. nepris. ff. ad Sillan. nõ autẽ in eo, pro quo militat decretum iudicis. l. 2. ff. de rei uendicat. Bac. in l. 1. C. de præd. min. lib. 11. & in l. frater a fratre. ff. de condict. indeb. Bald. in l. Iubemus. C. ad Trebell. & in l. pacta nouissima in principio. C. de pact. Archidiacon. in cap. illud. in uersic. sed fortè dicet quis. 23. dist. dicit solum, quod conspiratores non habent audiri ad impediendum consecrationem eius, contra quẽ conspirauerunt, & sic ad effectum repellendi, & non aliter, & refert se ad dicta per eum in cap. coniurationum, & in cap. conspirationum 11. quæst.
53 1. ubi dicit ad casum præsentem, si clerici † uideant Prælatum bona ecclesiæ dilapidare, & bona

intentione ducti resistere valuerint, si absque iura-
mento, vel scripto hoc egerint, non sunt redar-
guendi, attendant hæc decreta, qui in Prælatos
coniorant, quia cautius sine iuramento eis resi-
stent. Hæc Archidiac. Luc. de Penna in l. Magi-
stros. C. de profess. & medic. limitat se quando cle-
rici, vel Regulares coniurauerint pro bono Eccle-
siæ, quo casu affirmat ex Innocent. non esse pecca-
tum. Ex quibus videri potest, quantum sit remota
ab antecedenti illa consequentia, quæ fit. Quoties
fit absque Superioris authoritate, semper præsumi-
tur in damnum illius. Ergo illicita, & prohibita,
imò mihi affirmatur Prouincialem data opera con-
trouersiam procedentiæ inter Gutt. & Gar. alius so
ne subditi, in ancipiti Iudicis negocio haberent ad
quem recurrerent, & Gar. licuit vigore facultatum
suarum in dubio se declarare iudicem competentem
per not. in ca. Pastoralis. de rescr. Nec est verū, quod
per solam cogitationem hoc delictum committendi,
perficiatur per l. quisquis. §. emancipationes. C. ad l.
54 Iul. maiest. quia † quando quis ad actum exterio-
rem non prosiliuit, non perfecit, nec puniatur, cogi-
tationis pœnam nemo patitor. l. cogitationis. ff. de
pœn. & ita illū §. emancipationes declarat Cyn. ibi.
& in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler.
quia, cum illa lex sit pœnalis, strictè venit interpretā-
da vt Bal. & reliqui Doct. in princ. eiusdem notant,
& loquitur solum de conspiratione contra Princi-
pem, & assistentem lateri eius, & non contra aliam
personam. Boss. in tit. de crim. læsæ Maiest. num. 5. &
sequentibus. c. fœlicis. de pœn. in sexto. Clar. in §. læsæ
Maiestatis nu. 3. & 5. Martin. Garrat. in tract. de cri
min. læsæ Maiest. in 1. q. quia speciale est, vt hi qui
contra Imperatorem, vel in illos, qui eius consilijs,
vel concistorio intersunt, committunt, illo crimine
teneantur, vnde ad alios non videtur extendēdum,
ne pœnæ exagerentur. l. de interpretatione. ff. de pœn.
vt dicit Io. Fab. in proemio instit. in verbo Impera-
toriam Maiestatē in principio. Et clarè patet, quod
Prouincialis non est Princeps, neque assistit, neque
residet lateri Principis, sed Minister ab eo deputa-
tus. Falso etiam allegatur Archid. quod in ca. si quis
militibus 6. q. 1. congerat casus, in quibus sola cogi-
tatio, vel attentatio puniatur, quia Archid. ibi se re-
fert ad illum tex. qui expressè, & coarctatiuè loqui-
tur de coniuratione facta in necem Principis, aut as
sistentium Consistorio eius, & patet magis in sum-
mario, seu in Palea Gratiani intellectus illius in il-
lis verbis, sed an aliquis de nece Principis tractaue-
rit. Et ita loquitur etiam Gigas. ex quibus cessant tā
ti rumores, & obstrepitus contra Sa. Nec est verum,
quod negasset obedientiam Prouinciali, quod satis
sit, quia habemus statutum in 3. p. ca. 11. vbi Priori
Prouinciali obedire recusans, & in ipsa inobedien-
tia obstinatus per diem, & noctem permanens, per
annum voce careat, sed hoc est falsum. Nec est ve-
55 rum, quod † per testes singulares conspirationis cri
men probetur, quia numquam standum est dicto
vnius. cap. licet. de testibus, neque vnius testimonio,
ad alicuius condemnationem est deueniendum. ca.
veniens. eodem. Afflict. dec. 248. licet faciat aliqua-
lem præsumptionem. Alexand. vol. primo cons. 78.
nu. 5. testes singulares nomquam probant. cap. licet
causam. de probat. c. bonæ. de elect. debent esse sal-
tem duo ad quemlibet actum singularem cap. licet
ex quadam. de testib. l. iurisiurandi. ff. eodem. Nec
est verum, quod per ipsusmet conspiratores, & com
plices hoc delictum probetur, quia non sumus in ca
su, in quo per confessum de proprio crimine probe-
tur delictum, Glo. mag. in l. fin. in fin. C. de accusat.
& in illis casibus, in quibus singulares testes admit
tuntur, affirmat probationem non facere, sed ali-
qualem solummodo præsumptionem. Et hoc ratio-
nabiliter. Quia sequeretur, quod volens alicui ob-
esse propter odium, posset ipsum facile necare, &
etiam quos vellet destruere, deponendo quod alius
sibi mandauit, quod hominem occideret, seu vulne-
raret, vt in simili consuluit Grammaticus consi. 21.
per totum. vbi num. 11. affirmat hanc esse commu-
nem opinionem Criminalistarum. Præsertim inter
religiosos, vbi Diabolus boni inuidus magis ziza-
nias serere videtur, ita vt atrociora sint odia, cæte-
56 rum est regula † iuris, quod numquam socius cri-
minis admittatur in testem. c. 1. vbi Canonistæ. ex-
tra de confess. Et quando Doctores dicunt hoc cri-
men probari posse per complices, vt est Bal. in l. quo
niam liberi. C. de testibus. semper loquuntur de ea
conspiratione, quæ fit contra Principem, & nō aliàs
Martin. Garrat. in d. tract. q. 8. & ita intelligitur Gl.
in verbo. iuramento in fin. c. fin. de test. cogen. Bald.
in d. l. quoniam liberi. nu. 3. & ibi Castr. Ias. & alij
ex aduerso allegati. Nec opitulatur eis, quod posse
fieri æquiparatio ad effectum, vt Prouincialis Præ-
latus æquiparetur Principi in hoc casu.

Primò, quia hoc est falsum.

57 Secundò, quia † antequam in æquiparatis ex-
tensio locum habeat, requiritur, quod æquiparatio sit
facta per modum Regulæ. Mat. de Matthesilan. in
tract. extensionis. quem sequitur Aret. in §. ius ciui-
le. Instit. de iure nat. gent. & ciu. Dec. in c. translato.
de constit. modo nullum ius est, quod æquiparet
Prouincialem Principi.

Tertiò, quia in pœnis, quæ imponuntur ipso iu-
58 re, vt in casu nostro, illa extensio † passiua æquipa-
ratorum non habet locum etiam propter identita-
tem rationis. ita Io. Andr. in reg. odia. de reg. iur. in
sexto. Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. Et expressè
in hoc terminis tradit Socin. in consi. 275. in 2. part.
59 incipit. in causa fratrum. Quartò, quia † æquipara-
tio deberet esse facta per omnia, ita quod omnino ea
dem militaret ratio, antequam fiat extensio pœnæ.
Gl. in c. 1. in verbo lanè. de vot. in 6. & in c. constitu
tus in vers. prorogamus. de regular. eodem li. Soc. in
60 d. cons. Neque minus est verum, quod † per testes
singulares ex pluribus actibus, & iudicijs probetur.
Doctores per Boss. congesti in d. tit. nu. 117. omnes
loquuntur restrictiuè contra Principem, vel Patriā.
ita Gigas, & alij. Vnde cum in casu nostro procedā-
tur contra S. vigore statutorum ordinis sui, non est
ampliandum, ne detur extensio. l. de interpretatio-
ne. ff. de pœn. d. cap. odia. adeo vt nec extendi debeat
ad casum similem l. cum quidem. ff. de lib. & post-
hum. Bartol. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.
Grammat. consi. 59. numero 10. admonet iudicem,
ne vnquam moueatur ex sola confessione socij cri-
minis confessi in tortura etiam in dictis casibus ex-
ceptuatis enumeratis per Gloss. in d. l. fin. vnde
stante bonitate ante actæ vitæ S. dicit Grammat.

similes

similes confessiones nihil operari, nec minus si aga
tur ex officio, quia Glo. in d. c. cum I. & A. declarat
hoc intelligi non quantum ad plenam fidem facien
dam, sed præsumptionem, uel Iudicis informatio-
nem.

61 Ad quartum argumentum dico, quòd † non re-
peritur prohibitus recursus ad Principem natura-
lem, & catholicum, sed bene quòd per talem recur-
sum iurisdictio ecclesiastica impediatur, vt patet in
verbis Bullæ Cœnæ Domini cap. 13. in illis verbis.
Impediunt, & prohibent. Et necesse est, quòd fuis-
set lata sententia a Iudice laico vsque ad quam est
locus pœnitentiæ, vt exponit Abb. vna cum Gloss.
in c. si diligenti. num. 19. vbi est proprius locus. ex-
tra de for. competenti, in quo solo casu incidit quis
in illas pœnas. Et in hoc solo casu intelligitur statu-
tum ordinis 6. par. cap. 10. vbi spectatur euentus.
Imò in Indijs licitè impeditur sententia cuiuscun-
que Iudicis Ecclesiastici ad quem. Et in hac causa
62 neque minus fuit citatio, † quæ sola est principium
cuiuscunque Iudicij, & iurisdictionis. §. omnium.
Instit. de pœn. temer. litig. & notatur communiter
in c. gratam. de offic. & pot. Iud. deleg. sed fuit sim-
plex intercessio. Ridiculum tandem censeo, quod
opponitur S. quòd appellans videatur contempsis-
se, & per consequens nouum delictum commisisse,
63 & nouam pœnam mereri. Non enim contemnit, †
qui prouolat ad appellationem, quæ est theriaca ini
quitatis Iudicis, vt not. in l. 1. C. de app. cum vulga-
tis. In sola latissima significatione transgredi est con
temnere Leuit. c. 26. Si non audieritis me, & fece-
ritis omnia mãdata mea, sed spreueritis leges meas,
& iudicia mea contempseritis. Sed quia contem-
ptus est nouum peccatum, & nouum crimen, ad ef-
fectum vt contemnens nouam pœnam mereatur,
64 non est simplex transgressio. Sed † quando illius
transgressionis causa est contemptus, & ab illo, vt a
causa transgressio procedit S. Thom. & ibi Caietan.
in 2. 2. q. 136. ar. 9. ad sextum, & Alphonsus a Ca-
str. in lib. 1. de potestate legis pœn. cap. 5. docum. 6.
Itaque & si fieret & si a contemnente, & non ex cau
sa contemptus non dicatur contemnere ad effectũ,
vt sit nouum crimen vt fuse scribit Couarr. in cap.
alma mater. de sent. excomm. §. sept. prior par. rele-
ctionis. num. 6. cum alijs per eum allegatis. Vnum
non omitto esse falsissimum, quod ex aduerso assum
ptum est videlicet Regulares adeo non teneri legi-
bus, vt valeat eorum sententia etiam sine scripto,
65 quia † sine scripto non meretur sententiæ nomen.
c. in primis in fin. 2. q. 1. Ex quibus. S. mihi visus fuit
dignus restitutione, & per Illustrissimum Protecto-
rem absolutus, & restitutus fuit cathedræ, & remis-
sus ad Prouinciam cum noua dignitate.

Hier. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Existens in possessione Iurispatronatus validè præ-
sentat, quamuis non sit verus patronus.*
2 *Exceptio proposita, & non probata, aut probata ta-
liter qualiter, & euacuata, perinde est, ac si non fuis
set proposita, vel probata.*
3 *Exceptio filiationis est res difficillimæ probationis,
& non probatur solo iuramento.*
4 *Exceptio quæ dicatur requirere altiorem indaginem.*
5 *Causa summaria non patitur exceptiones requirentes
altiorem indaginem.*
6 *Exceptio nisi probetur in promptu præsumitur, quòd
opponatur causa dilatandi iudicium.*
7 *In materia Iurispatronatus vtimur iure canonico.*
8 *De iure canonico a sententia, seu diffinitiua, seu interlo
cutoria appellari potest.*
9 *Non admittitur appellatio a futuro, seu a comminato
grauamine.*
10 *Appellatione pendente a futuro grauamine exequu-
tio facta non potest retractari in viam attentati.*
11 *A sententia lata contra notorium spoliatorem, quan
do appellari possit, vel non.*
12 *Oppositio insolitæ exceptionis in causa summaria præ
sumitur proposita causa dilatandi Iudicij &c.*

In nomine Domini, & eius Sanctissimæ Matris. Amen.

AD dubium per literas missi-
mas a doctissimo amico ad me
transmissum, consultus pro ve
ritate dico, quod indubitati iu
1 ris esse videtur, quòd † ille qui
existit in quasi possessione Iu-
rispatronatus validè præsen-
tet, quamuis non fuerit verus
patronus, & sic non habuerit prius quodam modo
proprietatem, vt ita dicam Iurispatronatus. per tex.
in c. consultationibus. de Iurepatron. vbi in præsen-
tando præfertur ille, qui est in quasi possessione Iu-
rispræsentandi, vero patrono: in tantum quod si præ-
sentatus ab eo, qui est in quasi possessione Iuris præ-
sentandi fuerit ab Episcopo institutus, postea non
poterit ab ecclesia remoueri, quamuis ex post facto
constiterit ipsum non esse verum patronum, sed a-
lium. Butr. in c. ex literis. num. 3. Abb. not. 2. Ber.
num. 11. & reliqui notant de iurepatronat. Rot. dec.
575. aliàs 14. de iurepatronat. in antiquis, & in no-
uis. dec. 7. aliàs 268. eodem titulo. Vnde cum vacan
te beneficio de iurepatronatus per obitum M. vlti-
mo loco præsentati, qui beneficium obtinuerat paci-
ficè per 30. annos, & patronus alterum præsentaue-
rit, per appellationem, & inde sequutas protestatio-
nes non erit remouendus. Cui non obstat, quòd fue
rit opposita exceptio respiciens possessorium contra
personam moderni præsentantis pro parte Capitu-
li negando ipsum esse filium descendentem patro-
ni, qui vltimo loco præsentauerit, & sic respiciens
possessorium. Quia assignato per Ordinarium termi
no competenti ad probandum huiusmodi exceptio-
2 nem, & ea sufficienter euacuata, † aut non probata
sufficienter perinde habetur, ac si non fuisset propo-
sita. arg. tex. in §. fin. Instit. de satisdat. tutor. vel cu-
ratorum.
3 Secundò, quia † exceptio filiationis est difficilli-
mæ probationis, & dicitur causa ardua, & non pro-

batur

24 *Testes de bona fama deponentes præferuntur testibus de mala fama deponentibus.*

Iuxta eloquium tuum Deus da mihi intellectum.

COntra Reuerédissimum coad
iutorem multa fuere opposi-
ta crimina, ex quibus domi-
nus iud ex non debet pertur-
1 bari. Non † est enim in pote
state nostra facere, quod ob-
trectatores sileant, & homi-
nes sæpe in maledicentiam
prolabuntur, ut dicit Psalmista. filij hominum den
tes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius
acutus. Nihilominus non fuere probata, & sua mo
le ceciderunt exceptis tantummodo quarto. 10. 11.
& 12. capitibus, quæ prima fronte visa sunt habe-
re aliqualem apparentiam.

Quo ad quartum, ergo saluis exceptionibus con-
2 tra testes stricte ad rem sine argumentis dico † sacra
mentum confirmationis dari posse indifferenter om
ni baptizato in quacunque ætate, & tali, quòd non
sit necesse expectare usum rationis, ut ex Sancto
Thoma. Gabriel. S. Antonino, & Syluestro deducit
Franciscus Victoria in sua summa Sacramentorũ in
Sacramento confirmationis quæst. 48. Summa Ta-
biena, & Petrus de Palude in 4. sent. dist. 7. quæst.
fin. licet ut dicit Sanctus Antoninus bonum esset
expectare septennium pueri propter periculum re-
confirmationis, ut scilicet confirmatus meminerit
se esse confirmatum, & hæc videtur esse communis
Theologorum opinio.

Neque obstat, si dicatur, quòd pueri debent esse
3 perfectæ ætatis, quam perfectam † ætatem Glos. in
c. ut ieiuni. de consecrat. distin. quintæ interpretatur
esse ætatem duodecim annorum. Quia illa Glo. ni-
hil dicit affirmatiue, sed dubitatiue procedit dicendo
4 forte, quæ dictio semper stat dubitatiue secundum
communem opinionem Felin. in ca. accedens il 1,
nu. 10. versi. melior responsio extra vt lite non con-
testata. leg. 1. §. 1. versic. nisi forte, ff. de rei vendicat.
Bald. in c. 2. de testibus, quod indubitanter procedit
in casu nostro, ubi duo concurrunt, & quod simus in
re dubia ob discrepantes opiniones Doctorum in-
ter se, & ratione subiectæ materiæ, cum perfecta
ætas secundum diuersos fines varietur, ut est notis-
simum Professoribus. Quibus suffragatur Glo. in
cap. paruuli de consecrat. dist. 4. in verbo loqui. Vbi
dicit ex August. in Epistola ad Renatum Episco-
pum. Quod septennis ætatis pueri, & mentiri, &
verum dicere, confiteri & negare iam possunt, &
ideo cum baptizantur, iam symbolum reddant & ip
si pro se ad interrogationem respondeant & sic ætas
perfecta erit septennium in hoc casu.

Sed cessat omnis dubitatio, quia ætas confirman
dorum erat scripta in cathalogo, prout fit de lauda
bili consuetudine omnium diæcesium. Vnde sicut
præsumitur pro iudice in his, quæ fiunt ab ipso, nisi
contrarium probetur ex actis. c. in præsentia, de re-
nunciat. l. sicut. ff. de stat. hominum. l. ad optimum,
ff. de in ius vocan. cum similibus, ita & pro Episco-
po confirmante, nisi contrarium doceatur per librum
illum, in quo confirmati describuntur, aut descri-
bendi sunt de iure.

Quoad decimum, cum testes sint uarij & depo-
nant de munusculis minimi momenti in illis locis,
vt de gallis gallinaceis, & huiusmodi, non uidetur
esse inducta simonia quia in arbitrandis muneribus
an inducant simoniam, debent potissimum conside-
5 rari † persona daotis, & persona recipientis, qualitas,
& quantitas muneris, & donationis, ut in c. & si quę
stiones, & ibi Canonistæ omnes. de simonia, quibus
consideratis hoc in casu, cessat talis suspicio.

Secundò quia hæc, & similia quamuis magna ac-
cipere licet, & quamuis donum sit illicitum, non
6 † tamen inducet simoniam, nisi detur ex pacto. Abb.
in d. c. per illum text. numer. 4. Put. decis. 171. lib. 2.
numero 9.

7 Tertiò quia † in spiritualibus prohibetur sola exa
ctio: secus vero si sponte aliquid offeratur, quia sic
non est prohibitum accipere. Abb. in c. ad nostram,
in fin. eodem tit. Host. ibidem in uerbo, exigatis,
quod Ioan. Andr. & Card. notant, & dicunt denota-
8 re violentiam. Nam † illud gratanter recipi potest,
quòd fuerit sine taxatione gratis oblatum. tex. est in
c. dilectus filius. 2. in fin. de simonia, & Butr. ibidem
9 num. 3. & quando † munera essent attendenda, de-
berent esse talia, quæ inclinarent, mouerent uel in-
uerterent recipientes ad aliquod illicitum. Card. in
d. c. & si quæstiones. 7. not. & nullus est sanæ men-
tis, qui arbitretur ob unam gallinam, quæ coadiuto-
ri fuit data, uel rem valoris & si unius auri Episco-
pum virum incidere uelle in labem simoniæ, ex qua
in suspensiones, & alias censuras ecclesiasticas inci-
10 dat. Ab † omnibus, inquit iureconsultus, accipere
auarissimum, passim uilissimum & sordidum a ne-
mine inhumanum, est uid. in l. solet. §. fin. ff. de offi.
procons. & legat. Et in casu nostro testes omnes sin-
11 gulares suntimmo & † si omnes simul deponerent
de publica uoce & fama, idonei non essent. Put. in d.
decis. in fine. Quo ad vndecimum, & duodecimum
uidentur cessare indicia malæ famæ, quia ut proba-
tum est in facto, hæc mala fama, de qua testes ex ad
uerso examinati deponunt, habuit originem ab ini
mico videlicet à Maz. qui est octauus testis. Quia
12 cum † fama publica sit communis opinio omnium,
uel maioris partis illius vniuersitatis, ad quam spe-
ctat, & non vnius, vel aliquorum de illa uniuersita-
te Bar. quem omnes sequuntur in l. de minore. §. tor
menta. nu. 13. ff. de quæst. in casu nostro hæc fama ha
bet suum certum, & singularem authorem. Debet
13 † enim fama oriri a personis non maleuolis, neque
maleficis, sed a fide dignis c. qualiter, & quando, &
ibi Inno. de accusat. Card. in clem. 1. in quinta quęst.
de off. Archidiac. Author. huius susurrationis est ma
leuolus, ut satis est probatum in facto, & vilissimæ
conditionis, & famulus inimici coadiutoris ad Glo.
in cap. in litteris, & ibi Abb. extra de testibus, cum
14 † familiaritatis affectio ueritatem impedire soleat
c. accusatores. 3. q. 2. & ut repellatur sufficit in hac
causa subesse qualem uis inimicitiæ causam. le. 3. ff.
de testib. cap. qualiter, & quando, & c. inquisitionem
de accusat. Alex. volum. 4. consi. 127. in fine itaut
stantibus præcedenti inimicitia & fidibus Metropo-
litani,

liani, Episcoporum conuicinorum, Sacerdorum, &
Regulariũ in contrarium, merito de eis nulla consi
deratio est habenda. Neque indicium aliquod adest,
15 quia indicia † ualida, & facientia præsumptionem
violentã ad hoc scelus, sicut ad illud adulterij, quod
in eodem genere versatur, connumerantur a tex. &
Doctoribus ih c. præterea de testibus videtur testis
de uisu, vel testis de auditu commixtionis, & quod
talia adminicula suffragentur, ex quibus animus iu-
dicis possit legitime informari, qualia sunt tactus, vi
sus, nfus locus, missio nunciorum, & iocalium, coha
bitatio, amplexus osculum, & similia. Host. & Abb.
ibidem nu. 7. inter quę non ponitur colloquutio, tan
to magis quando, ut in casu nostro, colloqui ob cau-
sam licitam erat necessarium, quia cum Coadiutor
esset præpositus Gubernio, seu regimini seminarij;
Quare sine timore huius temerariæ præsumptionis
colloqui non deberet cum alummo? Et hęc quoad
Gab. quia quod secum cohabitauerit, hoc fuit post
tempus barbæ, ut in fide producta. Et quoad alium
puerum S. licet dicatur de cohabitatione, quod a no
bis negatur; tamen nullum adminiculum aut indi-
cium de prædictis probatur, nec videtur inconue-
niens, aut prohibitum clericis saltem de recepta con
suetudine, habere imberbes iuuenes famulos, licet
condecentius existimarem tales apud se non debe-
re habere eum, qui aliter de famulis sibi prouidere
potest, ut non solum crimine sed & suspitione crimi
16 nis careat. vulgatis iuribus. Et quod † prohibitum
non reperitur, censetur esse permissum cap. sunt non
nulli. 16. q. 1. l. 1. C. de desertor. lib. 12. Alex. libr. 6.
cons. 212. nu. 8. sed uenerat tantummodo ad collo-
quendum cum patruo, qui erat famulus coadiutoris.
17 Debent † ergo indicia esse indubitata, aut talia, quę
arctent mentem iudicis, quod omnino credat, ne pos
sit in contrarium inclinari. Castr. in l. fi. sub nu. 5. ff.
18 de probat. & † debent esse plura, non unum, cum om
nes leges loquentes de indicijs loquantur in nume-
ro plurali. leg. fin. & ibi Barto. ff. de quæst. saltem
19 † duæ debent esse præsumptiones. Corn. in consil.
192. nu. 11. per Bart. in l. 2. §. ætas. ff. de excusat. tut.
Et illud indicium probari debet per duos testes, se-
cundum Glo. in l. fin. ff. fam. herc. cum vulgatis. Di-
ctum quarti testis est dictum unius, & sic nullius. c.
veniens. in fin. extra de testibus. Et in huiusmodi ma
20 teria regula est generalis, quòd † ubi actus non po-
test probari directe per sensum, sufficiat testes depo-
nere super actibus propinquis rei probandæ, dum-
tamen testes adijciant se credere ita esse, aut fuisse,
vt per tex. & Glo. concludit Abb. in ca. in litteris de
præsumpt. nu. 1. In casu nostro, ut in facto deducitur
nullus testis est, qui dicat se credere quod Coadiutor
rem habuerit cum prædictis pueris imò plerique di
cunt, *ma se c'haueße che fare carnalment, io non lo sò.*
Tanto magis quia circumscripta ratione muneris,
21 quod incumbebat Coadiutor, actus † ille potest se
habere ad delictum, & non delictum, & ob id in
dubio deberet fieri interpretatio, ut delictum non
contineret. Bar. in l. non solum. §. sed ut probari. ff.
de operis nou. nunciat. Abb. in cap. in præsentia. de
22 de probat. nu. 11. sed † in casu hoc eliditur contraria
præsumptione ad cap. 1. de præsumpt. Mars. in sua
pract. crimin. in §. diligenter. nu. 193. Ale. cons. 103.
1. vol. Decis. 189. Grammat. cons. 35. & esse potuit,
quòd cum illo loqueretur de profectione in studijs
rebus seminarij, & huiusmodi. Quartus & octauus
23 testes † non percuti sunt tempus, quo fit, ut non pro
bent, c. cum Ioannes. de fid. instrum. c. in præsentia,
de probat. ita intellectis per Ioan. Monac. in tract.
de defensorio iuris. vers. contra testes. ante num. 4.
arg. l. primæ. §. editiones. ff. de edendo.

Secundo quia, inter præfatos testes sunt aliqui,
qui deponunt de fama, ut secundis testis. fol. 12. &
3. fol. 23. *che di quanto a lui pare è di vita non ma-
la.* 10. 11. 7. & 5. testes, qui dicunt se cognoscere
coadiutorem *per homo di bona fama*, & che habbi
24 dato edificatione, quo fit ut licet † numero paucio
res, tamen præferantur testibus de mala fama depo
nentibus. Card. in c. tua extra de sponsal. super Glo.
fin. refert & sequitur Franc. Curt. in tractatu de te-
stibus conclus. 48. immo testes in contrarium exami
nati uno pene ore loquuntur, ita ut non videantur
carere suspitione subornationis ad allegata per
Bertach. in uerbo testes. nu. 110. & proprie in uers.
testes per eadem uerba, cum in criminalibus de-
beant omni carere suspicione, & luce meridiana es-
se clariores. l. sciant cuncti. C. de probat. Quare insti-
gator cum non probasset, reus veniet omnino absol-
uendus, sicut his attentis per Illustrissimum Audi-
torem Cameræ fuit absolutus.

Hieron. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Translatio ecclesiarum censetur esse una de maiorib. Ecclesiæ causis.*
2 *Rector parochialis de consensu Episcopi sui, & ex iusta causa poterit mutare statum ecclesiæ suæ.*
3 *Cathedralis destructa de authoritate superioris desinit esse cathedralis.*
4 *Intellectus ad c. 3. de ecclesiis ædificandis.*
5 *Proemium semper significat causam finalem.*
6 *Causa finalis extra est sufficiens mouens intus.*
7 *Dispositio alicuius constitutionis non sauet, nisi cui applicari possit vna ex rationibus contentis in narrati eiusdem.*
8 *Episcopus potest ecclesias suæ diœcesis unire.*
9 *Vnio semper intelligitur facta saluo iure diœcesian.*
10 *Episcopus potest vnire Ecclesiam non exemptam alteri exemptæ a sua iurisditione.*
11 *Iuramentum per Episcopos præstitum de non alienando res ecclesiæ respicit res solius cathedralis.*
12 *Vnio nihil aliud est, nisi alienatio.*
13 *Potest Episcopus res vnius ecclesiæ ex causa dare alteri.*
14 *Temporis ex diuturnitate haberi potest id, quod sine priuilegio haberi non potest.*
15 *Inter capaces facile præscribitur.*
16 *Ab exequutione decreti sacri Concilij Tridentini non appellatur.*
17 *Citatus non comparens neque per se neque per alium uidetur desperasse de suo iure.*
18 *Factum a maiori parte omnes perstringit.*

19 *Transmu-*

19 *Transmutationi Ecclesiarum videtur esse una sufficiens causa difficultas eundi ad ecclesiam universo anni tempore.*

20 *Episcopo uidetur esse credendum quoad solemnitatem requisitorum in aliquo actu.*

21 *Præsumitur pro sententia solemnitatibus, a qua minime fuit appellatum.*

22 *Sententiam iudicis canonizant hæc duo videlicet, solemnitas citationis enunciata, & eius obseruantia.*

23 *Plebs in iure canonico significat vniuersam curam.*

24 *Obseruatio subsequuta interpretatur, quale fuerit ius præcedens.*

25 *Ecclesia non habens parochiam potest præscribere iura parochialia.*

26 *Intellectus ad Glo. in c. quod ad translationem, in uerbo reseruata de off. legati.*

27 *Intellectus ad cap. 7. sess. 21. Conc. Tridentini.*

28 *Iudex non potest per sententiam tollere ius alteri quæsitum per præscriptionem.*

IN Diœcesi Regiensi, & proprie in oppido Botzani adest ecclesia in Monte eminenti sub inuocatione Sancti Ioannis Baptistæ, ibi olim populus, & Parochia verum parochianis malentibus colere subiectos campos, ipse parochus quoque (ne esset sacerdos sine populo,) ad inferiora loca descendit, in quibus parochiani vnanimes oratorium sub inuocatione Sanctæ Mariæ de Lodula cum campanis, turri, fonte baptismali, indumentis, ac cæteris ad parochiam necessarijs construxerunt.

Ob quam causam cum iura parochialia matrici conseruarentur adhuc; ob quod infantes ad baptismum ducti ob loci distantiam, & difficilem ascensum sunt exanimati, ac mulieres abortū fecere, & illa ab hac distaret mille & quingentis passibus ac aliqui ex parochianis ab illa tribus millibus pass. die prima Iulij. 1573. Episcopus Lucatellus transtulit in hanc nouam & plebem, & parochiam cum hoc, quòd singulis primis diebus Dominicis æstiuis missa celebraretur in antiqua matrice. quod decretum prima die Augusti a visitatore Apostolico fuit confirmatum, & pariter per modernum Episcopum sub die quinta Maij. 1599. Lucatello Martellus, huic Manzolus, Manzolo Masettus, cui Rangonus Episcopi successere, & sic spatio 26. annorum quatuor Episcopi vltra visitatorem Apostolicum steterunt decreto circa translationem curæ interposito, & staretur quoque hac die, nisi quòd moderno Episcopo ad Polonorum Regem Nuncio a Sede Apostolica destinato, vicarius Archipresbyterum ruralem cogit sacramenta in utraque ecclesia administrare, in noua per se, in antiqua per clericum vicarium ex pensis Archipresbyteri, ob id appellatum, & recursum est ad S. Congregationem super Episco. In hac causa dicebatur Episcopum, & Episcopos non potuisse transferre curam maxime sine rationabili causa, quæ non videbatur adesse in casu narrato, hoc
1 † enim est de maioribus ecclesiæ causis, ut no. Glo. in cap. quod ad translationem, in uerbo reseruata per illum textum, de offic. legati. Rationabilis causa esse non potest causa pluuiarum, uel rigor hyemis, aut loci distantia, vt probatur in c. ad audientiam de ecclesijs ædificandis. Neque Episcopo uidetur esse credendum in præiudicium domini oppidi, ac septem, vel decem familiarum, quæ in cacumine Montis, & prope matricem ecclesiam remanserunt.

Secundò dicebatur Episcopum Lucatellum transtulisse onus missarum dicendarum, non iura parochialia, quæ ultra missam sunt baptizare, audire confessiones, sacramenta recipere, & huiusmodi, & sic illius decretum minime suffragabatur Archipresbytero.

Tertiò præscriptioni. 27. annorum obstabat sententia vicarij, per quam præscriptio dicebatur vulnerata, & interrupta.

Quibus & similibus non obstantibus pro Archi-
2 presbytero opinatus sum. quia † potest Rector parochialis de voluntate, & consensu diœcesani Episcopi mutare primum statum Ecclesiæ suæ ex iusta causa, itaut si mutato populo, uel electo rem insistet ecclesia cum diuitijs suis, diuitiæ hæ transferri possint ad aliam ecclesiam, ubi maius seruitium fiat Deo quam ibi, & diœcesano dissentiente possit Rector parochialis de authoritate superioris. Innoc. in ca. Pastoralis. num. 1. extra de priuileg. refert, & sequitur Petrus de Perusio in tract. suo de mutat. stat. ecclesię in fine num. 13. itaut desinat esse parochialis. Quia
3 † sicut cathedralis destructa de authoritate superioris desinit esse cathedralis. Card. in clem. in plerisque in 2. q. de elect. Ita & a simili parochialis, quæ expresso consensu, & cleri. & populi fuerit derelicta. Nam de Episcopi potestate ad effectum, de quo agitur, non videtur dubitandum, in casu nostro. Host. in cap. 3. de eccles. ædifican. in versi. tu dicas, quòd & Episcopi ex causa hoc facere possiot. Gratian. 16. quæst. 1. §. sicut enim Papa. c. sicut unire. de excess. Prælatorum. Cui non obstat si dicatur, quòd debet nihilominus assignari congrua portio presbytero, vt celebret in priori ecclesia d. c. 3. de eccles. ædificā. ubi uicarius sententiam ferendo visus est se fundasse. Quia respondetur, quod ultra quod allegati Doctores loquuntur de totali & integra mutatione sta-
4 tus ecclesiæ: Decretalis † illa procedit in eo casu, quando redditibus ad utrumque Ministrum sustentandum idoneis abundant, ut in illis verbis. Quia igitur d. ecclesia ita dicitur redditibus abundare, quòd præter illius uillæ prouentus Minister illius conuenienter ualeat sustentationem habere. Et in illis, cum eiusdem villæ dominus 20. acras terræ frugiferæ velit ad vsus sacerdotis conferre. Quæ uerba denotant causam impulsiuam. Proemium
5 † enim semper significat causam finalem leg. fin. ff. de hæred. instituendis cum concordantibus, quæ
6 † causa finalis extra est sufficiens mouens intus, ut dicit Commentator Auerroes. in 12. Metaph. comment. 36. Itaut dispositio dictæ decretalis non pos-
7 sit conuenire, nisi † illi ecclesiæ, cui possit applicari una ex rationibus contentis in narratiua d. constitutionis, ut in simili fuit resolutum in Rota in una Bononien. alimentorum 28. Martij. 1594. & hunc intellectum sequitur Glo. ibi in uerbo obuentiones, ubi dicit, sed Papa hoc fecit ex plenitudine potestatis,

tis. & hoc ideo quia præter prouentus illius uillæ
Rector maioris ecclesiæ poterat sustentari, ex quo
fit, ut cessante ratione legis, debeat cessare & ipsa lex
ad l. quod dictum, ff. de pact. cum vulgat. in casu
nostro sicut in facto ex calculo reddituum deduci-
tur, pro parocho non remanent nisi 50. ducat de ca-
mera detractis oneribus, itaut nisi Rectorem patri-
monio sibi suppetias subministrasset, se sustentare
nequiret.

8 Secundò, quia † Episcopus potest ecclesias suæ
diæcesis vnire, de qua in d. ca. sicut vnire de excess.
Prælat. probatur in clem. si vna ex Concilio Vienen
si rebus eccl. non alienan. ubi indistinctè permitti-
tur Episcopo vnam ecclesiam alteri vnire, & religio
so loco donare, quæ ecclesia sic vnita, vel sic donata
remanet adhuc subdita Episcopo quo ad ea, de qui-
bus in c. cum venerabilis, de suppleri. neglig. prælat.
Imol. not. in clem. vltima. nu. 7. ex Glo. in verbo al-
tera. de rebus eccles. non alien. semper enim intelli-
9 gitur salua illa † clausula, saluo iure diæcesum not.
in c. 2. de relig. domibus nisi priuilegium exemptio-
nis illius Monasterij, cui fit annexio, aliud operetur
quo casu non culpa Episcopi, sed virtute priuilegij
Apostolici exempta diceretur, ut in terminis conclu
dit Card. Zabar. in eadem clem. nu. 11. Ioan. Bapt.
Caccialup. in tract. unionem. art. 4. num. 6. vbi con-
10 cludit posse Episcopos † unire ecclesiam non exem-
11 ptam alteri exemptæ a sua iurisditione. Etenim † iu
ramentum per Episcopos præstitum de non alienan
do res ecclesiæ, tantum respicit res ecclesiæ cathedra
lis secundum Card. in d. clem. nu. 11. & in c. post ca-
thedrales. de his quæ fiunt a Prælat. Caccialup. ubi
vbi supra. Arguitur sic, Episcopus ex prædictis po-
test vnam ecclesiam alteri unire exemptæ, & non
exemptæ ergo, & transferre, quod est minus per
reg. non est dicendum, ff. de reg. iur. Probatur conse
12 quentia, quia † unio nihil aliud est nisi alienatio. Et
ob id in corpore iuris canonici constitutiones loquē
tes de unione registratæ fuerunt a Sancto Raymun
do compilatore decretalium sub titulo de reb. eccle
siæ alienandis, uel non. Quanto enim magis eccle-
siæ uniuntur, tanto minori numero comprehendun-
tur, & tolluntur alijs clericis. vt ibi in Rubr. notant
Doctores.

13 Tertio, quia † potest Episcopus ex causa iūs unius
ecclesiæ dare alteri. c. constitutus de relig. dom. not.
Glo. in c. nulli. 12. q. 1. vnde stante causa distantiæ,
quæ illi est de iure arbitraria, sicut & alienationis re-
rum ecclesiæ. Manoch. de arbitr. iudic. c. 171. in fin.
potuit applicare omnes redditus modernæ ecclesię,
sicut etiam & vnire & diuidere allegat. sicut unire.
Possunt etiam Episcopi parochiales in alios vsus
non tamen sordidos conuertere. & in uiciniores ec-
clesias iura transferre. Conc. Trident. sess. 21. c. 7. de
reformat. Quę causa latis apparet rationabilis cum
ad locum prioris ecclesię, sic inuio, & remoto omnes
Parochiani discesserint, ita ut nec una domus reman
serit. vnde subsequuta antiquitate temporis 27. an-
norum cum nullo nullius interpellatione interru-
pta, quando etiam d. translatio non fuisset ualida,
nihilominus fuit pręscripta cura fori pœnitentialis,
& contentiosi c. accedentibus, de excess. Pręlat. not.
Card. in clem. 2. uer. 3. nota de relig. domibus. Et
cum ex diuturnitate temporis haberi possit id, quod

14 sine priuilegro haberi non potest, & quod † potest
haberi per priuilegium, possit etiam & per pręscri-
ptionem c. 1. de pręscript. c. super quibusdam. §. pre
terea de uerb. signifi. & dubium non sit intentum ha
beri potuisse ex priuilegio, merito Illustris dominus
Comes aduersarius, qui est unus solus parochianus,
de cuius pręiudicio agitur, non debet audiri. Et
quod magis est stante mandato speciali, quod hodie
producitur omnium familiarum supplicantium Il-
lustrissimos & Reuerendissimos dominos Cardina
les Sacro Congregationis super Episcopos, & petē-
tium confirmationem dictorum decretorum. Cui
non videtur obstare, quod septem familię restite-
runt. Quia quoad istas decem dicitur, quod cum
non appellassent, & illud decretum fecerit transitū
in iudicatum, causa quoque fuit deserta ad cap. 1. de
15 restit. in integrum in sexto, & ius † spatio tot anno-
rum præscriptum fuit cum agatur inter capaces.
Card. in clem. 2. §. fin. de relig. domibus. & in cap.
cum satis de offic. Archid. Staphil. de litteris expe-
ctatiuis, in c. de qualitate, & statu beneficiorum. nu.
26. licet iste non uideatur esse casus noster, cum si-
mus proprie in translatione. Ex quo ergo duo uel
tres, si tot sunt, recalcitrent, nō possint operari, quòd
reuocetur factum post talem contradictionem, uel
appellationem. c. 1. & ibi Innoc. num. 3. extra de his
quæ fiunt a maiori parte capituli.

Quarto quia, ab exacutione decreti Sacri Conci-
lij Tridētini c. 10. sess. 24. incipit, Episcopi vt aptius
16 † per visitatorem, vel ordinarium facta circa visita-
tionem minime appellatur, ut alias fuit decretum in
ista Sacra Congregatione cap. 8. super materia appel
lationum, de ordine Sacratissimi. Et quoad istos se-
ptem, qui deficiunt, dicitur non esse attendendos,
17 cum fuerint citati, & non comparuerint, † viden-
tur uel acquieuisse, vel desperasse de eorum iure,
cum nihil opposuerint. l. 2. C. de Decur. lib. 12. Bart.
18 in l. nulli. in fi. ff. quod quisque iuris. vnde † factum
a maiori parte omnes perstingit. l. quod maior. ff. ad
municipat. nisi doceatur de contrario. Card. in clem.
1. q. 4. de rebus ecclesiæ non alien. Restat ergo nunc
respondere ad argumenta in contrarium. Et ad pri-
mum dicitur, quod hęc translatio non fuit facta cau
sa pluuiarum uel temporis, restricta ad hyemem, vt
in d. c. ad audientiam, neque sumus in translatione
Cathedralis, de quibus loquuntur iura allegata in
contrarium, sed parochialis. Ad quam satis rationa
19 bilis † causa censeri debet difficultas ad eundum
ad locum Ecclesiæ parochialis uniuersa anni tēpore
Lapus allegat. 68. nu. 2. Rebuff. in pract. benefic. in
tit. de translat. ecclesiæ. nu. 4. & quòd infantes sine
baptismate perierint, & mulieres abortum fecerint,
& quòd uniuersus populus ab antiquo loco discesse-
serit. Innoc. in alleg. cap. pastoralis, & quæ causa vi
detur canonizata per consensum omnium parochia
norum exceptis illis decem familijs, de quibus in
20 d. decreto fuit facta mentio. Cui Episcopo † videtur
omnino esse credendum quo ad interuentum requi-
sitorum c. in præsentia, de renunciat. l. sicut, ff. de stat
hominum, tāto magis in visitatione diæcesis, in qua.
semper plures interuenire solent, & sępe ex ipsis pa
rochianis. Et sumus in sententia antiqua annis ab
hinc 27. & a qua minime fuit appellatum, pro qua
pręsumitur quoad solēnitates cū satis sit expressum
fuisse

21 fuisse in decreto Iudicis, quòd † causa cognita pro-
cesserit, licet in specie non exprimanturomnca so-
lemnitates requisitæ ad tale decretum, ot decidit
Aymo.de antiquit.temporum 2. par. nu. 9. & sic in
specie quando dicitur, quod non apparet illas septé
familias fuisse citatas, dicitur, quod solemnitas cita-
tionis fuit enunciata in sententia, cuius non negatur
22 obseruantia, quæ † duo canonizant assertiuam Epi
scopi iuxta opinionem, quam semper tenuit Rota
Romana præsertim in vna Romana Casalis 28. Iu
nij 1593. Et transiuit in notorium, & Episcopo in
similibus semper fides adhiberi solita est.

Ad secundum argumentum respondetur, quòd fa
cto processu ab Episcopo tunc temporis, licet sum-
mario, sufficienti tamen ad visitationem, fuit facta
translatio non limitata ad certas missas, vt diceba-
tur: sed ampla totius curæ. Vt in illis verbis decre-
ti vtriusque, & Episcopi, & visitatoris, Transtulit
plebem, quę dictio in iure canonico significat vniuer
23 sam curam, sicut etiam plebanus † est is, qui illam
habet. Bald. in sua Margarita, ex Innocen. in dictio
ne plebanus, qui proprie in casu nostro videtur es-
se Archipresbyter ruralis, quæ decreta supplico con
siderari in illis duabus dictionibus, transtulit &
plebem: Non enim fuit actum de translatione Mis-
sæ, sed de translatione administrationis parochia-
24 lium, sicut † obseruantia subsequuta est interpre-
tata, quale fuerit ius præcedens. Crauett. consil.
12. in fin. vnlum. 2. & Rota sæpe tenuit, & dato, &
non concesso, quòd fuerit tranalatio facta de solis
missis dicendis, sufficit nobis lapsus annorum 27.
25 cum ecclesia † non habens parochiam possit præscri
bere iura parochialia. Card. in clem. 2. §. fin. de relig.
domibus, ex quibus magis clarescit responsio ad
primum, quia licet translatio ecclesiarum sit de
maioribus, & reseruatis, ultra quod d. Glos. intelli-
26 gat † de translatione ecclesiarum non parochia-
lium, sed Cathedralium, & quòd non possit fieri si-
ne authoritate Apostolica: tamen de iure nouissi-
mo, quo vtimur videlicet ex dispositione Sacri Con
cil. Trident. sess. 21. cap. 7. de Reformat. Episco-
pi ecclesias parochiales transferunt tamquam Apo-
stolicæ sedis delegati, nec est uerum, quòd ex
eiusdem Concilij dispositione vocandus fuisset Il-
27 lustris dominus Comes: Quia † clausula illa, vo-
catis his, quorum interest, non trahitur ad inferius
dicta sub disiuncta Periodo, sed ad translationem
iurispatronatus in simplicibus, sicut ad proxima.
Nec probatur dotatam fuisse ecclesiam matricem
ab Illustri Domino Comite.

Quia negatur omnino esse, aut fuisse de alicuius iuris patronatus, nam ecclesia præsumitur libera, nisi contrarium ostendatur authenticis documentis a iure requisitis, cap. nobis, de iurepatronatus. Con. Trident. sess. 25. cap. 9. de reformat. incipit, sicut legitima, seruitutes non præsumuntur nisi probentur, leg. altius & l. si in ædibus. & ibi Doct. C. de seruit.

Ad vltimum argumentum respondetur, quòd dicta decreta per subsequentem sententiam non fue
runt vulnerata, quia Vicarius non poterat euertere
factum a superiore videlicet a visitatione Apostoli-
co. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell. l. nam
magistratus. ff. de arbitris. c. cum inferior. de electio-
28 ne, sicut † nec per sententiam tollere pręscriptionem
& ius per eam alteri quæsitum. Adest etiam condecentia, quę parocho suffragatur, quia habet aliam ecclesiam sub inuocatione Sancti Globani in villa Ioliani, ita vt non possit sustinere tot onera. Et ex planta regionis missa melius est vt ipse dominus Comes descendat, quam cœteri omnes ascendant, quia magis expedit parochum prope administrare curam, quam in illum nocte hyemali tempore exhibere periculo in casum repentine moribundi sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum per abruptas, & inuias illius Montis, & perdifficilis ascensus uias. Et ita fuit decisum in Sacra Congregatione de anno 1601. quod cura bene fuisset translata, & quod nec cogendus esset Archipresbyter ad conducendum alium sacerdotem pro dicendis missis in illa ecclesia antiqua, iam antiquata.

Hieron. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Sine vitio, & peccato potest quis sibi auferre liberam testandi facultatem, aut illi renunciare.*
2 *Per statutum, aut dominum rerum potest tolli facultas testandi.*
3 *Statutum iniquum, & irrationabile est ipso iure nullum.*
4 *Facultas testandi quoad eius substantiam est de iure gentium, quoad solemnitates de iure ciuili.*
5 *Statuens habet iurisditionem in loco, in quem dirigitur uirtus statuti.*
6 *Statutum nutritiuum peccati nullibi seruandum est de iure canonico.*
7 *Intellectus ad cap. si religiosus de elect. in sexto.*
8 *De iure longobardorum quomodo requireretur consensus Mundualdi in testamento fęminæ.*
9 *Præsentia partis numquam habetur pro consensu.*
10 *Præsens non consentiens æquiparatur absenti.*

Deus docuisti me a Iuuentute mea; & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua. Psal. 69.

QVædam mulier de oppido Montis Bodij, vbi bona habebat, & nupta est, pertransiens cum eius viro per Senogalliam ægrota, fecit testamentum cum multis legatis, hæredibus filijs institutis, & hoc quo ad bona, de quibus testari iure poterat, inter cœtera legauit fratri ex vtroque parente. Et deinde facto testamento, sicut domino placuit, ab humanis decessit. Vir in iudicio conatus est facere declarari testamētū esse nullum, quia fuerat conditum cōtra formā statuti Senogallię sub. Rub. 42. quod annullat testamenta

vxorum facta sine consensu virorum. Ego consultus pro veritate considerabam difficultates adesse. Quia dici non poterat d. statutum esse nullum de iure

1 re communi, quia † sine vitio, & peccato potest aliquis sibi auferre facultatem testandi, aut illi liberè renunciare. cap. si religiosus, de elect. in sexto. cap. fin. de testam. eodem libro. cap. non dicatis. 12. q. 1. cum alijs congestis per Couar. in 2. par. Rubr. de testam. num. 5. & sexto.

2 Secundò quia † per statutum, aut per dominum rerum potest tolli huiusmodi libera testandi facultas, ut dicit ibidem Couarr. num. 6. Bald. in l. cum Atchimedoram, in fin. C. ut in poss. legatorum.

Tertiò, quia in indiuiduo statutum, per quod cauetur, quòd vxores non possint testari sine virorum consensu, uel propinquorum præsentia, qualia sunt Senogalliense, & Aneonitarum, de iure tenet, & valet. Fortun. Gar. in tract. de ultimo fine vtriusque iuris nume. 355. similiter statutum populi potest facere, quòd institutio captatoria valeat, & teneat, ut dixit Barbat. in tract. de præstantia Cardinalium numer. 16. Afflict. decis. 260. nume. 1. Bald. in leg. 3. ff. de testam. Dec. consil. 455. incipit, Placet conclusio in principio, & consi. 612. cum multis alijs.

Quibus tamen non obstantibus contrariæ opi-

3 nioni adhæsi ob multa. Et primò, quia † statutum iniquum, & irrationabile est ipso iure nullum. Abb. in cap. cum omnes. quinto. extra de constit. Barto. in leg. omnes populi. in 4. quæstio. principali. in versic. iuxta prædicta. ff. de iust. & iure. ca. erit autem. 4. destin. statutum Senogalliæ est irrationabile, quia est contra bonos mores, auferens liberam testandi facultatem, & faciens illam pendere ab alieno arbitrio. contra leg. stipulatio hoc modo, & ibi communiter Doct. omnes. ff. de verb. obligat. l. fin. C. de pact. leg. hæreditas. C. de pact. conuentis, l. captatoria. leg. illa institutio. ff. de hæred. instit. cum satis irrationabile sit hominibus tollí ea,

4 quæ illis competunt de iuregentium, quia † facultas testandi quoad eius substantiam est de iuregentium, licet quoad solemnitates sit de iure ciuili. Bar. in l. interdum nu. 7. ff. de condit indeb. Dec. consil. 357. nu. 5. decis. pedem. centesima. nu. 38.

Est etiam iniquum, quia nihil est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, leg. 1. C. de sacrosf. eccles. Ergo d. statutum censendum est de iure nullum, ubicumque de illius ualiditate iudicetur.

Secundò, quia dato & non concesso, & sine ueri præiudicio, quòd Ciuitas Senogalliæ possit facere statuta contra ius ciuile nihilominus tunc illud statutum contra ius ciuile valet, quando tali iuri potest derogari pacto, uel consuetudine, uel renunciatione, alias secus d. decis. Pedemont. num. 34. sed dicto iuri ciuili non potest prædictis modis renunciari, vt in donatione. omnium bonorum exemplificat Doctores in d. l. stipulatio, & facit l. 1. in uerbo non sua sponte. C. si quis aliquem testari prohibuerit, igitur tale statutum erit nullum.

Tertiò, quia adhoc, ut quis ligetur statuto, duo requiruntur, vt signanter dicit Henricus Boiteus in tract. de synodo Episcopi, in 2. ar. 1. conclus. num. 10. Capyc. decis. 132. num. 7. & videtur esse communis

5 opinio. Primum est, quòd † statuens habeat iurisdictionem in loco, in quem dirigitur virtus statuti.

Secundum est, quod persona sit ibi subiecta saltem ratione causæ, propter quam vult illum ligare. ca. ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. cum similibus. In casu nostro virtus statuti Senogalliæ non potest dirigi in bona alibi sita, cum par in parem non habeat imperium, leg. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. & adest decisio Putei in terminis libr. primo 351.

Neque d. mulier erat subiecta Senogalliæ ratione causæ talis, quia cum nemine contraxerat, ex quo contractu fuisset subiecta loco, nec ciuis erat, nec incola, neque bona ibi habebat, neque animum permanendi Senogalliæ, sed solum pertransibat, quæ considerari debent ad effectum, ut quis ligetur statuto, vt fuit dictum in Rota. 23. die Ian. 1591. in una Perusina bonorum de Ballionibus.

Quartò, quia argumentum a verisimili mente statuentium in iure validissimum reputatur, ut ex pluribus iuribus congessit Hector Richer. in repet. Rubricæ de uerbor. obligat. a num. 47. vsque ad 49. & sæpe fuit dictum in Rota Romana. Modò si quis interrogaret statuentes, qua de causa tale statutum edidissent, certe non responderent alia, videlicet ne fœminæ fragilitate sexus deceptæ in extraneos bona alienarent, ut patet ex primis verbis statuti. l. vtrum vers. & puto. ff. de petit. hæred. quæ cura non fuisset illis de forensibus. Et si interrogati fuissent, quos dicto statuto voluissent ligari? certè, respondissent ciues, & incolas non peregrinos. Est enim consuetum populum vnumquemque edere ius ad municipales suos. l. constitutionibus. ff. ad municip. c. 1. de constit. in sexto. §. sed ius quidem ciuile. ff. de iure nat. gent. & ciuili.

Quintò, quia d. statutum videtur esse nutritiuũ peccati, posset enim maritus impedire testantem, vt intestata decederet, vel impelleret ad disponendum

6 aliter quam vellet, quod † est peccatum graue, vnde saltem de iure canonico seruari nullibi debet, ad congesta per Felin. in c. ad nostram. num. 4. de probat. cum vulgatis.

Sexto, quia saltem ex æquitate tale testamentum est sustinendum, cum d. mulier eos instituisset, quos instituere debuit, videlicet filiam, cui fratrem substituit, cui legauit aureos 300. Ioan. And. in c. fin. de successi. ab intest. facit, quod scribit Anchar. in clem. si furiosus. de homicid. Grammat. dec. 73. prius per populum Romanum in Tuditani Testamento iudicatum. Val. Max. lib. 7 c. 8.

Septimò, suffragantur multi Doctores videlicet Cast. in l. ex facto in princ. ff. de vulgar. Alex. Aret. Rip. ibidem. Fulgos. in l. fin. C. de testam. vbi voluit non valere statutum contra solemnitatem testandi de iure communi inductam. Et cum testamentum prætẽdatur ex aduerso esse imperfectũ rõne defectus solius solẽnitatis statutariæ omissæ, valebit saltẽ inter liberos l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de test. a quo beneficio substitutus nõ excludetur. Boer. dec. 240. & 241. pa. 2. statutum vero Anconitanum non habet locũ, quia bona sunt sita in territorio Montis Badij, nec statutum ex prædictis põt extendere vires

suas

suas extra territorium. Quod vero opponit vir, quòd testatrix fuerit dolo inducta ad testandum, cum id iu facto consistat, & actori incumbat onus probandi leg. actor. C. deprobat. leg. qui accusare. C. de edendo. leg. ei qui. ff. deprobat. instit. de legat. §. non solum. Et reus in exceptione sit actor. leg. 1. ff. de except. ad hoc probandum cogendus erit, si voluerit super hoc audiri.

Ad primum argumentum contrariæ opinionis,
7 respondetur, iura † in eo allegata procedere in renunciatione totius voluntatis generali, ac simplici per ingressum in Religionem: non autem in renunciatione speciali, & indiuidua respectu actus testandi, cum illa sit in fauorem priuatum inducta, cui quilibet renunciare potest: hæc uero sit inducta in fauorem publicum, cui renunciari non potest adnotata per Doctores in c. significasti & ibi Glo. fin. extra de foro competenti, & in hoc Couar. non distinxit.

Ad Secundum argumentum ex Bal. quòd per statutum aut dominum rerum possit tolli libera testandi facultas. dico quòd Bald. & alij loquuntur in pacto de non succedendo, quod non est contra bonos mores: non autem in statuto de non testando simpliciter, uel sine alterius consensu, ut ibi no. additio ad eum. in uerbo Respondeo sic.

Ad tertium respondetur singulariter singulis inductis. Fortunius non reddit rationem sui dicti, sed solum dat intellectum ad l. stipulatio hoc modo allegat, vt procedat respectu necessitatis exstrinsecæ, nõ intrinsecę. Barbat. loquitur non de statuto fiendo, seu facto a quacunque ciuitate, sed de senatusconsulto, & per consequens de populo Romano habente supremam potestatem leges condendi, aut de ciuitate libera ad l. Anthiocensium. ff. de priuilegijs creditorum. Bal. in §. ius autem ciuile. Instit. de iure. nat. gent. & ciuili nos autem sumus in ciuitate exigua Principi subiecta, quæ non potest ampliare fimbrias in statuendo absque licentia Principis in specie l. si quod extra ordinem, C. de legibus. lib. 10. ad hoc facit in Auth. de defensoribus ciuit. §. si inter cap. cum accessisset, & c. cum M. ferrar. de constit. Bal. vbi supra, secus si d. statutum esset confirmatum a Papa. decisio Afflicti numquam approbauit statutum requirens consensum viri in testamento vxoris, neq; hoc in iure commuoi discutit, sed de iure Longobardorũ,
8 de quo † iure considerandum est, quòd aliud est requiri viri consensum ne fęmina decipiatur, & aliud ut facultas testandi per talem consensum restringatur. Mundualdi consensus requirebatur ne fœmina esset decepta aut coacta a viro; nos vero sumus in casu opposito, quare ex illa decisione nihil infert. Dec. & Bal. loquuntur in statuto ampliatiuo, & non restrictiuo & in diuersis terminis etiam. Siquidem utraq; consilia præsupponunt statutum requirere præsentiam, & requisitionem ad testandum, & non dicunt consensum, inter quæ est longa diuersitas, cum voluntas testatoris dicatur captatoria ex consensu alieno, non ex aliena præsentia. d. l. illa institutio, & sic loquuntur de statutis uersantibus circa extrinseca, non autem intrinseca, prout est consensus. Bal. etiam loquitur in simili sic dicit. Et ita statutum potest augere puta, quod non valeat testamentum mulieris sine præsentia coniunctorum, quæ inter se longe differunt ad Glo. in cap. 1. de rebus eccle. non
9 alien. in sexto. Præsentia † vero partis numquam habetur pro consensu, nisi expresse consentiat, Et
10 præsens † non consentiens æquiparatur absenti Bal. in l. fi. §. necessitatem, c. de bon. quæ liberis.

Hier. Henricus I. V. D. consultor. Laus Deo

CONSILIVM LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Testes in modo deponendi singulares; si tamen influant pariter in rem testificatam, censentur concordes.*
2 *Inutile quod est, nullum appellatur.*
3 *Testamentum factum a testatore ad interrogationem Notarij non ualet.*
4 *Præsumptio una tollitur ex altera uehementiori.*
5 *Beneficium ab altero recipiens de iure naturæ tenetur ad antidora.*
6 *Testamentum insani viri sapienter approbatum a Populo Romano.*
7 *Ex solemnitatibus adhibitis a testatore ad testamentum argui potest, quid voluerit facere testator.*
8 *Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est.*
9 *Testamentum per nuncupationem non alias ualet, quam si septem testes simul uno eodemve tempore collecti testatoris voluntatem, vt testamentum sine scriptura facientis audierint.*
10 *Clausula. Et si non potest valere ut testamentum, valeat omni meliori modo, quo valere potest, & similes, censentur omnes appositæ de sola consuetudine notariorum.*

TEstamentum conditum ab A. P. non videtur posse valere, neque vt testamentum in scriptis, neque vt nuncupatiuum. Non ut in scriptis. Primò quia illud testamentum non fuit subscriptum a testatore sciente scribere manu propria, prout requiritur ex dispositione leg. hac consultissima, C. de testam. cum concordantibus. Cui non obstat si dicatur constare de contrario, quia per testes rite examinatos apparet, quod erat inhabilis ad scribendum, prout constat in summario. numer. 3. præsertim per Iacobum Antonium testem ita deponentem. Misser A. *da tre anni inqua non m'hà fatto riceuute, dicendomi che non potea più scriuere, che gli tremaua la mano*. Et per Thomam. *io sono depositario della collettione del piombo dall' 86. in qua. Et in detto tempo ogni mese hò pagato a missier A. li frutti de due officij, & per quanto hò visto dalle riceuute hà scritto sempre male, ma da deciotto mesi in quà hà scritto malissimo che li tremaua la mano, come si può vedere per le sue riceuute*. Et pariter duos præcedentes, quis influunt in idem, & sic contestes, vt Rota semper voluit, nam influunt in

1 rem testificatam, licet † in modo sint singulares ad leg. secunda ff. quemadm. testam. aperiatur. Bald. videndus in leg. 2. numer. 4. C. de bono: possess. secundum tabulas. Et sic in casu nostro idem erit non potuisse scribere, aut potuisse, sed difficillime, itaut non delinearet litteras. arg. §. subsidiaria autem, in uerbo aut non idonee Instit. de sa-
2 tisdat. tut. uel curat. sicuta simili † illud, quod est inutile, appellamus nullum cap. 2. de translat. Episcopi. leg. 1. pen. ff. quod cuiusque vniuersitatis, & licet qualitas scripturæ non esset attendenda, & sufficeret quòd illa scriptura haberet sensum apud scribentem, quia non figura literarum sed oratione, quam exprimunt literæ, obligamur. leg. non figura. ff. de verb. obligat. & quòd scriptura recognosceretur a testibus iuxta tex. in leg. comparationes, C. de fid. instrumentorum: tamen difficillime scribere intelligo in hoc casu, ut referatur ad impotentiam scribentis, itaut nec delineate figuras literarum, neque ita eam formare valeat, quo uel ipse, vt suam, uel testes pro testatoris subscriptione agnoscere vllo modo possint. In quo casu credo, quòd simus attenta depositione Iacobi Antonij tali. *Misser A. non m'ha fatto riceuute da tre anni in qua, dicendomi che non potea più scriuere*, ita quod si voluerimus hunc cum Thoma concordare, quando dicit malissimo, interpretari debemus difficillime, quasi impossibile referendo verbum non ad congruitatem scripturæ, sed ad impotentiam scribentis.

3 Secundò, quia † in testamento in scriptis, si interrogetur testator a Notario, si ille vult testamentum illud esse suum, & ille respondeat volo, vel ita, non valet. Ioan. Andreæ in addit. Spec. in tit. de testam. §. in primis. Et ita fuisse consultum a multis Doctoribus, & decisum refert & sequitur Afflict. decis. 143. & per Menicam uxorem A. testatoris aduersariam patet, quòd A. *fuit interrogatus a notario* de hoc. *vi vitene misser Q. & P. che trouarono in casa mia me, & A. & dopò che'l Notario hebbe letto d. testamento, disse a mio marito. ben chi volete pigliar per herede, & A. rispose, io non sò chi mi pigliare & misser Q. replicò e meglio che pigliate P. per herede, perche lui è homo da bene*, & idem probatur per reliquos concordes testes, ex quo non ex deliberata mente testatoris; sed potius captatoria institutus fuit hæres ad l. captatorias. ff. de hæred. instituendis, cum vulgaris.

Tertiò, quia testamentum fuit factum eo tempore, quo testator grauatus infirmitate non erat in recto sensu, vt deponunt testes. numero 4. in summario.

Neque valebat exprimere, quando valuisset comedere, mingere, aut simile quid, neque agnoscebat propriam domum, ecclesiam, vinea, neue cuius rei indiguisset, vestimenti, panis, vini neque poterat se cibare, neque amplius recordabatur præcem Dominicalem, & Angelicam, neque agnoscebat homines, itaut esset Demens, & Demens tus quali bis puer iuxta illud Plauti in Aulularia, & sic sumus in casu leg. senium C. qui testam. facere poss. Quia licet senium non impediat testamenti factionem, tamen quando probantur præd. per testes, intret dispositio illius legis a contrario sensu, quod est argumentum validum in iure. Corn. volu. 2. consi. 33. & quando dubitatur, an fuisset sanæ mentis, considerare necesse est, quòd ille, qui est semel furiosus aut fatuus, prout de A. dubitandum non est, propter quàmplurimos actus præcedentes testamentum semper præsumitur talis. Glo. in c. in dicas. 3. q. 9. & in c. cum dilectus de success. ab intest. quę præsumptio licet tolli quandoque possit præsumptione uehementiori. cap. afferte. de præsumpt. l. 1. C. qui & aduers. quos, tamen illa præsumptio tollitur & qua-
4 litate actus gesti, quia † si actus gestus congruit uiro sanæ mentis, præsumendum est fuisse sanæ mentis tempore testamenti, uel contractus, quo solo modo redigantur Doctores ad concordiam. Boer. decis. 23. num. 88. par. 1. modo testamentum ab A. vltimo loco conditum fuit indiscretum, quia in eo sibi institum hæredem P. P. quem nullo consanguinitatis vinculo contigebat. Nec erat ipsius familiaris
5 immo † inimicus, nec abeo beneficium reportaterar ut saltem de iure naturæ teneretur ad antidota: iuxta text. in leg. sed & si. §. consului. ff. de petit. hæredit. & non reliquit bona sua suis filiabus, prout pluries declarauit viuens, ut in summario numer. 6. Et de iure naturæ tenebatur, cum nihil sit tam naturale, quam, vt bona parentum in filios transfundantur, ut dicit lex. Et vt dicit Apostol. Qui suorum, præcipue domesticorum curam non habet, Christum negauit, & est omni infideli deterior.

Dicendum est quod tempore conditi testamenti non fuerit in recto sensu, prout in terminis est decisio Affl. 143. per totam omnino uidendam. Imò
6 contra quando † insanus instituisset filias, fuisset ualidum prout Senatus Romanus fecerat, qui Tuditani insani uiri testamentum, quia in eo filium suum hæredem instituit, comprobauit. Quia centum viri magis quod scriptum esset in tabulis considerandum existimauerunt, quam qui scripsisset: Valer. Maxim. lib. 7. cap. 8. Bald. in leg. 2. de testam. leg. furiosum C. eodem. Alex. lib. 2. consi. 85. Afflict. d. decis. facit Boer. decis. 23. lib. 2. Et ratio est quia testator præsumitur magis dilexisse agnatos, quam extraneum, idem Afflict. decis. 44. numer. 21.

Neque ualebit, ut nuncupatiuum, quia (prout in summario) voluit testari in scriptis, ad fuerunt sigilla testium, & similes solemnitates, quæ ex leg. hac consultissima præd. in illo solo inscriptis
7 requiruntur. Ex quibus † adhibitis arguitur quid voluerit facere testator. Corn. consil. 251. numero 9. libr. 4. Etenim accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. Philosophus in 2. de anima. noluit etiam suam uoluntatem esse notam testibus, & sic inscriptis testari. Castr. in l. hæredes palam. C. de testam. Cyn. in lè. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testam. Ad cognoscendum an Hermaphroditus sit masculus vel fœmina, uidendum in quam partem magis inclinet. quæritur. ff. de statu hominum, ita ad cognoscendum an aliquis voluerit testari in scriptis an sine? uidendum quas solemnitates adhibuerit, & sic in quam partem magis inclinauerit.

Secundò, quia testator coram testib. non expressit nomina heredũ, nec explicite, nec implicite p relatio nem

nem ad aliam scripturam. l. asse toto. ff. de hæred. instit. Bart. in l. si ita scripsero, ff. de condit. & dem. Afflict. d. decis.

9 Tertiò quia † testamentum per nuncupationem non alias valet, quam si septem testes simul vno eodemque tempore collecti testatoris voluntatem ut testamentum sine scriptura facientis audierint d. §. per nuncupationem, quod non fuit factum in hoc casu. Immo quod voluisset testari in scriptis ultra quod id fuit expressum, patet etiam ex coniecturis, quia facta fuerunt talia quæ non fiunt nisi cum testamentum fit in scriptis videlicet sigillationes. l. non codicillum. c. cod. titu. ex quibus sigillationibus erit testamentum in scriptis, neque valebit vt nuncupatiuum, ut Can. in d. §. per nuncupationem concludit ex quibus & si adsit clausula, Et si non potest ualere ut testamentum, ualeat omni meliori modo quo ualere potest, & similes quæcumque ex stylo Notarij maxime suspecti in hoc casu, ut per eius carcerationem dignè dubitatur, nihil operantur. Quia constat de contraria mente. Ruin. consi. 60. nu. 29. volum. 3.
10 sed censetur † appositæ de sola consuetudine notariorum Gabr. de comm. conclus. fol. 494. nu. 5. Quare adiudicanda venient bona uenientibus ab intestato, iuxta d. decis. Afflicti.

Hier. Herincus I. V. D. consultor.

CONSILIVM LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Rector beneficij grauati tenetur ad solutionem pensionis non obstante quod translatio ei non fuerit intimata, nec per translatarium litteræ fuerint expeditæ.*
2 *De iure communi gratia videtur concessa sub conditione si litteræ expediantur.*
3 *Sumptum de Registro supplicationum signatarum in iudicio fidem non facit.*
4 *Pensio non est proprie beneficium ecclesiasticum.*
5 *Licet per contractum matrimonij uel consecrationem in Episcopum vacet primum beneficium ipso iure, non tamen uacat pensio, quia non est beneficium.*
6 *Pensionarius non tenetur ad hospitalitatem, onera Episcopalia, & procurationem, ad quæ tenetur Beneficiatus.*
7 *Clausula illa in supplicatione signata a Papa, & cum absolutione &c. quid operetur.*
8 *Sacerdos an ex potestate clauium ei impartita ab Episcopo in consecratione habeat exequutionem illarum.*
9 *Pensio hodie post constitutionem Pij V. circa pensionarios maiorem similitudinem videtur habere cum beneficio, quam habuerit olim.*
10 *Instrumenta publica, perpetua firmitate nituntur ad damnum, & commodum vtriusque partis &c.*
11 *Instrumento gratiæ factæ a Papa recognito, & publicato, vocatis uocandis fides adhiberi potest.*
12 *Intimatio litterarum, seu translationis pensionis non requiritur quotiescumque agitur non ad pœnam priuationis beneficij sed ad solutionem dumtaxat debitarum pensionum.*
13 *Quotiescumque quis agit contra hæredem sibi obligati non tenetur illi intimari facere primum contractum obligationis: sed sufficit illum citari facere, hæredem, & deinde docere de obligatione authoris.*
14 *In citatione satis est exprimi ea, per quæ intelligat monitus super quo conuenitur.*
15 *Resignatio est sui iuris libera dimissio, seu cessio.*
16 *Translatarius habet idem priuilegium super pensione, quod habet transferens.*

Deus tu, qui linguas infantium facis disertas, linguam meam erudias & in labijs meis radium tuæ benedictionis infunde Sanct. Thom. in orat. ante studium.

PRæsupposita facultate transferendi pensiones concessa conclauistis per fœl. recordat. Sixtum Quintum, & quod pensio in casu ad me transmisso fuerit legitime, ac iuxta indulti formam translata, & idoneitate hinc inde. Consultus pro ueritate sum in uoto, Rectorem † beneficij grauati tene-
1 ri ad solutionem pensionis, non obstante quod translatio ei non fuerit intimata, nec per translatarium litteræ fuerint expeditæ: ob multa. Et primò, quia licet translatario obstet regula Cancellariæ de non iudicando iuxta formam supplicationis, seù literarum expeditarum. Et altera Sanctissimi nume. 51. quòd nulli suffragetur dispensatio, aut concessio, nisi litteris confectis: & quod gratia Papæ literarum expeditionem requirat, vt illa constare possit.

2 Nam † de iure communi gratia sub hac conditione tacite concedi videtur, si litteræ expediantur. Bald. in leg. humanum circa finem. C. de legibus. Egid. consi. 34. Felin. in cap. eam te. de rescr. Et per expeditionem forma & perfectio gratiæ detur. Rot. in nou. dec. 27. de rescript.

3 Et quòd † sumptum de registro supplicationum signatarum in iudicio fidem non faciat: secus autem si sumptum litterarum Bullarum extrahatur Rot. in nou. decis. 28. de probat. cum alijs per Gomesium in d. Regula. quæst. 1.

4 Tamen quia † pensio non est proprie beneficium ecclesiasticum, vt patet in cap. quamuis, de præb. in sexto. Felin. in cap. ad audientiam de rescr. iura loquentia de beneficijs, vt sunt omnia prædicta, & similia non possunt adaptari ad pensiones: quia diuersorum diuersa debet esse ratio, leg. illa, ff. ad leg. Aquil. leg. a Titio. ff. de uerborum obligat. cum similibus. Ex quo infertur, quòd
5 † licet per contractum matrimonij, uel consecrationem in Episcopum vacet primum beneficium ipso iure, non tamen vacet pensio, quia non est beneficium. Card. in clem. 1. in 6. quæst. de suppl. negli. Prælat. Et habens pensionem non obligatur ad

residentiam,nec tenetur assumere aliquem ordinem
sacrum, nec tenetur ad ista onera, adquæ beneficia
6 † obligantur videlicet hospitalitatem, onera Episco
palia,& procurationem debitam visitantibus, ut in
c.extirpandæ.de præb.cap.prohibemus,de censibus
jmmo iudicantur sermones ex integro omnino diuer
si sicut titulus de permutatione beneficiorum non
habet locum in permutatione beneficiorum,non ha
bet locum in permutatione pensionis, nam inter
pensiones non habet locum permutatio sicut inter
beneficia. Card. in d.elem.

Nec regula loquens de impetratione beneficio-
rum habebit locum in impetratione pensionum. Go
mes.in regula de annalis poss.quæst.21.num.2. sed
in alijs coincidit pensio cum beneficio. Sicut enim
irregularis non est capax beneficij, vt ego scripsi
in consil. 51. ita nec erit capax pensionis. Et licet
in impetratione, seu in supplici libello soleat appo-
ni clausula, & cum absolutione & cap.ad effectum
7 dumtaxat harum consequendum & illa † clausula
signetur a Papa ad partes: tamen ex hoc non pote-
rit exigere pensionem,sed illa absolutio operatur so-
lum, vt licite fuerit imposita, sed remanet impedi-
mentum, quod necesse est, ut tollatur per forma-
lem absolutionem literis confectis in pœnitentiaria
sanctissimi. & ita responsum fuisse audiui a Do-
ctissimo viro Ragonio Iesuita examinatore Romæ,
& est simile in materia potestatis clauium. Quando
8 † Episcopus consacrat presbyterum,dicit, Accipere
potestatem ligandi & soluendi. Et nihilominus ille
sacerdos neque absoluere,neque ligare potest,nisi ab
Episcopo admittatur vt habetur in Conc. Tridenti.
sess.23.cap.15.de reformat Ratio est, quia exequu-
tio illius potestatis est impedita,donec relaxetur per
Episcopum,ut dicit Dominus Victoria, in tract. de
potestate clauium in princ. Episcopus dat & confert
sacerdoti omnia ea,quæ sunt ordinis, sed non omnia
ea,quæ sunt iurisditionis, sed de his non est locus
hic. Hodie ex constitututione fæl. recordationis
Pij V. qua cogit pensionarios ad habitum clericalē,
ad onus dicendi officium, & ad alia similia, pensio
9 † maiorem similitudinem videtur habere cum bene
ficio,quam habuerit.

Secundo quia ratio, quare in beneficijs requira-
tur literarum expeditio, videtur esse aut illa ut pro-
bet. Gomes in d.Reg.de non iudic.q.1.nu.6.aut al-
tera ex Modernis,ut propter appositionem manuū
plurimorum officialium,cuitentur falsitates,ut dicit
tex.in l.fin.C. de codicillis. Vel quia gratia per so-
lam supplicationem factā ante literatum expeditio-
nem ius effectuale in personam prouisi non inducat,
ita ut per eius mortem nihil vacet. Bellem.dec.644.
Hæ rationes cessant omnes in pensionibus, vnde &
prædictæ constitutiones cessare debent. l. quod di-
ctum.ff.de pact.Glo.fin.in c.fin.de decimis.Nam si
desuper fuit confectum instrumentum per manum
publici notarij, & cum interuentu testium, plenissi-
me probabit. cap. 2. de fide. instrum. Instrumenta
10 † publica perpetua firmitate nituntur ad damnum,
& commodum vtriusque partis cap.2.54. dist. l. in
exercendis, C. de fide. instrum. etiam inter alios,
quam inter illos, inter quos fuit celebratum. Cyn.
& Bald.in l.desiderium,C.depos.Bald.in l.2.C. de
eden. Similiter cessat,quod dictum est de appositio-
ne manuum officialium, quia præsupponimus fuis-
se factam ascitis persona indignitate Ecclesiastica
constituta,notario,& testibus qui omnes sine dubio
æquipollent illis:uel sufficit eos fuisse idoneos iuxta
mentis Papæ expressionem in d. indulto concesso
conclauistis. Nam idoneus dicitur secundum subie-
ctam materiam,qui approbatus sit abeo, cuius in-
terest.l.qui satisdare.§. fin. ff. de fideiuss. Et papa in
hoc articulo prædictos solos indicauit sufficientes.

Tertiò quia ius commune literarum expeditio-
nem non requirit,sed solam nudam,& simplicem si
gnaturam, vt notatur in elem. dudum. §. nos enim
de sepult.c.institutionis 25.q.2. Et gratia facta per
Papā facta recognitione coram ordinario per testes
litteris non expeditis probat Gomes.in d. reg. de nō
iudic.q.2.num.3.vnde cum causa ista videnda sit in
11 partibus, sufficiet † instrumentum recognitum, &
publicatum vocatis vocandis,& ita voluit Rota his
posse per iudicem adhiberi fidem. Put. lib. 2. decis.
246.& videtur facere decis.21.de concess.præbend.
in nouis.

Non obstat, quòd translatio non fuerit intimata,
12 quia † quotiescumque agitur non ad pœnam priua-
tionis beneficij,sed ad solutionem duntaxat debita-
rum pensionum,non requiritur intimatio;sicut quan
do quis agit contra aliquem ex aliquo contractu,ut
hæredem alterius obligati, cum actiones transeant
actiue,& passiue in hæredem l.1.C.ut actio ab hære
de,& cōtra hæred.non cogitur ei intimare contractū
13 obligationis,sed † sufficit citari facere eum, vt hæ-
redem obligati ex tali causa,& in iudicio postea pro
bare,quòd ille erat obligatus, & sic in proposito sa-
tis est ostendere apud acta,Rectorem obtinere bene
ficium cum fructuum perceptione,super quibus est
reseruata pensio vigore cōsensus prædecessoris,quia
in hoc casu agitur,ut soluat pensionem,quę debetur
& fructibus,quos percipit, quo casu non reperitur,
quod requiratur obligationis intimatio ad iurisdi-
14 tionem,cum sit † satis in citatione talia exprimi, per
quæ intelligat monitus super quo conuenitur, & ita
uoluit Rota apud Cassadorum de rescript.dec.12. in
terminis nostris. Et in antiquis decis. 771. uoluit
sufficere coniecturas solas; quod vtrumque perue-
nerit ad notitiam successoris in beneficio grauato.
Neque refragatur, si dicatur prædicta procedere in
pensionario, non in translatario, quia præterquam
quòd translatarius, & pensionarius sunt eiusdem
naturæ in hoc casu, Put. & Rot. loquuntur in tran-
slatario.

15 Secundò quia, † Resignatio est sui iuris libera di-
missio,seu cessio cap.dilecto in fin.de præb. Rebuff.
in praxi beneficiali de resignat. Et cessionarius suc-
cedat in ius cedentis.l.emptor.& ibi Bald.C.de hæ-
red.vel ait. vend. Quod dicitur de pensionario, sine
16 dubio dicendum uidetur de translatario, cum † iste
pensionarius sit in eisdem terminis, & habeat idem
priuilegium super re cessa, quod habet cedens. Cast.
consi.222.in 1.vol.post Bert.in l.post dotem. ff. sol.
matrimonio.

Hier, Henricus I.V.D.consultor.

CONSILIVM LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *In Filijs primi gradus prohiberi potest detractio Trebellianicæ per Testatorem.*

2 *Nepos decedens sine filijs in fideicommisso vniuersali grauatus cum tali conditione restituere Hospitali, potest de iure ciuili detrahere Trebellianicam.*

3 *Per tacitos intellectus non debet induci legum correctio.*

4 *Executores ad pias non detrahunt pauperibus quartam.*

5 *De iure canonico Nepos non detrahit Trebellianicam.*

6 *In illis, quæ ad pias, substituti veniunt, iure directo, non fideicommissario, &c.*

Christi Redemptoris nostri nomine inuocato.

IN casu transmisso ab amico tria videntur consideranda. Primum, an Nepos decedens sine filiis in fideicommisso vniuersali grauatus cũ tali conditione restituere Hospitali, possit de iure ciuili detrahere Trebellianicam.

Secundum, an de iure canonico.

Tertium, an patruus ex persona nepotis hæres possit detrahere.

Quoad primum dico, quod sic. Et præsuppono, quod non sit a testatore.

Primò, quia in facto non adest, cum dubium esse non debeat testatorem expresè posse prohibere detractionem non solum Falcidiæ, sed etiam Trebellianicæ. Cyn. in Auth. sed cum testator. num. 3. C. ad l. falc. Bar. in l. Marcellus. §. 1. num. 6. Alexand. num. 8. vbi innumeros congessit. ff. ad Senatuscons. Trebell. Bar. in d. Authent. sed cum testator. C. ad l. Falc. Bald. in l. filium quem C. fam. herc. Et pro hac opinione sunt 61. Doctores. & pro contraria 47. allegantur in dec. Pedem. 148. num. 25. Tamen habe-
1 mus decisionem Romanam, quæ nobis est lex, vt † etiam in filiis primi gradus prohiberi possit. Cassad. dec. 4. de testam. vbi aliqui Doctores allegantur pro hac opinione. & est communis opinio Viuij. opin. 1004. vbi innumeros congessit. Et fuit post modum decisum in vna Anconitana fideicommissi corā Lancellotto seniore part. 2. diuers. decis. 313. per totam. Cui non obstat, quod detrahatur contra uoluntatem testatoris c. Raynaldus in fin. & ibi Glos. de testam. Alex. in l. Titia. ff. ad l. Falcid. Quia Gloss. illa se declarat, quod procedat contra voluntatem testatoris tacitam, non autem expressam scientes vires patrimonii sui, vt est videre in ea.

Secundò præsuppono, quod non sit facta aliqua prohibitio a testatore, quia licet testator mandet restitui omnia bona sua, tamen per tabulas testamenti non censentur prohibuisse detractionem Falcidiæ. Ias. consi. 84. vol. 1. Crot. in repet. l. nemo potest. nu. 14. de leg. 1. Salicet. in repet. l. Centurio in vers. aduerte itaque. ff. de vulg. & pup. & ita sæpe fuisse de-
2 cisum in Rota, testatur Put. lib. 2. decis. 439. Et † sic non facta aliqua prohibitione alienationis bonorum non censetur prohibita. d. dec. 313. Quibus præsuppositis, Dubio respondeo, quod sic. Oldrad. viden. consil. 248. in fin. in versic. ad sextam quæstionem. Archid. in ca. si pater. de testam. in sexto. Io. Andr. in
3 d. c. si pater. Alex. in d. l. Marcellus. nu. 3. Quia † in Trebellianica non reperiuntur correcta iura antiqua, & per tacitos intellectus non debet induci legum correctio. Glos. in cap. cupientes. §. quod si per viginti de elect. in sexto. quia ex identitate rationis non debet fieri extensio in correctoriis, ut not. in Authent. quas actiones. C. de sacros. eccles. Cui non obstat §. restituta. instit. eodem. alleg. per Bartol. in d. l. Marcellus. quia ille tex. non dicit, quod in omni casu, quo Falcidia resecat particularia legata, ita Trebellianica resecet uniuersalia. Et posito, quod illud diceret, tamen non ponit regulam negatiuè, quod vbi locum habet Falcidia, ibi non habeat locum Trebellianica Neque obstat text. in d. l. Marcellus. in §. 1. in versic. quod autem, quia secundum intellectum Gloss. in verbo dictum, non probat illud, ad quod allegatur per Barto. sed probat, quod quando hæres coactus est adire, legatarius a fideicommissario non habet, neque plus, neque minus, quam habuisset ab hærede, si spontè adiuisset. Neque minus tex. in l. si quis ad declinandum. C. de episc. & cler.
4 quia † ibi pauperes erant instituti, unde executores, vel Episcopus, qui locum tenent pauperum, non detrahunt ipsis pauperibus quartam; sicut nec Pater detrahit filio instituto. l. cum filio. de leg. 1. & sunt aliæ responsiones per Alexandrum in d. l. Marcellus. Et sic intelligo Crassum, in suo lib. sent. §. Trebellianica q. sexta in fine. Quod quando Fideicommissarius rogatus est restituere sub conditione, si sine liberis decesserit, ut in casu nostro, deducat Trebellianicam, vbi citat Emanuelem a Costa d. verbo Trebellianica. num. 27. in additione literæ A. Doctrinæ uero, quæ allegari possunt in contrarium, procedunt quando fideicommissarius rogatus est purè, aut ad diem certum, aut post mortem suam restituere, quoniam in his constat certè fideicommissum deuenturum esse ad piam causam, in cuius reuerentiam, & fauorem non deducitur, sed in casu huius consilii est omnino incertum, & ita procedant allegata per Gabriel, lib. 4. ad Trebell. conclus. 11. a nu. 3. vsque ad septimum quo casu grauatus debet cauere, quod in euentum, quod fideicommisso sit locus, restituet quartam retentam piæ causæ cum allegatis per eum.

5 Quoad secundum, De † Iure canonico dico non detrahi. Bald. in Auth. similiter num. 6. C. ad l. falc. quia si qua differentia esset in capitibus iuris, tamen non urget fauore animæ, ubi ampliat, etiam si sit filius testatoris ille, qui vult detrahere, vel idem si aliqua Falcidia esset per constitutionem loci introducta, quia est eadē ratio, quæ in Trebellianica. Spec. in tit. de instrum. edit. §. compendiosè. vers. sed cum deductio. Bal. in l. id quod Pauperibus. C. de episc. & cler. Et hanc esse communem obseruantiam, & opinionem, & ita practicam, ita ut in consulendo, &

in

in legendo nunquam discesserit testatur Alex.consi. 12.num.33.lib.3. & ita decisum in pluribus curiis. Guidop.dec.188.Capell.Tholos.q.83. vbi additio dixit hanc esse tutiorem opinionem pro salute aoimarum. Et videtur esse ratio irrefragabilis illa Glo.
6 in d.c.si pater.in verbo Trebellianicæ,quia † in his quæ ad pias substituti veniunt iure directo non fideicommissario, & propterea non habet locum deductio Trebellianicæ cum etiam substitutio fideicommissaria in fauorem suæ causæ militet iure directo,vt per omnes scribentes ibidem. Ex quibus videtur decisum tertium dubium, quia si fuerimus in loco, vbi ius ciuile primo seruaodum sit ex statuto, vt in foro Capitolino lib.1.cap.42.vel ex iure communi ad latè deducta per Felinum in c.Ecclesia sanctæ Mariæ a num.44.vsque ad 48.de constitut. patrui poterunt succedere ex persona nepotis, quia Trebellianicam detrahit etiam hæres hæredis leg. quamquam,& ibi Bal.C.ad l.Falcidiam,&c.

Ita consului Ego Hier.Henricus I. V.D.

CONSILIVM LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Vltimus status Beneficij attendi debet, dum de eius natura controuertitur.*
2 *Papa minus vult præiudicare patronis laicis: quam Ecclesiasticis in Iurepatronatus.*
3 *Sententia erronea retractari debet ab eodem Iudice.*
4 *Ab exequutione litterarum. Apostolicarum ad effectum suspensiuum non datur appellatio.*

FVIT proposita quæstio. an vna sola præsentatio, quæ ostendatur tempore litis, & sic a suspectis tempore suspecto, & inualido. possit impedire institutionem,& deinde possessionem captam ab Impetraote beneficium tamquã liberum? Dixi, quod non. Quia Iuspatronatus probatur non ex vna, sed ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat Concil. Trident. sess. 25.cap.9.non ergo ex vna. tanto magis cum proponatur tamquam incidens, & accessoria ad tradita per Curt.Iu.l. quoties. C. de iudic. & sic non attendenda, vt fuit dictum in illa Mediolanensi Benefi-
1 cij prima Iunij 1592. Et † licet vltimus status attendi debeat, in quo beneficium,de quo agitur, fuit collatum a Papa tamquam liberum cap. cum olim. de causa poss. & propriet. tamen dato quod regula militaret pro Episcopo instituente non procederet in hoc casu, in quo beneficium iam erat effectum litigiosum propter dispositionem cap.primum.Vt lit. pend. Tunc enim habet manus ligatas,neque conferre potest beneficium,tunc vacans ne detur nouos collitigans in fortioribus terminis. Neque etiam possunt præsenti patroni in demortui locum alte-
2 rum nominare stante lite, non † obstante quod Papa minus velit præiudicare patronis laicis, quam Ordinariis,vt per Lap.allegat.22.Roch.de Iurepatron.in uerbo honorificum.q.23. Saroen. in Regula.de surrogan.q.53. Et sufficit,quod fuerit doctum de clericatu, de possessione authoris, in cuius iura A.surrogatus est, de tempore obitus, & denique lis fuerit verificata eo modo,quo narrata, & per consequens iustificatæ litteræ. Et ideo intrat derogatio facta lite pendente in possessorio, vt per Sarnen. de trienn.q.11.num.13. Non obstat,quod surrogatio intelligatur sine præiudicio iuris alteri quæsiti ad Saroeo.de surrogat.q.8.quia loquitur de iure tertio competenti, cui non est derogatum, veluti si tertio competeret regressus per obitum possessoris:non autem de iure Ordinarij,cui propter litem, vt aliquando sit litium finis, sint ligatæ manus, ne conferre possit.d.c.1.vt lit.pend.clem.1.eod. tit. & fuit alias Resolutum in Rota in vna Mediolanensi Beneficij.Non obstat sententia Episcopi, seu eius in Spiritualibus Vicarii, quæ non potest canonizare Iuspatronatum,quia vltra quod lata fuit in partibus, fuit suspensa per appellationem, pro qua non præsumitur c.in præsentia,& ibi Doct. de renunc.& fuit dictum in illa Fumaoa pensionis 14.Decẽbris 1592.
3 Et dato † quod transijsset in iudicatum, stante quod nullius præsentationis vigore fuerit lata, & sic vt erronea retractari debet. Guidop.q.368. Et sic docto de bono iure commissio venit signanda cũ clau-
4 sula, Sine præiudicio exequutionis, quia † ab exequutione literarum Apostolicarum ad effectum suspensiuum exemplo instrumenti guarantigiati non datur appellatio.verb.lib.3.c.vltimo cum fine.

Ita consului Ego Hieron.Henricus consultor.

CONSILIVM LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium ex quibus præparatorijs dicatur probari.*
2 *Mulier potest petere tori separationem; ex quo vir falso illam querelauit in iudicio in causa capitali.*
3 *In sententia condemnatoria requiruntur uerba expressa continentia condemnationem per uerbum, Damno, aut declaro incidisse in pœnas, & huiusmodi.*
4 *Taciturnitas in actibus præiudicialibus non inducit consensum,sed dissensum, quando datur reuerentia ex parte illius,qui debebat protestari.*
5 *Metus reuerentialis semper præsumitur in vxore respectu viri.*
6 *Metus semel illatus semper præsumitur durare, durante eadem causa metus.*
7 *Magno timore ingenito in uxore ex causa, supersedendum erit in restitutione eius facienda uiro.*
8 *Vxor, & seruus,qui malè tractantur a Domino,uel a marito consequuntur ius recedendi ab eo,uel eis.*
9 *Vxorem neque cum causa licet acriter verberare.*
10 *Sola sæuitia uerborum repellit uirum a restitutione uxoris.*
11 *Vir si accusauit, iurauit,uel nixus est probare uxorem suam meretricem esse, & hoc falso; iure separatio tori mulieri erit concedenda,& c.*

12 Ma-

12 *Marito ob auaritiam lucro dotis intendente, separatio tori concedi potest.*
13 *Propter odium capitale uiri, eiusque persequutionem separatio tori concedi potest.*
14 *Argumentum a minori ad maius ualidissimum argumentum.*
15 *Viro excipiente ad lucrum dotis, videtur agere.*
16 *Diffamatio alicuius ab altero facta, cum controuersia omnium bonorum inimicitiam capitalem inducit*
17 *Adulterium & si per uiam exceptionis propositum a uiro intentatum, iustam causam prabet uxori ad petendam tori separationem.*
18 *Pœna talionis in desuetudinem abijt.*
19 *Non requiritur talis, aut tanta specificatio in actione adulterij per uiam exceptionis intentatu quanta, & qualis requiritur per uiam actionis.*
20 *Libelli formulæ obseruantia, nec a Iudice neque a parte petita non est de substantia ordinis Iudiciarij; sed sufficit aliqualis petitio.*
21 *De iure ueteri procedebatur ad sententiam usque inclusiuè ex quali quali petitione.*
22 *Solemnitas libelli omitti potest de consensu partium ubi uideretur necessaria, Iudice non requirente.*
23 *Qualis qualis petitio est, quæ nudam petentis intentionem indicat.*
24 *Actus nullus habetur pro inutili, & non facto eatenus, quatenus præiudicium tertij concernit: non autem quoad fauorem gerentis.*
25 *Quæ sint ad adulterium copulatiuè requisita.*
26 *Amicitia facit cessare omnem adulterij suspicionem.*
27 *Consanguinitatis uinculum tollit adulterij præsumptionem.*
28 *In causa adulterij testes minus idonei in subsidium reputantur idonei. Et quomodo id intelligatur. ibid.*
29 *Talem animum quis habere præsumitur, qualem eius facta, & uerba demonstrant.*
30 *Leges, canonesque punientes adulterium, loquuntur de perfecto non de præsumpto.*
31 *Longum discrimen inter tori separationem, & diuortium.*
32 *Præsumptio temeraria est, præsumi adulterium ex hoc solo, quod solus cum sola, & si pulchra, repertus fuerit.*

Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum.

IN causa Popiliæ contra Tuberonem eius uirum mordicus intentata probonebantur aliquæ quæstiones. Quarum prima magis percutiebat scopum, & erat. An in processu probatæ fuissent causæ sufficientes ad tori separationem? quod desiderabatur a muliere. Et prima fronte videbatur dicendum, quod non, quia in processu primus testis super quarto articulo deponebat, quod Tubero ab illa petebat pecuniam inustè, *& non li uolendo dar denari, la prese per il collo, & tra le altre le dette un pugno in mezzo la testa & la buttò in terra, oh' era quasi stordita, & io lo ritenni che ne le daua delle altre.* Et idem deponit secundus testis super quarto. Et sic ex toto processu non inferrebatur nisi molesta cohabitatio. sed si quis dixerit, propter molestiam cohabitationem matrimonium, aut matrimonii vinculum dissolui posse, anathematis gladio feritur ab Ecclesia, vt in Concil. Tridentino sess. 24. can. 5. de matrimonio. Ergo non est condescendendum ad iudicium separationis. Quos Deus coniunxit, inquit Apostolus, homo non separet.

Secundò, quia d. Popilia fuit a Tuberone comprehensa in adulterio, nam inuenit eam cum M. solam cum solo domi ianuis clausis, quo casu licuisset illam non solum uerberibus affligere, sed etiam occidere, cum difficile sit iustum temperare dolorē, & de hoc sunt leges claræ. l. Grachus. C. ad l. Iul. de adult. & stupris. Etenim licet adulterium probari directè non possit. Angel. de malefic. in uerbo *che m'hai adulterato la mia donna.* in versic. Visis capitulis, tamen † satis dicitur esse probatum ex huiusmo
1 di præparatoriis, ex quibus tamquam a sedibus argumentum infertur l. quod ait lex ff. de adult. Bart. in l. capite quinto. ff. eodem. c. literis. & c. tertio loco. de præsumpt. cap. præterea de testibus. & sine dubio solus cum sola, iuuenis cum puella non præsumuntur dicere Pater noster, vt ex pluribus congessit Pater meus in primo consilio. facit doctrina Mascardi vol. 1. conclus. 59. num. 10. de probationibus, ubi affirmat adulterium ex his dici probatum. Nec ob id si fuerit verberata, conqueri potest, imò vir lucratur dotem, vt in terminis urget Parisij cōsilium 54. lib. 4. incipit, Assertæ sententiæ, vbi multa deduxit: Tubero statim acclamauit, querelauit illam in iudicio competenti de adulterio perpetrato, quod probauit per quinque testes, quorum quartus dicebat *che Popilia s'introdusse M. in camera, & lo facea scriuere solo a solo*, & tertius, *che venuto il marito lo fece nascondere*, & licet ad sententiam deuentum non fuisset, tamen quia vir voluit ei condonare delictum, non videtur ex hoc absoluta, sed pœna dicetur potius remissa. cum præcepto a Iudice quod in futurū abstineret a similibus, & sic potius dilata.

Tertiò, quia post hæc d. Popilia metu perterrita, & ob conscientiam perpetrati delicti aufugit a domo uiri, & pernoctauit extra eius domum, quæ sola causa sufficeret de iure ciuili ad diuortium. l. consensu. C. de repudiis, neque præsumi potest, quod fecisset bonum aliquod, quia antequam Tub. illam duxisset in uxorem, erat publica meretrix, & fuerat ad instantiam fisci monita a Iudice de honestè uiuendo, unde quia semel mala semper præsumetur mala in hoc genere mali. cap. qui semel. de regul. iur. in 6. Quibus, non sum conterritus, quin pro muliere sentirem. Etenim inter cætera Tub. querelauit vxorem de anno præterito de ueneno propinato, ob quam in secreto carcere diu mansit, & ad uerificationem produxit uir quinque testes. quorum secundus qui erat physicus dixit se nullum ueneni indicium agnouisse: quartus dixit, *che il uino era stato cagione di quello accidente*, & quintus, qui erat Parochus illico uocatus dixit, *io toccandoli il polso lo trouai gagliardo assai, & accostatomi lo sentetti che puzzaua molto di vino, & in me istesso mi imaginai che fusse stato imbriaco.* Quamobrem agnoscens, quod faba prosilie-

bat

bat in authorem, non requisitus consensit cassatio-
ni querelæ, non tamen Pop. renunciauit actioni sibi
2 ex tali iniuria competenti, quæ est, ut † possit petere
tori separationem per tex. in Auth. ut licet matri, &
auiæ. §. Quia uero plurimas in illis uerbis. Si quoli-
bet modo uir insidiatus fuerit uitæ mulieris, & stu-
duerit secundum leges ulcisci, quod est, ut ibi Gloss.
exponit, ut in casu nostro illam querelando in iudi-
cio agendo iniuriarum. l. consensu. in uersic. aut alio
simili modo insidiantem. C. de repudiis. auth. de nu
ptiis. §. Mitiores itaque in uersic. Aut per alium ali-
quem talem modum. collat. 4. cum concord. Anton,
de sancto Georgio, in c. quæsiuit. num. 1. extr. de Di
uortiis. Modo per testes examinatos ad sui instan-
tiam constat de iniustitia querelæ, & per consequēs
de machinatione. Quo casu animaduertendum est,
quod ultra quod in hoc capite punitur affectus non
sequuto effectu, Glo. & Canonistæ omnes. in cap. 1,
de Diuortiis, nihilominus Tub. in hac causa non ste
tit in solis terminis conatus, sed uenit ad factum, &
ue actum proximum faciendo quantum potuit, &
quod non potuit, per se non stetit, quia illam fecit car
cerari, & illam exposuit iustitiæ ultrici. Nec causam
uiri extollit consensus datus cassationi querelæ,
quia non consensit re integra, sed post testes exami-
natos, ex quorum depositione iam apparuerat de
innocentia uxoris: neque potuit eum pœnitere in
tertii præiudicium. ca. quod semel. de reg. iur. in sex-
to. Neque minus, quod decretum desuper a Iudice
editum, contineat potius condonationem, quam ab
solutionem. Quia respondetur, quod nulla fuit fa-
cta instantia pro parte Popiliæ pro sua uidelicet ex-
carceratione, cum nullum pro se haberet adiutorē,
quominus Procuratorem, sed Iudex ad effectum, ut
ipsa perseuerarer in fide, & ad effectum ne exeogi-
tarer facturam se quod innocenti sibi fuit imputatū
cum soleant falsæ imputationes etiam innocentes
exasperare monuit eam, ut abstineret a similibus.
Quæ uerba non ob id inserunt, quod dixisset illam
3 hoc fecisse, aut illam fuisse condemnatam. Quia †
in sententia condemnatoria requiruntur uerba ex-
pressa continentia condemnationem per uerbum
condemno, aut damno, aut declaro incidisse, & hu-
iusmodi. l. 1. ff. de re iudicata. l. Præses Prouinciæ.
C. de sent. & interlocut. omn. iudic. imo cum con-
demnatio non fuerit facta a Iudice, uidetur eo ipso
absoluisse. Spec. de except. §. 2. uersi. Quid si Iudex.
Neque minus quod tacuerit, & non fuerit protesta-
4 ta de hoc. Quia † respondetur, quod taciturnitas in
actibus præiudicialibus non inducit consensum, sed
dissensum, quando datur reuerentia ex parte illius,
quo debebat protestari. Bar. in l. quæ dotis. ff. solut.
matrim. & est decisio Afflicti. 58. num. 3. Et sufficit
metus reuerentialis. Gloss. in l. 1. §. quæ onerandæ.
per illum tex. ff. quarum rerum actio. Alexan. in l. si
cum dotem. §. eo autem. num. 11. sol. matrimon. &
Rota sæpè dixit, ut in illa Toletana professionis
22. Maij 1595. Metus iste reuerentialis erat in fe-
mina ob multa.

Primò respectu uiri truculenti, & furibundi, qui
eam sæpè solebat uerberare, ut dixerunt testes cita-
5 ti. Et † metus Reuerentialis etiam sine hoc semper
præsumitur in uxore respectu uiri. Innoc. in ca. per-
latum. in Gloss. in uerbo tatum, de his, quæ ui. met,
causa, &c. tanto magis si uerberauit, & si accusauit
de crimine capitali.

Secundo respectu Principis, cum Iudex de eius
diceret esse mandato. Bal. in ca. 1. de pace Constan-
tiæ. Alex. in l. 1. §. duo. ff. quarum rerum actio. etiam
quod fuissent preces. dixit Rota in illa Romana le-
gatorum 13. Nouembris 1595.

Tertio respectu Iudicis carcerantis Barto. in l. de
pupillo. §. si quis ipsi. de operis noui nuncia. Ex quo
sequitur, quod excuset etiam sine protestatione Car-
din. in clem. causam. §. uerum. de elect. Bald. in titu.
de pace iuram. firman. §. item sacramenta. Quibus
non refragatur, quod uxore reuersa ad uirum, & per
consequens conciliata cessauit in ea iste metus.
6 Quia † metus præcedens præsumitur perseuerare.
Bald. in l. 1. in fin. C. si quis alteri, uel sibi. Metus
enim semel illatus semper præsumitur durare, du-
rante præsertim eadem potestate uiri, & uxoris, ut in
terminis hisce dixit. Corn. in consil. 41. num. 14. &
per totum. uol. 2. Et in femina numquam præsumi-
tur purgatus durante dicta causa, cum esset in posse
uiri inferentis. Bar. & alii in l. peo. ff. de condict. ob
turpem causam, Marsi. sing. 225. & dixit Rota in d.
causa Toletana 18. Mart. 1596. Et quando isthæc
non urgerent; Quis est, qui negare iure possit adess-
se, aut connasci ex his in muliere tantum timorem,
7 ut † non sit concedenda restitutio eius, per text. ex-
pressum in capit. litteras in fin. de restitut. spoliato-
rum?

Secundo principaliter debet fieri, hæc tori sepa-
ratio propter uerbera, quibus sæpè uxorem afflixit.
8 Vocor † enim, & seruus, qui malè tractantur a Do-
mino, uel a marito, consequuntur ius recedendi ab
eo, uel eis. l. si dominus. §. Dominorum. ff. de his qui
sunt sui, uel alieni iuris, ita ut seruus uenire iubea-
tur a Præside cum hac conditione expressa, ne quo-
uis modo, directè, aut per circuitum ad dominum
ita sæuientem minimè reuertatur. §. fin. & ibi notāt
9 Doct. instit. eodem tit. Vxorem † enim acriter etiam
cum causa non licet verberare. Glo, not, in c. sicut al
terius. 7. q. 1. & si recedat, non cogitur reuerti in tan
tum, quod maritus volens eam accusare de adulte-
rio non debet admitti, ita in specie dicit Ancharan.
se consuluisse in consil. seq. quem refert Ang. in tra-
ctat. maleficiorum. in verbo *che hai adulterato la
mia donna.* in q. vlt. Et si vxor fecisset donationem
marito propter d. verberationem, vel offensionem ta
citè videtur reuocata ipsa donatio, nec morte ipsius
diceretur confirmata, Io. Lupus in Repet. cap. per
vestras. §. 11. nu. 32. in fin. de donat. inter vir. & vx.
nec aliquas operas tenetur viro l. si stipulata d. ritu-
10 lo. sola † enim sæuitia verborum repellit virum a
restitutione vxoris. Butr. in c. literas. num. 20. de re-
stit. spoliat. tanto magis, & verberum.

Tertiò, quia porrexit articulos, & eosdem iura-
uit, in quibus posuit Pop. fuisse publicam meretri-
cem, & ab eo constante matrimonio fuisse compre-
hensam in flagranti crimine cum A. & super illis fe-
cit examinari testes ad effectum lucrandi dotem, de
quo est expressè protestatus, quod est crimen capi-
tale. Et propterea sine culpa d. Iuliæ odium exortum
capitale est inter eos. Ant. de Rosellis in tractat. de
11 success. ab intest. num. 222. quæ † causa sufficit ad
diuortium inducendum per tex. in §. quia vero plu-
rimas.

etimas.in versic.si vir de adulterio inscripserit.in Au
then.vt liceat matri,& auiæ.
Secunda quæstio erat orta, quia Tub. accusauit
Popil. ad effectum lucrandi dotem, & sic ciuiliter,
non criminaliter. Et ego dicebam adhuc compete-
re vxori actionem ad separationem tori. per text. in
§.si uir de adulterio.in d. Auth. Qui tex. si attenda-
tur potissimum mens non uerba, uerificatur non so
lum si maritus accusauerit criminaliter, uerum,& si
ciuiliter tantum. Quia in casu nostro constat, quod
Maritus studuit auaritiæ,& ad auaritiã, & ad quæ-
12 stum dotis tendebat, quo † in casu pro separatione
consuluit Ancharan.consil.408.præsertim num. 1.
in uersic. istis ergo probatis. Et ratio est, quia tota il
la Auth, constituuo cõglobauit illas causas, ex qui-
bus odium capitale viri ostenditur, vt intuenti pa-
13 tet, nam † propter odium capitale uiri eiusque per-
secutionem separatio tori competit. c. ex transmissa
in versic. si autem capitali odio, extra de restit. spo-
liat. Paris.consil.54.num.11. lib.1. Henricus. Boi-
14 eh.in c.significasti.num.8.de diuort.imò † arguen-
do a minori ad maius, quod est argumentum vali-
dissimum.argum.text. in §.filiusfam. Instit.quibus
modis ius pat.pot.soluitur.§.fin.instit. quibus ex cau
sis man.non licet. Bal.in l.conuenticula. C.de episc.
& cler. si propter solam seuitiam verborum talis se-
paratio competit, quanto magis propter instantiam
tam acriter factam in articulis, depositionibus te-
stium, & protestationibus ad effectum lucrandi do-
tem ex capite, quia infamata quod fuerit publica
adultera, meretrix,& infamis? Neque obstat, quod
per uiam exceptionis hoc fuerit propositum a uiro,
quia hoc est falsum, nam venit vt actor, & non ex-
cipiendo ad diuortium, sed accumulando. Egit enim
contraria actione, vt dicunt Doctores; non enim
repellit a separatione tori vxorem lucrum dotis, sed
venit accumulatiuè, quia non potest esse hoc lucrũ
sine separatione tori saltem, sed egit contraria actio-
ne, quia volebat sibi lucratam esse non vxori. Exce-
15 ptio † enim est actionis exclusio. l. 2. de except. &
cum hæc illam non excludat, non fuit exceptio, sed
actio. Et in facto ipse non dixit se uenire contra exci
piendo, sed venit de facto agendo, & nihil opponẽs
contra separationem semper institit pro lucranda do
te, vt patet in processu, in quo constat Tub. se prote-
statum, quod cum per eius vxorem fuisset perpetra-
tum adulterium, se ob id lucratum dotem. Ex quo
consurrexit inimicitia capitalis, ex duplici capite.
Primò, quia illam diffamauit atrociter, quæ diffa-
matio honestas pariter, & inhonestas solet exacer-
bare.
Secundò, quia mouit contra eam controuersiam
omnium bonorum, quæ in sola dote consistebant,
16 Quæ † duo inimicitiam capitalem indicant, vt re-
ctè notauit Fab. in §.inimicitiæ.num. 2.ff.de excu-
sat.tut.uel curat.cui addi potest, quod supra deduxi
videlicet, quod querelauit de veneno, & sic caput,
& uitam illius petebat. Menoch. de arbitr. Iud. lib.
2.q.86.num.16. Quid si fiscus voluisset se fundare
in illa exceptione per maritum demum probata, &
vigore constitutionis Sixti V. fel. recordat. contra
adulteros agere ad pœnam vltimi supplicii contra
illam? sicut a simili exceptio lenocinii opposita a
muliere inter reos recepta maritum non repellit, sed
eum puniri facit, ita vt non consideretur, an per mo-
dum actionis, uel exceptionis. l. 2. §. si publico iudi-
17 cio.ff.ad l.Iul.de adult.& stupr. Et ita per modum †
exceptionis propositum adulterium, quod sufficiat
ad separationem tori connumerauit inter tresdecim
casus Boich. in d.ca. significasti.num.8.ubi notetur
quod de hac loquitur, quia duodecimus erat de adul
terio, de quo loquitur c. ex transmissa ab eo allegat,
text.in d. Auth. generice non restrictè ad criminali-
tatem loquitur. sic enim ait. Si de adulterio Maritus
putauerit posse suam vxorem conuinci, quod est cõ-
mune vtrique probationi, l.uoic. C.de prohibita se-
questrat. pec. in illis verbis. Oportet enim debito-
rem primò conuinci. In dubia interpretatione satis
licet arguere ex uerbis præcedentibus, quæ solent
declarare sequentia ad l.vtrum.versic.& puto.ff. de
petit. hæredit. & fuit dictum in illa Perusina bono-
rum de Vbaleis 29. Octobris 1584. coram nunc
Sanctissimo inter illas diuersorum Rotę decisiones.
Tertia quæstione fuit dubitatum, an in tali casu fuis
set necessarius libellus per Maritum, inscriptio, &
huiusmodi ad dispositionem d. §. Quia vero pluri-
mas.canonizati in c.tuæ fraternitati, extra de Pro-
curatoribus. Inscriptio hodie non requiritur, vbi de
crimine agitur ciuiliter. Butr.in d.cap.tuæ,& Imol,
18 num.6. Pœna † talionis in desuetudinem abiit, li-
cet antiquitus seruaretur Abb.antiquus ibidem. Si-
cut neque minus quod vir in tali accusatione se ob-
liget ad pœnam arbitrariam per Bald. ibidem num.
19 3. Nec † requiritur talis, & tanta specificatio in præ
dicta actione, qualis requiritur in actione directè cri
minaliter intentatæ. Rot.in nou.de accusat.dec. 1.
libellus uero, & libelli formula licet seruanda sit
iuncta l.libellorum.ff.de accusat.canonizatam in c.
20 libellorum.2.q.8.tamen † quando non petitur, neq;
a parte, neque a Iudice, non est de substantia, sed suf
ficit aliqualis petitio. Abb.in cap.1.num.11. in me-
dio de libelli oblatione.& per consequens potest re-
mitti tacitè. Bal.in Auth.offeratur. num.6. C.de lit.
contestat. quia licet sine petitione impossibile sit
procedi, tamen sine libello in scriptis oblato procedi
potest, dummodo appareat de quali quali petitione,
21 sicut † de iure veteri procedebatur ad sententiam
inclusiuè ex quali quali petitione, etiam non obla-
tâ in scriptis. ad l.1.§.edere.ff.de edendo.ita Bal.ibi-
22 dem. Igitur † cum omitti possit ex voluntate par-
tium, Iudice non requirente Afflict. dec. 191.nu.9.
ex omissione huius ordinis Iudiciarij sententia non
poterit dici nulla. Afflict.ibidem. Renunciatum ve-
ro est tacitè per Popil. cuius solius intererat libel-
lum specificatum dari, d.solemnitati per progressum
ad ulteriora, sicut de hoc numquam fuit protestata,
nec Iudex requisiuit, sicut dicimus de iuramento ca
lumniæ, de dilationibus statutariis non petitis, ac
multis aliis in praxi. Qualis qualis petitio Tuber.
fuit, non solum in articulis expressa, uerum in pro-
cessu petijt sibi assignari, & iudicari adscriptam do-
tem lucratam, quæ petitio verbotenus in actis di-
23 ctata, est illa † qualis qualis petitio sine solemnita-
te a iure requisita, & quæ nudam petentis intentio-
nem indicat. Lanfranc.in clem.sæpè.in versic.libel-
lus.num.3.de verb.signific.& sufficiens ex quo con
clusum est secundum magis receptam opinionem,
quod processus sine libelli oblatione valeat. Gloss.&
Bal.

Petri Enriquez

Bal. in d. Auth. offeratur. num. 20. Sed hæc frustatoria sunt, non essent a Popil. sed a Tuber. requirenda, nam † actus nullus habetur pro inutili, & non
24 facto eatenus, quatenus præiudicium tertij concernit, non autem quoad fauorem, & commodum eiusdem gerentis, quoniam si culpa, aut dolus in eo, qui actum nulliter, & perperam fecerit, deprehendetur, non obstante quod actus quem gessit, non valeat inualidusque sit: tamen validus contra eum reputabitur, ne ex improbitate sua gaudeat, uel locupletetur. l. dolum. C. de periculo, & commodo rei vendi. vt dicimus de Prælato obligante Ecclesiam suã pro alicuius debitis, licet contractus, & obligatio huiusmodi non teneat, idem tamen Prælatus puniri debet cap. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alien. & plura alia congessit Vant. de nullitat. sentent. in titul. quot. & intra quod tempus. numero 53. & infra. Vnde quia Tub. dedit causam actui nullo, licet non teneat, tamen quia dolo fecit conueniri; eius respectu reputatur validus. l. eleganter, & ibi Gl. in verbo nullam. ff. de dolo. Satis est animum suum patefecisse, & ad actum exteriorem, & irreuocabilem toto conatu prosiliisse, & per eum non stetisse, quin hæc mulier amisisset dotem. Et ridiculum esset, quod non competeret actio ei, quem alter archibusiata interficere sit conatus, sed non effecerit, quia sit oblitus sulphurei pulueris, ad decis. 2. Grammat.

Quarta quæstio est, an quocunque modo sit actũ; fuerit adulterium sufficienter probatum per uirum. Cui dicebam, quod non. Ad quemcumque effectum agatur tex. in cap. præterea de testibus dat ad adul-
25 terium requisita copulatiuè, videlicet quod † præcedat fama talis, quæ faciat præsumptionem violentam testis de visu, vel de auditu commixtionis, & quod talia adminicula suffragentur, ex quibus animus Iudicis possit legitimè informari, qualia sunt in casu tali, tactus, risus, iocus, missio nunciorum, & iocalium, cohabitatio, amplexus, osculum, & similia Host. & Abb. ibidem num. 7. & reliqui Canonistæ, ex quibus nullus est, qui connumerauerit colloquutionem. Quæ omnia cessant in hac causa. Nullus enim testis, nec de prædictis, nec de fama loquitur, sed solus primus testis iuxta 16. interrogat. *Io non sò altro, se non che venendo a casa d. M. qualche dicea Pop. essere notario, lo fece venir di sopra, & poi venendo suo marito, lo fè venir da noi, acciò non lo vedesse*. & quartus *lo faccea scriuere in casa de mia madre*. Quorum depositiones licet videantur prima facie obstare, tamen rectius inuenti non obstãt, nam, vt deponunt Quintus, & secundus testes super 20. art. d. M. erat solitus venire ad domum vtriusque, & quando aderat maritus, a quo perbenignè accipiebatur, & inuitabatur ad cœnam. imò inter M. & Tub. interuenit etiam mutuum, vt constat in processu, quod arguit amicitiam, & idem T. adduxit ad
26 domum suam aliàs d. M. & sic cum † esset amicitia inter eos cessabit omnis suspicio adulterii. Glo. in l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. Bald. in sua Margarita. in verbo amicitia. Cepoll. in consi. 2. in 2. uol. in fin. & sic cessat d. præsumptio. nam sicut amicitia facit cessare actionem, quæ aliàs competeret. Spec. in tit. de furt. versic. quid si amicus, ita & omnem suspicionem in adulterio extinguere debet. nam sicut hoc totum in sola præsumptionẽ consistit, ita contraria præsumptione amicitiæ tollitur, quia actus, ubi potest se habere ad delictum, & non delictum, in dubio fit interpretatio, vt delictum non contineat. Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nonnunt. Abb. in cap. in præsentia de probat. Alexand. consi. 15. & consi. 111. 3. vol. Grammat. consil. 25. num. 11. Vna enim præsumptio tollit aliam. Bal. in l. fin. C. de probat. cap. 1. de præsumpt. Bal. in l. Paculeius. ff. de hered. instit. Mars. in sua pract. crimin. in §. diligenter. num. 193. Alex. consi. 103. in 1. vol. Dec. in consil. 189. Gramm. consi. 35. quod in tantum est verum, quod dicit Ang. in l. si hi qui. C. de adult. & in l. 2. §. fin. ff. de adult. quod licet oscula, & amplexus sint præambula adulterii, tamen si erant
27 consanguinei, illa † præsumptio consanguinitatis tollit aliam præsumptionem adulterii. Cui non obstat, *che lo fece nascondere di sopra*, quia idem testis subiunxit. *Io non sò che fusse venuto per mal nessuno, ma lo fè scriuere in camera de mia madre*. hoc erat Memoriale, quod Iudici contra virum porrexit. Et cum vir soleret pro re minima verberare vxorem, potest præsumi id fecisse ex metu reuerentiali, qui post longum interuallum dicitur perdurare in fœmina. Bertach. in suo Repertorio. *in verbo vxor contraxit*. versic. 27. Dubitauit enim ne viro displiceret, extimuit, & probatum est, missum sibi ab eius sorore.

Tertia testis ancilla Tuber. reijcitur, quia composuit sermonem cum alio teste, & fuit colloquuta cũ teste examinato, & si non fuerint publicata dicta testium. Felin. in cap. præterea in fin. de test. cogen. & per eadem verba deposuit, & sic præsumitur præmeditasse sermonem. l. 3. §. tu magis, & ibi Bartol. ff. de
28 test. Cui non suffragatur, quod in † causa adulterii testes minus idonei in subsidium reputantur idonei quia hoc totum procedit, vbi agitur de adulterio criminaliter. argum. tex. & Gloss. in l. cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. caus. Nam in his lex contentatur eis probationibus, quæ haberi possunt: secus in casu nostro, vbi agitur ciuiliter ad effectum acquirendi dotem. Nam in casibus, in quibus testes inhabiles, & a iure reprobati admittuntur, quando veritas aliter haberi non potest, tunc tales testes non admittentur absque tortura, per quam purgantur, vt sic fiant idonei. Gramm. consil. 45. num. 22. per Glo. & Bal. in l. 3. §. lex Iulia. versic. palam. de testibus. facit tex. in leg. ad carmen. §. 1. ff. eodem. Marsconsil. 109. num. 18. cum ergo, nec verba obscœna, nec facta probentur præcessisse impura, dicendum erit animo bonum, & non malum faciendi M. accessisse ad domum Popil. Facta † indicant animum: &
29 talem animum quis habere præsumitur, qualẽ eius facta, & verba demonstrant l. labeo. ff. de supel. legat. l. reprehendenda. ff. de instit. & substit. l. scire. ff. de tutor. & curat. datis ab his. cum concordantibus Facta præseferunt amicitiam potius quam affectum adulterandi, & sic inimicitiam. Et est notissimum
30 comprofessoribus leges † tam ciuiles vindicantes adulterium: quam canonicas plectentes adulterum in amissione dotis loqui in adulterio perfecto, claro, & non obscuro, seu præsumpto, ut per tex. & Gl. in cap. plerumque. de donat. inter uir. & uxor. Rom. sing. tertij sicut pariter etiam statutum puniens bomicidam

micidam intelligitur de consummato, non de attentato. Bart. in l. is qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicar. & in l. 1. §. Diuus ff. eodem. & in l. si quis seruo. C. de furt. Nunc opus est respondere ad contraria. Ad primum dicendum, quod longum est discrimē apud Canonistas inter tori separationem, & diuortium.

31 Diuortium † est, quando ita coniuges separantur, quod eorum matrimonium declaratur nullum, ita vt aliquando liceat vtri uis eorum ad alias nuptias conuolare, puta quando ob impotentiam alterius cōiugum fit separatio, quia frigidus, & impotēs sit vir. tot. tit. de frigidis, uel maleficiat. uel separantur sine spe eiusdem, uel alterius coniugii propter pœnam, quia in gradu prohibito, uel illicito, vt in casu c. cū haberet. extra de eo qui duxit in matrim. quam polluer. per adulter. c. ex literis. eodem tit. Sed quando vnus insidiatus est uitæ alterius, vel quod simile, iudicio Ecclesiæ fit separatio tori, ita vt nec simul cohabitent, neque vnus alteri teneatur reddere debitum, neque ad secunda vota viuente altero ex coniugibus aspirare licet, & hæc separatio vocatur tori, idest nuptialis cubiculi. de qua in d. c. tuæ. Et de hac non loquitur Conc. Trid. vbi supra allegatum. in primo casu homo non separat, sed declarat nullum. Non enim separatur, quod non fuit ritè coniūctum. In secundo casu separatur sola cohabitatio, quam efflagitat hæc mulier. Ad secundum, quod adulterium præsumatur, si quis solus cum sola, uel in domo pulchræ mulieris. Bart. in l. fur est in princip. ff. de furt. eum concord. Respondetur, quod † talis est præsum

32 ptio temeraria. Spec. lib. 2. tit. de præsumpt. §. 1. Bal. in l. neque natales. C. de probat. quando aliud adminiculum non conglobatur, nec ex hoc probatur. Bartol. in l. 2. de adult. Abb. in d. c. tertio loco, num. 4. & testis unius est, & singularis. Parisij consilium 54. lib. 4. citatum. loquitur, quando ex parte vxoris nihil fuisset probatum, & quando testes, non fuissent singulares, non idonei, inhabiles, suspecti de fide, & viles, vt a nu. 14. vsque ad 32. Et in eo casu, quādo Maritus modicè, & cum iusta causa vxorem verberauit, etiam post monitionem de hoc habitam a nu. 32. vsque ad 42. quorum contrarium probatum est nam verberata fuit ob indignam causam, quia volebat pecuniam ex paraphernalibus, vt dicunt testes citati. Illud deinde iudicium ex laxitudine viri fuit terminatum, quia non probauit intentionem suam, Ad vlimum respondetur ex processu, quod Pop. nō pernoctauit extra domum viri, nocte illa sequenti, qua dicitur Tub. inuenisse M. in eius domo. sed nocte sequenti, qua die verberata fuit acriter a viro. Quo casu scripsi, quod nō tenebatur redire, & quod de hoc nō poterat a viro accusari. Itaque cum Tub. capitali odio vxorem prosequatur; Et nihil intersit, an per libellum accusauerit, an per exceptionem, in qua est actor l. 1. ff. de except. & fuerit prosequutus examinando desuper testes, quod in idem coincidit, & æquipollet, vt dicit Alex. in consi. 189. incipit, In causa, & lite vol. 6. num. 10. Io. de Anania in c. intelleximus. extra de adult. nec velint conciliari; censerem posse ad hanc tori separationem per dominationem vestram deueniri, &c.

Hier. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas actu, uel potentia nocua, punibilis est.*
2 *Falsitas, neque actu, neque potentia nocua, & si dolosa punibilis non est.*
3 *Falsitas quotupliciter in iure consideretur.*
4 *Falsitas etiam non nocibilis pœna extraordinaria punibilis est.*
5 *Falsitas adiuta primordio veritatis pœna stellionatus punitur.*
6 *Qui vnum excludit aliud includere videtur.*
7 *Citatio, indiuiduum quid reputatur.*
8 *Esse, & finis citationis consistit in deuenire ad notitiam citati.*
9 *Intellect. ad tex. in l. cum filius. §. hæres meus. ff. de legat. 2.*
10 *In re certa legata ad fauorem legatarij sit amplissima interpretatio.*

QVoniam falsitates in iudicio commissæ indicium peruertunt, ideo placuit respōdere super dubio transmisso. An fuerit cōmissa falsitas per Baliū, q Romæ vocat, vel Mandatarius, vel Cursor, q retulit se citasse Procuratorē, & ore cōfessus fuerit nō Procuratorē, sed Principalē citasse. Et dixi, quod erat falsitas, & de iure punibilis.

1 Quia † falsitas illa, q̄ alteri est actu noxia, vel quæ ē apta aliquō casu nocere in futurum, sp est punibilis. Clar. in sua praxi. in §. falsum. nu. 36. in vers. sed certè iudicio meo, ita vt attendatur sola potētia nocendi. Rot. in nouiss. p. 2. dec. 111. nu. 3. sicut cōtra cōis est

2 opinio, ac recepta cōclusio a Doctoribus, q† falsitas minimè nocua numq̄ puniat pęna ordinaria, & si dolosa. l. damus. & ibi Glo. C. de fals. q̄ sequuntur cōiter Doctores referente Alex. consi. 145. uers. confirmo p id. lib. 6. Barb. consi. 52. nu. 4. lib. 3. consi. 103. nu. 1. & 2. lib. 1. Viu. in lib. cōium opinionū in uerbo falsitas, q̄ nemini. opin. 283. lib. 1. & alii congesti per Clarum, vbi supra. n. 36. Ex quo sequitur, quod cū Mandatarius cōmiserit falsitatē in relatione intimationis ad videndū examinari testes, de qua falsitate non est dubiū, maximè nocuisse P. principali, cū fuissent examinati duo testes, & non fuisset ob hanc causam inductus interpres, & agatur contra eam de causa Capitali, debeat acriter puniri. Quod uero falsitatem commiserit, apparet ex eo, quia coram testibus dixit se intimasse Pop. & refert in scriptis se intimasse Procuratori. En vna falsitas, in qua adest mutatio personarum. Deinde dixit se intimasse Procuratori in Monasterio Monialium, cum omnibus notum sit homines cum Monialibus minimè cohabita

3 re. Etenim considerabam, quod † falsitas sumit plutibus modis. Et primò largissimè pro omni eo, q nō est uerū. Scdò largè pro oī mutatione ueritatis. Tertio strictè, & istud incidit in caput l. Corn. de fals. Et in hoc repetiunt illa tria requisita Cepol. consil. 22.

4 nu. 12. Et licet † falsitas ēt nō nocibilis punibilis sit. Gl. in d. l. damus. pęna tñ extraordinaria puniri dēt

ad tradita per Menoch.caſ.306.nu.21. ſecus autem in falſitate, in qua illa tria concurrunt, mutatio vide licet veritatis dolus, & damnum alterius, quia tunc pœna legis Corneliæ tenetur. In caſu noſtro omnibus illis tribus modis uř falſitas eſſe cõmiſſa, ut patet diſcurrẽti. unde & punibilis. Vnum ſolum uidebatur obeſſe. Quia dicebatur, quod talis falſitas adiuuabatur primordio ueritatis, ita ut uerè non poſſit dici falſitas. l.cum filius. §. hæres meus. ff. de leg.2. Huic argumento reſpondetur multipliciter. Et pri-
5 mò, ꝙ quicquid ſit, in iure clarũ eſt, ꝙ licet iſta † falſitas ſit adiuta, non poſſit puniri pœna falſi ordinaria, tñ bene puniri debebat extra ordinẽ pœna ſtellionatus. Clar. ubi ſup. nu.36. ubi dicit ita cõmu. teneri, & alios congeſſit. pro quo opinor facere, ꝙ tex. ille, qui eſt origo huius propoſitionis, non dicit abſolutè non eſſe falſum: ſed dicit, nec in totum uideri falſum, quaſi pro illa parte nõ neget falſum eſſe. Qui.n. de uno negat, de altero uř affirmare. c. nonne. de præ
6 ſumpt. Et † qui unum excludit, aliud includere uidetur. l.cum Prætor ff. de iudic. l. qui accuſare. ff. de accuſat. Secundo iſta falſitas non habuit primordiũ veritatis, quia falſitas, & veritas attenduntur reſpectu partium, cũ quibus agitur, & quibus eſt nociua uel non, quibus attentis uerum eſt Procuratorẽ non
7 fuiſſe citatum. Noſtra † enim non intereſt alios fuiſſe citatos, & ad noſtram notitiã actũ non perueniſſe, Citatio.n. reputatur, ſicut unum indiuiduũ. arg. l. ſi is qui quadraginta. §. quædã. ff. ad l.falc. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. oblig. Vnde ſicut ex uitioſa ſcriptura unius partis libri, totus liber uitiatur. l.2. §. pen. & ibi Alb. nu.9. C. de uet. iur. enucle. Ita citatio, quæ prò parte eſt falſa, imò in totũ eſt fal
8 ſa. Quia † totũ eſſe citationis conſiſtit in deueniſſe ĩpſeu actũ ad citati notitiam. Sicut contra ob hanc cauſam dicunt Doctores ſanari defectũ citationis, ſi ad notitiã citati peruenerit. Veſtr. qui alios congeſſit li. 3. c. 6. nu.5. eſt enim iſte finis citationis. Rot. in no-
9 uiſſ. par.1. dec.178. Tertio tex. ille † loquitur in legato in ſe uero, ſed habente ſolam falſam demõſtrationem circa cauſam proximam: cum de remota adſit ueritas. Nos ſumus in caſu, in quo falſitas circa remotam cauſam eſt commiſſa: unde illatum inferri non debet. l. Papinianus. ff. de minor. Et conſtat omnib.
10 in iure uet ſatis ad fauorem legatarii in † re certa legata fieri ampliſſimam interpretationem cõtra hæredem, qui agit ſolum de lucro captando, non ſic cõtra nos, qui agimus de damno euitando, quorum nõ eſt par cauſa. l. fin. C. de condict. & demonſtrat. Quarto, quia aut actus ille fuit ualidus in ſubſtãtia, & forma, ſed ex eius falſitate poterat alicui præiudiciũ inferri, ubi falſitas detecta non fuiſſet, & tunc falſarius punitur pœna falſi. Matt. conſi.70. nu.12. Aut peccabat in ſubſtantia, & forma, & non poterat nocere: & tunc debet puniri extra ordinem pœna ſtellionatus. Clar. ubi ſupra num.34. in fin. Debet ergo hoc ſcelus, quod in magnum damnum Reipublicæ ex impunitate ſua percrebuit: digna animaduerſione coerceri, neque impunitum relinquerem, ſi uoluntati meæ pares correſpõderent aliquando uires.

Hieronymus Henricus. V. I. D. conſultor.

CONSILIVM LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clericus fructus beneficij an faciat ſuos, latè diſcutitur de iure ueteri, & de iure nouo.*
2 *Cuicumque prohibito alienare bona ex quocumque iure, aut hominis conditione, non uidetur eſſe prohibita alienatio commoditatis fructuum.*
3 *Prohibita alienatione per contractum; non ex hoc intelligetur prohibita eſſe illa, quæ alio modo fit, uel in re uniuerſali, uel ſpeciali.*
4 *Contractus talis cenſendus eſt, qualis ex ſui figura apparet; & qualis fuit a partibus nominatus.*
5 *Locatio fructuum, ac uenditio rerum, quæ ſuo tempore conſumuntur, clerico non prohibentur.*
6 *Fructus, ubi ſpectant ad alienantem tantum; alienatio tenet in eius præiudicium, licet non in præiudiciũ ſucceſſoris.*
7 *Modicum tempus in materia locationis, an ſit decennium.*
8 *Locatio fructuum ad modicum tempus facta, non uenit nomine alienationis.*
9 *Conductor fructuum in bona fide habebit actionem cõtra locatorem.*
10 *Extincta ceſſione cedentis, datur actio bonæ fidei conductori ex inſtrumento pro recuperatione ſolutionis anticipatæ.*
11 *Conductori bonæ fidei officium Iudicis impartiendum.*
12 *Bona fides non præſumitur in eo, qui contra iura mercatur, & quomodo.*
13 *Malæ fidei conductor fructuum ab eccleſia repetit eos.*
14 *Malæ fidei conductori, qui ſibi cauit de euictione: competit repetitio contra hæredes locatoris, &c.*

Deus ſit in corde meo, & in labijs meis, vt digne, & purè annunciem veritatem ſuam in omni tempore.

Diuino nomine prius inuocato. Fabius mutuauerat quandã pecuniarũ quantitatẽ Epõ Balneo Regienſi, qui ceſſerat ſibi per quadrieniũ redditus cuiuſdã beneficii, & deinde defunctus eſt. Dum cęteris concreditoribus præferri deſiderat corã Illuſtri Virgilio Bruno Protheſaurario Generali tunc temporis, fui conſultus. An locatio bonorum Eccleſiæ ad quadrienniũ, ualuerit ſaltem intra triennium. Antequam reſponderem præſuppoſui duo. Quorum
1 unum eſt, quod † clericus facit fructus beneficii ſuos iuxta notata per Doctores in cap. Præſenti. de officio Ordinarii in ſexto. ita ut illos poſſit non ſolum aſſignare creditoribus pro eius debitis ut quotidie fit uolentibus, uel inuitis clericis, uerum & eos donare. c. cęterum. de Donationibus. Nam proprietas, & dominium huiuſmodi fructuum collectorum eſt ipſorum clericorum. Gloſſ. in cap. duo ſunt. 12. quæſtione prima in uerbo proprietatem rerum, ita ut de illis poſſit liberè in teſtamento diſponere ad pias. ca. ad hæc. de teſtibus. & recollectus, & in

horreo

horteo reconditos ad hæredes transmittere. Gloss. &
Doct. in c. si appellare vbi Gem. n. 9. attestat de cõi.
extra de rescr. in 6. Doct. in c. fin. de peculio clerico-
rũ eod. lib. Couar. lib. 1. uar. resol. c. 15. sub nu. 2. Na
uar. in tractatu de redditibus. Rot. in dec. 761. p. 1.
diuersorum nu. 4. non obstante Iulij Tertij, aut alio
rum Pontificum constitutionibus super spolijs cle-
ricorum in locis compositis, ut fuit decisum in illa
Mediolanensi fructuum 9. Maij 1592. Alterũ, quod
2 † unicuiq; personæ prohibitæ alienare bona ex quo-
cumque iure, aut hominis conditione, non uĩ esse
prohibita alienatio commoditatis fructuum, ita ut
ille, in quem fuit facta similis alienatio, possit ad li-
bitũ de fructibus disponere. Gl. in l. codicillis. §. in-
stituto. de leg. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gl. 7.
n. 30. Ber. consi. 95. Molin. de primogen. Hisp. lib. 1.
c. 21. nu. 24. & seq. Et fuit decisum in illa Romana
de Theodolis. 19. Febr. 1593. Ex quibus sequit, q
licet locatio bonorũ Ecclesiæ ultra trienniũ non ua-
leat, nisi concurrentibus legitima solẽnitate, & cau-
sa Ecclesiæ necessaria c. 1. & 2. de reb. eccl. no alien.
in 6. clem. 1. eod. tit. etiam intra trienniũ Ruin. li. 1.
consi. 86. nu. 8. Dec. in 1. par. consi. 142. Couar. qui
alios citat uariar. resolut. lib. 2. ca. 17. nu. 2. & uoluit
Rot. in una Brixien. locationis. 5. Decemb. 1594. tñ.
cũ simus nõ solũ in rebus mobilibus, verũ specificè
in fructibus, & in concessione simplici pro debito ad
certũ tẽpus intra uitã concedentis, seu assignatione,
dicendũ est illã de iure ualuisse ob multa. Et primò,
3 quia † ubi probibetur alienatio per contractũ, nõ in-
telligitur probibita illa, quæ alio mõ fit, uel iure uni
uersali, uel speciali. Alex. lib. 1. consi. 120. nu. 2. per
tex. in l. uerba gesserunt. ff. de uerb. sign. Iura probi-
bentia alienationẽ rerũ Ecclesiasticarũ ultra quod
uerificantur in immobilibus. Butr. Io. And. & Frãc.
in d. c. 2. loquuntur in locatione, non aũt in cessione
simplici, seu in pacto de affrãcãdo, in quo talis cessio
vr̃ permissa. Ruin. in d. consi. 86. nu. 8. in uersic. non
possunt ẽt. talis est casus noster propter illa uerba in
apoch. *li cedo, & assegno li frutti, rendite, & prouenti
del mio Beneficio di San Pietro, che si cauaranno per*
4 *quattr' anni prossimi da uenire.* Quia † contractus ta
lis censendus est, qualis ex sui figura apparet a Par-
tibus nominatus. l. fideiussores. §. 1. ff. de fideiuss. l.
qui tantum. de Donat. Et quando Episcopus loqu
tus est in personam Fabij, numquam usus est uerbo
locare, sed bene dixit quod habeat potestatẽ dicta bo
na locandi aliis dicto tpe, & uoluit interim moriẽs
suos hæredes teneri *per quella rata, dellaquale non si
fusse imborsato.* & sic fuit pactum de se affrancando.
5 Secundò, quia † locatio fructuũ, ac uenditio rerum,
quæ tpe consumuntur, clerico minimè est probibita.
Abb. in c. fin. n. 2. extra Ne Prælati uices suas. Bero.
in c. consensus nu. 12. de Rebus eccles. non alien. &
in casu nostro firmauit quæstionẽ Cardinalis. in d.
6 clem. 1. uersi. 27. quæro. ubi concludit, quod † si fru
ctus spectent ad alienantem tantum, alienatio tenet
in eius præiudicium, licet non in præiudicium suc-
cessoris. concordant Inn. & Host. in d. ca. querelam.
Et quod in hac alienatione non sit desideranda solẽ-
nitas solita seruari in cœteris alienationibus, tanto
7 magis, cum fuerit infra modicum tempus. Quod †
est infra decennium ut ex pluribus decidit idem in
eadem clemen. in §. uerum. in vers. 4. quæro. & dicit
esse communem. sequitur Imol. in d. c. ad audientiã.
de reb. eccles. non alien. nu. 2. Menoch. assentitur in
Rectore sæculari. de arbitr. Iudicum lib. 2. q. 5. in fi-
ne. Alex. consi. 17. lib. 4. Dec. consi. 142. nu. 3. par. 1.
8 & alii, quos ibidem congessit. Nam † talis locatio
non uenit nomine alienationis. Imol. in c. nulli. nu.
4. d. tit. de reb. eccl. non alien. & fuerit ab Episcopo
restricta ad eius uitam. Tertiò, quia cum ex primo
presupposito proprietas, & utile dominium illorum
fructuum fuerint cedentis, & per consequens spe-
ctantes ad mensam Episcopi. Abb. in c. ut super. nu.
9. Imol. nu. 7. d. tit. illos potuit non solum ex causa
perurgenti cedere, uerum & condonare ex causa re-
munerationis, aut aliis, ut ex pluribus consuluit Fe
der. de Senis consil. 52. per totum; tanto magis pro
eius debito tradere in solutum. Et dato sine ueri pre-
iudicio, quod Fab. fuerit uerus conductor dictorum
9 fructuum, tamen cum in eo fuerit † bona fides, ha-
bebit actionem contra locatorem. Imol. in c. si quis.
nu. 26. de reb. eccl. non alien. unde admittendus erit
ad graduationem, quia cum constet eum habere nõ
solum hypothecam, uerum & possessionem, seu sal-
tem detentionem, quando inter partes contentio est
de pignore, præuenisse iure dr̃, qui præuenit tempo-
re, ut dicitur in l. 2. in fin. C. qui pot. in pign. habean
tur, & sic ad excludendum reliquos concreditores.
10 Quæ omnia dico procedere intantum, quod † extin
cta cessione, detur actio ex instrumento pro recupe-
ratione solutionis anticipatæ ob multa. Et primò,
quia licet non detur actio contra successorem in be-
neficio, ut uoluit inter cœteros Anch. consi. 116. tñ
bene competit conductori contra alienantem, ut ibi
dem ipse uoluit post nu. 6. in uersi. ex qua ratione li-
quidè infertur, ubi dicit, quod debet obligatio cõmu
nicari locatori, ut in terminis uoluit Card. in clem.
1. q. 27. in uersi. si uero fructus. de reb. eccl. nõ alien.
Imol. in eadẽ. nu. 25. in fine. Secundò, quia hæc fuit
alienatio reddituũ ad modicũ tẽpus, quo casu & ip-
sa, ut locatio tenet, Imol. in d. clem. nu. 5. Et patet,
quod in rei ueritate, si modicum tempus in præsenti
materia intelligitur infra decennium. Menoch. de
arbit. iud. lib. 2. q. 5. in fine. cum aliis deductis supra
in casu nostro tempus erit ualdè modicum, cum fue
rit infra quadriennium. Tertiò, quia Fab. restituen-
11 da est pecunia anticipatè soluta ex † Iudicis officio,
quod benigne imploratur per tex. expressum in cap.
ad audientiam. extra eodem tit. Et etiam iure actio-
nis sibi competentis ex duplici capite.

Primò, quia fuit bonæ fidei conductor ca. Vulte-
ranæ. 12. q. 2. §. si quis. coll. 2. Autb. de rebus eccles.
non alienan. quia de iure talis cessio, seu assignatio
non est prohibita, ut scripsi supra. Et Rector Eccle-
siæ possit locare fructus pro toto tempore uitę suę,
Glo. & Abb. in ca. querelam. nu. 4. Ne Prelati uices
suas. Et quia conduxit ab eo, qui reuera potuit assi-
gnare dictus redditus pro suo debito. Et pecunia, seu
iustũ pretiũ realiter, & cum effectu interuenit, & qa
iure credere debuit Epũm ratione suę dignitatis no
luisse eum decipere. Et quia ipse conductor erat de
his, de quibus in l. cum de indebito. ff. de prob. Quo
casu bona fides presumitur. Bart. in l. si existimans.
ff. pro solut. Et quia regulariter sic presumitur do-
nec contrarium probetur. l. merito. ff. pro socio. leg.
pen. & ibi Bartol. C. de euict. Gloss. in cap. Abbate

residentiam, nec tenetur assumere aliquem ordinem
sacrum, nec tenetur ad ista onera, adquæ beneficia
6 † obligantur videlicet hospitalitatem, onera Episco
palia, & procurationem debitam visitantibus, ut in
c. extirpandæ. de præb. cap. prohibemus. de censibus
immo iudicantur sermones ex integro omnino diuer
si sicut titulus de permutatione beneficiorum non
habet locum in permutatione beneficiorum, non ha
bet locum in permutatione pensionis, nam inter
pensiones non habet locum permutatio sicut inter
beneficia. Card. in d. clem.
Nec regula loquens de impetratione beneficio-
rum habebit locum in impetratione pensionum. Go
mes. in regula de annalis poss. quæst. 21. num. 2. sed
in alijs coincidit pensio cum beneficio. Sicut enim
irregularis non est capax beneficij, vt ego scripsi
in consil. 51. ita nec erit capax pensionis. Et licet
in impetratione, seu in supplici libello soleat appo-
ni clausula, & cum absolutione & cap. ad effectum
7 dumtaxat harum consequendum & illa † clausula
signetur a Papa ad partes: tamen ex hoc non pote-
rit exigere pensionem, sed illa absolutio operatur so-
lum, vt licite fuerit imposita, sed remanet impedi-
mentum, quod necesse est, ut tollatur per forma-
lem absolutionem literis confectis in pœnitentiaria
sanctissimi. & ita responsum fuisse audiui a Do-
ctissimo viro Ragonio Iesuita examinatore Romæ,
& est simile in materia potestatis clauium, Quando
8 † Episcopus consacrat presbyterum, dicit, Accipere
potestatem ligandi & soluendi. Et nihilominus ille
sacerdos neque absoluere, neque ligare potest, nisi ab
Episcopo admittatur vt habetur in Conc. Trident.
sess. 23. cap. 15. de reformat. Ratio est, quia executio
tio illius potestatis est impedita, donec relaxetur per
Episcopum, ut dicit Dominus Victoria, in tract. de
potestate clauium in princ. Episcopus dat & confert
sacerdoti omnia ea, quæ sunt ordinis, sed non omnia
ea, quæ sunt iurisdictionis, sed de his non est locus
hic. Hodie ex constitutione fæl. recordationis
Pij V. qua cogit pensionarios ad habitum clericalē,
ad onus dicendi officium, & ad alia similia, pensio
9 † maiorem similitudinem videtur habere cum bene
ficio, quam habuerit.
Secundo quia ratio, quare in beneficijs requira-
tur literarum expeditio, videtur esse aut illa ut pro-
bet. Gomes in d. Reg. de non iudic. q. 1. nu. 6. aut al-
tera ex Modernis, ut propter appositionem manuū
plurimorum officialium, euitentur falsitates, ut dicit
tex. in l. fin. C. de codicillis. Vel quia gratia per so-
lam supplicationem factā ante literarum expeditio-
nem ius effectuale in personam prouisi non inducat,
ita ut per eius mortem nihil vacet. Bellem. dec. 644.
Hæ rationes cessant omnes in pensionibus, vnde &
prædictæ constitutiones cessare debent. l. quod di-
ctum. ff. de pact. Glo. fin. in c. fin. de decimis. Nam si
desuper fuit confectum instrumentum per manum
publici notarij, & cum interuentu testium, plenissi-
me probabit. cap. 2. de fide. instrum. Instrumenta
10 † publica perpetua firmitate nituntur ad damnum,
& commodum vtriusque partis cap. 2. 54. dist. l. in
exercendis, C. de fide, instrum. etiam inter alios,
quam inter illos, inter quos fuit celebratum. Cyn.
& Bald. in l. desiderium, C. depos. Bald. in l. 2. C. de
eden. Similiter cessat, quod dictum est de appositio-
ne manuum officialium, quia præsupponimus fuis-
se factam ascitis persona indignitate Ecclesiastica
constituta, notario, & testibus qui omnes sine dubio
æquipollent illis: uel sufficit eos fuisse idoneos iuxta
mentis Papæ expressionem in d. indulto concesso
conclauistis. Nam idoneus dicitur secundum subie-
ctam materiam, qui approbatus sit abeo, cuius in-
terest. l. qui satisdare. §. fin. ff. de fideiuss. Et papa in
hoc articulo prædictos solos indicauit sufficientes.
Tertiò quia ius commune literarum expeditio-
nem non requirit, sed solam nudam, & simplicem si
gnaturam, vt notatur in clem. dudum. §. nos enim
de sepult. c. institutionis 25. q. 2. Et gratia facta per
Papā facta recognitione coram ordinario per testes
literis non expeditis probat Gomes. in d. reg. de nō
iudic. q. 2. num. 3. vnde cum causa ista videnda sit in
11 partibus, sufficiet † instrumentum recognitum, &
publicatum vocatis vocandis, & ita voluit Rota his
posse per iudicem adhiberi fidem. Put. lib. 2. decis.
246. & videtur facere decis. 21. de concess. præbend.
in nouis.
Non obstat, quòd translatio non fuerit intimata,
12 quia † quotiescumque agitur non ad pœnam priua-
tionis beneficij, sed ad solutionem duntaxat debita-
rum pensionum, non requiritur intimatio: sicut quan
do quis agit contra aliquem ex aliquo contractu, ut
hæredem alterius obligati, cum actiones transeant
actiue, & passiue in hæredem l. 1. C. ut actio ab here
de, & cōtra hered. non cogitur ei intimare contractū
13 obligationis, sed † sufficit citari facere eum, vt hæ-
redem obligati ex tali causa, & in iudicio postea pro
bare, quòd ille erat obligatus, & sic in proposito sa-
tis est ostendere apud acta, Rectorem obtinere bene
ficium cum fructuum perceptione, super quibus est
reseruata pensio vigore cōsensus prædecessoris, quia
in hoc casu agitur, ut soluat pensionem, quę debetur
& fructibus, quos percipit, quo casu non reperitur,
quod requiratur obligationis intimatio ad iurisdi-
14 tionem, cum sit † satis in citatione talia exprimi, per
quæ intelligat monitus super quo conuenitur, & ita
uoluit Rota apud Cassadorum de rescript. dec. 12. in
terminis nostris. Et in antiquis decis. 771. uoluit
sufficere coniecturas solas, quod vtrumque perue-
nerit ad notitiam successoris in beneficio grauato.
Neque refragatur, si dicatur prædicta procedere in
pensionario, non in translatario, quia præterquam
quòd translatarius, & pensionarius sunt eiusdem
naturæ in hoc casu, Put. & Rot. loquuntur in tran-
slatario.
15 Secundò quia, † Resignatio est sui iuris libera di-
missio, seu cessio cap. dilecto in fin. de præb. Rebuff.
in praxi beneficiali de resignat. Et cessionarius suc-
cedat in ius cedentis. l. emptor. & ibi Bald. C. de hæ-
red. vel act. vend. Quod dicitur de pensionario, sine
16 dubio dicendum uidetur de translatario, cum † iste
pensionarius sit in eisdem terminis, & habeat idem
priuilegium super re cessa, quod habet cedens. Cast.
consi. 212. in 1. vol. post Bert. in l. post dotem. ff. sol.
matrimonio.

Hier. Henrieus I.V.D. consultor.

C ON-

CONSILIVM LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *In Filijs primi gradus prohiberi potest detractio Tre-
bellianicæ per Testatorem.*

2 *Nepos decedens sine filijs in fideicommisso vniuersa-
li grauatus cum tali conditione restituere Hospita-
li, potest de iure ciuili detrahere Trebellianicam.*

3 *Per tacitos intellectus non debet induci legum corre-
ctio.*

4 *Executores ad pias non detrahunt pauperibus quar-
tam.*

5 *De iure canonico Nepos non detrahit Trebelliani-
cam.*

6 *In illis, quæ ad pias, substituti veniunt, iure directo,
non fideicommißario, &c.*

Christi Redemptoris nostri nomine inuocato,

IN casu transmisso ab amico
tria videntur consideranda.
Primum, an Nepos dece-
dens sine filijs in fideicom-
misso vniuersali grauatus cũ
tali conditione restituere Ho
spitali, possit de iure ciuili de
trahere Trebellianicam.

Secundum, an de iure canonico.

Tertium, an patruus ex persona nepotis hæres pos-
sit detrahere.

Quoad primum dico, quod sic. Et præsuppono,
quod non sit a testatore.

Primò, quia in facto non adest, cum dubium esse
non debeat testatorem expressè posse prohibere de-
tractionem non solum Falcidiæ, sed etiam Trebel-
lianicæ. Cyn. in Auth. sed cum testator. num. 3. C.
ad l. falc. Bar. in l. Marcellus. §. 1. num. 6. Alexand.
num. 8. vbi innumeros congessit. ff. ad Senatuscons.
Trebell. Bar. in d. Authent. sed cum testator. C. ad l.
Falc. Bald. in l. filium quem C. fam. herc. Et pro hac
opinione sunt 61. Doctores. & pro contraria 47. al-
legantur in dec. Pedem. 148. num. 25. Tamen habe-
1 mus decisionem Romanam, quæ nobis est lex, vt †
etiam in filiis primi gradus prohiberi possit. Cassad.
dec. 4. de testam. vbi aliqui Doctores allegantur pro
hac opinione. & est communis opinio Viuij. opin.
1004. vbi innumeros congessit. Et fuit post modum
decisum in vna Anconitana fideicommissi corã Lan
cellotto seniore part. 2. diuers. decis. 313. per totam.
Cui non obstat, quod detrahatur contra uolunta-
tem testatoris c. Raynaldus in fin. & ibi Glos. de te-
stam. Alex. in l. Titia. ff. ad l. Falcid. Quia Gloss. illa
se declarat, quod procedat contra voluntatem testa-
toris tacitam, non autem expressam scientes vires
patrimonii sui, vt est videre in ea.

Secundò præsuppono, quod non sit facta aliqua
prohibitio a testatore, quia licet testator mandet re-
stitui omnia bona sua, tamen per tabulas testamenti
non censentur prohibuisse detractionem Falcidiæ.
Ias. consi. 84. vol. 1. Crot. in repet. l. nemo potest. nu.
14. de leg. 1. Salicet. in repet. l. Centurio in vers. ad-
uerte itaque. ff. de vulg. & pup. & ita sæpe fuisse de-
2 cisum in Rota, testatur Put. lib. 2. decis. 439. Et † sic
non facta aliqua prohibitione alienationis bonorum
non censetur prohibita. d. dec. 313. Quibus præsup-
positis, Dubio respondeo, quod sic. Oldrad. viden.
consil. 248. in fin. in versic. ad sextam quæstionem.
Archid. in ca. si pater. de testam. in sexto. Io. Andr. in
3 d. c. si pater. Alex. in d. l. Marcellus. nu. 3. Quia † in
Trebellianica non reperiuntur correcta iura anti-
qua, & per tacitos intellectus non debet induci le-
gum correctio. Glos. in cap. cupientes. §. quod si per
viginti de elect. in sexto. quia ex identitate rationis
non debet fieri extensio in correctoriis, ut not. in Au
thent. quas actiones. C. de sacros. eccles. Cui non ob-
stat §. restituta. instit. eodem. alleg. per Bartol. in d. l.
Marcellus. quia ille tex. non dicit, quod in omni ca-
su, quo Falcidia resecat particularia legata, ita Tre-
bellianica resecet uniuersalia. Et posito, quod illud
diceret, tamen non ponit regulam negatiuè, quod
vbi locum habet Falcidia, ibi non habeat locum
Trebellianica. Neque obstat text. in d. l. Marcellus.
in §. 1. in versic. quod autem, quia secundum intelle
ctum Gloss. in verbo dictum, non probat illud, ad
quod allegatur per Barto. sed probat, quod quando
hæres coactus est adire, legatarius a fideicommissa-
rio non habet, neque plus, neque minus, quam ha-
buisset ab hærede, si spontè adiuisset. Neque minus
tex. in l. si quis ad declinandum. C. de episc. & cler.
4 quia † ibi pauperes erant instituti, unde executores,
vel Episcopus, qui locum tenent pauperum, non de-
trahunt ipsis pauperibus quartam; sicut nec Pater
detrahit filio instituto. l. cum filio. de leg. 1. & sunt
aliæ responsiones per Alexandrum in d. l. Marcel-
lus. Et sic intelligo Crassum, in suo lib. sent. §. Tre-
bellianica q. sexta in fine. Quod quando Fideicom-
missarius rogatus est restituere sub conditione, si si-
ne liberis decesserit, ut in casu nostro, deducat Tre-
bellianicam, vbi citat Emanuelem a Costa d. verbo
Trebellianica. num. 27. in additione literæ A. Do-
ctrinæ uero, quæ allegari possunt in contrarium,
procedunt quando fideicommissarius rogatus est pu
rè, aut ad diem certum, aut post mortem suam resti-
tuere, quoniam in his constat certè fideicommissum
deuenturum esse ad piam causam, in cuius reueren
tiam, & fauorem non deducitur, sed in casu huius
consilii est omnino incertum, & ita procedant alle-
gata per Gabriel. lib. 4. ad Trebell. conclus. 11. a nu.
3. vsque ad septimum quo casu grauatus debet caue
re, quod in euentum, quod fideicommisso sit locus,
restituet quartam retentam piæ causæ cum allegatis
per eum.

5 Quoad secundum, De † Iure canonico dico non
detrahi. Bald. in Auth. similiter num. 6. C. ad l. falc.
quia si qua differentia esset in capitibus iuris, tamen
non urget fauore animæ, ubi ampliat, etiam si sit fi-
lius testatoris ille, qui vult detrahere, vel idem si ali
qua Falcidia esset per constitutionem loci introdu-
cta, quia est eadẽ ratio, quæ in Trebellianica. Spec.
in tit. de instrum. edit. §. compendiosè. vers. sed cum
deductio. Bal. in l. id quod Pauperibus. C. de episc.
& cler. Et hanc esse communem obseruantiam, &
opinionem, & ita practicam, ita ut in consulendo, &
in

in legendo numquam discesserit testatur Alex.consi. 12.num.33.lib.3. & ita decisum in pluribus curiis, Guidop.dec.188. Capell.Tholos.q. 83. vbi additio dixit hanc esse tutiorem opinionem pro salute animarum. Et videtur esse ratio irrefragabilis illa Glo.
6 in d.c.si pater.in verbo Trebellianicæ,quia † in his quæ ad pias substituti veniunt iure directo non fideicommissario, & propterea non habet locum deductio Trebellianicæ cum etiam substitutio fideicommissaria in fauorem suæ causæ militet iure directo,vt per omnes scribentes ibidem. Ex quibus videtur decisum tertium dubium, quia si fuerimus in loco, vbi ius ciuile primo seruandum sit ex statuto, vt in foro Capitolino lib.1.cap.42.vel ex iure communi ad latè deducta per Felinum in c. Ecclesia sanctæ Mariæ a num.44. vsque ad 48.de constitut. patrui poterunt succedere ex persona nepotis, quia Trebellianicam detrahit etiam hæres hæredis leg. quamquam,& ibi Bal.C.ad l.Falcidiam,&c.

Ita consului Ego Hier.Henricus I. V.D.

CONSILIVM LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Vltimus status Beneficij attendi debet, dum de eius natura controuertitur.*
2 *Papa minus vult præiudicare patronis laicis: quam Ecclesiasticis in Iurepatronatus.*
3 *Sententia erronea retractari debet ab eodem Iudice.*
4 *Ab exequutione litterarum. Apostolicarum ad effectum suspensiuum non datur appellatio.*

FVIT proposita quæstio, an vna sola præsentatio, quæ ostendatur tempore litis, & sic a suspectis tempore suspecto, & inualido, possit impedire institutionem,& deinde possessionem captam ab Impetrante beneficium tamquã liberum? Dixi, quod non. Quia Iuspatronatus probatur non ex vna, sed ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat Concil. Trident. sess. 25.cap.9.non ergo ex vna, tanto magis cum proponatur tamquam incidens, & accessoria ad tradita per Curt.in l. quoties. C. de iudic. & sic non attendenda, vt fuit dictum in illa Mediolanensi Benefi-
1 cij prima Iunij 1592. Et † licet vltimus status attendi debeat, in quo beneficium,de quo agitur, fuit collatum a Papa tamquam liberum cap. cum olim. de caus. poss. & propriet. tamen dato quod regula militaret pro Episcopo instituente non procederet in hoc casu, in quo beneficium iam erat effectum litigiosum propter dispositionem cap.primum. Vt lit. pend. Tunc enim habet manus ligatas,neque conferre potest beneficium,tunc vacans ne detur nuuus collitigans in fortioribus terminis. Neque etiam possunt præsenti patroni in demortui locum alte-
2 rum nominare stante lite, non † obstante quod Papa minus velit præiudicare patronis laicis, quam Ordinatus, vt per Lap.allegat.22.Roch de Iurepatron.in uerbo honorificum.q.23. Sarnen. in Regula.de surrogan.q.53. Et sufficit,quod fuerit doctum de clericatu, de possessione authoris, in cuius iura A.surrogatus est, de tempore obitus, & denique lis fuerit verificata eo modo,quo narrata, & per consequens iustificatæ litteræ. Et ideo intrat derogatio facta lite pendente in possessorio, vt per Sarnen. de trienn.q.11.num.13. Non obstat,quod surrogatio intelligatur sine præiudicio iuris alteri quæsiti ad Sarnen.de surrogat.q.8.quia loquitur de iure tertio competenti, cui non est derogatum, veluti si tertio competeret regressus per obitum possessoris: non autem de iure Ordinarij,cui propter litem, vt aliquando sit litium finis, sint ligatæ manus, ne conferre possit.d.c.1.vt lit.pend.clem.1.eod.tit. & fuit alias Resolutum in Rota in vna Mediolanensi Beneficij.Non obstat sententia Episcopi, seu eius in Spiritualibus Vicarii, quæ non potest canonizare Iuspatronatum,quia vltra quod lata fuit in partibus, fuit suspensa per appellationem, pro qua non præsumitur c.in præsentia,& ibi Doct. de renunc.& fuit dictum in illa Firmana pensionis 14.Decẽbris 1592.
3 Et dato † quod transiisset in iudicatum,stante quod nullius præsentationis vigore fuerit lata, & sic vt erronea retractari debet. Guidop.q. 368. Et sic docto de bono iure commissio venit signanda cũ clau-
4 sula, Sine præiudicio exequutionis, quia † ab exequutione literarum Apostolicarum ad effectum suspensiuum exemplo instrumenti guarantigiati non datur appellatio.verb.lib.3.c.vltimo cum fine.

Ita consului Ego Hieron.Henricus consultor.

CONSILIVM LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium ex quibus præparatorijs dicatur probari.*
2 *Mulier potest petere tori separationem; ex quo vir falso illam querelauit in iudicio in causa capitali.*
3 *In sententia condemnatoria requiruntur uerba expressa continentia condemnationem per uerbum, Damno, aut declaro incidisse in pœnas, & huiusmodi.*
4 *Taciturnites in actibus præiudicialibus non inducit consensum,sed dissensum, quando datur reuerentia ex parte illius,qui debebat protestari.*
5 *Metus reuerentialis semper præsumitur in vxore respectu viri.*
6 *Metus semel illatus semper præsumitur durare, durante eadem causa metus.*
7 *Magno timore ingenito in uxore ex causa, supersedendum erit in restitutione eius facienda uiro.*
8 *Vxor, & seruus, qui male tractantur a Domino, uel a marito consequuntur ius recedendi ab eo, uel eis.*
9 *Vxorem neque cum causa licet acriter verberare.*
10 *Sola sæuitia uerborum repellit uirum a restitutione uxoris.*
11 *Vir si accusauit, iurauit, uel nixus est probare uxorem suam meretricem esse, & hoc falso; iure separatio tori mulieri erit concedenda, &c.*

12 Ma-

12 *Marito ob auaritiam lucro dotis intendente, separatio tori concedi potest.*
13 *Propter odium capitale uiri, eiusque persequutionem separatio tori concedi potest.*
14 *Argumentum a minori ad maius ualidissimum argumentum.*
15 *Viro excipiente ad lucrum dotis, videtur agere.*
16 *Diffamatio alicuius ab altero facta, cum controuersia omnium bonorum inimicitiam capitalem inducit*
17 *Adulterium & si per uiam exceptionis propositum a uiro intentatum, iustam causam prabet uxori ad petendam tori separationem.*
18 *Pœna talionis in desuetudinem abijt.*
19 *Non requiritur talis, aut tanta specificatio in actione adulterij per uiam exceptionis intentati, quanta, & qualis requiritur per uiam actionis.*
20 *Libelli formulæ obseruantia, nec a Iudice neque a parte petita non est de substantia ordinis Iudiciarij; sed sufficit aliqualis petitio.*
21 *De iure ueteri procedebatur ad sententiam usque inclusiuè ex quali quali petitione.*
22 *Solemnitas libelli omitti potest de consensu partium ubi uideretur necessaria, Iudice non requirente.*
23 *Qualis qualis petitio est, quæ nudam petentis intentionem indicat.*
24 *Actus nullus habetur pro inutili; & non facto eatenus, quatenus præiudicium tertij conternit: non autem quoad fauorem gerentis.*
25 *Quæ sint ad adulterium copulatiuè requisita.*
26 *Amicitia facit cessare omnem adulterij suspicionem.*
27 *Consanguinitatis uinculum tollit adulterij præsumptionem.*
28 *In causa adulterij testes minus idonei in subsidium reputantur idonei. Et quomodo id intelligatur. ibid.*
29 *Talem animum quis habere præsumitur, qualem eius facta, & uerba demonstrant.*
30 *Leges, canonesque punientes adulterium, loquuntur de perfecto non de præsumpto.*
31 *Longum discrimen inter tori separationem, & diuortium.*
32 *Præsumptio temeraria est, præsumi adulterium ex hoc solo, quod solus cum sola, & si pulchra, repertus fuerit.*

Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum.

IN causa Popiliæ contra Tuberonem eius uirum mordicus intentata probonebantur aliquæ quæstiones. Quarum prima magis percutiebat scopum, & erat. An in processu probatæ fuissent causæ sufficientes ad tori separationem? quod desiderabatur a muliere. Et prima fronte videbatur dicendum, quod non, quia in processu primus testis super quarto articulo deponebat, quod Tubero ab illa petebat pecuniam instanter, *& non li uolendo dar denari, la prese per il collo. & tra le altre le dette un pugno in mezzo la testa, & la buttò in terra, ch'era quasi stordita, & to lo ritenni che ne le daua delle altre.* Et idem deponit secundus testis super quarto. Et sic ex toto processu non inferrebatur nisi molesta cohabitatio. sed si quis dixerit, propter molestiam cohabitationem matrimonium, aut matrimonii uinculum dissolui posse, anathematis gladio feritur ab Ecclesia, vt in Concil. Tridentino sess. 24. can. 5. de matrimonio. Ergo non est condescendendum ad iudicium separationis. Quos Deus coniunxit, inquit Apostolus, homo non separet.

Secundò, quia d. Popilia fuit a Tuberone comprehensa in adulterio, nam inuenit eam cum M. solam cum solo domi ianuis clausis, quo casu licuisset illam non solum uerberibus afficere, sed etiam occidere, cum difficile sit iustum temperare dolorē, & de hoc sunt leges claræ. l. Grachus. C ad l. Iul. de adult. & stupris. Etenim licet adulterium probari directè non possit. Angel. de malefic. in uerbo *che m'hai adulterato la mia donna.* in versic. Visis capitulis, tamen † satis dicitur esse probatum ex huiusmo-
1 di præparatoriis, ex quibus tamquam a sedibus argumentum infertur l. quod ait lex ff. de adult. Bart. in l. capite quinto. ff. eodem. c. literis. & c. tertio loco. de præsump. cap. præterea de testibus. & sine dubio solus cum sola, iuuenis cum puella non præsumuntur dicere Pater noster, vt ex pluribus congessit Pater meus in primo consilio. facit doctrina Mascardi vol. 1. conclus. 59. num. 10. de probationibus, ubi affirmat adulterium ex his dici probatum. Nec ob id si fuerit verberata, conqueri potest, imò vir lucratur dotem, vt in terminis urget Parisij cōsilium 54. lib. 4. incipit, Assertæ sententiæ, vbi multa deduxit: Tubero statim acclamauit, querelauit illam in iudicio competenti de adulterio perpetrato, quod probauit per quinque testes, quorum quartus dicebat *che Popilia s'introdusse M. in camera, & lo facea scriuere solo a solo*, & tertius, *che venuto il marito lo fece nascondere,* & licet ad sententiam deuentum non fuisset, tamen quia vir voluit ei condonare delictum, non videtur ex hoc absoluta, sed pœna dicetur potius remissa. cum præcepto a Iudice quod in futurū abstineret a similibus, & sic potius dilata.

Tertiò, quia post hæc d. Popilia metu perterrita, & ob conscientiam perpetrati delicti aufugit a domo uiri, & pernoctauit extra eius domum, quæ sola causa sufficeret de iure ciuili ad diuortium. l. consensu. C. de repudiis, neque præsumi potest, quod fecisset bonum aliquod, quia antequam Tub. illam duxisset in uxorem, erat publica meretrix, & fuerat ad instantiam fisci monita a Iudice de honestè uiuendo, unde quia semel mala semper præsumetur mala in hoc genere mali. cap. qui semel. de regul. iur. in 6. Quibus, non sum conterritus, quin pro muliere sentirem. Etenim inter cætera Tub. querelauit vxorem de anno præterito de ueneno propinato, ob quam in secreto carcere diu mansit, & ad uerificationem produxit quinque testes. quorum secundus qui erat physicus dixit se nullum ueneni indicium agnouisse: quartus dixit, *che il uino era stato cagione di quello accidente*, & quintus, qui erat Parochus illico uocatus dixit, *io toccandoli il polso lo trouai gagliardo assai, & accostatomi lo sentetti che puzzaua molto di vino, & in me istesso mi imaginai che fusse stato imbriaco.* Quamobrem agnoscens, quod faba prosilie-

bat

bat in authorem, non requisitus consensit cassationi querelæ, non tamen Pop. renunciauit actioni sibi
2 ex tali iniuria competenti, quæ est, ut † possit petere tori separationem per tex. in Auth. ut licet matri, & auiæ. §. Quia uero plurimas in illis uerbis. Si quolibet modo uit insidiatus fuerit uitæ mulieris, & studuerit secundum leges vlcisci, quod est, ut ibi Gloss. exponit, ut in casu nostro illam querelando in iudicio agendo iniuriatum. l. consensu. in uersic. aut alio simili modo insidianiem. C. de repudiis. auth. de nuptiis. §. Miliores itaque in uersic. Aut per alium aliquem talem modum. collat. 4. eum concord. Anton. de sancto Georgio. in c. quæsiuit. num. 1. extr. de Diuortiis. Modo per testes examinatos ad sui instantiam constat de iniustitia querelæ, & per consequés de machinatione. Quo casu animaduertendum est, quod ultra quod in hoc capite punitur affectus non sequuto effectu, Glo. & Canonistæ omnes. in cap. 1. de Diuortiis, nihilominus Tub. in hac causa non stetit in solis terminis conatus, sed uenitad factum, & ue actum proximum faciendo quantum potuit, & quod non potuit, per se non steit, quia illam fecit carcerari, & illam exposuit iniuriæ vltrici. Nec causam uiti extollit consensus datus cassationi querelæ, quia non consensit re integra, sed post testes examinatos, ex quorum depositione iam apparuerat de innocentia uxoris: neque potuit eum pœnitere in tertii præiudicium. ca. quod semel. de reg. iur. in sexto. Neque minus, quod decretum desuper a Iudice editum, contineat potius condonationem, quam absolutionem. Quia respondetur, quod nulla fuit facta instantia pro parte Popiliæ pro sua uidelicet excarceratione, cum nullum pro se haberet adiutorē, quominus Procuratorem, sed Iudex ad effectum, ut ipsa perseueraret in fide, & ad effectum ne excogitaret facturam se quod innocenti sibi fuit imputatū cum soleant falsæ imputationes etiam innocentes exasperare monuit eam, ut abstineret a similibus. Quæ uerba non ob id inferunt, quod dixisset illam
3 hoc fecisse, aut illam fuisse condemnatam. Quia † in sententia condemnatoria requiruntur uerba expressa continentia condemnationem per uerbum condemno, aut damno, aut declaro incidisse, & huiusmodi. l. 1. ff. de re iudicata. l. Præses Prouinciæ. C. de sent. & interlocut. omn. iudic. imo eum condemnatio non fuerit facta a Iudice, uidetur eo ipso absoluisse. Spec. de except. §. 2. uersi. Quid si Index. Neque minus quod tacuerit, & non fuerit protesta-
4 ta de hoc. Quia † respondetur, quod taciturnitas in actibus præiudicialibus non induit consensum, sed dissensum, quando datur reuerentia ex parte illius, quo debebat protestari. Bar. in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. & est decisio Afflicti. 58. num. 3. Et sufficit metus reuerentialis, Gloss. in l. 1. §. quæ onerandæ. per illum tex. ff. quarum rerum actio. Alexan. in l. si cum dotem. §. eo autem. num. 11. sol. matrimon. & Rota sæpe dixit, ut in illa Toletana professionis 22. Maij 1595. Metus iste reuerentialis erat in femina ob multa.

Primò respectu uiri truculenti, & furibundi, qui eam sæpe solebat uerberare, ut dixerunt testes cita-
5 ti. Et † metus Reuerentialis etiam sine hoc semper præsumitur in uxore respectu uiri. Innoc. in ca. perlatum. in Gloss. in uerbo ratum. de his, quæ ui. met. causa, &c. tanto magis si uerberauit, & si accusauit de crimine capitali.

Secundo respectu Principis, eum Index de eius diceret esse mandato. Bal. in ca. 1. de pace Constantiæ. Alex. in l. 1. §. duo. ff. quarum rerum actio. etiam quod fuissent preces. dixit Rota in illa Romana legatorum 13. Nouembris 1595.

Tertio respectu Indicis carcerantis Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. de operis noui nuncia. Ex quo sequitur, quod excuset etiam sine protestatione Cardin. in clem. causam. §. uerum. de elect. Bald. in titu. de pace iuram. firman. §. item sacramenta. Quibus non refragatur, quod uxore reuersa ad uirum, & per consequens conciliata cessauit in ea iste metus.
6 Quia † metus præcedens præsumitur perseuerare. Bald. in l. 1. in fin. C. si quis alteri, uel sibi. Metus enim semel illatus semper præsumitur durare, durante præsertim eadem potestate uiri, & uxoris, ut in terminis hisce dixit. Corn. in consil. 41. num. 14. & per totum. uol. 2. Et in femina numquam præsumitur purgatus durante dicta causa, cum esset in posse uiri inferentis. Bar. & alii in l. pen. ff. de condict. ob turpem causam. Marf. sing. 225. & dixit Rota in d. causa Toletana 18. Mart. 1596. Et quando isthæc non urgerent; Quis est, qui negare iure possit adesse, aut connasci ex his in muliere tantum timorem,
7 ut † non sit concedenda restitutio eius, per text. expressum in capit. litteras in fin. de restitut. spoliatorum?

Secundo principaliter debet fieri, hæc tori separatio propter uerbera, quibus sæpè uxorem afflixit.
8 Vocor † enim, & seruus, qui malè tractantur a Domino, uel a marito, consequuntur ius recedendi ab eo, uel eis. l. si dominus. §. Dominorum. ff. de his qui sunt sui, uel alieni iuris, ita ut seruus uenire iubeatur a Præside cum hac conditione expressa, ne quouis modo, directè, aut per circuitum ad dominum ita sæuientem minimè reuertatur. §. fin. & ibi notāt
9 Doct. instit. eodem tit. Vxorem † enim acriter etiam cum causa non licet verberare. Glo. not. in c. sicut alterius. 7. q. 1. & si recedat, non cogitur reuerti in tantum, quod maritus volens eam accusare de adulterio non debet admitti, ita in specie dicit Ancharan. se consuluisse in consil. seq. quem refert Ang. in tractat. maleficiorum. in verbo *che hai adulterato la mia donna*. in q. vlt. Etsi vxor fecisset donationem marito propter d. verberationem, vel offensionem tacitè videtur reuocata ipsa donatio, nec morte ipsius diceretur confirmata, Io. Lupus in Repet. cap. per vestras. §. 11. nu. 32. in fin. de donat. inter vir. & vx. nec aliquas operas tenetur viro l. si stipulata d. titu-
10 lo. sola † enim sæuitia verborum repellit virum a restitutione vxoris. Butr. in c. literas. num. 20. de restit. spoliat. tanto magis, & verberum.

Tertiò, quia porrexit articulos, & eosdem iurauit, in quibus posuit Pop. fuisse publicam meretricem, & ab eo constante matrimonio fuisse comprehensam in fragranti crimine cum A. & super illis fecit examinari testes ad effectum lucrandi dotem, de quo est expressè protestatus, quod est crimen capitale. Et propterea sine culpa d. Iuliæ odium exortum capitale est inter eos. Ant. de Rosellis in tractat. de
11 success. ab intest. num. 222. quæ † causa sufficit ad diuortium inducendum per tex. in §. quia vero plurimas.

rimas.in versic.si vir de adulterio inscripserit.in Authen.vt liceat matri,& auiæ.

Secunda quæstio erat orta, quia Tub. accusauit Popil. ad effectum lucrandi dotem, & sic ciuiliter, non criminaliter. Et ego dicebam adhuc competere vxori actionem ad separationem tori. per text. in §.si uir de adulterio.in d. Auth. Qui tex. si attendatur potissimum mens non uerba, uerificatur non solum si maritus accusauerit criminaliter, uerum,& si ciuiliter tantum. Quia in casu nostro constat, quod Maritus studuit auaritiæ,& ad auaritiã, & ad quæ-
12 stum dotis tendebat, quo † in casu pro separatione consuluit Ancharan.consil.408. præsertim num. 1. in uersic. istis ergo probatis. Et ratio est, quia tota illa Auth, constitutio cõglobauit illas causas, ex quibus odium capitale viri ostenditur, vt intuenti pa-
13 tet, nam † propter odium capitale uiri eiusque persecutionem separatio tori competit. c. ex transmissa in versic. si autem capitali odio, extra de restit. spoliat. Paris.consil.54.num.11. lib. 1. Henricus. Boi-
14 ch.in c.significasti. num.8. de diuort. imò † arguendo a minori ad maius, quod est argumentum validissimum.argum.text. in §.filiusfam. Instit. quibus modis iuspat.pot.soluitur. §. fin. instit. quibus ex causis man.non licet. Bal. in l.conuenticula. C.de episc. & cler. si propter solam seuitiam verborum talis separatio competit, quanto magis propter instantiam tam acriter factam in articulis, depositionibus testium, & protestationibus ad effectum lucrandi dotem ex capite, quia infamata quod fuerit publica adultera, meretrix, & infamis? Neque obstat, quod per uiam exceptionis hoc fuerit propositum a uiro, quia hoc est falsum, nam venit vt actor, & non excipiendo ad diuortium, sed accumulando. Egit enim contraria actione, vt dicunt Doctores; non enim repellit a separatione tori vxorem lucrum dotis, sed venit accumulatiuè, quia non potest esse hoc lucrũ sine separatione tori saltem, sed egit contraria actione, quia volebat sibi lucratam esse non vxori. Exce-
15 ptio † enim est actionis exclusio. l. 2. de except. & cum hæc illam non excludat, non fuit exceptio, sed actio. Et in facto ipse non dixit se uenire contra excipiendo, sed venit de facto agendo, & nihil opponés contra separationem semper institit pro lucranda dote, vt patet in processu, in quo constat Tub. se protestatum, quod eum per eius vxorem fuisset perpetratum adulterium, se ob id lucratum dotem. Ex quo consurrexit inimicitia capitalis, ex duplici capite.

Primò, quia illam diffamauit atrociter, quæ diffamatio honestas pariter, & inhonestas solet exacerbare.

Secundò, quia mouit contra eam controuersiam omnium bonorum, quæ in sola dote consistebant.
16 Quæ † dum inimicitiam capitalem indicant, vt reStè notauit Fab. in §.inimicitiæ.num. 2. ff. de excusat.tut.uel curat. cui addi potest, quod supra deduxi videlicet, quod querelauit de veneno, & sic caput, & uitam illius petebat. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. q.86. num.16. Quid si fiscus voluisset se fundare in illa exceptione per maritum demum probata, & vigore constitutionis Sixti V. fel. recordat. contra adulteros agere ad pœnam vltimi supplicii contra illam? sicut a simili exceptio lenocinii opposita a muliere inter reos recepta maritum non repellit, sed eum puniri facit, ita vt non consideretur, an per modum actionis, uel exceptionis. l. 2. §. si publico iudi-
17 cio. ff. ad l. Iul. de adult. & stupr. Et ita per modum † exceptionis propositum adulterium, quod sufficiat ad separationem tori connumerauit inter tresdecim casus Boich. in d.ca. significasti. num.8. ubi notetur quod de hac loquitur, quia duodecimus erat de adulterio, de quo loquitur c. ex transmissa ab eo allegat. text. in. d. Auth. genericè non restrictè ad criminalitatem loquitur. sic enim ait. Si de adulterio Maritus putauerit posse suam vxorem conuinci, quod est cõmune vtrique probationi. l. uoic. C. de prohibita sequestrat. pec. in illis verbis. Oportet enim debitorem primò conuinci. In dubia interpretatione satis licet arguere ex uerbis præcedentibus, quæ solent declarare sequentia ad l. vrum. versic. & puto. ff. de petit. hæredit. & fuit dictum in illa Perusina bonorum de Vbaldis 29. Octobris 1584. coram nunc Sanctissimo inter illas diuersorum Rotę decisiones. Tertia quæstione fuit dubitatum, an in tali casu fuisset necessarius libellus per Maritum, inscriptio, & huiusmodi ad dispositionem d. §. Quia vero plurimas. canonizati in c. tuæ fraternitati. extra de Procuratoribus. Inscriptio hodie non requiritur, vbi de crimine agitur ciuiliter. Butr. in d. cap. tuæ, & Imol.
18 num.6. Pœna † talionis in desuetudinem abiit, licet antiquitus seruaretur Abb. antiquus ibidem. Sicut neque minus quod vir in tali accusatione se obliget ad pœnam arbitrariam per Bald. ibidem num.
19 3. Nec † requiritur talis, & tanta specificatio in prędict. actione, qualis requiritur in actione directè criminaliter intentatæ. Rot. in nou. de accusat. dec. 1. libellus uero, & libelli formula licet seruanda sit iuncta l. libellorum. ff. de accusat. canonizatam in c.
20 libellorum. 2. q. 8. tamen † quando non petitur, neq; a parte, neque a Iudice, non est de substantia, sed sufficit aliqualis petitio. Abb. in cap. 1. num. 11. in medio de libelli oblatione. & per consequens potest remitti tacitè. Bal. in Auth. offeratur. num.6. C. de lit. contestat. quia licet sine petitione impossibile sit procedi, tamen sine libello in scriptis oblato procedi potest, dummodo appareat de quali quali petitione,
21 sicut † de iure veteri procedebatur ad sententiam inclusiuè ex quali quali petitione, etiam non oblata in scriptis. ad l. 1. §. edere. ff. de edendo. ita Bal. ibi-
22 dem. Igitur † cum omitti possit ex voluntate partium, Iudice non requirente Afflict. dec. 191. nu. 9. ex omissione huius ordinis Iudiciarij sententia non poterit dici nulla. Afflict. ibidem. Renunciatum vero est tacitè per Popil. cuius solius intererat libellum specificatum dari, d. solemnitati per progressum ad ulteriora, sicut de hoc numquam fuit protestata, nec Iudex requisiuit, sicut dicimus de iuramento calumniæ, de dilationibus statutariis non petitis, ac multis aliis in praxi. Qualis qualis petitio Tuber. fuit, non solum in articulis expressa, uerum in processu petijt sibi assignari, & iudicari adscriptam dotem lucratam, quæ petitio verbotenus in actis di-
23 ctata, est illa † qualis qualis petitio sine solemnitate a iure requisita, & quæ nudam petentis intentionem indicat. Lanfranc. in clem. sæpè. in versic. libellus. num. 3. de verb. signific. & sufficiens ex quo conclusum est secundum magis receptam opinionem, quod processus sine libelli oblatione valeat. Gloss. & Bal.

Bal. in d. Auth. offeratur. num. 20. Sed hæc frustatoria sunt, non essent a Popil. sed a Tuber. requirenda, nam † actus nullus habetur pro inutili, & non
24 facto eatenus, quatenus præiudicium tertij concernit, non autem quoad fauorem, & commodum eiusdem gereotis, quoniam si culpa, aut dolus in eo, qui actum nulliter, & perperam fecerit, deprehendetur, non obstante quod actus quem gessit, non valeat inualidusque sit: tamen validus contra eum reputabitur, ne ex improbitate sua gaudeat, uel locupletetur. l. dolum. C. de periculo, & commodo rei venditæ vt dicimus de Prælato obligante Ecclesiam suã pro alicuius debitis, licet contractus, & obligatio huiusmodi non teneat, idem tamen Prælatus puniri debet cap. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alien. & plura alia congessit Vaot. de nullitat. sentent. in titul. quot. & intra quod tempus. numero 53. & infra. Vnde quia Tub. dedit causam actui nullo, licet non teneat, tamen quia dolo fecit conueniri; eius respectu reputatur validus. l. eleganter, & ibi Gl. in verbo nullam. ff. de dolo. Satis est animum suum patefecisse, & ad actum exteriorem, & irreuocabilem toto conatu prosilijsse, & per eum non stetisse, quin hæc mulier amisisset dotem. Et ridiculum esset, quod non competeret actio ei, quem alter archibusiata interficere sit conatus, sed non effecerit, quia sit oblitus sulphurei pulueris, ad decis. Grammat.

Quarta quæstio est, an quocunque modo sit actũ; fuerit adulterium sufficienter probatum per uirum. Cui dicebam, quod non. Ad quemcumque effectum agatur tex. in cap. præterea de his quæ dat ad adul-
25 terium requisita copulatiuè, videlicet quod † præcedat fama talis, quæ faciat præsumptionem violentam testis de visu, vel de auditu commixtionis, & quod talia adminicula suffragentur, ex quibus animus Iudicis possit legitimè informari, qualia sunt in casu tali, tactus, risus, iocus, missio nnociorum, & iocalium, cohabitatio, amplexus, osculum, & similia Host. & Abb. ibidem num. 7. & reliqui Canonistæ, ex quibus nullus est, qui connumerauerit colloquutionem. Quæ omnia cessant in hac causa. Nullus enim testis, nec de prædictis, nec de fama loquitur, sed solus primus testis iuxta 16. interrogat. *Io non sò altro, se non che venendo a casa d. M. quale dicea Pop. essere notario, lo fece venir di sopra, & poi venendo suo marito lo fè venir da noi, acciò non lo vedesse*. & quartus *lo faceа scriuere in casa de mia madre*. Quorum depositiones licet videantur prima facie obstare: tamen rectius intuenti non obstãt, nam, vt deponunt Quintus, & secundus testes super 20. art. d. M. erat solitus venire ad domum vtriusque, & quando aderat maritus, a quo perbenignè accipiebatur, & inuitabatur ad cœnam. imò inter M. & Tub. interuenit etiam mutuum, vt constat in processu, quod arguit amicitiam, & idem T. adduxit ad
26 domum suam aliàs d. M. & sic cum † esset amicitia inter eos cessabit omnis suspicio adulterii. Glo. in l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. Bald. in sua Margarita. in verbo amicitia. Cepoll. in consi. 2. in 2. uol. in fin. & sic cessat d. præsumptio. nam sicut amicitia facit cessare actionem, quæ aliàs competeret. Spec. in tit. de furt. versic. quid si amicus, ita & omnem suspicionem in adulterio extinguere debet. nam sicut hoc totum in sola præsumptione consistit, ita contraria præsumptione amicitiæ tollitur, quia actus, ubi potest se habere ad delictum, & non delictum, in dubio sit interpretatio, vt delictum non contineat. Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunt. Abb. in cap. in præsentia de probat. Alexand. consi. 15. & consi. 111. 3. vol. Grammat. consil. 25. num. 11. Vna enim præsumptio tollit aliam. Bal. in l. fin. C. de probat. cap. 1. de præsumpt. Bal. in l. Paculeius. ff. de hered. instit. Marsi. in sua pract. crimin. in §. diligenter. num. 193. Alex. consi. 103. in 1. vol. Dec. in consil. 189. Gramm. consi. 35. quod in tantum est verum, quod dicit Ang. in l. si bi qui. C. de adult. & in l. 2. §. fin. ff. de adult. quod licet oscula, & amplexus sint præambula adulterii, tamen si erant
27 consanguinei, illa † præsumptio consanguinitatis tollit aliam præsumptionem adulterii. Cui non obstat, *che lo fece nascondere di sopra*, quia idem testis subiunxit. *Io non sò che fusse venuto per mal nessuno, ma lo fè scriuere in camera de mia madre*. hoc erat Memoriale, quod Iudici contra virum porrexit. Et cum vir soleret pro re minima verberare vxorem, potest præsumi id fecisse ex metu reuerentiali, quia post longum interuallum dicitur perdurare in fœmina. Bertach. in suo Repertorio. in verbo vxor contraxit. versic. 27. Dubitabat enim ne viro displiceret, extimuit, & probatum est, missum sibi ab eius sorore.

Tertia testis ancilla Tuber. reijcitur, quia composuit sermonem cum alio teste, & fuit colloquuta cũ teste examinato, & si non fuerint publicata dicta testium. Felin. in cap. præterea in fin. de test. cogen. & per eadem verba deposuit, & sic præsumitur præmeditasse sermonem. l. 3. §. tu magis, & ibi Bartol. ff. de
28 test. Cui non suffragatur, quod in † causa adulterii testes minus idonei in subsidium reputantur idonei: quia hoc totum procedit, vbi agitur de adulterio criminaliter. argum. tex. & Gloss. in l. cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. caus. Nam in his lex contentatur eis probationibus, quæ haberi possunt: secus in casu nostro, vbi agitur ciuiliter ad effectum acquirendi dotem. Nam in casibus, in quibus testes inhabiles, & a iure reprobati admittuntur, quando veritas aliter haberi non potest, tunc tales testes non admittentur absque tortura, per quam purgantur, vt sic fiant idonei. Gramm. consil. 45. num. 22. per Glo. & Bal. in l. 3. §. lex Iulia. versic. palam. de testibus. facit tex. in leg. ad carmen. §. 1. ff. eodem. Marsi. consil. 109. num. 18. cum ergo, nec verba obscœna, nec facta probentur præcessisse impura, dicendum erit animo bonum, & non malum faciendi M. acces-
29 sisse ad domum Popil. Facta † indicant animum: & talem animum quis habere præsumitur, qualẽ eius facta, & verba demonstrant l. labeo. ff. de supel. legat. l. reprehendenda. ff. de instit. & substit. l. scire. ff. de tutor. & curat. datis ab his. cum concordantibus Facta præseferunt amicitiam potius quam affectum adulterandi, & sic inimicitiam. Et est notissimum
30 comprofessoribus leges † tam ciuiles vindicantes adulterium: quam canonicas plectentes adulterum in amissione dotis loqui in adulterio perfecto, claro, & non obscuro, seu præsumpto, ut per tex. & Gl. in cap. plerumque. de donat. inter uir. & uxor. Rom. sing. tertij sicut pariter etiam statutum puniens homicidam

micidam intelligitur de consummato, non de atten
tato. Bart.in l.is qui cum telo. C.ad l. Corn.de sicar.
& in l.1.§.Diuus ff. eodem. & in l. si quis seruo. C.
de furt. Nunc opus est respondere ad contraria. Ad
primum dicendum, quod longum est discrimē apud
Canonistas inter tori separationem, & diuortium.
31 Diuortium † est, quando ita coniuges separantur,
quod eorum matrimonium declaratur nullum, ita
vt aliquando liceat vtri uis eorum ad alias nuptias
conuolare, puta quando ob impotentiam alterius cō
iugum fit separatio, quia frigidus, & impotēs sit vir.
tot.tit.de frigidis, uel maleficiat. uel separantur sine
spe eiusdem, uel alterius coniugii propter pœnam,
quia in gradu prohibito, uel illicito, vt in casu c. cū
haberet.extra de eo qui duxit in matrim. quam pol-
luer.per adulter.c.ex literis.eodem tit. Sed quando
vnus insidiatus est uitæ alterius, vel quod simile, iu-
dicio Ecclesiæ fit separatio tori, ita vt nec simul co-
habitent, neque vnus alteri teneatur reddere debi-
tum, neque ad secunda vota viuente altero ex coniu
gibus aspirare licet, & hæc separatio vocatur tori,
idest nuptialis cubiculi.de qua in d.c.tuæ. Et de hac
non loquitur Conc.Trid.vbi supra allegatum.in pri
mo casu homo non separat, sed declarat nullum.
Non enim separatur, quod non fuit ritè coniūctum.
In secundo casu separatur sola cohabitatio, quam ef
flagitat hæc mulier. Ad secundum, quod adulterium
præsumatur, si quis solus cum sola, uel in domo pul
chræ mulieris. Bart.in l.fur est in princip.ff. de furt.
32 cum concord. Respondetur, quod † talis est præsum
ptio temeraria. Spec.lib.2.tit.de præsumpt.§.1.Bal.
in l.neque natales. C.de probat.quando aliud admi
niculum non conglobatur, nec ex hoc probatur. Bar
tol.in l.2.de adult. Abb.in d.c.tertio loco, num.4.&
testis unius est, & singularis. Patisij consilium 54.
lib.4.citatum. loquitur, quando ex parte vxoris ni-
hil fuisset probatum, & quando testes, non fuissent
singulares, non idonei, inhabiles, suspecti de fide, &
viles, vt a nu.14.vsque ad 33. Et in eo casu, quādo
Maritus modicè, & cum iusta causa vxorem verbe-
rauit, etiam post monitionem de hoc habitam a nu.
32. vsque ad 42. quorum contrarium probatum est
nam verberata fuit ob indignam causam, quia vo-
lebat pecuniam ex paraphernalibus, vt dicunt testes
citati. Illud deinde iudicium ex laxitudine viri fuit
terminatum, quia non probauit intentionem suam.
Ad vltimum respondetur ex processu, quod Pop. nō
pernoctauit extra domum viri, nocte illa sequenti,
qua dicitur Tub. inuenisse M. in eius domo. sed no-
cte sequenti, qua die verberata fuit acriter a viro.
Quo casu scripsi, quod nō tenebatur redire, & quod
de hoc nō poterat a viro accusari. Itaque cum Tub.
capitali odio vxorem prosequatur; Et nihil interfit,
an per libellum accusauerit, an per exceptionem, in
qua est actor l.1.ff.de except. & fuerit prosequutus
examinando desuper testes, quod in idem coincidit,
& æquipollet, vt dicit Alex.in consi.189.incipit, In
causa, & lite vol.6.num.10.Io.de Anania in c.intel
leximus.extra de adult, nec velint conciliarij censè-
rem posse ad hanc tori separationem per dominatio-
nem vestram deueniri, &c.

Hier. Henricus I.V.D.consultor.

CONSILIVM LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas actu, uel potentia nocua, punibilis est.*
2 *Falsitas, neque actu, neque potentia nocua, & si dolo-
sa punibilis non est.*
3 *Falsitas quotupliciter in iure consideretur.*
4 *Falsitas etiam non nocibilis pœna extraordinaria pu
nibilis est.*
5 *Falsitas adiuta primordio veritatis pœna stelliona-
tus punitur.*
6 *Qui vnum excludit aliud includere videtur.*
7 *Citatio, indiuiduum quid reputatur.*
8 *Esse, & finis citationis consistit in deuenire ad noti-
tiam citati.*
9 *Intellect. ad tex. in l. cum filius. §. hæres meus. ff. de
legat. 2.*
10 *In re certa legata ad fauorem legatarij fit amplissi-
ma interpretatio.*

QVoniam falsitates in iudicio
commissæ iudicium peruer-
tunt, ideo placuit respōdere
super dubio transmisso. An
fuerit cōmissa falsitas per Ba
liū, q Romæ vocat, vel Man
datarius, vel Cursor, q retu-
lit se citasse Procuratorē, &
ore cū fessus fuerit nō Procuratorē, sed Principalē ci-
tasse. Et dixi, quod erat falsitas, & de iure punibilis.
1 Quia † falsitas illa, q̄ alteri est actu noxia, vel quæ ē
apta aliquō casu nocere in futurum, sp est punibilis.
Clar.in sua praxi.in §.falsum.nu.36.in vers. sed cer
tè iudicio meo, ita vt attendatur sola potētia nocendi.
Rot.in nouiss.p.2.dec.211.nu.3. sicut cōtra cōis est
2 opinio, ac recepta cōclusio a Doctoribus, q † falsitas
minimè nocua numq̄ puniat pœna ordinaria, & si do
losa.l.damus.& ibi Glo.C.de fals. q̄ sequuntur cōi-
ter Doctores referente Alex.consi.145.uers. confir
mo p id.lib.6.Barb.consi.52.nu.4.lib.3.consi. 103.
nu.1.& 2.lib.1.Viu.in lib. cōium opinionū in uer-
bo falsitas, q̄ nemini.opin.283.lib.1.& alii congesti
per Clarum, vbi supra.n.36. Ex quo sequitur, quod
cū Mandatarius cōmiserit falsitatē in relatione inti-
mationis ad videndū examinari testes, de qua falsi-
tate non est dubiū, maximè nocuisse P.principali, cū
fuissent examinati duo testes, & non fuisset ob hanc
causam inductus interpres, & agatur contra eam de
causa Capitali, debeat acriter puniri. Quod uero fal-
sitatem commiserit, apparet ex eo, quia coram testi-
bus dixit se intimasse Pop. & refert in scriptis se inti
masse Procuratori. En vna falsitas, in qua adest mu-
tatio personarum. Deinde dixit se intimasse Procu-
ratori in Monasterio Monialium, cum omnibus no
tum sit homines cum Monialibus minimè cohabita
3 re. Etenim considerabam, quod † falsitas sumit plu-
ribus modis. Et primò largissimè pro omni eo, q nō
est uerū. Scdò largè pro oī mutatione ueritatis. Ter-
tio strictè, & istud incidit in caput l. Corn.de fals. Et
in hoc reperiunt illa tria requisita Cepol.consil. 22.
4 nu.12. Et licet † falsitas ēt nō nocibilis punibilis sit.
Gl.in d. l.damus. pœna tñ extraordinaria puniri dēt

ad tradita per Menoch.caſ.306.nu.21. ſecus autem in falſitate, in qua illa tria concurrunt, mutatio vide licet veritatis dolus, & damnum alterius, quia tunc pœna legis Corneliæ tenetur. In caſu noſtro omnibus illis tribus modis uř falſitas eſſe cõmiſſa, ut pater diſcutiẽti. unde & punibilis. Vnum ſolum uidebatur obeſſe. Quia dicebatur, quod talis falſitas adiuuabatur primordio ueritatis, ita ut uerè non poſſit dici falſitas. l.cum filius. §. hæres meus. ff. de leg.2. Huic argumento reſpondetur multipliciter. Et pri-
5 mò, ꝙ quicquid ſit, in iure clarũ eſt, ꝙ licet iſta † falſitas ſit adiuta, non poſſit puniri pœna falſi ordinaria, tñ bene puniri debebat extra ordinẽ pœna ſtellionatus. Clar. ubi ſup. nu.36. ubi dicit ita cõmuniter teneri, & alios congeſſit. pro quo opinor facere, ꝙ tex. ille, qui eſt origo huius propoſitionis, non dicit abſolutè non eſſe falſum: ſed dicit, nec in totum uideri falſum, quaſi pro illa parte nõ neget falſum eſſe. Qui.n. de uno negat, de altero vř affirmate. c. nonne. de præ-
6 ſumpt. Et † qui unum excludit, aliud includere uidetur. l.cum Prætor. ff. de iudic. l. qui accuſare. ff. de accuſat. Secundo iſta falſitas non habuit primordiũ veritatis, quia falſitas, & veritas attenduntur reſpectu partium, cũ quibus agitur, & quibus eſt nociua uel non, quibus attentis uerum eſt Procuratorẽ non
7 fuiſſe citatum. Noſtra † enim non intereſt alios fuiſſe citatos, & ad noſtram notitiã actũ non perueniſſe. Citatio.n. reputatur, ſicut unum indiuiduũ. arg. l. ſi is qui quadraginta. §. quædã. ff. ad l. falc. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. oblig. Vnde ſicut ex uitioſa ſcriptura unius partis libri, totus liber uitiatur. l.2. §. pen. & ibi Alb. nu.9. C. de uet. iur. enucle. Ita citatio, quæ pro parte eſt falſa, imò in totũ eſt fal-
8 ſa. Quia † totũ eſſe citationis conſiſtit in deueniſſe in ſeu actũ ad citati notitiam. Sicut contra ob hanc cauſam dicunt Doctores ſanari defectũ citationis, ſi ad notitiã citati peruenerit. Veſtr. qui alios congeſſit li. 3. c. 6. nu.5. eſt enim iſte finis citationis. Rot. in no-
9 uiſſ. par. 1. dec. 178. Tertio tex. ille † loquitur in legato in ſe uero, ſed habente ſolam falſam demõſtrationem circa cauſam proximam: cum de mente adſit ueritas. Nos ſumus in caſu, in quo falſitas circa omnem cauſam eſt commiſſa: unde illa nũ infeceri non debet. l. Papinianus. ff. de minor. Et conſtat omnib.
10 in iure uerſatis ad fauorem legatarii in † re certa legata fieri ampliſſimam interpretationem cõtra hæredem, qui agit ſolum de lucro captando, non ſic cõtra nos, qui agimus de damno euitando, quorum nõ eſt par cauſa. l. fin. C. de condict. & demonſtrat. Quartò, quia aut actus ille fuit ualidus in ſubſtãtia, & forma, ſed ex eius falſitate poterat alicui præiudiciũ inferri, ubi falſitas detecta non fuiſſet, & tunc falſarius punitur pœna falſi. Marſ. conſi. 70. nu. 12. Aut peccabat in ſubſtantia, & forma, & non poterat nocere: & tunc debet puniri extra ordinem pœna ſtellionatus. Clar. ubi ſupra. num. 34. in fin. Debet ergo hoc ſcelus, quod in magnum damnum Reipublicæ ex impunitate ſua percrebuit: digna animaduerſione coerceri, neque impunitum relinquerem, ſi uoluntati meæ pares correſpõderent aliquando uires.

Hieronymus Henricus. V. I. D. conſultor.

CONSILIVM LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clericus fructus beneficij an faciat ſuos, latè diſcutitur de iure ueteri, & de iure nouo.*

2 *Cuicumque prohibito alienare bona ex quocumque iure, aut hominis conditione, non uidetur eſſe prohibita alienatio commoditatis fructuum.*

3 *Prohibita alienatione per contractum; non ex hoc intelligetur prohibita eſſe illa, quæ alio modo fit, uel in re uniuerſali, uel ſpeciali.*

4 *Contractus talis cenſendus eſt, qualis ex ſui figura apparet; & qualis fuit a partibus nominatus.*

5 *Locatio fructuum ac uenditio rerum, quæ ſuo tempore conſumuntur, clerico non prohibentur.*

6 *Fructus, ubi ſpectant ad alienantem tantum; alienatio tenet in eius præiudicium, licet non in præiudiciũ ſucceſſoris.*

7 *Modicum tempus in materia locationis, an ſit decennium.*

8 *Locatio fructuum ad modicum tempus facta, non uenit nomine alienationis.*

9 *Conductor fructuum in bona fide habebit actionem cõtra locatorem.*

10 *Extincta ceſſione cedentis, datur actio bonæ fidei conductori ex inſtrumento pro recuperatione ſolutionis anticipatæ.*

11 *Conductori bonæfidei officium Iudicis impartiendum.*

12 *Bona fides non præſumitur in eo, qui contra iura mercatur, & quomodo.*

13 *Malæfidei conductor fructuum ab eccleſia repetit eos.*

14 *Malæfidei conductori, qui ſibi cauit de euictione: competit repetitio contra hæredes locatoris, &c.*

Deus ſit in corde meo, & in labijs meis, vt digne, & purè annunciem veritatem ſuam in omni tempore.

Diuino nomine prius inuocato. Fabius mutuauerat quandã pecuniarũ quantitatẽ Epo Balneo Regienſi, qui ceſſerat ſibi per quadriẽniũ redditus cuiuſdã beneficii, & deinde defunctus eſt. Dum cęteris concreditoribus præferri deſiderat corã Illuſtri Virgilio Bruno Prothęſaurario Generali tunc temporis, fui conſultus. An locatio bonorum Eccleſiæ ad quadriennium, ualuerit ſaltem intra triennium. Antequam reſponderem præſuppoſui duo. Quorum
1 unum eſt, quod † clericus facit fructus beneficii ſuos iuxta notata per Doctores in cap. Præſenti. de officio Ordinarii in ſexto. ita ut illos poſſit non ſolum aſſignare creditoribus pro eius debitis, ut quotidie fit uolentibus, uel inuitis clericis, uerum & eos donare. c. cęterum. de Donationibus. Nam proprietas, & dominium huiuſmodi fructuum collectorum eſt ipſorum clericorum. Gloſſ. in cap. duo ſunt. 12. quæſtione prima in uerbo proprietatem rerum, ita ut de illis poſſit liberè in teſtamento diſponere ad pias. ca. ad hæc. de teſtibus. & recollectos, & in

horreo

horreo reconditos ad hæredes transmittere. Gloss. &
Doct. in c. si appellare vbi Gem. n. 9. attestat de cõi.
extra de rescr. in 6. Doct. in c. fin. de peculio clerico-
rũ eod. lib. Çouar. lib. 1. uar. resol. c. 15. sub nu. 2. Na
uar. in tractatu de redditibus. Rot. in dec. 761. p. 1.
diuersorum nu. 4. non obstante Iulij Tertij, aut alio
rum Pontificum constitutionibus super spolijs cle-
ricorum in locis compositis, ut fuit decisum in illa
Mediolanensi fructuum 9. Maij 1592. Alterũ, quod
2 † unicuiq; personæ prohibitæ alienare bona ex quo-
cumque iure, aut hominis conditione, non uf esse
probibita alienatio commoditatis fructuum, ita ut
ille, in quem fuit facta similis alienatio, possit ad li-
bitũ de fructibus disponere. Gl. in l. codicillis. §. in-
stituto. de leg. 2. Tiraq. de rettact. lignag. §. 1. Gl. 7.
n. 30. Ber. consi. 95. Molin. de primogen. Hisp. lib. 1.
c. 21. nu. 24. & seq. Et fuit decisum in illa Romana
de Theodolis. 19. Febr. 1593. Ex quibus sequit. q
licet locatio bonorũ Ecclesiæ ultra trienniũ non ua-
leat, nisi concurrentibus legiuma solẽnitate, & cau-
sa Ecclesiæ necessaria c. 1. & 2. de reb. eccl. nõ alien.
in 6. clem. 1. eod. tit. etiam intra trienniũ Ruin. li. 1.
consi. 86. nu. 8. Dec. in 1. par. consi. 142. Couar. qui
alios citat uariar. resolut. lib. 2. ca. 17. nu. 2. & uoluit
Rot. in una Brixien. locationis. 5. Decemb. 1594. tñ.
cũ simus nõ solũ in rebus mobilibus, uerũ specificè
in fructibus, & in concessione simplici pro debito ad
certũ tẽpus intra uitã concedentis, seu assignatione,
dicendũ est illã de iure ualuisse ob multa. Et primò,
3 quia † ubi probibetur alienatio per contractũ, nõ in-
telligitur prohibita illa, quæ alio mõ fit, uel iure uni
uersali, uel speciali. Alex. lib. 1. consi. 120. nu. 2. per
tex. in l. uerba gesserunt. ff. de uerb. sign. Iura prohi-
bentia alienationẽ rerũ Ecclesiasticarũ ultra quod
uerificantur in immobilibus. Butr. Io. And. & Frãc.
in d. c. 2. loquuntur in locatione, non aũt in cessione
simplici, seu in pacto de affrãcãdo, in quo talis cessio
vr permissa. Ruin. in d. consi. 86. nu. 8. in uersic. non
possunt ẽt. talis est casus noster propter illa uerba in
apocb. *li cedo, & assegno li frutti, rendite, & prouenti
del mio Beneficio di San Pietro, che si cauaranno per
4 quattr'anni prossimi da uenire.* Quia † contractus ta
lis censendus est, qualis ex sui figura apparet a Par-
tibus nominatus. l. fideiussores. §. 1. ff. de fideiuss. l.
qui tantum. de Donat. Et quando Episcopus loqu
tus est in personam Fabij, numquam usus est uerbo
locare, sed bene dixit quod habeat potestatẽ dicta bo
na locandi aliis dicto tpe, & uoluit interim moriẽs
suos bæredes teneri *per quella rata, dellaquale non si
fusse imborsato.* & sic fuit pactum de se affrancando.
5 Secundò, quia † locatio fructuũ, ac uenditio rerum,
quæ tpe consumuntur clerico minimè est probibita.
Abb. in c. fin. n. 2. extra Ne Prælati uices suas. Bero.
in c. consensus nu. 12. de Rebus eccles. non alien. &
in casu nostro firmauit quæstionẽ Cardinalis. in d.
6 clem. 1. uersi. 27. quarto. ubi concludit, quod † si fru
ctus spectent ad alienantem tantum, alienatio tenet
in eius præiudicium, licet non in præiudicium suc-
cessoris. concordant Inn. & Host. in d. ca. querelam.
Et quod in bac alienatione non sit desideranda solẽ-
nitas solita seruari in cœteris alienationibus, tanto
7 magis, cum fuerit infra modicum tempus. Quod †
est infra decennium ut ex pluribus decidit idem in
eadem clemen. in §. uerum. in vers. 4. quarto. & dicit

esse communem. sequitur Imol. in d. c. ad audientiã
de reb. eccles. non alien. nu. 2. Menoch. assentitur in
Rectore sæculari. de arbitr. Iudicum lib. 2. q. 5. in fi-
ne. Alex. consi. 17. lib. 4. Dec. consi. 142. nu. 3. par. 1.
8 & alii, quos ibidem congessit. Nam † talis locatio
non uenit nomine alienationis. Imol. in c. nulli. nu.
4. d. tit. de reb. eccl. non alien. & fuerit ab Episcopo
restricta ad eius uitam. Tertiò, quia cum ex primo
presupposito proprietas, & utile dominium illorum
fructuum fuerint cedentis, & per consequens spe-
ctantes ad mensam Episcopi. Abb. in c. ut super. nu.
9. Imol. nu. 7. d. tit. illos potuit non solum ex causa
perurgenti cedere, uerum & condonare ex causa re-
munerationis, aut aliis, ut ex pluribus consuluit Fe
der. de Senis consil. 52. per totum; tanto magis pro
eius debito tradere in solutum. Et dato sine ueri pre-
iudicio, quod Fab. fuerit uerus conductor dictorum
9 fructuum, tamen cum in eo fuerit † bona fides, ha-
bebit actionem contra locatorem. Imol. in c. si quis.
nu. 26. de reb. eccl. non alien. unde admittendus erit
ad graduationem, quia cum constet eum habere nõ
solum hypothecam, uerum & possessionem, seu sal-
tem detentionem, quando inter partes contentio est
de pignore, præuenisse iure dr, qui præuenit tempo-
re, ut dicitur in l. 2. in fin. C. qui pot. in pign. habean
tur, & sic ad excludendum reliquos concreditores.
10 Quæ omnia dico procedere intantum, quod † extin
cta cessione, detur actio ex instrumento pro recupe-
ratione solutionis anticipatæ ob multa. Et primò,
quia licet non detur actio contra successorem in be-
neficiò, ut uoluit inter cœteros Anch. consi. 116. tñ
bene competit conductori contra alienantem, ut ibi
dem ipse uoluit post nu. 6. in uersi. ex qua ratione li-
quidè infertur, ubi dicit, quod debet obligatio cõmu
nicari locatori, ut in terminis uoluit Card. in clem.
1. q. 27. in uersi. si uero fructus. de reb. eccl. nõ alien.
Imol. in eadẽ. nu. 25. in fine. Secundò, quia bæc fuit
alienatio reddituũ ad modicũ tẽpus, quo casu & ip-
sa, ut locatio tenet, Imol. in d. clem. nu. 5. Et patet,
quod in rei ueritate, si modicum tempus in præsenti
materia intelligitur infra decennium. Menoch. de
arbit. iud. lib. 2. q. 5. in fine. cum aliis deductis supra
in casu nostro tempus erit ualdè modicum, cum fue
rit infra quadriennium. Tertiò, quia Fab. restituen-
11 da est pecunia anticipatè soluta ex † Iudicis officio,
quod benigne imploratur per tex. expressum in cap.
ad audientiam. extra eodem tit. Et etiam iure actio-
nis sibi competentis ex duplici capite.

Primò, quia fuit bonæ fidei conductor ca. Vulte-
ranæ. 12. q. 2. §. si quis. coll. 2. Auth. de rebus eccles.
non alienan. quia de iure talis cessio, seu assignatio
non est prohibita, ut scripsi supra. Et Rector Eccle-
siæ possit locare fructus pro toto tempore uitę suę,
Glo. & Abb. in ca. querelam. nu. 4. Ne Prelati uices
suas. Et quia conduxit ab eo, qui reuera potuit assi-
gnare dictus redditus pro suo debito. Et pecunia, seu
iustũ pretiũ realiter, & cum effectu interuenit, & qa
iure credere debuit Epum ratione suę dignitatis no
luisse eum decipere. Et quia ipse conductor erat de
his, de quibus in l. cum de indebito. ff. de prob. Quo
casu bona fides presumitur. Bart. in l. si existimans.
ff. pro solut. Et quia regulariter sic presumitur do-
nec contrarium probetur. l. merito. ff. pro socio. leg.
pen. & ibi Bartol. C. de euict. Gloss. in cap. Abbate

in principio. in uerbo Dominij, uel quasi. de re iudi-
12 cata. Cui non obstat si dicatur, quod † bona fides
non præsumitur in eo, qui contra iura mercatur.
Quia ex dictis non fuit contra ius, & talis fructuũ
alienatio licita fuit Imol. in d. clem. num. 5. adest ti-
tulus cessionis, quo probato statim uidetur esse pro-
bata bona fides, ut Rota uoluit in illa Florentina
Iurispatronatus coram nunc Sanctissimo in nouiss.
13 dec. 229. num. 3. par. 1. Et si † esset malæfidei con-
ductor, adhuc repeteret, quod dedisset secundum
magis communem opinionem. Host. Butr. & Imol.
ubi multas Glossas allegauit in d. ca. ad audientiam
num. 8. Etiam ab ecclesia. tanto magis ab hærede lo-
catoris contra quem fuit expresse cautum, & sic tran
siuit in pactum.
Secundo principaliter, quia † Fab. sibi cauit de
14 euictione, quo casu ei etiam si fuerit malæfidei, com-
petit sibi repetitio. l. si fundum. C. de euict. Glo. in d.
ca. ad audientiam. in uerbo refundendam. sequitur
Card. in d. clem. q. 25. in fine. aliàs sequeretur, quod
contra ius naturæ, uel Ecclesiæ, uel hæredi liceret di
tari cum iactura aliena l. nam natura. ff. de condict.
indebiti. & hoc tanto magis si præponderetur æqui-
tas, quam ius canonicum suadet semper. Ad quod fa-
cit quoque quod venditor tenetur de euictione, quã
do ab emptore res euincitur de iure l. si non iniuria.
ibi sed iuris ratione superatus es. C. de euict. l. si per
imprudentiam. ff. eodem Corn. consil. 251. num. 9.
uol. 2. incipit, Videtur in præsenti consultatione.
Laus Deo.

Et ita consului Ego Hier. Henricus I. V. D.

CONSILIVM LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi habent intentionem fundatam in iure, quod omnia Monasteria extructa intra diœcesis eorum sint sibi subdita, &c.*
2 *Ordinarijs competit iurisdictio ratione locorum.*
3 *Loca Priuilegiata, licet mutent personas, non tamen perdunt priuilegia.*
4 *Ecclesia diruta, si ædificetur, retinet. siue reassumit omnia priuilegia, quæ prius habebat.*
5 *Persona exempta, ratione tamen rei non exemptæ, quam possidet, dicitur subiecta.*
6 *Concessio Ecclesiæ facta a persona laicali absq; expressa authoritate Episcopi diœcesani, nullatenus ualet.*
7 *Regularibus omnibus prohibitum est recipere nouum locum, seu Monasterium. seu transire ad illud inhabitandum absque speciali Sedis Apostolicæ licentia.*
8 *Licentia, & authoritas Papæ ex prætensa diuturnitate temporis nullatenus est præsumenda.*
9 *Ex decreto irritanti excluditur omnis solemnitatis præsumptio.*
10 *Habentes personalem exemptionem a iurisdictione Episcopi euntes ad habitandum in loco subiecto, dicuntur, & ipsæ subiectæ.*
11 *Quando priuilegium exemptionis a iurisdictione Episcopi est concessum clericis alicuius Ecclesiæ vigore talis priuilegij, non est exempta Ecclesia, sed solæ personæ clericorum.*
12 *Præsumptio pro iurisdictione Episcopi transfundit onus probandi in aduersarios.*
13 *Priuilegia exemptionis nullatenus ad Ecclesias, & loca futura extendi possunt.*
14 *Citatio sola sufficit ad interrumpendum præscriptionẽ.*
15 *Cap. Reintegranda. 3. q. 1. non præscribitur per mille annos.*
16 *Ad præscribendum iura Episcopalia, & exemptionem ab eo quadragenaria non sufficit; sed requiritur tempus cuius initij non extat hominum memoria.*
17 *Iurisdictio cohæret territorio saltem passiuè, ac materialiter ratione situs in personas ibi habitantes.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen.

IN ciuitate Potentiæ ab antiquo extitit Monasteriũ Monialium Ordinis sancti Benedicti sub titulo sancti Lucæ, deinde in earum locũ suffectæ fuerunt Moniales Ordinis sanctæ Claræ. Illæ fuerunt sub iurisdictione Episcopi Ordinarij, hæ uero sub iurisdictione Prælati earũ Regularis. Præsens Modernus Epus uolẽs iura sua agnoscere egit de spolio coram Illustriss. & Reuerẽdiss. Cardinalib. sacræ Congregationis super Episc. & Regul. Et deuentũ est ad iurũ discussionẽ. Et uidebatur sentiẽdũ pro Monialib. Quia sicut vxor mutat forũ suũ, & sequitur forũ uiri, cui subiecta uidet. per tex. in l. si cum dote. §. si Maritus. ff. sol. matr. & dixerat Progenitor meus in consi. 23. ita Monasterium sequetur exẽptionẽ Monialiũ, quib. subijcitur, cũ iniustũ sit personã sequi locũ, sed locus debeat sequi personã. l. iustissimè ff. de edil. edict. Et omnibus constat Moniales sanctæ Claræ esse exẽptas a iurisdictione Ordinarii, & ostẽdunt ipsæ priuilegiũ Papæ Eugenii de anno 1439. & aliud de anno 1446. confirmata a Sixto V. fœl. rec. Secundo, quia hę Moniales ostendebãt præscriptionẽ nunq̃ interruptam ab anno 1555. vsque ab annũ 1593. & sic 38. annorũ. qua præscribitur iurisdictio Ordinarii, ut ego scripsi supra in cõsilio 67. imo ostẽdunt se prius habuisse tale Monasteriũ per duos annos. Et sic intrat præscriptio quadragenaria sufficiens c. de quarta. de decimis. Et sic extinctis Monialibus sancti Benedicti visa est fuisse extincta oĩs Epõrũ iurisdictio. & multa alia adducebantur. Quibus nõ obstãtib. opinatus sum iurisdictionẽ in eas cõpetere Reuerendiss. Episcopo, quia talis iurisdictio datur Ordinariis nõ magis rõne personarũ, q̃ ipsarũ Ecclesiarũ, ac Monasteriorũ, q̃ intra fines illorũ diœcesum erecta existunt,
1 & in † quibus de iure cõi habent intẽtionẽ fundatã.
c. oẽs Basilicę 16. q. 7. Et ideo possunt suã iurisdictionem exercere in quacumque parte suę diœcesis ca. uenerabilibus, & c. de Xenodochiis. de Religios. domibus. Glo. communiter approbata in clem. 1. uers.
2 eorum. de for. comper. Quod uero † ratione locorum competat Ordinarijs iurisdictio, probatur; Quia exẽpta ecclesia dicuntur etiam exempti clerici illius. c. cum Capella. de priu. sed non contra, quia si canonici alicuius Ecclesię eximuntur, non propterea Ecclesia est exempta, nec dicuntur exempti alii illius,
clerici

clerici c.per exemptionem, vbi Doct. de priuilegiis in sexto. Dec. consil. 152. nu. 3. Item, quia si ad locū exemptum transferantur Monachi non exempti acquirunt illam qualitatem exemptionis, perinde ac si exemptio esset concessa eorum personis. Calder. con sil. ult. de cens. post Innoc. in c. 2. sub nu. 1. versic. & idem videtur, si authoritate Superioris de noui operis nunc. Io. Andr. in c. Priuilegiata de reg. iur. in 6.
3 Quia † loca priuilegiata, licet mutent personas, nō tamen perdunt priuilegia. Oldrad. consi. 267. per totum. Gemin. 125. nu. 12. Gabr. in tit. de reg. iur. con clus. 2. nu. 5. Facit etiam, quia † Ecclesia diruta, si
4 ædificetur, retinet siue reassumit omnia priuilegia, quæ prius habebat, vt in terminis Monasterii scribit Gl. in c. Abbate. quam ibi sequuntur Inn. Io. An dr. Card. & post alios Abb. nu. 16. de verb. sign. Tiraq. in reg. cessante. in 1. par. nu. 212. Igitur Episcopo
5 videtur hæc iurisdictio cōpetere. Confirmatur, quia † licet persona sit exempta, ratione tñ rei non exēptæ, quam possidet, dr subiecta, vt est tex. in c. qm. in fin. & ibi Gl. vers. permanentibus. Inn. in fin. Abb. n. 2. in 3. notab. de priu. c. 1. §. in eos. eodem tit. in 6. Nec est verum, si dicatur hoc procedere, qñ exemptio data est rei, non autem personæ, quia in d. ca. quoniam. & in d. §. in eos. exemptio erat personalis, licet data esset respectu locorum Monachis illis vtroque iure subiectorum pro ut et idem prorsus est in casu harū Monialium. Ideo cōmorantibus illis in alio loco or dinario subiecto, cessat priuilegiū personale, cum cesset qualitas annexa habitationis loci pleno iure sibi ab initio subiecti. Anch. & Dom. in d. c. per exēptionē videntur assentiri, qui scribunt, qd clericis ecclesiæ exemptus ipsa Ecclesia non dr exempta, & ideo remanet subiecta Epo. Secundo principaliter, quia ex decreto sacri Conc. Trid. c. 5. sess. 25. de reformat. commissa est Epis Monialium clausura in omnibus Monasteriis, ideo in hoc non est dubitandum de superioritate Ordinarii, cum cōfirmatio Priuilegiorū Ordinis Minorum per Sanctissimum D.N. Papam Sixtum fuerint facta, quatenus decretis Sacri Cōc. Trid. non aduersentur, prout in eis legitur. Tertiò, quia instat spolium postquam ex parte Episcopi cōstat de duobus extremis videlicet de legitima, & antiqua illius possessione exercendæ iurisdictionis, & de intrusione, ac perturbatione Monialium, Ideo locus est remedio c. reintegranda. 3. q. 1. Ad quam reintegrationem obtinendam sufficit eidem Episcopo probasse, prout probatum extitit in processu antiquā possessionem ex parte eius, & recentem possessionē ex parte Monialium absque eo, quod probet spoliū, vel quod ex causa iniusta ceciderit a possessione. Innoc. in c. post electionē. in fin. de cōcess. præb. Corn. consi. 247. nu. 20. vol. 2. vers. & circa merita causæ. Alex. conf. 91. vers. & ēt probatur per testes vol. 5. Dec. consi. 252. nu. 2. Gabr. ubi alios congessit in ti. de restit. spoliat. conclus. 5. nu. 67. Tertiò, quia de anno 1555. Fratres d. Ordinis habuerunt d. Monasterium ex concessione, & traditione Illustris d. Comitis Potentiæ, vt ipsæ eædem Moniales fatetur. Ergo
6 cum huiusmodi concessio, † & traditio fuerit facta a persona laicali absque expressa authoritate ipsius Episcopi diœcesis, nullatenus ualet, nec tenet, etiam si ipse Comes fuisset uerè dominus, & patronus d. Ecclesiæ, & Monasterii c. cum & plantare §. Eccle-

siast. de Priu. c. si quis clericus p laicos. c. si quis Episcopus. c. ne quis deinceps. 16. q. 6. c. Cura Pastoralis. de Iurepatron. vbi etiam Gloss. in uerbo legitima dicit, quod Religiosi, nec possunt Ecclesiā, seu Monasterium taliter receptum postea præscribere. Tāto magis cum ex processu constet, quod d. Monasteriū, seu Ecclesia numquam ad dom. Comitē spectauit.
7 Quartò, quia † Fratribus sancti Francisci, & omnib. Regularibus prohibitum est recipere nouū locū, seu Monasterium, seu transire ad illud inhabitandū absque speciali Sedis Apostolicæ licentia, faciēte expressam mentionē de tali prohibitione, ut est tex. expressus in c. vnico. de excess. Prælat. in 6. Nec aliqui Religiosi quantumcumque exempti possint in aliqua Diœcesi, nec minus Oratoria, vel Capellas sine Episcopi diœcesani licentia construere. c. authoritate. de priu. in 6. c. cum olim. eodem tit. Ergo dictæ Moniales sine licentia Papæ, nel Epi dicentur intrusæ. Cui non obstat, si dicatur ex diuturnitate tpis præsumi licentiam, & debitas solemnitates: tū quia ex scripturis productis apparet eas non interuenisse: nec etiā constat de scientia, & patientia, ac aliis requisitis, vnde cessat oīs præsūptio solēnitatum. Gabr. q alios allegat in lib. 1. de præsumpt. conclus. 1. nu. 57. 59.
8 60. & 63. tum ēt, quia † licentia, & authoritas Papæ ex prætensa diuturnitate tpis nullatenus est psumēda Alex. cons. 9. vers. fin. uol. 3. Fel. in c. sicut. nu. 33. vers. benè fateor. de re iud. Ruin. in cōs. 35. n. 6. uol. 1. tanto magis cum in d. c. vn. de excess. Prælat. in 6. adsit decretum irritans contra ita recipientes nouū
9 Monasterium. Ex quo † non solū excluditur oīs solēnitas, & solemnitatis præsumptio, sed ēt quicquid cōtra talem prohibitionem factum est, censeatur nullū & sit infectus titulus. Gabr. in lib. 6. conclus. in ti. de clausulis. conclus. 3. nu. 57. 58. & 44. Nec est verū, quod Moniales Monasterii exempti etiam qñ habitant Monasterium non exemptum retineant priuilegium exemptionis a iurisdictione Ordinarii, qa animaduertendum est hoc esse falsum, & in hoc cōsistit decisio huius cōsilij est tex. expressus. in c. 1. §. in eos. de priu. in 6. c. cum Capella Ducis Burgundiæ, ubi Gl. in uerbo inquantum exempti. de priu. facit text. in c. ex ore sedentis. & in c. cūm olim. eodem tit. Et licet tex. in d. c. cum Cappella uideatur loqui de priuilegio exemptionis, quod competit ratione rei, tamen idem iuris est, quoad exemptionem respectu perso-
10 narum, quia † etiam habentes personalem exēptionem a iurisdictione Epi Ordinarii, vbicūque hi sint: nihilominus quando ipsæ personæ exemptæ ad aliquem locum Ordinariis subiectum eunt ad habitādum, ut inibi resideant, & si possint ad priora Monasteria reuocari, nihilominus quamdiu morantur in d. loco, & Monasterio subiecto, dicuntur eidem Ordinario etiam ipsæ personæ subiectæ, ut dicit text. in d. c. 1. §. in eos, & ibi notant Doctores de priu. in 6. Quibus suffragatur, qd notant Franc. & alii in d. ca.
11 per exemptionem, uidelicet, φ qñ priuilegium exēptionis a iurisdictione Epi est concessum clericis alicuius Ecclesiæ, uigore talis priuilegii non dr exēpta Ecclesia, sed tantummodo personæ clericorū ipsius
12 Ecclesiæ. Quartò, quia † ex eo solum quod d. Monasteriū reperitur constructum in diœcesi Potentinæ, Epus habet suā intentionē fundatam, nisi Moniales probauerint Monasterium fuisse factum exemptū

a iurisdictione Episcopi, vel quod ex legitima præ-
sumptione debeat omnino d. Monasterium iudicari
exemptum. Pro quibus sunt tex. in c.cum venerabi
lis.c.cum dilectus.de Relig.domib. c.ex ore. c.cum
olim.de priuileg. tanto magis cum ex processu con
stet Episcopum iura eius Episcopalia semper exer-
cuisse in d. Monasterio, & Monialibus in eo olim
existentibus.

Ad primum argumentum respondetur, non cur-
rere in omnibus æquiparationem inter vxorem, &
Maritum ex vna, & Monasterium, & Moniales ex
altera. Deinde argumentum retorquetur. Quia si
Monasterium sustinet vices uxoris: vxor autem non
mutat forum originis, nisi in his, in quibus distrahe
retur a seruitio uiri. per Bar. in l.fin.§. item rescripse
runt.ff.ad Municip. Doct. in l. cum quædam puel-
la. de iurisdict. omn. iudic. Ergo Monasterium se-
quetur forum Episcopi Ordinarij. Ad id quod dici-
tur Moniales sanctæ Claræ esse exemptas. Respon-
detur, quod copiæ prætensorum priuilegiorum non
sunt in forma probanti. Et deinde restringuntur ad
Moniales Conuentuum sanctæ Claræ illorum Mo
nasteriorum, quæ erant tempore d. concessionis, &
existebant sub cura Generalis Ministri ordinis Mi-
norum, & in his terminis loquuntur dicta priuile-
gia, proutapparet ex eorum lectura. & non habent
locum in Monasterijs, quæ non sunt vtroque iure
eis subiecta.c.cum & plantare.§.in Ecclesijs.& ca.
quoniam de priuileg. Vnde cum de dicto tempore
concessionis in ipso Monasterio sancti Lucæ nō Mo
niales sanctæ Claræ, sed sancti Benedicti adessent
nō potest dici dicta priuilegia Moniales sanctę Cla
ræ comprehendere, quæ de anno 1555. d. Monaste-
rium sine licentia Papæ, & Episcopi occupauerunt.
23 Etenim † priuilegia exemptionis nullatenus ad ec
clesias, & loca futura extendi possunt, vt est text. in
clem. 1. vbi latè de hoc scripsit Card. de censib. Con-
firmatio priuilegiorum a Sixto V. fœl. record. fuit fa
cta quatenus Conc. Trid. non repugnarent, vt legi-
tur in eis. Ad ultimum argumentum respondetur,
quod non adest quadragenaria præscriptio, cū de an
no 1560. Moniales prædictæ fuerint iudicialiter cō-
24 uentæ: & citatio † sola satis fuerit ad interrumpen
dum præscriptionem, vt per Doct. in c. illud. de præ
25 script. Put. dec. 385. lib. 3. tum quia † d. c. reintegrā-
da non præscribitur etiam per mille annos Cassad.
dec. 6. de restit. spoliat. Mohedan. dec. 343. Gabr. in
tit. de restit. spoliat. conclus. 5. nu. 54 vbi scribit Ro-
tam Romanam ita tenere. & sexcétæ decisiones eius
de hoc afferri possent licet ab illis uideatur recessisset
17. Maij 1600. in vna Mediolanen. præscript. Dein
de ostendebatur in facto, quod adhuc lapsi non fue-
rant 40. anni, cum minori spatio hæc exemptio mi-
nimè præscribatur. c. cum personæ Ecclesiasticæ, &
ibi Gl. in verbo quadraginta. de priu. in sexto. Balb.
qui alios citat in tract. de præscript. in 1. par. 5. par.
princip. q. 12. nu. 4. titulus etiam erat infectus, vt pa
26 tet ex prædictis. Imò ad præscribendum iura † Epi
scopalia, & exemptionem, quadragenaria non uide-
tur sufficere, sed videtur requiri tempus, cuius initij
non extat hominum memoria in contrarium. c. 1. de
præscript. in 6. c. cum personæ, & ibi Glo. in verbo,
quod si talis de priuil. Balb. in d. q. 12. num. 4. Borg.
Caualc. dec. 28. num. 21. vbi adhoc cumulat multas
authoritates, & ipse dicit, quod hoc casu numquam
probetur iusta causa pręscribendi etiam per mille an
nos. Ex quibus cessat, quod ultimo loco dicitur, qđ
per mortem Monialiū olim in Monasterio, de quo
agitur, degentium fuerit extincta Episcopi iurisdi-
ctio. nam hoc in iure prorsus non consistit. Iurisdi-
17 ctio † enim cohæret territorio saltem passiue, ac ma
terialiter ratione situs in personas ibi habitantes, ut
per Bar. Alex. & alios in l. 1. ubi Ias. nu. 15. uers. col-
lige ff. de iurisdict. omn. iudic. Alex. consil. 35. nu. 3.
lib. 4. Ideo personæ per mutationem subrogatæ nū-
quam dicentur exemptæ, nisi Ecclesia, seu Monaste
rium ipsum sit exemptum ex prædictis, nec intrane-
runt in d. Monasterium nisi de anno 1554. & ante
annum 1590. lis fuit contestata. Et de anno 1560.
fuerunt citatæ ad instantiam Episcopi coram Audi-
tore Cameræ ad uidendum decerni mandatum de
manutenendo in hac iurisdictione, & sic pręscriptio
fuit interrupta. Doct. in c. illud de pręscript.

Hieronymus Henricus. V. I. D. consultor.
Decretum fuit hoc.

Al Vescouo di N.

*Hauendo questi miei Illustrissimi Signori dechiara-
to che la causa, & superiorità del Monasterio delle
Monache di San Luca di Potenza spetti a Monsignor
Vescouo di quella città. Et uolendo che con ogni quiete
n'habbia il possesso, hanno fatto insieme elettione di V.
S. che vadi, ò mandi a dargliene la possessione, & ordi-
nare a dette Monache, che l'osseruino, vbbedischino, &
reuerischino come lor Pastore, se stimano cara la gra-
tia di questa nostra Congregatione. Et a V. S. di tutto
cuore m'arricomando, & offero. Di Roma li 2. di Set-
tembre 1593.*

Di V. S. Illustre, & Reuerendiss.

come fratello.

Il Cardinal Alessandrino, &c.

CONSILIVM XC.

SVMMARIVM.

1 *Regularis Prælatus quicumque habet ius authorizan
di in alienationibus rerum suæ Ecclesiæ.*
2 *Alienatio rerum ecclesiæ adhoc, ut ualida sit, tria re-
quiruntur consensus Episcopi, tractatus Clericum
consensu, & subscriptio.*
3 *Tractatus super alienatione rei Ecclesiæ quid sit.*
4 *Alienatio rerum Ecclesiæ inter cæteras causas per-
mittitur ex causa utilitatis, & incommoditatis.*

DIuino nomine inuocato. Vt diuino
mancipati obsequio pacatè magis
possint quieti consulere, opinor nā
factioni factæ, & initę inter domi
nos de Genuisio ex una, & Reue-
rendos fratres Prędicatores Ciui-
tatis Agrigenti in Insula Siciliç ex altera, Paternita-
tem uestram suum posse accommodare consensum,
& prestare authoritatem. Etenim cum diu perdu-
rasset

rasset lis super hereditate fratris P. de anno 1598. 20. Augusti deuenerunt ad infrascriptam concordiam, quod Fratres cedant bona eiusdem P. & si quę in futurum sperant, nice uersa Genuisij promittunt soluere singulis annis præd. Conuentui vncias vndecim a primo die Septembris 1599. & deinceps cum pacto infra nouennium redimendi. Et hoc pro vncijs centum & decem pro singulis centenarijs iuxta formam constitutionum, & pragmaticarum Regiarum, de quibus in d. instrumento fit mentio. Cum clausula constituti hinc inde, & cum pacto, quòd dicta redditus in tot stabilia a conuentu & fratribus inuestiantur, ac alijs clausulis opportunis hinc inde appositis.

1 Et presuppono, quòd † prior, vel Abbas, uel quicumque alius Prælatus Regularis habeat ius authorizandi in alienationibus rerum suæ Ecclesiæ, sicut Episcopus Glo. in clem. 1. de reb. eccles. non alien. in verbo proprij. Ber. in cap. non licet nu. 3. eodem. Et per consequens iura in simili materia loquentia de Episcopo possunt habere locum in dictis Prælatis Regularibus.

Quo stante opinor prædictam bonorum alienationem fieri posse. Nam † ad hoc vt valida sit com-
2 muniter pro eius solemnitate tria copulatiue requiri solent, consensus Episcopi, tractatus Cleri cum eo consensu, & subscriptio, ut probatur in c. sine exceptione. 12. quæst. 2. cap. cum Apostolica, & ca. tua de his quæ fiunt a Prælat. In præsenti alienatione adest consensus Prioris conuentus cum voluntate fratrum capitulariter congregatorum, & tractatus. Nam
3 cum † tractatus dicatur illa discussio, & cognitio, quæ habetur inter clericos super causa alienationis, an causa sit iusta, & an alienatio sit necessaria vel vtilis. Berous. in ca. nulli, de reb. eccl. non alien. nu. 47. ista discussio dicitur fuisse inter fratres. Nam congregati capitulariter prior & fratres d. conuentus fuerunt de præd. transactione & concordia certiorati, & eo magis præcedente lite, quæ diu durauit habitis etiam prius votis Aduocatorum, & iureconsultorum ex utraque parte, & discusso pretio, & ualore dictorum bonorum, & iurium testamenti fratris Petri, qui fuerat frater professus, & deinde exiet at è dicta religione.

Quoad causam alienationis illa uidetur esse iusta, quod conuentus præd. nihil aut parum habet, cum numquam fuerit in possessione dictorum bonorum, sed tantum in possessione exigendi vncias quatuor & nunc habebit uncias vndecim singulis annis, & nihil habere possit vltra quatuor vncias nisi spem, & modo fortius sit ius in re, quam in spe, & litis euentus dubius sit.

4 Secundò, quia † alienatio rerum Ecclesię permittitur inter cæteras causas ex causa vtilitatis, & ex causa incommoditatis. Glo. ordin. 12. q. 2. in summa & in cap. monemus. Laur. de Fab. in d. rubr. de reb. eccl. non alien. Bertach. in tract. de Episcopo num. 112. In casu præsentis consilij vtraque causa militat. prima patet ex præcedenti.

Secundo, quia satis incommodum est conuentui pauperi actionem vnius dubiam prosequi contra diuites, & potentes, & interim expendere, & erogare in sumptibus litis.

Tertiò, quia potius videtur esse permutatio, & non alienatio, nam adest pactum quòd præd. vnciæ 11. non debeant vllo modo consumi, sed inuestiri in tot stabilibus, & erogari in redimendo alios redditus utiliores præd. conuentus, vnde nihil alienatur.

Quartò, quia cum bona præd. consistant in viridario, quod cultura indiget assidua, & in quibusdam domunculis terraneis, quæ sæpe reparatione indigent, clarum est, quòd fratres, qui debent rei diuinæ operam dare, prædictis incumbere non possunt iuxta illud, Militans Deo non immisceat se negocijs secularibus. Vnde ex capite incommoditatis satis videtur posse dici concedendam esse, vt ex præd. Glo. vnde sedis Apostolicæ interueniente consensu, & Reuerendissimæ Paternitatis uestræ transactionem, & concordiam prædictam fratribus prædictis & futuram, & satis vtilem saluo omni meliori iudicio censerem.

Hier. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM XCI.

SVMMARIVM.

1 *Monachus professus testari non potest.*
2 *Donatio ad pias causas non subiacet solemnitatibus iuris communis.*
3 *Solidum quid hodie, quod apud antiquos tam latinos scriptores tum iureconsultos fuerit, apprime declaratur.*
4 *Monachus non reputatur mortuus quoad aliqua, & qua ibidem.*

Initium sapientiæ timor est Domini. Psal.

1 Monachus † Professus testari non potest. Glo. & Doct. in Authen. si qua mulier & est tex. in Authen. ingressi. C. de Sacros. eccles. Bar. in l. r. C. qui testam. facere possunt Bald. in l. certum. C. vnde cognati, & in l. Deo nobis. C. de Episc. & cler. cum concordantibus multis. Ratio est, quia æquiparatur seruo, quoad omnia iura. Inn. in cap. cum olim de priuil. Bart. in l. seruum in fine ff. si cert. pet. & in l. Pedius. §. 1. ff. de arbitr. Modo seruus testari non potest l. quod attinet ff. de reg. iur. Ergo nec Monachus. Quare per aliud testamentum post professionem reuocari non poterat primũ ante professionem factum, quia secundum erat inualidum.

Quod vero testamentum ante professionem factum, & in fauorem Hieronymæ de Malliano valeat etiam nõ obseruata iuris forma aut statutorum, patet ex conualidatione eius a summo Pont. facta non obstantibus omissis de iure solemnitatibus in præd. testamento, aut donatione.

Et etiam de iure valida esset, & si conualidatio non extaret, quod patet ex l. illud, & ibi Bart. C. de Sa. raf.

Sacrof. eccles. cum non excedat quingentos solidos. Glo. in Auth. de non alienandis. §. sancimus. collat. 2 1. Abb. in c. relatum extra de testam. nam † donatio ad pias, non subiacet solemnitatibus iuris communis, l. 1. C. de sacros. eccles. Doct. in c. cum omnem de testam. sicut nec solemnitatibus statutorum. Bal. in l. generali. C. eodem. Quod vero præd. donatio sit ad pias, patet primo ex verbis donantis, & dicentis expresse non ob aliam causam se donare, nisi ob amorem Dei.

Secundò, quia facta est propria causa vdelicet pro nubendo puella, vel monachanda, & si couinncta, quia constituta in necessitate. Bal. in d. l. illud. num. 1. versi. concludo ergo. Ant ergo fuit donatio ant legatum, si donatio ex l. sancimus C. de reuoc. donat. in casu præsentis consilij non subiacet illius legis so-
3 lemnitatibus. Quia † solidum erat aureus illius temporis numus maioris ponderis, quam is sit, quo hodie vtimur, vt vere sit iuliorum tresdecim, quale est aureum Cameræ ducatum. Quo fit, vt & præd. lex. & §. sed hoc iure. Instit. de Attiliano tutore uel similes exprimentes quingentos solidos, implicent hodie octingentos coronatos, vel scuta argentea seu scutatos Romanos amplos de his frequens est mentio in Iustiniani Codice, apud Isidorum, & Lampridium in Alexandri uita. Cæterum animaduertendum est apud veteres, latinos scriptores solidi vocabulum hac significatione non reperiri. Nam solidum apud eos pro integro siue toto accipitur, vnde, & solidum soluere dixerunt, & in solidum teneri, ut docte Cœlius secundus Curio apud Titum Liuium in eius scholijs adnotauit.

Si legatum pariter, quia ut dictum est non subiacet solemnitatibus iuris. Et licet reputetur mortuus fictione iuris, tamen non est mortuus morte, qua nec possit loqui & declarare intentionem suam,
4 sicut nec † reputatur mortuus quoad alimenta petenda. Bart. in l. seruos. ff. de alim. & cib. legat. & nec minus quoad agendum in iudicio in omnibus casibus collectis per Speculat. de stat. Monach. §. 1. & per Innoc. in d. c. cum olim. & per eundem Spec. de procurat. §. 2. Igitur dum & ipse præsens declaret primum non secundum volitum se habere ratum, & secundum testamentum ab eodem fuisse extorsum, de hoc negotio non est dubitandum.

Hier. Henricus I.V.D. consultor.

CONSILIVM XCII.

SVMMARIVM.

1 *Is dicitur dux in militia, cui gerendæ militiæ cura commissa est.*

2 *Dux in militia dicitur solus Imperator apud iureconsulto:*

3 *Prætor quis hodie dici possit & qui comprehendantur nomine prætorum.*

4 *Signiferi, & Centuriones apud Historicos, & Grammaticos confunduntur.*

5 *Ratio naturalis pro lege est.*

Christi, & eius beatissimæ matris semper virginis nominibus inuocatis.

IN causa Sebastiani militis stricte ad negocium sine argumentis factum erat hoc. Clemens VIII. hodie sanctissimus D. N. cum singulari Prudentia Ferrariam ciuitatem recuperasset, iterumque Ecclesiæ ditioni subiecisset, solo armorum aspectu atque sonitu hoste conterrito, & Sacro excommunicationis gladio debellato, legati eius Cardinalis Aldobrandini Auditor de mandato edixit sub die 10. Maij. 1598. Milites non cogendos ad restitutionem imprestantiarum Ducibus eorum, a quibus eas accepissent, illius expeditionis causa. Mutuas enim pecunias a militibus acceptas ne inexpectatam pacem ijdem odio, ant maledictis insequerentur, eandemque libentius perferrent, hac vniuersali, in omnes charitate Clemens militib. condonauerat. Et quòd illas eisdem Ducibus solutas finita expeditione repetere potuissent, mandauit Vip. Aliferius, seu signifer mutuam pecuniam Sebast. debeat ad emendum equum, quem militia soluta sibi consignari, ac dari in solutum obtinuit ab eodem ante illius edicti promulgationem, seu antequam ad illius notitiam peruenirer. Consultus respondi pro milite & sibi competere actionem ad repetendum vel equum vel pecuniam.

Quia in rei veritate edictum fuit promulgatum in fauorem militum, & non Ducum, ne Milites e domo acciti ad tantam futuram expeditionem spe lucri, quam concepissent, defraudati tam breue militiæ tempus, & tam inutile bellum detestarentur, cum militum sit bellum appetere, & odire pacem, vt dicebat Nicolaus Piccininus, & de hoc non erat dubium, sed de hoc solo, quia dicebat Tab. decretum comprehendere Duces non Aliferios: Centurionem non signiferum. Ego dixi siue legaliter, siue grammaticaliter, idest siue a Grammaticis, siue a nostris testimonium de hoc perquiramus, ducum appellatione comprehendi signiferum. Legaliter: quia
1 † is dicitur Dux in militia, cui gerendæ militiæ cura commissa est l. contra publicam. C. de re militari lib. 12. cum alias dicatur Præses Prouinciæ. l. fi. C. de comitibus rei militaris eodem libro, sed cura rei militaris pariter dicitur esse commissa signifero, & Centurioni licet subordinata. Ergo licet sit discrimen inter Centurionem, & signiferum, atque distinctis nominibus vocentur, qua de causa in eorum proprietaribus non debeant confundi argumento tex. in leg. Carbonum. ff. de rerum, & verb. signific. tamen in hoc nomine communi, videlicet Ducum communiter conueniunt, sicut licet aliud sit lignum decoctum, & aliud sulphuratum, tamen utrumque dicitur lignum, & species ligni est, ut dicit Iureconsultus in d. l. Carbonum. Vterque enim miles est iuxta illud Liuij de cad. 1. lib. 4. siste miles. optime hic manebimus. Duces dicuntur quicumque munus publicum in bello obeunt. tex. est in Authen. ut nulli iudicum. in §. his insuper. collat.
2 9. cum † alias Dux belli dicatur solus Imperator, & qui

& qui summam in bello habet Bald. in l. Qui se patris. C. vnde liberi, cap. dicat 23. quæst. 5. iuncta Glo. ibidem. Anton. de Butrio in cap. olim. de restit. spoliatorum, cap. ius militare, & cap. iunsgentium. 1. distin. Bartol. in leg. fin. ff. de capt. & postlim. reuers.

Neque obstat, quòd hæc iura recesserint ab aula, & a communi vsu loquendi; quia hoc est falsum. Constitutio .n. Principis nô derogatur per nó vsum, sed per contrarium vsum, Put. not deci. 1. licet enim Magistratus mutati sint, Iurisditiones, & Imperium ipsum sua mole collapsum sit, nihilominus dispositiones illarum legum adhuc non corruerunt, licet paucissimi sint, qui illas perlegant. Magister equitum in antiqua illa forma non est. Dictator nouerperitur. Præfecto vrbi, Præfecto prætorio ex magistratibus nostris nullus est, qui pro maiori parte sit similis, sed ij quibus hodie vtimur, quosue designamus nomine vetusto, legum illarum dispositione usque in hanc diem perstringuntur. Prætor

3 † hodie nullus vere dici potest, siue attendamus consurgentis Reipublicæ tempus, quo vnus erat prætor siue crescentis, atque adultæ, quo decem & octo prætores Augusti, & Neruæ temporibus constitui sunt, ut tradit Fenestella de Magistrat. Roman. cap. 19. tamen Confalnerius olim Reip. Florentinæ, ut inquit Angel. Aret. in §. Prætorum quoque. Inst. de iure nat. gent. & ciu. in fine. potest, aut poterat assimilari, & hodie omnes ius dicentes, exclusis pedaneis iudicibus prætores dici possunt, & nullus est, qui dubitet hos comprehendi a legibus loquentibus de prætore. veluti. Ma. prætor non nisi lasine decretum interponat. leg. prætor. ff. de minor. prætor pacta seruat leg. 1. ff. de pactis, & sub perpetuo prætorum edicto, & similes, illis legibus exceptis in quibus ad magnitudinem Imperij simbriæ amplian tur, ut tot. tit. ff. de officio Prætoris. Prætor enim fuit aliquando Imperator exercitus. Lin. de cad. 3. lib. sexto, Patres decreuerunt ut C. Calpurnius exercitui in ciuitate ad subitaneos casus præesset. Prætori olim Regia insignia, consularesque fermè apparatus, lictores vero non amplius sex, sella curulis, & trabea, cæteraque huiusmodi tradita sunt. Fenest. vbi supra, vbi ex Plutarcho duodecim datos lictores prætori P. Aemilio in Iberiam contendenti, attestatur. Sunt plerique ex nostris, qui similitudines, & dissimilitudines has summo opere perquirunt. Grauat. in addit. ad vestr. lib. 1. cap. de Senatore, & Scipio Mazzella in Magistratibus Neapolitanis. cæterum aliqui ex illis omnino extincti reperiuntur quales, latinarum feriarum præfectus sacrificulus seu Rex Sacrorum, Peregrinus prætor, Trium viri Coloniæ deducendæ, Mensarij, Alueatores Tyberis Viri litium iudicandarum, Trium viri Reip. constituendæ, Censores, legati Proconsulum, Tribuni plebis, consules, Diuumuiri capitales, Tribuni celerum equitum, duumuiri Sacrum Sacerdotes fæciales, Flammines, Salij, fratres Aruales, Aurispices, Augures potitij, & pinatij ædiles Curules, & similes, qui cum Imperio Romano simul occubuerunt.

4 Apud † Grammaticos, & apud Historicos confunduntur signiferi, & Centuriones, & si maiores.

Apud Liuium decade 3. lib. 5. legere est, Id qui dem cauendum semper Romanis ducibus erit, exemplaq; hæc verè pro documentis habenda, ne ita externis credant auxilijs, vt non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant, quam ipsi ex suis. Hæc sententia adaptatur cuique exercitum ducenti. Virg. 1. Aeneæd. Portantur auari Pygmalionis opes pelago Dux fœmina facti. Cicer. in Verrem. Relicti a Duce, præfectoque classis & cum alijs innumeris. Cum in rei veritate dicantur Ducennarij. Est tex. in l. ducennarij, & ibi Glo. declarans una cum Luca de Penna. C. de exactor. tribut. libr. 10. leg. scrinijs. C. de palat. sacrarum largitionum.

Secundò, vbi militat eadem ratio & æquitas, ibi quoque debet esse idem ius, & iuris effectus, l. illud. ff. ad leg. Aquil. leg. A Titio, ff. de condit. & dem. leg. fin. C. ad l. falcid. cap. cum dilecti, extra de confirmat. uril. uel inut. sed eadem est ratio circa impræstantias restituendas signiferis, quam circa restituendas Ducibus, seu Centurionibus, quoad hunc effectum sentiendæ liberalitatis Pontificiæ spectat, quia edictum editum est in fauorem militum recipientium, & non in fauorem ducum impræstantiam, seu dantium mutuum. Et conditor decreti nihil con siderauit de Ducibus, seu de signiferis, aut quibuscumque alijs officialibus, sed consuluit militibus solis, sicut neque minus considerauit modum, quo habuissent, aut quantum, ita nec minus a quibus recepissent. Et de hoc dubitandum non est.

Tertio, quia ratio vniuersalis hoc dictat. Nam quæ ratio vult, quòd miles recuperet a Duce, seu Capitaneo, & non a signifero, cum militet in vtroque eadem meriti ratio? Quare & non idem præmium cuia par merces pariter laborantibus debeatur? Et

5 si † ratio naturalis militis fauet, pro lege sufficere debet, leg. sciæ. §. sufficit. ff. de excusat. tut. no. in l. cum ratio. ff. de bonis damnatorum Ioan. Andr. in cap. ex eo. de elect. in sexto. Est enim ratio anima legis, ob id hanc cessare facit. Glo. in leg. qua ratione. §. licet. ff. de acquir. rerum dominio. Batt. in prima constit. digestorum.

Fingamus quoque editum edictum, quo Duces possent repetere pecunias militibus in expeditione datas: Quis diceret tali edicto signiferos appellatione ducum minime comprehensos? Idem debet operari oppositum in opposito, quod propositum in proposito, ut est regula in iure, & est tex. in leg. si ut proponis. C. de nupt. l. & si contra tabulas, ff. de vulgar. & pupil. Et pro hoc milite vrget magis æqui tas ob maiorem paupertatem. Et ita consului, &c.

Hieron. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM XCIII.

SVMMARIVM

1 *Sacerdos curatus in die festo requisitus a suis parochianis celebrare tenetur.*

2 *Audientes confessiones monialium curatis assimilari in aliqua parte possunt.*

3 *Necessitas non est de impossibili, & legem non habet.*

4 Neces-

4 *Necessitatis causa iuris dispositio suspenditur.*
5 *Necessitas non habet legem: sed ipsa sibi legem facit.*

Iuxta eloquium tuum domine Deus da mihi intellectum.

PRæsupposito, quòd frater. S. fuerit a suis superioribus expositus audiendis confessionibus Monialium Sancti Siluestri de vrbe, & quòd Tyberis inundatio de anno 1600. in die Natiuitatis Domini cooperuisset locum, in quo prius aderat Tabernaculum Sanctissimi altaris Sacramenti, & quòd fuerit facta fractura murorum, sum huius opinionis d. fratrem. S. non incidisse in aliquam excommunicationem, neque in pœnas Sacrarum Pontificum constitutionem, neque in decreta Congregationis Regularium exeo quia ingressus fuisset intra clausuram d. Monasterij ad effectum reponendi sanctissimam Eucharistiam in tutiori loco.

Primò, quia semper excipitur casus necessitatis in Bulla Gregorij XIII. incipit, vbi gratiæ. In illis uerbis, Ne Monasteria monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi, nec moniales sub eisdem pęnis illos aliter admittere præsumant. tanto magis quòd præfata constitutio inhęret constitutioni Sacri Concil. Tridentini sess. 25. cap. 5. Inter casus vrgentes, & veræ necessitatis fuit saluare Sãctissimũ Eucharistiæ Sacramentum, & de hoc non est dubitandum. Similiter fuit necessitatis casus dicere Missas in Die Natiuitatis Do
3 mini. In † Die festiuo nullus Sacerdos curatus requisitus & coactus parochianis suis, potest omittere celebrationem missarum propter quamlibet necessitatem cap. de homine in princ. Et ibi Glos. & Butr. in uerbo necessitatem, extra de celebrat. missa-
2 rum & clare patet, quòd † hi confessores Moniliũ curatis assimilantur propter similitudinem, & curæ & officij, vnde de simili ad simile ualet illatio. cap. translat. de constit. cap. quoniam de confirmat. vtili uel inut. leg. si mater. C. de inoffic. testam. leg. fin. C. de constit. pec. cum vulgatis. Tanto magis quia sumus in correctorijs, vnde ex lata significatione poterat comprehendi sub casu expresso. Glos. in clem. 1. in verbo eligatur, cum ibi notatis. de elect. Glos. in Authen. minoris debitor, C. qui dari tuto. posse. Alex. in leg. 2. ff. de legat. 1. & in consi. 216. volu. 1, igitur in tali casu non solum tenebatur conficere, verum etiam poterat cogi, ut de facto precibus fuit coactus ad missæ celebrationem a Monialibus Parochianis suis, quia iure ipsorum utebantur, non enim licet aliquem inducere ad peccandum; sed bene possumus vti peccato alterius, ne nos peccemus, ut dicit. S. Thomas de Aquino, in 2. 2. quæst. 78. ar. 4. in corp. & ego scripsi in consi. 64. vbi ipsum allegaui. Etenim illa sacerdos peccat mortaliter se ingerens, sed grauius est, si simulet, vt in d. cap. de homi
3 ne Generale est in omni lege, vt † necessitas excludatur, cum lex non sit de impossibili, & dici soleat, quòd necessitas non habet legem, vt in l. 1. vbi not. ff. de offi. consul. cap. quanto. extra de consecrat. c. 2. extra de obseruantia ieiunij. & per consequens in nullam inciderit pœnam, nam cum coactus fuerit ea necessitate, quæ dicitur necessitas iuris. cap.
4 sciscitatus, & ibi Doct. de rescr. necessitatis † causa iuris dispositio suspenditur. leg. casus, & ibi Bald. C. de testam. Necessitas enim legi humanæ derogat, licet non possit derogare pręcepto diuino. cap. ita ne. 32. quæst. 5. Glo. in cap. sicut. de Consecrat. distin. 2. allegata a Paulo de Cittadinis in versi. quadragesimo octauo quæro, nume. 93. in tractatu de iurepatronat. ex quo & ad pernoctationem factam in domibus contiguis Monasterio contra decretum Sacræ Congregationis apparet responsum. Quia licet
5 aliqua simpliciter non sint licita, quia † necessitas legem non habet, sed ipsa sibi legem facit, ut dicit Sanctus Augustinus, prout habetur in cap. remissionem, in §. sed notandum 1. quæst. 1. facit tex. in cap. discipulos. de consecrat. dist. quinta cap. ideo. §. ita ergo. 25. quæst. 1. ubi refert litera. Qualiter licuit Dauidi ex necessitate comedere panes propositionis quod alias non licebat, & licuit Apostolis ex messe aliena in Sabatho colligere spicas, & fricare manibus, & comedere, facit tex. in cap. siquis, de furt. Et in regula, quod non est licitum de regul. iur. & in c. quando. de consuet. & in cap. 2. de ieiunijs. Tanto magis quòd pernoctauit in cellis, & cubiculis, in quibus Confessores, & similis muneris homines pernoctare solent. ex quo excluditur decretum, tum consuetudo deroget legi. §. sed naturalia. Instit. de iure nat. gent. & ciui. l. de quibus in fine, ff. de legibus. cap. fin. extra de longa consuet. Et clarum est, quod ad Conuentum Aræcœli redire non poterat stante inundatione, ob quam & alijs fratrib. huius ciuitatis licuit fœminas folio, ac muris fractis conducere intus loca clausuræ imminente uitæ periculo, tanto magis propter vitam propriam hoc licuisse debet. Decretum a Sacra Congregatione fuit factum, ne daretur occasio per longam cohabitationem fratribus mali aliquid faciendi cum Sacratissimis Monialibus, qua ratione cessante in tam breui habitationis tempore, & ipsa lex debet cessare. leg. quod dictum. ff. de pactis. &c.

Hier. Henricus I.V.D. consultor.

CONSILIVM XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum subsequens in contractu operatur vim specialis renunciationis, & quomodo intelligatur, uide sub nu. 14. infra.*
2 *Ludus alearum est de iure prohibitus, & ibi quæ pœna.*
3 *Facienda est remissio solutionis pensionis quando conductor sine ipsius culpa magno incommodo afficitur.*
4 *Remissio pensionis est facienda, quando deductis sumptibus, summa, quæ colligitur, non æquiualet dimidiæ pensionis persoluendæ.*
5 *Contractus emptionis, & locationis æquiparantur, & ideo de uno ad aliud arguere licet.*

6 Disso-

6 *Dispositio cap. propter sterilitatem, extra de locato, & cond. extenditur ad illum casum, quando conductor & si sine vitio locatoris propter maiorem vim uti minime potuit re locata.*
7 *Remissio fit pro rata damni, quando annus reputatur sterilis.*
8 *Ex causa necessaria licet conductoribus recedere a contractu.*
9 *Conductori nunquam imputatur graue damnum absq; eius culpa contingens.*
10 *Ex verbis subsequentibus declarantur praecedentia.*
11 *Verba narratiua non disponunt.*
12 *Propter casum fortuitum, & inexcogitatum nemo tenetur.*
13 *In locatione facta de casibus fortuitis, non uenit casus fortuitus, extraordinarius, & communiter non contingens.*
14 *Nemo præsumitur iactare suum. & quomodo.*
15 *Actus non operatur ultra mentem agentis.*
16 *Iuramentum non obstat, quando quis agit ex noua iure post iuramentum præstitum acquisito.*
17 *Verba generalia non extenduntur ad non cogitata: sed ad id tantùm, de quo agitur.*
18 *Exceptio impedimentorum respicientium essentiam obligationis initæ retardat rigorosam executionem obligationis cameralis.*
19 *Protestatio contraria facto prodest, quando factum non uenit à libera potestate facientis.*
20 *Intellect. ad l. si fundus quem mihi. ff. locati.*
21 *Alearum usus ad certam formam redactus toleratur ut licitus. &c.*

In nomine Domini Dei Nostri, cuius auxilio ad veritatem peruenire valeamus.

IN causa Appaltatoris Bolli alearum in uniuersa Ecclesiastica ditione contra Appaltatorem urgebant multos quæ impediebant defalcationem pensionis petitæ. Et primum erat, quia inter capitula celebrata inter eum uel eos, & locatores aderant inter cætera hæc uerba. *Che'l presente appalto s'intenda fatto, & dato nel modo, & forma, che all'hora teneano misser Achille Piemontij, & compagni.* Sed hi vigore obligationis inite inter eos, & eundem locatorem, non poterant petere aliquam pensionis remissionem, seu defalcationem: Ergo nec iste, qui voluit se constituere in iuribus illorum, cum Sapientis dicat authoritas, Patere legem quam tu ipse tuleris. cap. cognoscentes, extra de constit. & sic conductor tacitè uisus est renunciasse defalcationi futuræ, sicut illi eam prius renunciauerant. Confirmatur.

Quia hæc pacta fuerunt iuramento confirmata,
1 quod † iuramentum subsequens in contractu operatur uim specialis renunciationis, & ut ualeat eo modo, quo potest Anchar. & Ioan. Andr. in cap. 2. de pact. Bar. in l. sciendum. num. 8. de uerb. obligat. Dec. in consil. 180. num. 4. Socc. consi. 113. nu. 6. & Rota tenuit in una Nullius Castri Montis Portij 7. Maij. 1595.

Secundò, quia in hac materia appaltus non debet læsio attendi, cum apponantur publicè edicta & deliberentur plus offerenti, & si læsio aliqua apparuerit, uidetur spontè recepta. In hoc contractu adest uinculum obligationis cameralis, quæ non admittit similes exceptiones ad effectum retardandi executionem, ut deducit Galles. in 1. quæst. ad. S. partic. obligat. cameralis per totam. Etenim tres solæ admittuntur de stylo tribunalis Auditoris Cameræ. uidelicet falsitatis, pacti de non petendo, & solutionis, ut dicit ibidem. Ergo debet Appaltator prius soluere, & deinde opponere de læsione: Solue, & repete. Hoc est proprium huius obligationis.

Tertiò, quia idem Appaltator iam soluit pro una uice, & in ea soluit integram pensionem, per quam conductores constituit in quasi possessione exigendi integram; non diminutam partem, quapropter non poterit recalcitrare. Et si dicatur, quòd tunc protestatus fuit de huiusmodi damnis. Responderi potest, quod fuit protestatio contraria facto, cap. cum M. & ibi Felin. & Canonistæ, extra de const. quæ non suffragatur. cap. solicitudinem de appellat.

Quartò, quia Appaltator potuit præuidere has
2 prohibitiones, cum † ludus alearum sit de iure prohibitus, vt in Authen. alearum usus. C. de relig. & sumpt. funer. leg. fin. ff. de aleator. Authen. interdicimus C. de Episc. & cler. immo præstantibus commoditatem ludendi in domibus proprijs, domus confiscantur, vt in l. fin. C. de rel. & sumpt. fun. Quare præuideri potuerunt prohibitiones, quæ ut in facto fuit ostensum, singulis annis a Prætoribus, & Episcopis meritò renouantur. & sic ex casu, qui præuideri potuit, non excusatur, sicut neque minus excusari potest ob ignorantiam. Quia præterquam quòd Doctor I. V. est, ignorantia iuris non excusat. tot. titu. C. de ign. iur. uel facti. Sed his non obstantibus contrarium dixi ob multa.

Et primò, quia quando magno incommodo affi-
3 citur conductor sine ipsius culpa, tunc † remissio solutionis pensionis uel canonis, qui annuatim debetur, facienda est uel in totum, uel pro rata. per tex. in cap. propter sterilitatem, §. 1. & ibi Glo. & Doct. extra de locat. & conducto. leg. ex conducto. §. 1. ff. eodem. Bar. in l. si vno. §. item cum quidam nume. 4. ff. locati. Modo magnum damnum passi sunt ex casu, qui præuideri verisimiliter non potuit ex d. conductione. Quare illis concedenda est remissio pensionis. Quod vero magnum sit damnum & non leue, patet, quia per prædictos testes fuit probatum ex sola prohibitione Reuerendissimi Gubernatoris almæ vrbis insurgere detrimentum conductoribus plusquam scutorum. 500. singulis annis. Ex quo ueri similiter ad cæteras prohibitiones potest trahi, ut ascendat ad magnam summam, cum non colligant affictuarij tantam pecuniam, quæ deductis sumptibus æquiualeat dimidiæ pen-
4 sionis persoluendæ, & sic † remissio pensionis sine dubio est facienda. Bar. in leg. licet. C. locati. Socc. Iun. consil. 68. num. 9. uolum. 2. Boss. in pract. crimin. in titu. de remiss. mercedis conductorum. Bero. consi. 141. volum. 1. & est communis opinio, de qua

testatur

testatur inter Modernos Viuius libr. 1. commun.
opin. opin. 131. volum. 1. Immo sufficit, quòd læ-
5 sio sit in tertia parte; quia † contractus emptionis,
& locationis æquiparantur igitur de vno ad aliud
arguere licet. leg. sicut ff. locati. leg. 2. ff. de empt. &
vendit. facit tex. in cap. translato, extra de constit.
Ergo sicut emptionis contractus rescinditur propter
læsionem ultra tertiam ex statuto Vrbis libr. 1. cap.
154. ita & locationis, & etiam de iure communi te
net Abb. in d. cap. propter sterilitatem. Alex. consi.
107. num. 18. in 3. volum. per tex. in leg. vnde si
Neruæ. ff. pro socio.

6 Quòd uero † extendatur dispositio cap. propter
sterilitatem ad casum præsentem, quando propter
maiorem vim, cui conductor resistere non potuit
etiam sine vitio, & culpa locatoris quis impeditur
frui re locata, & quòd debeat fieri remissio, textus
est in terminis in leg. si fundum, quem mihi, & cla-
rius in leg. si merces. §. ius maior. ff. locat. Bart.
in sua disput. incipit, Publicanus. Et vltra eum
sunt quatuor consilia satis ad casum præsentis con-
silij accomodata videlicet Corn. consil. 128. num.
3. in 2. volum. Rom. consil. 432. Alex. d. consil.
107. 3. volum. & melius Ruin. consil. 65. in primo
volumine.

Secundò, ex casu leg. exceptio. C. locati, vbi
tex. dicit conductorem post sterilitatem, & post
idem tempus, quo sibi inutilis fuit vsus rei lo-
catæ teneri locatori pensionem præstare secun-
dum quod prius consueuerit. Ergo tempore ste-
rilitatis, vel pro tempore sterilitatis non te-
netur.

7 Tertiò, quia † debet fieri remissio, quando pro-
baretur, quòd redditus d. Datij illius anni repu-
tatus esset sterilis, quia tunc fieret remissio pro
rata damni, & sterilitatis. Glos. in allegata. leg. li-
cet, vbi Bald. Salyc. qui testatur de communi, &
alij. Ioan. Andr. in dicto cap. propter sterilitatem.
Alexan. in alleg. consil. 107. nume. 18. Ergo tan-
to magis in casu nostro, in quo probatum est dam-
num esse factum propter bannimenta, & edicta
superiorum. Idque constat quoque ex partitis in li-
bro. ob quæ, ut dicit Alex. non solum remissio est fa-
cienda uerum locator teneretur ad restaurationem
damni taxandi per iudicem.

8 Quartò, quia † in omnem euentum in prædicto
casu liceret Appaltatoribus recedere à contractu
tamquam ex causa necessaria Boer. decis. 249. nu.
9. Ruin. ubi supra.

9 Quintò, quia † conductori numquam imputa-
tur graue damnum absque eius culpa contingens.
Corn. 2. volum. consil. 23. nume. 13. ubi innume-
ra iura allegauit. Et nimis inhumanum vide-
retur, quòd afflictus hi, qui vt plurimum fiunt ad
commodum conductoris in detrimentum eorun-
dem retorquerentur. leg. quod fauore. ff. de legibus.
leg. nulla ff. eodem.

Tanto magis quia in eodem capite Appaltatores
reseruant sibi casum, in quo molestia uel impedi-
10 mentum inferretur eis, ex † quibus subsequentibus
uerbis declarantur præcedentia. leg. vtrum vers. &
puto. ff. de petit. hæredit. Quæ sunt. *Che il presen-
te appalto s'intenda fatto, & dato nel modo, &
forma che al presente tengano nisse; Achille, &c.*

sunt sine dubio referenda ad facultatem exigendi
Iulium vnum, & reliqua incumbentia affectui præ-
dicto. Non obstat, si dicatur, quòd alias fuit soli-
tum, quod Episcopi, & alij Magistratus in qui-
busdam anni temporibus prohibebant d. Ludum
sicut iustam, & condecens est. Nam respondetur
in facto adduci nouas, & inconsuetas prohibitio-
nes, & solito frequentiores. Sicut nec obstat,
quòd in Chirographo Sixtus V. fœl. recordat. di-
xerit se non permisisse, nec permittere voluisse Lu-
dum alearum, ita quòd non possimus petere obser-
11 uantiam pactorum. Quia respondetur, quòd † ver-
ba illa sunt narratiua, quæ non disponunt. Glo. in
leg. 1. C. quando non petent. part. Ioan. Andr. in
cap. inter dilectos, de præbend. Cepoll. in Rubr.
de testam. in sexto. Non enim adest expressa pro-
hibitio.

Tunc enim contractus nullam induxisset obliga-
tionem leg. & si non sortem. ff. de condict. indeb.
leg. pacta. C. de pact. cum vulgat. nec eius vigore
aduersarij agere possent. Deinde prohibitio in ci-
uitate Beneuentana, ne ludus publicè erigatur, sunt
insolita omnino. Ergo necesse erit dicere euenisse
casum insolitum, & per consequens fortuitum
12 Corn. dicto consil. 228. num. 28. & sic † in exco-
gitatum, qui præuideri iure optimo non potuit cum
de futuris contingentibus, authore Aristotele, non
sit determinata veritas, ex quo, dato sine veri præ-
iudicio, & non concesso quòd Appaltatores susce-
perint in se casus fortuitos, non tenerentur ad præ-
sentem casum insolitum, & in excogitatum, quia
13 est extraordinarius, quia † in locatione facta de ca-
sibus fortuitis non uenit casus fortuitus extraor-
dinarius, & communiter non contingens. Alex.
dicto consi. 107.

Quibus sic stantibus ruunt contraria. Et ad pri-
mum dicitur, quòd d. verba intelligenda sunt, ut
referantur ad potestatem, seu ius exigendi Iulium
vnum ex singulis Bullis alearum, non autem ad ef-
fectum, ne hic Appaltator, vt ille non possit pete-
re defalcationem. In cuius signum statim subse-
quuntur verba illa. *Et caso che detti Appaltatori si
dalla Sede Apostolica &c. fussero molestati*. Non
enim sunt adaptanda ad particularem obligatio-
nem, & eam non expressam & quod sicut prædi-
cti Appaltatores defalcationem non poterant am-
plius petere obligatione super hoc inita, ita nec Ap-
paltator modernus.

Et ratio est, quia ista sunt verba obscura, unde
sunt interpretanda contra stipulatorem, & pro pro-
missore, quia stipulatori liberum fuit verba late con-
cipere per tex. in l. quicquid astringendæ. ff. de verb.
obligat. præsertim in hoc casu, in quo specialis obli-
gatio fuisset requisita.

Nec præsumendum sit aliquem tacite renunciaf-
se priuilegio sibi competenti in corpore iuris clauso
cum omnibus concedatur diminutio, seu remissio
pensionis propter impedimenta vtendi re locata de
nouo emergentia, ut in cap. propter sterilitatem,
extra de locat. & conduct. l. ex conducto. §. 1. ff. eo-
dem, neque præsumendum damnum sibi noluisse
14 inferre, cum † nemo præsumatur iactare suum. leg.
Campanus. ff. de operis libertorum, leg. cum in-
debito. ff. de probat. Ad confirmationem dico,

quòd

quòd iuramentum tunc habet uim specialis renun-
ciationis, quando est adiectum expressæ, & non ta-
citæ renunciationi generali, quia adiectum nullæ
renunciationi illam inducere non potest; quia
15 † non potest actus hic operari vltra mentem agen-
tis. leg. non omnes. ff. si certum petatur. glo. &
Bar. in l. petens. C. de pact. Et agentes puta iuran-
tes non intendunt renunciare, sed confirmare solum
obligationem propriam, uel authenticare per di-
ctum iusiurandum.

Quia iuramentum non est aliud, nisi assertio af-
firmatiua uel negatiua cum inuocatione diuini nu-
minis.

16 Secundò respondetur quoque, quòd † iuramen-
tum non obstat, quis agit ex nouo iure post iura-
mentum præstitum acquisito. Glo. in cap. 2. in uer-
bo iuramentum, de renunciat. uti agit Appaltator
ex prohibitionibus subsequutis rem locatam per-
turbantibus, ex quibus, vt constat per testes exa-
minatos, maximum damnum illatum est exactio-
ni huic.

Tertiò dico quòd in præsenti casu agi potest per
conductorem non obstante iuramento præstito de
non contraueniendo quacumque ratione, & causa,
ut dicit Berous consi. 141. num. 6. & 12. volu. 1.
Nam in generali dispositione non venit casus spe-
cialiter exprimendus per contrahentes. Corn. consi.
17 79. 3. volum. Nec † generalia verba extenduntur
ad non cogitata, sed ad id tantum, de quo agitur
leg. emptor. §. Lucius, & ibi Bart. ff. de pact. & in
eodem capitulo reseruat sibi casum, in quo mole-
stia vel impedimentum inferretur sibi, vel eis.

Ad secundum argumentum dico, quòd edictum
est quid extrinsecum ad læsionem, quæ competit re
ipsa cuique probanti se læsum vltra dimidiam.
Alex. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obligat.
obligatio cameralis non obstat, quia cum iam sit
probata exceptio impedimentorum, retardat rigoro-
sam executionem illius. Sumus quoque in contra-
18 ctu de sui natura bonæfidei, qui † secundum bo-
num & æquum, & superabundans arbitrium iudi-
cis regulari debet. §. præterea quasdam. Instit. de
actionibus.

Ad tertium respondetur Appaltatorem se prote-
statum in actis se soluturũ sine præiudicio omnium
iurium sibi competentium. Nec obstant allega-
ta de protestatione contraria facto, quia, vt not. Fe-
lin. in d. cap. ecclesia Sanctę Marię. numer. 81. in
19 versi. fallit tertio, Regula illa fallit, quando † fa-
ctum contrarium protestationi, non procedit a libe-
ra uoluntate protestantis, sed contra voluntatem
suam, vt in pręsenti casu, in quo Appaltator fuit
coactus soluere vigore mandati iam prius relaxati,
nec potuit præiudicare quo ad subsequens actus.
Fuit quoque solutio facta per errorem, & indebi-
ta, vnde repetere licet tot. titu. extra de condit. in-
20 debiti. Et adest tex. † in casu pręsenti in alleg. le.
si fundus quem mihi in illis uerbis. Similiter &
circa conductionem seruandam puto, ut mercedem,
quam præstiterunt, mihi restituas eius scilicet tem-
poris, quo fruiturus non fuerim, nec vltra, actione
ex conducto præstare cogeris.

Ad vltimum dicitur distinguendum esse inter
bannimenta, & prohibitiones ludi alearum, nam
a nobis non potuerunt præuideri nisi solita, & si-
milia illis præcedentium annorum, cum ergo per
testes probatum sit, quòd exorbitantiores prohi-
bitiones factæ sunt, quales sunt illæ in tot diebus
hebdomadarum ab Episcopis ciuitatum sub ditio-
ne ecclesiastica degentium, quæ prius non sole-
bant fieri, & illę in publicis plateis Beneuenti, me-
rito subintrat dispositio cap. propter sterilitatem. Nec
obstat, quòd iure prohibitus sit, quia ex bannimen-
21 tis & ex d. Auth. alearum † vsus, reductus ad cer-
tam formam, & ad inibi expressam summam tole-
ratur ut licitus. Vltimo est animaduertendum,
quòd Franchino fuit concessa aliquando remissio
pensionis, sed post hanc ulterior fuit negata. Isti
vero nulla &c. Quare argumentum primum ma-
gis corruit.

Ita consului Ego Hier. Henricus I. V. D.

CONSILIVM XCV.

SVMMARIVM.

1 *Contra non potentem de iure agere, præscriptio non currit.*
2 *Qui tempore liberatur, simili est ei, qui satisfecit.*
3 *Præscriptio tollit naturalem, & ciuilem obligationem.*
4 *Ad complendum præscriptionem tempus defuncti coniungitur cum tempore hæredis.*
5 *Præscriptio 20. annorum valida est inter absentes diuersarum Prouinciarum.*
6 *Intellect. ad statutum Capitolinum lib. 1. cap. 158.*
7 *Præscriptio statutaria, quando interrumpitur aliter quam per litis contestationem, perpetuatur ad tantum tempus, quantum in statuto, & non amplius.*
8 *Actio personalis, & liberatoria de iure non nisi iudicialiter interrumpi potest.*
9 *Ius præsumit pro præscribente.*
10 *Ad præscribendum actiones personales non desideratur bona fides, & quare ibidem.*
11 *Ratio ex Sancto Thoma quare præscribens habebit bonam conscientiam, contra quem præscribit.*
12 *Residuum petens maiorem partem habuisse confitetur.*
13 *Geminationes semper magis efficiunt, & magis declarant.*
14 *Animus cognoscitur ex operibus exterioribus.*
15 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
16 *Testi mediatori & si singulari credendum.*
17 *Ex connumeratione specierum absoluitur genus.*
18 *Testium singularitas attenditur penes effectum rei non penes modum sciendi &c.*

Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes. In cantico Annæ.

Contra Iulium, fundantem se in præscriptione solutionis pretij vineæ spatio 20. annorum faciunt multa.

Et primò, quia Petrus Paulus est hæres, minor,
1 & † non potuit agere, & sic contra eum non currit præscriptio. leg. Ab hostibus, §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. maior.

Secundò, quia ostenduntur literæ, ex quibus constat, quòd Iulius fuit sæpe interpellatus amicabiliter, & sic fuit præscriptio interrupta.

Tertiò, quia solutio est quid facti, & in facto consistit, vnde non præsumitur, nisi probetur legitime. leg. in bello. §. captæ. ff. de capt. & postlim. reuers. cum vulgatis.

Quibus non obstantibus, contrarium sum opinatus ob multa. Et primò, quia fluxere anni penè 20. a die vndecima mensis Iulij 1579. vsque ad diem 19. Decembris. 1598. quo Petrus Pau-
2 lus filus & neglexit, quia † iam est præscriptum, & qui tempore liberatur similis est ei, qui satisfecit, leg. si pupillus. §. vltimo. ff. de admin. tut. Afflict. decis. 13. Quia, qui patitur contra se præscribi, alienare videtur, quia adest tacitus consensus eius, contra quem præscribitur. leg. alienationis uerbo, & ibi Dyn. ff. de verb. signif. Alex.
3 consil. 59. 3. volum. ex quo fit, vt † tollat naturalem, & ciuilem obligationem. Doct. in dict. leg. si pupillus. Et habetur pro veritate; Glo. not. in l. 1. in principio in Glos. magna in verbo. sed si egi. ff. de edendo. Modo contra Petrum Paulus satis
4 præscriptum videtur, quia † in hac materia præscriptionis tempus defuncti coniungitur cum tempore hæredis ad complendum præscriptionem, leg. de accessionibus. leg. in vsucap. §. 1. ff. de diuers. & tempor. præscript. sicut contra tempus negligentiæ authoris coniungitur eum negligentia successoris. leg. si quis alia. §. tempus. ff. quemadmodum seruit. amitt. §. diutina possessio. Instit. de vsucap. de anno 1574. fuit facta uenditio vineæ, & sic vsque ad 19. decembris. 1598. quo fuit facta extraiudicialis, vel vsque ad 15. Martij 1600. quo iudicialis facta est, intercessere 27. anni. & tamen spatio 20. annorum præscribitur inter absentes perfecte. §. 1. Instit. de vsucap. leg. 1. C. de vsucap. transforma. cum vulgatis.

5 Neque obstat, si † dicatur fuisse actum inter absentes diuersarum prouinciarum, quia 20. plene sufficiunt inter tales. Put. decis. 365. num. 10. Immo licet 30. anni non sint completi ad l. sicut. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, per quos tollatur actio personalis, & liberatoria; nihilominus habemus
6 † statutum Romæ lib. 1. cap. 158. Quod restringit illud spatium ad sexdecim annos, qui completi sunt vndecumque, & quomodocumque, & inter quoscunque computentur, quod seruari debet in casu præsentis consilij, non obstante iuramento, aut quocumque alio ad decisionem Guido. Papæ. 199. quia fuit confirmatum a Pontifice, ut fuit dictum in Rota in illa Romana de Comitibus p. p. decis. 451. diuersorum coram nunc sanctissimo.

Huic argumento in voce dicebatur, quòd fuit in interrupta extraiudicialiter, vt scripsi in argumentis in principio videlicet 18. Nouenbris 1575. ita vt modo sit necesse recurrere ad præscriptionem de iure communi iuxta allegatam l. sicut. Cui replicabam, quòd quicquid sit de veritate istius extra iudicialis interpellationis; tamen, quando præscriptio
7 † statutaria interrumpitur aliter quam per litis contestationem, perpetuatur in tantum tempus, quantum in statuto, & non prolixius. Bal. in d. leg. sicut. num. 15. versi. Nota bene. Alex. videndus in leg. si seruum. §. sequitur videre numc. 10. de verb. obligat. Salicet. in l. fin. C. de præscript. 30. uel 40. annorum cum alijs per eundem Alex. allegatis.

Nam præscriptio interrupta debet denuo continuari, & non ampliari ad tempus prolixius l. si ædes §. libertas. & ibi Bal. ff. de seruit. Vrban. prædiorum. quod procedit etiam si fuisset interrupta per citationem, & sic iudicialiter, ut postquam fuit inchoata noua præscriptio, talis, & tanti temporis esse debet, qualis erat prima, Guido Papa. q. 416. num. 6. &
8 sic patet quòd † actio hæc personalis, & liberatoria iam est præscripta, quæ de iure non nisi iudicialiter interrumpi potest. Guido Papa. ubi proxime. Et negari non potest, quin ista exceptio, quæ de sui natura impedit litis ingressum. Bal. in d. l. sicut. num. 8. vbi dicit casum esse rotundum transfundet onus proba-
9 di in Petrum P. quia † ius præsumit pro præscribente. Caputaq. dec. 62. nu. 3. par. 1. saltem ad effectum repellendi, etiam quod minime sit completa. Nam sufficit dicere, præscripsi. Rot. in nouis. de probat. decis. 7. incipit. Si quis. nu. 4. Nam talis præscriptio habetur pro ueritate, & pro sufficienti probatione, ut late Afflict. d. dec. 13. per totam, & excludit illum, contra quem est præscriptum. Felin. in cap. ad aures, extra de rescriptis. Quibus minime refragatur, quòd post illam extraiudicialem interpellationem Iulius fuerit constitutus in mala fide, quia præterquam quo sola iudicialis videtur constituere secundum veriorem opinionem ad præscribendum actiones personales d. l. sicut, cui æquipollet præd. sta
10 tutum, non † requiritur bona fides, cum non fiat facto præscribentis, sed currat ex sola negligentia non petentis, ex allegatis per Guido. Pap. q. 199. per totam, sicut neque minus peccare dicitur debitor secundum opinionem istorum, qui non soluit creditori, nisi eo inuito, aut eo interpellato Guido Papa d. dec. 199. Nam propriè mala fide a iure communi talis præscriptio procedit. Host. in summa de præscripti. rerum immobilium. §. Quæ res. Bar. in l. sequitur §. si viam. ff. de vsucap. Bellamin e. vltimo nu. 6. de præscript. Bal. in cons. 437. lib. 1. Bar. in l. hæc autem iura. ff. de seruit. Vrban. prædiorum. Et ratio est, quia lex potest aliquem pro peccato, & negligentia punire in re sua, & illam alteri dare, & concedere ex quo
11 † contra petentem habebit bonam conscientiam, vt egregie docuit Doctor Angelicus Sanctus Thomas In Quolibeto. 14. ar. 25. in corpore.

Secundò

Secundò, principaliter, quia cum pater Petri P. & hodie Petrus I. filius ille fuerit, & hic sit persona sagax in rebus gerendis, & satagat rerum suarum, vt patet ex tot litteris missiuis petentibus eorum debitum, quòd eis debitum non erat, & quilibet præsumatur diligens in rebus proprij commodi, leg. cum de indebito. ff. de probat. Caputaq. dec. 110. nume. 6. par. 3. præsumitur tanto spatio recuperasse à Patre Iulij, siquid superfuerit, cum & nos quoque simus in hærede, in quo præsumitur
12 ignorantia. Deinde † petijt residuum pretij vineę in libello, ergo maiorem partem habuerat, Afflict. viden. decis. 285. numer. 9. cui testes pro nobis examinati adstipulantur. Et scribens Petrus P. Iulio fatetur se habere omnia instrumenta ergo & instrumentum venditionis, ex quo constabit de solutione: Qui omne dicit, nihil excludit. leg. Iulianus, de leg. 3. & hæc confessio fuit geminata per productionem litterarum, ergo non potest reuocari sub prætextu cuiuscunque prætensi erroris.
13 Nam Geminationes † semper magis declarant, & magis afficiunt. Arer consil. 103. Socc. consil. 242. nume. 2. lib. 2. Feliu. in cap. si cautio. de fid. instrum. Cui ridiculum est dicere, quòd Petrus P. dictas litteras non scripserit animo confitendi solutionem pretij, semper quòd talis confessio ex illis
14 resultat. Etenim † animus cognoscitur & innotescit nobis ex operibus exterioribus. §. Pauonum. Instit. de rerum diuisione, & voces sint passionum illius notæ, vt dicit Aristot. 2. perhierm. Immo et
15 obstat, quòd † propositum retinuerit, quia retentum nihil operatur, ut est vulgatum. leg. cum in plures. §. locator horrei, & ibi Bar. ff. locati. Vnde uel quod potuit noluit, uel quod voluit adimplere nequiuit. cap. cum super Abbatia. de officio delegati. leg. multum interest. C. siquis alteri uel sibi. Nec infertur, quod si Iulius aut pater scripserint de expensis, ergo si aliquid soluisset, tunc quoque scripsisset. Nam hanc consequentiam non coniungent sexcenta paria bouum.

Etenim ea de causa scripsit se fecisse etiam impensas, quia illas volebat fieri per Petrum P. bonas, & dum scripsit. *scriuete chi volete che faccia questi conti, & chi hà da risare, rifaccia*: ingenue videtur protulisse se non timere, & nihil illi
16 debere. Et cessat dubium, quia † Patrocinius mediator, cui credendum est. Caputaq. par. 3. decis. 267. scribit Petro P. compatri suo de anno 1579. in persona Iulij. *& per quello, che lui me dice; bisogna, che oltre à quello, che voi haucte hauer da lui, li aggiungesti cento scudi a lui*. Ecce quòd prętendebat se totum soluisse & summus in claris. Et ecce quòd tantum, & tam diuturnum silentium inducit compensationem inter partes. Et in hoc casu potentissima solutionis coniectura est, quia pater Petri Pauli moriens in suo vltimo testamento connumerat nomina suorum debitorum, de Iu-
17 lio vero nec verbum dixit. Ex qua velut † specierum connumeratione videtur genus absolutum, leg. omnes nocendi. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum.

Quod opponitur contra dicta testium, ruit, quia apparet esse contestes, & sic facere plenam probationem ad cap. omnium negocio de testibus. leg. numerus. ff. eodem nam sunt contestes quoad summam expressam, nam ambo deponunt de 300. vel
18 400. scutis. Testium † enim singularitas attenditur penes effectum rei, non penes modum sciendi, leg. cum reis. de pœnis. omnis testis in sensu suo est unicus. sed in re testificata est contestis alijs l. 2. ff. quem admodum testam. aper. Bal. in l. 2. num. 4. C. de bonorum poss. secundum tab. unus enim in alium influit; & hoc sufficit, ut sint contestes, vt sæpe tenuit Rota. Et si quid dubij est reliquum, deferendum est Iulio iuramentum, uti semiplene, & plus probanti. Lud. & Alex. in l. 3. §. dato. ff. de rebus creditis. Bart. & alij in l. admoneudi. ff. de iureiur. & in praxi vestr. lib. 7. cap. 1. num. 10.

Ad primum argumentum respondetur, quòd vtrinque agitur inter hæredes, vnde in pari priuilegia consanguinear. Abb. Butr. & Card. & reliqui in c. cum pro causa de sent. exc. Bar. in Authen. quas actiones. C. de sacros. eccles.

Ad Secundum iam in consilio est responsum.

Ad Tertium dicitur, quòd una præsumptio altera potissimum contraria tollitur, & penitus eneruatur. l. Diuus. ff. de restit. in integrum.

Hier. Henricus I. V. D. consultor.

CONSILIVM XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Simonia difficilis est probationis.*
2 *Post iuramentum nullus amplius admittendus erit ad probationes.*
3 *Sola conuentio facta post liberam renunciationem simoniam non inducit, nisi promissio fuerit facta incontinenti post prouisionem.*
4 *In beneficialibus actus reciproci inducunt simoniam.*
5 *Actus, ut dicatur factus vigore praecedentis obligationis, necesse est vt secundum naturam illius, & formam dicatur factus, non autem contra, aut prater.*
6 *Per promissionem post adeptum beneficium simonia non committitur.*
7 *Iure tenemur his beneficia impendere, à quibus beneficia recepimus.*
8 *Diligentius quaerendus Beneficij, quam pecunia creditor.*
9 *Contractus tunc iudici parit suspicionem, quando fuit inductus in executione pacti praecedentis.*
10 *Intellect. ad tex. in c. & si quęstiones. de simonia.*
11 *Animus, si absfuit in donatione, simoniam non facit.*
12 *Ex sola numeratione pecuniæ facta incontinenti post beneficij resignationem non præsumitur simoniaca conuentio.*

Qui docet manus meas ad prælium: ipse perficiat pedes meos, tamquam ceruorum ad agnoscendam veritatem.

Titius resignauit Capellam reseruata sibi pensione post signatum supplicem libellum, & præstitum consensum ad resignandum trium penè mensium spatio interiecto ad amicabilem requisitionem Sempronij, Aphtanius mutuauit quamdam pecuniarum summam T. cum animo repetendi, & viceuersa d. Tit. obligauit se ad restituendum infra tempus conuentum A. fui consultus an Resignatio saperet simoniam? Dixi, quod non. Nulla simonia interuenit. Non Mentalis.

1 Quia † cum simonia difficilis sit probationis. Dec. consilio 342. Crauett. 122. numero octauo Menoch. de arbitr. Iudic. libro secundo centur. 2. capit. 116. numero 12. Ideo standum esset in hoc depositioni, & iuramento eiusdem Sempronij iuxta dispositionem capit. Si vero. 21 de sentent. excommunic. qui affirmat, nec de illa excogitasse.

2 Et † post iuramentum nullus admittendus erit amplius ad probationes. capit. statutum. §. assessores, vbi Gloss. in uerbo relinquitur. de rescript. in sexto. Rot. decisio. 61. de rescript. in antiquis. In dependentibus ex animo standum iuramento illius, de cuius animo dubitatur. Dec. consil. 256. num. 9. Egid. decis. 5. de rescript. cap. Pastoralis. de except. Non Conuentionalis.

3 Quia † sola conuentio facta post renunciationem liberam, simoniam non inducit, nisi promissio fuerit facta incontinenti post prouisionem, secus si ex interuallo. Egid. dec. 12. nisi in casu, in quo promissio fuisset reciproca.

4 Quia † in beneficialibus actus reciproci, videlicet do, ut facias, inducunt simoniam per ea, quæ tradunt Moderni in capit. Pastoralis. de rescript. Dec. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. numero 14. Qui tunc propriè dicuntur interuenire, quando duo actus fiunt eodem tempore successiue, & in eodem loco, & unus videtur fieri contemplatione alterius. Et sic fuisse decisum in Rota in multis causis præsertim in una Gerunden. testatur Gomesius in reg. de triennali poss. q. 12. num. 12.

5 Et adhoc † vt actus dicatur factus vigore præcedentis obligationis, necesse est, vt secundum naturam illius, & formam fuerit factus, non autem præter, uel contra. leg. prima. §. adijcitur. ff. de uerbor. obligat. leg. secunda. C. de pactis. Rot. in nouiss. decisio. 1602. coram Lancilletto. pat. 2. In casu præsentis consilij de mense Decembris est collatio, de mense Martij est facta numeratio pecuniæ. Et ratio omnium est, quia Pactum de sui natura semper tempore præcedit id, super quo tradendo paciscimur. Innocent. in capit. quæsitum. de rerum permutat. Roman. consil. 317.

6 Secundò, quia † dato, & non concesso, quod fuerit facta promissio, adhuc tamen non est simonia non committitur, quia non potuit esse respectiua respectu alicuius iuris spiritualis habendi, ut ex pluribus iuribus colligit Dec. 1. part. consi. 118. per totum. Non realis, quæ est, quando aliquid datur, uel recipitur. Rot. in nouiss. part. prima coram Sanctiss. D. N. decis. 405. numero tertio, quia S. nihil de suo dedit, sed A. cui est facta obligatio de restituendo, qui licet numerasset pecuniam pre-

7 cibus S. hoc nihil est, Iure † enim tenemur his beneficia impendere, a quibus beneficia recepimus. Aristot. in æthicis. Et in primo Rethor. Et remuneratio hæc a ratione naturali procedit, ut deducit Fort. in leg. prima §. ius naturale. ff. de iustit. & iure. argum. l. sed & si. §. consuluit. ff. de petit. hæ-

8 redit. ex qua tenemur ad Antidora. Diligentius † enim quærendus est beneficii, quam pecuniæ creditor. Huic enim reddendum, & quantum accepi, & si reddidi, solutus sum, ac liber. at illi plus soluendum est, & nihilominus relata gratia cohæremus, ut scribit Seneca lib. 11. de benefic. capit. 18. Ergo ex mera liberalitate, uel gratia subuioni concessa pecunia non facit simoniam. Gloss. notab. & sing. in capit. quam pio. in uerbo postmodum. p. quæst. 2.

Neque obstat, quod S. fideiusserit, quia cum sit pensionarius, licitè potuit pro ipso fideiubere, & licite petitus est fideiussor. & sic excludit omnem præsumptionem, & coniecturam. si dicatur posse

9 contra eum procedi per coniecturas, dico, quod † tunc contractus iudici parit suspicionem, quando fuit inductus in executione pacti præcedentis. Glo. in clement. prima, & in cap. cum diuersorum. eodem tit. Rot. in nouiss. lib. 2. dec. 154. quod non fuit in casu præsenti.

10 Secundò, quia cessante † pacto si post contractum aliquid fuit donatum, non efficit illum simoniacum. per text. in capit. & si quæstiones. de simon. Et inter illa tria, quæ text. ille considerat; tempus donationis uenit considerandum potissimum in casu nostro, quia temporis necessitate inspecta, non alia intentione illam pecuniam constat fuisse mutuo datam, nisi ut ei subueniretur in articulo prænotato. Et tex. considerat tunc pecuniam efficere posse simoniam, quotiescumque animum accipientis allicere, uel peruertere potuisset, quia Ecclesia Romana huiusmodi dationem pecuniæ in delictum semper consueuit interpretari. Clarum est, quod si supplex libellus fuit signatus, præstitus quoque consensus, non potuit Titium allicere ad permutandum. Etenim ex posteriori actu subsequuto cessat animus, qui inspicit sui natura futura, & non præterita. Sine animo simonia non committitur. Hostiens. in dict. capit. & si quæstiones.

11 Et licet detur † pecunia, & animus non fuerit, præsumitur ex libera uoluntate collata. Feiin. in capit. ex tuæ. numero secundo eodem. Imò dico,

12 quod † si numeratio pecuniæ fuerit facta incontinenti,

nenti, non præsumitur ex hoc solo simoniaca conuentio. Feder.consil. 288. quem refert, & sequitur Gabr.lib.primo de præsumpt.conclus. 13. numero 13. per text. in capit.sicut Episcopo p.quæst. 2. Vbi post Ordinationem potest aliquod etiam incontinenti recipi a sponte offerente. in cap. constitutus. de Relig. domibus, quæ tenet, quod etiam post acceptum spirituale incontinenti dari possit temporale, & cessante conuentione licitè quis recipit, quod a sponte offerente datur, licet cum pactione illicitè reciperet. Bald.in l.1.col.pen.num.10.C.pro socio cum aliis per eundem allegatis.

Hieron. Henricus I.V.D. consultor.

CONSILIVM XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Si in permutatione beneficij non fuit facta mentio de Iurepatronatus alterutrius, contractus inualidus est.*

2 *Contractus inualidus per taciturnitatem, aut non expressionem beneficium esse de Iurepatronatus potest validari per consensum subsequentem patronorum.*

3 *Conferens beneficium alienum scienter tenetur de euictione.*

4 *Beneficio iuuari nos oportet, non decipi.*

5 *Præbendæ debent esse competentes, & proportionatæ victui præbendandorum.*

6 *Præsumitur fraudolenta renunciatio beneficij pinguis pro tenui.*

7 *Beneficium non dicitur habere, qui illius non habet possessionem.*

8 *Qualitas beneficium esse curatum non expressa, facit impetrationem litterarum Apostolicarum obreptitiam.*

Benedictionem dabit Deus legislator: ibimus de virtute in virtutem. Videbitur Deus Deorum in Syon. Psalm. 83.

Reuerendus Oct. Cotta nostratum publicarum in iure canonico lectionum in alma Vrbe. Auditor assiduus, & diligens, sacerdos Mediolanensis canonicus præbendatus colligiatæ Ecclesiæ sanctæ Babilæ de anno 1592. 4. Febr. ex causa tamen permutationis in manibus Archiepiscopi Romæ liberè resignauit canonicatum, & præbendam annui redditus scutorum centum in fauorem R. d. Ludouici Merisij clerici Cremonen. perpetui Capellani ad altare sanctæ Fidei in ecclesia sancti Simpliciani eiusdem ciuitatis. Viceuersa idem Merisius renunciauit ex eadem causa suam Capellam annui redditus scutorum 14. cuius permutationis beneficiorum prædictorum (ac si essent libera) Notarius publicus rogatus fuit. Consultus ego respondi amico, & Discipulo contractum permutationis de iure rescindendum ob multa.

Et primò, quia cum d. Capella ad altare sanctæ Fidei sit de Iurepatronatus laicorum, ut per instrumentum dotationis eiusdem de anno 1375. cum authoritate Ordinarii, & ex subsequutis præsenta-
1 tionibus probatur: & de dicto Iurepatronatus † nulla fuerit facta mentio in d. permutatione, contractus talis non naluit etiam si fuisset facta collatio a Roman. Pontifice uigore d. permutationis Feder. in tractat.de rerum permutat. quæst.30. & illic Lapus. Abb.in c.cum dilectus.de Iurepatron. & in capit.significatum de præb. Omnes enim conueniunt in hoc quod ubi permutatio fuerit facta sine consensu patroni Laici, uel Ecclesiastici, uel ipso iure; uel per sententiam rescindenda est. Quia non præsumitur esse facta propter utilitatem Ecclesiæ. Couar. pract. quæst.capit.36.numero 9. Et ita uidisse seruari in praxi testatur Lapus allegat. 96. & Mandosius testatur de communi, & inter nouissimos Viu. opin. 614. præsertim patronis reclamantibus; ut est
2 in casu nostro, licet † ratificari possit per consensum eorumdem. Roman consil. 356. & adest decisio Rotæ lib. 3. in una Salamantina Capellaniæ dec. 103. diuersorum. Ex quo sequitur, quod neque Archiepiscopus hoc potuisset facere.

Secundò, quia cum beneficia ad hoc sint instituta, videlicet ne clerici mendicent in opprobrium clericatus iuxta tex. & Doct. in capit. cum secundum Apostolum. de præbend. Beneficium, quod permutatur, non debet esse adeo tenuis redditus, ut ex eo clericus uiuere non possit, præsertim si Beneficium aliud compermutatum fuerit talis ualoris, ut ex eo permutans uiuat, & ad illud fuerit ordinatus. Sicut enim Episcopus, qui contulerit alicui beneficium, quod sciebat esse alienum, & quod nesciebat is, cui
3 fuit collatum, tenetur † prouidere de æquiualenti, & tenetur de euictione, iuxta Gloss. & Innocent. ab omnibus receptus in capit. inter cætera. de præbend. Ita Episcopus, qui scienter permisit permutationem beneficii nullius penè ualoris cum pingui tenetur de euictione, quia militat eadem ratio. & de simili ad simile ualet argumentum. l. Papin.
4 ff. de minor. cum concordantibus. Beneficio † enim iuuari nos oportet, non decipi capit. unic. de commodato. l. in commodato. §. sicut. ff. commodati. ideo dixit Rot. in nouiss. decisio. 3. Quod si quis permutauerit unum beneficium pro duobus, quod potest. cap unic. de rerum permutat. in sexto. Si unum euincatur tamquam reseruatum, & aliud dimittit, uel dimittere uelit, potest petere, uel habere regressum ad suum primum beneficium authoritate tamen Superioris, & cum noua collatione. argum. c.
5 si Beneficia. de præbend. in sexto. Præbendæ † enim debent esse competentes, & proportionatæ uictui, ut not. Abb. in cap. vacante. eodem tit. Et hinc præsumitur esse fraudulenta permutatio ratione inæqualitatis, sed cum aliis coniecturis quoque cap. ad quæstiones ubi Doctor. de rerum permutat. Abb. & alij in cap. primo. de cler. non resident. In casu nostro

stro consectura sufficiens est, quia fuit facta permutatio cum beneficio, vel Capellania ficta, quæ nullius erat momenti, videlicet 14. scutorum monetæ, quæ vix sufficiunt victui clerici nostri temporis pro uno mense. Et ita dicit Rebuff. in sua praxi benefic. in tractat. de permutatione. numero 44. quia iactare suum quis in dubio non præsumitur. l. cum de indebito. ff. de probat. Paris. consil. 130. Adde quod permutatio fuit facta in familiarem Ordinarii, a quo eius nigote ei fuit collatum. Et ita concludunt Doctor. præsertim Felin. & Abb. in capit. quia verisimile de præsumpt. Quod quotiescumque
6 permutatur beneficium tenue cum pingui talis † permutatio præsumenda sit fraudolenta, uel simoniaca, cum non sit uerisimile, quod sine causa renunciet quis beneficium pingue pro tenui. Et loquuntur Doctores inualidis. Nam in infirmis nulli est de hoc dubium per reg. De infirmis resignantibus. Oldrad. consil. 324. Egid. decis. 344. & ita fuisse decisum in Rota testatur Gomesius in d. Reg. q. 19. num. 2.

Tertio ex defectu perturbatæ possessionis. Num-
7 quam † enim quis dicitur habere beneficium, nisi quis habeat eiusdem possessionem capit. si tibi absenti. de præbend. in sexto. & dispositio cap. de multa. de præbend. non habet locum, quotiescumque non habet possessionem secundi curati, ut ibi notant Canonistæ omnes. Et ita dicebat Rebuff. ubi supra. Quod si ego exempli causa permutauero Beneficium sancti Victoris cum Titio, & demum velim redire, quia compermutatum non habeo pacificum, si T. interim moriatur, & per mortem quis petat in eius locum surrogari, surrogabitur salno iure meo, adeo quod si datum mihi Beneficium non retineam, sed a me euineatur non obstante alterius morte, & collocatione ad meum redire potero beneficium. Et ita dicit se uidisse decisum in curia. Et ego quoque vidi.

Quarto ex defectu mentionis non factæ beneficium compermutatum esse curatum, & requirere
8 personalē residentiam. Quæ † qualitas non expressa facit impetrationem literarum Apostolicarum obreptitiam. Felin. in capit. in nostra. de rescript. 5. ex Concilio Tridentino sess. 21. cap. 2. de reformat. Beneficium resignari non potest, nisi facta mentione, quod ad id Ordinatus fuerit, & constito, quod aliunde habeat, unde commodè uiuere possit. Videtur quoque esse contra constitutionem Pij Quinti 58. fœlic. recordat. ubi uoluit, quod Episcopi, & alii collatores de Beneficiis, & Officiis Consanguineis, & Affinibus, & Familiaribus suis etiam per fallacem circuitum multiplicatarum uitium in extraneos sub pœna nullitatis (tamquam attentatum esset) conferre minimè audeant. Omitto, quod aliqua quoque dicenda essent super illa Resignatione in Vrbe facta in manibus Archiepiscopi. Sed prædicta sunt satis sufficientia, ut contractus permutationis rescindatur, ita ut liceat utrique ad suum pristinum redire Beneficium, &c.

Ita consului Ego Hieron. Henricus I. V. D. Romanus.

LAVS DEO.

PETRI ENRIQVEZ
V. I. D. HISPANI.
EQVITIS SANCTI LAZARI HIEROSOLYMITANI,

ET REGII AVDITORIS PROVINCIAE Principatus vltra, ac Consiliarij Regni Neapolitani,

Operum Pars Secunda,

IN QVA OPVSCVLA SEPTEM CONTINENTVR.

In quorum Primo Theoremata omnigena xxxiiij. ab Authore collecta sunt.
In II. Clausularum iuris epitome.
In III. Casus aliqui, ob quos Iudici recedere licet à pœnis legalibus.
In IIII. Aliqui casus, in quibus de iure ciuili in suo foro punitur mendacium.
In V. Quæ & quot ad probandam immemorabilem consuetudinem requirantur.
In VI. Quædam notatu digna ad Praxim exequutionis Instrumentorum, & Apocharum.
In VII. Singularia in materia Appretij & Collectarum.

Cum licentia Superiorum, & Priuilegiis.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, MDCV.

Apud Hæredem Damiani Zenari.

ILLVSTRISSIMO ET EXC.MO
D. IO. FERDINANDO PACCECO
MARCHIONI VILLENAE,
DVCI ASCALIONAE, &c.
APVD SEDEM APOSTOLICAM
PRO PHILIPPO III. REGE CATHOLICO ORATORI.

HIERONYMVS ENRIQVEZ PETRI F. S.

DEXTERITATIS in rebus maximis peragendis, ac virtutum tuarum specimen breui tempore, Nobilissime Princeps, enituit, quo neque gratius, neque charius desideretur. Hinc Patris mei labores, quos Regi nostro dicaui, tuo quoque nomini cõmunes esse duxi, vno vt opere, duos quos colo, in vnum erga me animum coniungam. Læta fronte accipias, perlegas, & amplectaris. Etenim & si munus exile sit; cultu tamen in te summo exhibetur, atque protenditur. Vale.

Romæ, Kal. Sept. M DC IIII.

ILL.^{MO} ET REVER.^{MO} DOMINO,

D. BERNARDINO PAVLINO

CLEM. VIII. PONT. MAX. DATARIO.

DOMINO, ATQVE PATRONO DE SE OPTIME MERITO.

HIERONYMVS HENRICVS PETRI F. S. D.

VEHEMENS, atque multa aliquot abhinc annis in Parentes meos pietas viscera mea perstrinxit; vt quo memoria illorum remotior, eo charior, & grata magis mihi dulcescat in diem. Patre orbatus decennis; matrem uix dum decimum sextum attingerem annum, tradidi sepulturæ. Intempesta quidem ætate, qua ille rem familiarem, familiamque ipsam honoribus, diuitijsq; prouehebat, easdem hæc conseruare poterat. Effectum ob id est, vt tardius adolescenti mihi, quivè hæc omnia quanti momenti ad futuras obeundas prouincias filijs sint, non hæsitanti animo pendebam, eorum desiderium non facilè neque leue reliquerint. Etenim progenitor tribus, & quadraginta annis varios multiplicesque magistratus ciuitatum, prouinciarumque Regni Neapolitani cum obijsset, multorumque laborum pacatum expectans præmium à Rege Catholico de se optimè merito, in huius degustandi limine diem extremum clausit. In illo funere, ac domus mœrore satis matri visum est communes filios congregare in vnum, exile patrimonium parce consumere, nobisque imbecillis ætatis tempore omne aliud desiderandum expetendumq; fuerat, quàm vt patris scripta ab illo, dum à magistratibus quiescebat, composita, diuturnos eius in studijs labores perquireremus, eodemque fato functo eosdem expurgaremus, emacularemus, aut siquid populo minimè probaretur, detraheremus, emendaremusque. Fœmina (& si virago) isthæc aspernatur: pueri lacerant, & à leuiori sarcinula famuli coercent. Propterea aceruum magnum scriptorum eius, quæ me vidisse recordor, in breuem numerum Typographus collegit, vt nisi paternæ memoriæ amore exæstuassem, professoribus legenda tradere vtique erubuissem. Octo supra viginti annos in labentis memoriæ ruderibus consilia consepulta, attritaque vix comperta, integra manu ab inferis ad aures euocaui, atque illius mihi dulcissimum nomen, vt par est filijs cunctis, communem casum collacrymatus, hasce tabellas exosculatus sum, easve temporis iniuria exesas, mancas, lacerasque pro uirili instauraui. Gratias meo iudicio minimè impares paterno muneri reddidi. Ille, vt vitæ, lucisque hu-

ius dul-

ius dulcedinem sentirem author (Deo Opt, Max. concedente) fuit: Ego illum longissimo fato functum, obliuione hominum penè deletum ad viuentium officinam perduxi, vt mecum viuat is, qui meum viuere curauit, neque mecum commoriatur, qui longè vltra ætatis suæ sennitas, labores condignos protendit. O quàm benè Spartanis illius sęculi moribus institutum fuit, qui ablegatos à se pueros non prius domum redire permittebant, quam parentibus honori, & patriæ vtilitati esse potuissent. Ergo si pares (vt Aristoteli Stagyritæ placuit) parentibus gratias non reddimus, æquo tamen, quin illos colere pietatis studio possumus, minimè denegauit. Clementem VIII. Pont. Opt, Max. in supremæ dignitatis apice collocatum ex imis ego sedibus imitatus sum, qui singulari quadam pietate, dum rerum omnium cura angitur, easque doctè, piè, prudenterque gubernat, Syluestri patris eius consilia vtilissima foro, elucubratosque in studijs labores cum paterno nomine impressit. Omnigena patris ego mei consilia magno à me labore perquisita, correcta, adaucta, exposita, cum summarijs, repertorijs, Asteriscis eo quo idem consperserat ordine, edidi. Preter quæ Opusculum scripsit de forma appretij, in quo collegit ex multis authoribus pręsertim à Petro Piccolo I. C. Sarnensi vtilissima quædam in materia collectarum, cuius authoris nomen volui in apice insigniri, ne ex aliorum semente metere videremur. ex diuersis iuris materijs theoremata quædā in vno libro selegit. In altero conscribere cęperat casus, in quibus de Iure ciuili mendaciū punitur: sed vix inchoauit. Pariter, & Opusculum, in quo qualiter immemorialis cōsuetudo probaretur, disseruit, at non perfectū reliquit. multaq; adnotauit ad leges Taurinas, quæ illi fuerant patriæ, partim suo Marte (vt aiunt) partim ex Petri de Auedagno Iureconsulti multæ lectionis viri commentarijs excerpsit. His sicut detrahere, ita quoque mihi filio addere nefas esse duxi. Opusculum de forma Apretij tuo nomini Illvstrissime Pavline dicaui, cum vt grati animi erga te mei argumentum agnoscas; tum vt paternum æuum his impertiar, qui ad illud consequendum liberalitate sua me impulerunt. Etenim a te aliquali Sacerdotiorum portione donatum, illo vti certo honorario adiutum ad hos labores alacrem impulisti; effecistique, vt vno munere stipatus, atque munitus cum patri, tum matri parentassem. Illi in suis elaborando scriptis: huic Sacerdos effectus in præces, atque holocausta Misericordi Deo pro defunctæ requie offerendo. Rectè Aristoteles censuit ex munere cum reuerentiam, tum vtilitatem percipi, idque ab auaro, auræque popularis cupido desiderio frequentari. Si cultui adaptari hoc munus erga te meo valebit, alterutrum certè iam consequutus es. Te apprimè colo, quia beneficium quippe in me contuleris singulare, quiuè maius in posterum ex eiusdem Aristotelis in Rhetoricis placitis conferre, aut vales, aut collaturus es. Tibi hæc iustè dicantur, debitique persoluuntur honores. Ex nobili patria natus, educatusque honesto ex genere bonarum artium disciplinis ab ineunte ætate animum appulisti, in quibus profectionis tuæ illud sit potissimum argumentum, quod Clemens VIII. Pont. Max. cui famulatus per tot annos es, & inseruis adhuc inter electissimos viros ad supremi magistratus clauum te assumpserit, eiusque mentis altitudinem (quod paucis a superis immortalibus datum esse videtur) assequutus sis, & assequaris. Sintque argumento duodecim anni labentes, quibus ita in eius placitis difficili in munere insudas, vt illi sic placeas, quo satis sit ab his numquam aberrasse. Ad fœlicitatem comparandam aduersus ea, quæ nobis æmuli collatrantes obtundunt non soli, sed & animus ipse noster obijcere solet, vnum sufficere censeo. Id est si obicem tu non opposueris. Si vitijs fores dignitatibus amplioribusque fortunis tu minimè tuis præcluseris. Bonus, sicut Stoicis aliquando placuit, pati non potest; cuius inquam animus supra hæc adeo extollatur, eiusque fœlicitatem in illa collocet sede, ad quam ærumnarum, flagitiorum, malorumque turbines peruenire attingereve, non dicam inuertere, queant. Satis tibi ducis honores iure, seu meritis nactum tuis; eisdemque maiores meritò expectandos. Dignitatem tuam meritis comprobas excelsioribus, te indignum minimè præbes, officium exples tuum, alienl est reliquum. Doctrina, & virtute tuis non fumosis imaginibus; non improbis meritis stipendia meres. Idque satis ad quietem. Non mendicas. Philosopharis quotidie. Nunc magnum nauigas æquor, vastumque ad exercendas animi dotes in Diem. Nam, vt Plutarchus voluit, Amicos res secundæ parant; aduersæ probant. Amicos innumeros comparare tuo magistratu potes, quos non in aduersis, tu, sed Iustitia tua, quæ in distribuendo consistit, experiatur, aut probet, & verè probat. Etenim cum deperditam illam, & rem somnio, vel receptam, aut hominum desiderio velut illam Platonis Rempublicam sibi confictam concenserem, non exigua eiusdem vestigia in te comperi. Omnia nobis vnis deberi autumamur;

rumamur; cœteris pauca: sic ambo nos iudicio eludimus. Tu reddis vnicuique ius suum. Tu Ecclesiastico Gazophylacio magna authoritate, praees: Illudque singulari in omnes charitate dispensas. Idque si velut singularem Ecclesiæ thesaurum, vt par erit, optimè meritis impartitus fueris, officium tibi commissum expleuisse iudicaberis: Hocque mente agitare te, & exequi, obseruaui. Hoc vno perditum iuisse prouincias: hoc vno Regna, gentesque in peruersam collapsas opinionem ex historijs hausimus, quando Christi Sanguis, qui pauperum spiritus est, & in vinea Domini laborantibus debetur, helluonibus, non litterarum, aut virtutum potatoribus; sed datus est vini, illecebramumque ineptissimis. Tu ritè omnia gubernasti, & gubernas. Cœterum multos nausea perturbatos iri, plerosque obtrectatores futuros, hosque libros aspernaturos præuideo, quia plures quàm desiderentur extent: Quorum genuinos hoc vno contundam saxo; ægreferendum non esse litterarum thesaurum augeri, nostrumque ærarium crescere. Innumeri casus sunt, quibus in foro torquemur, & laboramus, quos quanto dilucidiores, tanto chariores censeas. Quot indecisos, aut inconsultos, totidem asperos, nobisque inuisos. Qua de re bonum, iuxta Aristotelicum illud in Rhetoricorum suorum procemio fuisset, si lege omnia definiti valerent, pauca iudicantium arbitrio relinquerentur. Nullus liber est, ex quo aliquid inexcogitatum, aut non carpas, aut nouo repetendi modo non delectetis. Certè si doles, aut inuides, aut opinione toto vasto aberras cœlo: Author quidem gloriam meretur, aut ex quo illecebris tempus detraxit suum; aut quo verè posteris profuit, aut nobis certissimè quicumque is fuerit, profuisse studuerit. Quod si alterum vt carperet, inanem aucuparetur gloriam, sectatores sibi asciret, adularetur alijs, vt quid sibi quæreret, illuderet ve, atramento tabulas consperfit; dummodo dogmata, moresque bonos non peruerterit cœteras egerit ve contra, ingratus omninò non erit. Medicus ille placet, qui & si lucrum solum intendat; casu, aut pharmaci virtute salubriores nos effecit. Neque causæ dicas, multos adesse, eosque meliores, qui sufficiant. Ad bilem euomendam Rheubarbarum præexcellentissimum super cuncta reliqua physici fatentur: cassiam, manna, cœterave minus digna, idemque efficientia natura nobis est elargita. Non tamen superfluunt. Vnum si olfeceris in viridario tuo gratissimum florem, nisi secundos, ac tertios pertractes, non acquiescis. An ne credis inter septingenta voluminum millia, quæ ad vnam eandemque refertissimam Bibliothecam, Ptolemæus Philadelphus collegit, multa ex his fuisse, quæ forsan lecta lacerasses, aut igni tradidisses? Tria millia volumina Tyranion Grammaticus sibi coemit, neque ob multitudinem, aut ob vnius præ cœteris excellentiam, coetera est aspernatus. Aldus Manutius Iunior amicus, & comprofessor meus Grammaticorum libros plusquam viginti millia apud se habere iactabat se: nec vnum comperijsse, cuius pretij se poenituisset. Vtinam ad immensum hoc nostrum legale Oceanum Seruij Sulpitij centum, & octoginta libri de Iure ciuili adhuc extarent: Papiniani quæstionum triginta septem: Alpheni Vari Digestorum quadraginta: Pomponij ad Sabinum triginta quinque: Vlp. Marcelli Digestorum xxxj: T. Caij ad edictum prouinciale xxxij, Domitij Vlpiani ad Edictum lxxxij. Pauli innumeri, cœterorumque Iureconsultorum amplissima, ac refertissima volumina non adeo mutila, ac dispersa. Ob quod efficitur, vt in illorum responsis intelligendis excruciemur, & dilaniemur inter nos. Etenim sicut hominis, quem per forium scissuras existentem, latitantemque vides, nolentisque se agnosci, vix vmbram distinguis, a cœteris minimè seiungis: sic Iureconsultorum responsa velut in Dicteria nimium laconicè conclusa mente complecti haud vales. Rectè illarum summas decem illi viri a Iustiniano Cæsare in quinque libros congesserunt; facilius tamen & si laboriosius, indocti extensas ab Authore hausissent. Breuitati dum consuluerunt, breuitatem perfregerunt. Igitur cum varietate rerum, ac casuum multitudine dubitationes in iure percrescant, tot libros & si minoris ponderis, aut æris vilioris, ne asperneris: neve floccifacito. Enimuero tibi magnam domum, insignemque basilicam construenti, non minus, ac marmora, Porphyritici lapides cœterique pratiosiores, lateres, ruderaque, & arena tibi suo singula adaptanda loco, opus erunt. Pater meus Petrus Enriquez apud Hispanos est appellatus: cuius antiquissimum cognomen illorum idiomate apprimè profertur: at apud Italos recens est; neque vnica apud eos prolatione constans. Quam ob varietatem non immeritò mihi in Italiæ meditullio nato ad Italicam eam consonantiam, quam ex Latina lingua recepit, & recipit, admisi. Et Enriquiam familiam Henricam declinaui eisdem penè syllabis, litteris, stemmatibus, origine, conseruatis, solo aspero illius cognominis sono non immutato, sed in meliorem, faciliorem, germanioremque reducto.

reducto, Sic Iouius Baiazethis, Selymi, Thomumbeij, cæterorumque barbarorum nomina insulsa, inconsuetaque, facilia Latinis reddidit, quæ tamen alio materno scimus idiomate proferri, Sic Sallustium, Cæsarem, Suetonium, Tacitum, Liuium fecisse opinamur, reliquosque tam priscos, quam nouissimos scriptores fecisse. Aptius Henricam, quam Enriquiam, vt quidam Hispani fecere, cum sono facilior, & promptior euadat, dixi. Patris consilia antiquo annotata sunt cognomine, nostra illis addita sunt, cum satis pauca essent, & Bibliopola eo tempore quo in Almæ Vrbis Gymnasio publicè professus fueram, composita ob eam causam ab impressione arceret se. Tu BERNARDINE optime libenter omnia perlegito, residuumque ocij, si quod agendarum rerum cum tibi fecerit Scipionis illius Aphricani maius negocium tibi conficias, cumque cœteris amicis me amato. Quod si dicto non solum, sed opere significaueris, quæ mea iam iam eduntur reliqua, hilariora prosilient, Vale.

Datum Romæ Kal. Sept. M DC IIII.

Errores: Correctiones.

Errores Fol.3.col.1.nu.10.egressus est. Correctiones ingressus est. fol.2.col.4.ff.de restit. ff.de testib. eod.possunt etiam testes: possunt esse testes. fol. 23.col.3.liceat licet. fol.4.col.1.parentes debent tueri: parentes debet instituere. fol.3.col.2.in princ.iudici induci. eod.l.an & si l.nam.& si. eodem nu.12.10 si.Dñi Dominic. eod.nu.13.cõtes patificata communiter patificata. fol.7.col.2.nu.12.ut est communem opinionem secundum communem opinionem. eod.reprehendentem Baldus reprehendentem Baldum. fol.8.col.1.ut prætermittitur (ut præmittitur). eod.potest prorogabilis potest prorogari. fol.13.col.1.taciti enim & expresse eadem Taciti enim & expressi eadem est uirtus. fol.13.col.4.ignobilis omittens ignobilis prætermittens. fol.17.col.3.aute citatione ante citationem. eod.miseri princip. miseri Principes. fol.18.col.2.nocere soleat nocere non debeat. fol.30 col.3. prætermittere permittere. fol.22.col.3.alijs plurimi alijs plurimis. fol.22.col.3.& in numerum & iuxta numerum. fol.26.col.3.res dicat specialiter res dicatur specialiter. fol.26.col.4.Bauera vbi supra Bar.vbi supra. fol.26.col.3.nu.6.debeatis fore debentis fore. fol.28.col.3.nu.3.quod quieta & finita fuisset quod quieta & contenta fuisset. fol.29.col.4.duplex ut in philosophus 2.physic. duplex ut dicit Philosophus in 2.physic. eod.col.nu.6.clara annullatiua clausula annullatiua. fol.30.col.3 apposuisse prædicto opposuisse prædicta. fol.31.iuramento allata iuramento quallata, in eod.non deduceret dolus non deduceretur. fol.32.col.3.nu.8.& est singularum & est singulare. fol.34.col.1.prædictum milites prædictum militem. fol.35. col.1.nec prædicta uerba non possunt Nec prædicta uerba possunt. fol.35.col.2.apparet il fuissa appacet non fuisse. eod.col.3.referri debeat referri debent. eod.col.4.minor dolus est puniendus minor dolus est præsumendus. fol.48.Inst.de prima potest Instit.de patria potest. ead.col.1.in alternatoris in alternatiuis. eod.col.3.clausula in principio appositos clausula in principio apposita. eod.col.1.patres patria potestate patrem patria potestate priuare. fol.39.col.1.uel filio ex ea uel filius ex ea. ead.appellatio,& suppellatio appellatio & supplicatio. ead.inter appellat.& suppellat inter appellat.& supplicationem. fol.39.col.3.nu.6.effectus ergo sine sacri consilij effectus ergo sententiæ Sacri Consilij. eod.col.4.non possit aliquem effectum & non producit aliquem effectum. eod.col.4.& suspensit effectum de futuro & suspendit effectum de futuro. fol.40.col.1.non est secutus formam maestati sibi traditam non est sequutus formam sibi traditam. eod.col.1.prætenso appellatio,nàm S.C.maestati ei quo deberet prætenso appretio,nàm S.C.iniunxit eo quod deberet. eod.col.1.nullus est indirectus nullus est inde natus effectus. eod.col.2.ex facto iurisoritur ex facto ius oritur: eod. col.3.dicent audiuisse dicentes audiuisse. fol.41.col.4.introductorem in fauorem rei introductorum in fauorem rei. fol.43.col.1.nu.7.querela siue occupatio querela siue accusatio. fol.45.col.3.prædicta de Barisciano prædictos de Barisciano. fol.47.col.4.& minimi & minui. fol.48.col.1.diuersio non mutat naturam diuisio non mutat naturam. fol.50.col.4.Magistri iustitiam Magistri iustitiæ. fol.52.col.1.Omnium instrumentorum omnium testamentorum. eod.col.4.quam de iure absolutum erant qui de iure absoluendus erat. fol.53.col.4.eisd.tit.ex libro eisdem tit.& libro. fol.54.col.3. & uerum diuino & iterum diuino. fol.56 col.4.nec impeditu nec impediri fol.58 col.1.parcere per vnam noctem pascere per unam noctem. fol.60. col.4.super hoc institutum super hoc iustatum. fol.61.col.4.non arguat non arguunt. fol.68.col.3.firmat Cornel. firmat Corneus. fol.75.col.4.auth. quia aut qua. fol 76.col.3.sicut nec dicitur dotanda erit sicut nec dicitur. fol.80.col.1.cum eo vulganter dictum Turchesco cum alio vulganter dicto Turchesco. fol.81.col.1.non esse probatum pacem non esse probatam pacem eod.col.3.volegat.rum.causat. valegatorum nom.cauatur. fol.82.col. 3.& bene contendat & benè concordant. fol.83.col.3.capiuntur pisces qui ualeant centum capiuntur pisces qui valent centum. eod.col.3.Cornel.in cons.206. Corn.in cons.206. fol.84.col.2.Prædicta Præterea. eod.col.2.nunciaderint renunciauerunt. fol.86.col.1.& competentium iudicis & competentia iudicis. fol.88.col.1.calpa infra illum diem exponetem infra illum diem exponeret. eod.col.1.in illis 200. in scutis 200. fol.88.col.2.munitione præmissa monitione præmissa. eod col.2.per distincta præcedere interualla per distincta temporum interualla. fol.89.col.2.statim debuisset abstinere statim debeat se abstinere. fol.91.C.de ius qui per met.iud.non appell. C.de eo qui per mea.iud.non app. eod.col.3.super quatuordecim examinatorum super 14 examinatus. eod.col.4.petendi reo petendi reo. fol.93.col.1.Abb.Brun. Albev.Brun. fol.95.col.3.ad setrau sdfentiant. fol.95 col.3.appositum fuisse oppositum fuisse. fol.99.col.3.sicut iure ex qua soluitur sicut in re ex qua soluitur pedagium. fol.101.debent contrarium dici deberet contrarium dici. eod.testes legitimè etatis testes legitimè citatos fol.104.col.4.& sic erit inspiciendi & sic erit inspicienda. eod.col.4.sunt & ptie in dignitate sunt & priores in dignitate. fol.106.col.3.inter minores & seruantes inter minores obseruantes. fol.107.col.4.quia prædicti Doct.hoc non uideatur quia prædicti Doct.hoc non uidentur. fol.109.col.3.Inst.de capit.descin. Inst.de capit.deminot. fol.110.col.2 facit etiam doctrinam facit etiam doctrina eod.col.3.in quo clamans Abba in quo clamamus Abba. eod.col.3.adque l.successit adquæ Ioannes successit. fol.112.col.1.ad alterum similem Regij uiij. Ad alteram similem Gregorij uiij. eod.col.2.ad præterea ad præterita. fol.115.col.4.ergo l.iustè possidet Argum.l.iustè possidet. fol.116.col.4.hoc est falsum,& debuctum est hoc est falsum ut deductum est. fol.117.col.2.quam omnes appubanti quam omnes approbant. eod.col.3.per ubrupta quærit assensum per abrupta quærit ascensum. eod.col.4.cap.gl.instit. Glos.instit. fol.118.col.2.potestatem lincitatum potestatem limitatam eod.col.2.in verbo rebellendo in uerbo rebellando. fol.119.col.3.obseruati obseruari. fol.120.col.1.Quoad quarum ergo Quoad quartum,ego. eod.col.1.Quibus suffragatum Quibus suffragatur. eod.col.3.uisus,locus,missio uisus,iocus,missio. eod.col.4.iu narrati eiusdem in narratiua eiusdem. fol.121.col.3.cum ad loco prioria ecclesiæ cum à loco Prioris ecclesiæ. eod.col.4.sine priuilegro sine priuilegio. fol.124.col.3.à doctissimo uiro Ragonio A doctissimo viro Petro Alagono. fol.125.col.2.& ita practicam & ita practicatam. eod.col.3.in fauorem suæ causæ in fauorem piæ causæ. eod.col.3.neque etiam possunt presenti patroni Neque etiam possunt prætensi patroni. eod.col.4.Verbo.lib.3. Vests.libr.3. fol.col.3.& ve actum & ad actum. fol.130.col.3.recessisset recessisse. fol.131.col.3.apud iureconsulto apud iureconsultos. fol.132.col.3.Pontificum constitutionem Pontificum constitutionum. eod.ar.4.in corrip ar.4.in corp. fol.134.col.1.quod subsequens actus quoad subsequentes actus.

In Opusculis. Fol.1.col.2.de eorum licentiam de eorum licentia. eod.col.2.redditur piscationum redditus piscationum. fol.3.col.1.per sententiam depositur per sententiam depositus. fol.3.col.4.ex firmitate quæ ex infirmitate quæ impediret. fol.5.col.1.Alphabeti ordina Alphabeti ordine. eod. col.3.encepti enceptis. fol.6.col.4.importat iam latæ sententiæ Importat cum latæ sententiæ. fol.15.col.1.uel alius melius vel alter melior. fol.17. col.1.pro extrahendo de entimo pro extrahendo æstimo. fol.19.col.1.seu Mecharicas seu Mechanitas. eod.col.1.& sic uiruncdua & pupillorum & sic uiduarum & pupillorum. fol.21.col.3.l.cætera.§.hæc Senatus.ff.de legat.6. L.cætera.Hoc Senatusconsultum non tantum ad ædes.ff.de legat.1.

In Epistola ad Bernardinum Paulinum. peruerteris ceteras peruerterit ceteros.

PETRI ENRIQVEZ V. I. D. HISPANI EQVITIS SANCTI LAZARI HIEROSOLYMITANI, ET REGII AVDITORIS PROVINCIAE

Principatus vltra, ac Regij Consiliarij Regni Neapolitani.

OPERVM PARS SECVNDA,

In qua Opuscula Septem Continentur.

OPVSCVLVM PRIMVM.

IN QVO CONTINENTVR

Conclusiones, seu Theoremata ex diuersis materijs congesta.

SVMMARIVM.

1 *Si quis concedat alicui feudum ex eo, quod a morte liberauit eum, seu ab alio periculo; hic si postea commiserit aliquam ingratitudinem contra concedentem, non poterit prætextu ingratitudinis huius, feudum reuocare.*

2 *Donatio remuneratoria non est propriè donatio.*

3 *Dare ei, cui aliquid debetur, non est donare, sed debitum soluere.*

4 *Vasallus, qui occidit se ipsum, non propterea perdit feudum.*

5 *Fœmina est incapax feudorum.*

6 *Princeps potest inuestire de feudo aliquam feminam, & tunc feudum dicetur femineum.*

7 *Feudum si fuerit concessum pro se, & filijs, & hæredibus, tam masculis, quam feminis; existentibus masculis feminæ succedere non poterunt.*

8 *Masculus existens in longiori gradu succedet in feudo excluso filio masculo descendenti ex femina.*

9 *Verbum hæredis in materia feudali pro filio masculo accipitur.*

10 *Baro virtute suorum priuilegiorum a Rege concessorum de aliquo castro cum fluminibus, & aquis, & aquarum decursibus, non poterit eius vasallos in prædictis piscari prohibere.*

11 *Intellectus ad capit. 1. Quæ sint Regalia per Imper. Feder.*

12 *Clerici possunt emere ius piscandi causa piscationis, non tamen negociationis.*

13 *Quilibet piscari poterit in Lacubus, & stagnis publicis sicut in fluminibus publicis.*

14 *Rege concedente Baroni principaliter fructus fluminum, poterunt vasalli prohiberi ne ad piscandum vadant.*

15 *Barones possunt per prohibitiones, & edicta ius piscandi præscribere, & quanto spatio.*

16 *An liceat piscari in alieno lacu, sicut licet venari in alieno fundo.*

17 *Non licet fabricare ponticellos super viam publicam, & quare.*

18 *Mater minor 25. annis infra annum non potens tutorem filijs suis dare, non priuatur eorum successione.*

19 *Legitimare filios spurios, siue naturales est de reseruatis Principi.*

20 *Legitimatio infantis non potest fieri, nisi per Principem.*

21 *Beneficia non possunt conferri infantibus, licet sint simplicia, & quomodo illis Papa conferat. ibid.*

22 *Minores ligantur statutis de compromittendo.*

23 *Appellatio a sententia diffinitiua legitimè interposita de iure ciuili expinguit iudicatum; de iure canonico suspendit tantum.*

24 *Episcopus per sententiam depositus ab Episcopatu appellans integer remanet in officio, & honore suo, & pendente appellatione excommunicare potest subditum.*

25 *Minor dolosè asserens se maiorem, non habet restitutionem in integrum; neque ei iura subueniunt.*

26 *Minor dolosè asserens se maiorem, licet non restituatur, tamen benè poterit dicere de nullitate contractus.*

27 *Intellect. ad Statutum Capitolinum sub tit. de pactis & donat. non valid. capit. 23. libro quarto in antiquis.*

28 *Baro in Regno Siciliæ quis dicatur.*

29 *Qui vasallos habet, non tamen feuda quaternata, vel Athenasias, Baro dici minimè potest.*

30 *Potest Rex nouas dignitates creare.*

31 *Qui Marchiones, Comites, Duces, & Reges dicantur in Regno Franciæ.*

32 *Rescriptum ad lites subreptitiè impetratum non est ipso iure nullum.*

33 *Feudum habens a Barone, qui commisit rebellionem, & ob id feudum alienauit; poterit restitutus per Principem vindicare feudum tamquam alienatum sine consensu, &c.*

34 *Licet Inuentarium non fuerit inceptum intra triginta dies, dummodo intra sexaginta finitum, hæres poterit iuuare se cum eo.*

35 *Distributiones quotidianæ non debentur clericis tardè venientibus, vel citius ante finitum officium exeuntibus.*

36 *Labor, & pecunia diuisionem recipiunt.*

37 *Distributiones quotidianæ non computantur in valore benefici.*

38 *Distributiones quotidianas debet habere canonicus supernumerarius ex fructibus crescentibus propter industria, eorum, qui habent præbendas.*

39 *Distributiones quotidianæ non debentur etiam non residenti ex dispensatione Summi Pontificis: & etiam si deseruiat per substitutum.*

40 *Distributiones quotidianas canonicas percipere debet, si per uim fuerit expulsus a ciuitate, uel residere non potest sine periculo suæ personæ.*

41 *Distributiones quotidianas debet habere clericus infirmus, & de qua infirmitate ibidem.*

42 *An ille, qui duplici iure interest diuinis officijs, habere debeat duplices distributiones quotidianas.*

43 *Distributiones quotidianæ ubi sunt ita tenues, ut negligantur, & ubi nullæ sunt tam in Ecclesijs cathedralibus, quam collegiatis, eo casu quid agendum per Episcopum.*

44 *Super distributionibus quotidianis non potest imponi pensio, & quare.*

45 *Communis opinio in iudicando, & in consulendo sequenda est.*

46 *Opinio illa tenenda est, per quam contraria ad concordiam reducantur.*

47 *Vxori relictæ in testamento mariti dominæ, & vsufructuariæ institutis filijs hæredibus, videntur ei relicta alimenta, & quare, &c.*

48 *Verba testatoris, quod vxor sit domina, seu vsufructuaria, significant testatorem voluisse, quod habeat post mortem præeminentiam in domo viri, sicut habuit in vita illius.*

49 *Vxor relicta domina tenetur facere inuentarium, & librum rationum.*

50 *Vxor vsufructuaria relicta, in quas pœnas incurrat, non conficiendo inuentarium, &c.*

51 *Vbi Summus Pontifex facit collationem, non requiritur alia fulminatio.*

52 *Processus non potest fulminari vigore supplicationis signatæ ante litterarum expeditionem.*

53 *Ciuis quod aliquis sit quoad quædam, & quo ad quædam non, statuto, vel consuetudine induci potest.*

54 *Clausula illa, Veris existentibus prænarratis, & non aliter, nec alio modo, denotat, vt nihil videatur actum.*

55 *Testes deponentes, quod aliqui sunt oriundi ex aliquo loco, nullam fidem faciunt, & quare.*

56 *Originarij, & oriundi quomodo differant.*

57 *Absolutio a iuramento non opitulatur minori maiori effecto, quando iuramentum seruari poterat, sine interitu salutis æternæ.*

58 *Intellect. ad tex. in Auth. Sacramenta puberum C. si aduersus venditionem.*

59 *Legato, seu Oratori, vel Ambasciatori debetur integrum salarium tempore infirmitatis.*

60 *Famulo ægrotanti debetur salarium integrum.*

61 *Baricellis, & Militibus, qui mittuntur ad compescendos homines facinorosos, debetur integrum salariũ.*

62 *Officialis, qui maleficia dissimulatione non punit, acriter est puniendus.*

63 *Ciues alicuius Ciuitatis sunt nobiliores Comitatensibus.*

THEOREMA I.

1 SI quis concedat alicui feudum ex eo, quod a morte liberauit eum, uel ab hostibus, uel a uinculis, uel ab alio periculo eius uita, si talis feudatarius postea commiserit aliquam causam ingratitudinis contra concedentem, non poterit prætextu prædict. ingratitudinis talis feudi concessionem reuocare. Bald. in ca. 1. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amittendi. & in c. 1. col. 3. an mutus, uel surdus. Et ibi Martinus de Laudo, prout refert Iacobus de Sancto Georgio in suo tract. feudorum fol 33. col. fin. per text. in l. si pater. §. 1. ff. de donat. ubi uide Blanc. & in l. fin. C. de reuoc. donat. Barbat. in ca. fin. colum. 2. de donat. Hanc etiam opinionem tenet Paris de Puteo in suo tractat. de reintegrat. feud. fol. 1. circa finem. Et ratio
2 est, † quia donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed quædam permutatio. Abb. in rubr. de donat. per tex. in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæredit. Bar. & Bald. in proœmio Digestorum. Abb. in ca. cum in Ecclesiæ corpore de simon. quia
3 dare ei, cui aliquid debetur, † non est donare, sed debitum soluere, vt in l. penult. ff. de ritu nupt. facit in argum. text. in l. Aquilius Regulus ff. de donat. ubi donatio remuneratoria etiam si excedat quingentos aureos, valet sine insinuatione, & ibi per Gl. Bar. & alios.

THEOREMA II.

4 VAsallus, † qui occidit se ipsum non propterea perdit feudum. Bal. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. refert Iacobus in suo tractatu feudorum, in versi. dicti vasalli promiserunt non committere felloniam. versic. ulterius pone col. 4. carebit tamen ecclesiastica sepultura. tex. in c. placuit. 23. q. 5. secundum Iacob. ubi supra.

THEOREMA III.

5 FOEmina eſt incapax feudorum in c. 1. an mu-
tus, vel aliter imperfectus, & in c. 1. §. hoc uero
notandum qui feud. dare poſſ. & in c. 1. de grad. ſuc-
ced. ad feud. & in c. 1. de ſucceſſ. feud. paterni. & in
c. feudum, ſi de feudo fuerit controuerſia. Et ratio eſt
quia non poſſunt ſeruire dominis proprietarijs feu-
dorum perſonaliter, & hęc eſt communis opinio Do
6 ctorum in locis ſupra allegatis. Fallit tamen, quan-
do feudum eſt femineum, & dominus inueſtiuit de
feudo aliquam fœminam in c. 1. quemadmodum
feudum ad fœminam pertineat, & in c. 2. de matri-
monio ad monga. contractu. & in c. 1. de natur. ſuc-
ceſſ. feud. Fallit etiam, quando datum eſt feudum
ſine præſtatione ſeruitij, Bald. in c. 1. §. & quin. qui
feud. dar. poſſ. per tex. in c. ſi cui militi de extraordin.
in vſ. feud. Fallit etiam, quando feudum eſt conceſ-
ſum eo pacto, vt fœminæ ſuccedant per tex. in c. 1.
§. filia. de ſucceſſ. feud. & in d. §. hoc uero, & in c. 1.
7 Epiſcopum, uel Abbatem, & in d. c. 1. an mutus vel
aliter imperfectus, quia tenor inueſtituræ, etiam
contra naturam feudi eſt attendendus, per tex. in c.
1. de duobus fratribus in ueſtien. à cap. eſt tamen
attendendum, quòd ſi feudum eſt conceſſum pro
ſe, & eius filijs, & hæredibus tam maſculis quam
fœminis, quòd exiſtentibus maſculis fœminæ non
8 poſſunt ſuccedere, in cap. 1. §. filia in verbo de ſuc-
ceſſ. feud. & in d. c. 1. Epiſcopum uel Abbatem, &
in cap. ſimililer, de cap. qui curiam uendidit: & ſe-
mel excluſæ erunt perpetuo excluſæ, unde ſi exite-
rit maſculus etiam in longiori gradu ſuccedet in feu
do excluſo filio maſculo deſcendenti ex fœmina, in
cap. 1. de grad. ſucc. feud. cenſetur enim ut extra-
neus tex. eſt in leg. vnica. §. extraneum ergo. C. de
9 rei vxor. act. Verbum enim hæredis in materia feu-
dali pro filio maſculo accipitur leg. ex facto. §. fin.
ff. ad Trebel. & in cap. 1. de ſucceſſ. feud. leg. pro
hærede. §. quid tamen. ff. de acquit. hæred. & ibi
Bartol. ſpec. in titu. de feud. §. quoniam, verſi. 26.
Facit ad propoſitum, quod not. Bartol. in leg. iu-
reiur. §. ſi liberti. ff. de oper. liber. Si tamen inueſti-
turæ tenor dicat, quod deficientibus maſculis fœ-
minæ ſuccedant, tunc non intelliguntur perpetuo
excluſæ, ſed temporaliter, ſcilicet exiſtentibus ma-
ſculis in cap. 1. de inueſtit. quam accepit Titius a
Sempronio, & in cap. primo de eo qui ſibi, & hæ-
redibus ſuis.

THEOREMA IV.

BAro virtute ſuorum priuilegiorum a Rege con-
ceſſorum alicuius caſtri, vel terræ cum flumi
10 nibus & aquis, & aquarum decurſibus, & cum
piſcationibus, &c. (prout Rex concedere ſolet, &
de iure concedere poteſt vt in leg. ſacra. §. ſcien-
dum. ff. de rerum diuis.) non poteſt eius vaſallos
in fluminibus prædictis piſcari probibere, quia
flumina, & vſus ipſorum ſunt publica, & commu
nia in §. flumina. & §. Riparum. inſtit. de rer. di-
uiſ. & Ioan. Fab. in præd. §. flumina. & Afflict. in
tit. quæ ſint Regalia. in verbo flumina. nu. 5. in vſ.
feud. Luc. de Penna. in l. vſum aquæ. verſ. ſecundo
quęritur, C. de aquæductu lib. 11. Iacob. de Sancto
Georgio in ſuo tractatu de feud. in verb. & cum pi-
11 ſcationibus nu. 2. & 3. & in verb. fluminibus num.
11. non obſt. tex. in ca. 1. in verbo piſcationum in ti-
tit. quæ ſint Regalia, per Imper. Feder. ubi videtur
probari, quòd piſcationes ſunt Regis, & per conſe-
quens Baronum virtute dictorum ſuorum priuile-
giorum, quia ille tex. debet intelligi de redditibus
publicis piſcationum: veluti ſi Rex exigeret publi-
cum vectigal de iſtis piſcationibus, nam tales red-
ditus ſunt Regis, & per conſequens Baronum
iuxta l. inter publica. §. fin. de verb. ſignif. & hanc
oppoſ. tenet Iacob. Aluar. in d. c. 1. quæ ſint rega-
lia, & ideo dicit Afflict. in præd. verbo piſcatio-
num, quod domini terrarum, & Barones Regni
Siciliæ ſolent babere certa loca in flumine, vel in
mari, in quibus nulli liceat piſcari, niſi de eorum
licentiam, quam licentiam piſcandi ſolent vende-
re, quę licentia vocatur redditur piſcationum, &
12 ibi ſubdit, quòd clerici poterunt, ſi non cauſa ne-
gociandi, emere iſtud ius piſcandi, quia clericis licet
piſcari, non tamen uenari, cap. Eſau 86. d. Piſcato-
res enim ſanctos inuenimus, vt patet Matthęi cap.
4. & Marci cap. 11. & Lucę cap. 5. aqua enim nul
li ſubiacet maledictioni, ſicut terra, & idem dicen-
dum eſt in lacubus, & ſtagnis publicis, hoc eſt, in
vſu publico poſitis, nam in eis quilibet poterit pi-
ſcari, ſicut in fluminibus publicis. leg. littus ff. de
verbo. ſign. ſi uero fuerint Baronum, non licet
vaſallis piſcari, niſi eis, quibus permiſerit Baro,
quia tunc ſunt priuata, arg. leg. ſed Celſus. ff. de
contrahen. empt. ut eſt in lacu Peruſino, qui eſt ip-
13 ſius Reip. Peruſinæ, ita Bart. in ſuo tract. de flumi-
nibus ſeu Tiberiadis, in uerbo Flumen nume. 8.
circa finem, idem tenet Iaſ. in leg. poſſideri. §.
Nerua filius. ff. de acquir. poſſ. num. 12. licet a prin
cipio videatur tenere contrarium, vide Iaſ. in conſ.
119. in 4. vol. incipit, Videtur prima conſideratio-
ne, & hanc ſuperiorem concluſionem dicit com-
munem opin. Hoſtien. in c. non eſt, de decimis, &
Card. Flor. & Butr. & omnes Canoniſtæ.
14 Hanc tamen primam, & principalem opinio-
nem, ſiue concluſionem limita, niſi Rex conceſſiſ-
ſet principali fructus ipſorum fluminum, ita quòd
introitus ipſius Baronis in piſcaria ipſorum flumi-
num pro maiori parte conſiſterent in piſcaria, & in
iuribus piſcandi, quia tunc poterit vaſallos probibe
re ne ad piſcandum vadant, niſi ipſi vaſalli ſe funda
ſent in Priuilegijs eiſdem a Rege antea conceſſis,
vel in prę ſcriptione tanti temporis, cuius memoria
non habetur in contrarium: tunc enim videtur con
ceſſum illi Baroni ius piſcandi, & illis priuilegiatis
in ſpem. arg. c. dudum. de priuil. ita limitat Afflict.
& eſt communis opinio in d. cap. 1. in verbo flumi-
na. Luca de Penn. in d. leg. vſum aquæ verſi. ſecun-
do quęritur.

Limita ſecundo hanc principalem, & cõem opi-
niõné, niſi Barones prohibuiſſent per banna publi-
ca, & pęnalia dictis ſuis vaſallis, ne accederent ad pi
ſcandũ in eorũ fluminib. publicis, & nõ contradixiſ
ſent: imò propter illam talem prohibitiõné deſtitiſ-
ſent longo tẽpore, nam tunc eſſet acquiſitũ ius prohi
bendi, ut no. Bar. in l. itẽ lapilli in 3. q. ff de rerum di
uiſ. faciunt ea quę habentur in leg. ſi. ffn. de vſucap.

& Nota quod sufficit Barones præscripsisse istud ius prohibendi spatio 20. annorum, vel 30. annorum Gloss. in uerbo in omnibus hic allegat. Ang. in d. §. 1. in uerbo. Et mare. & prædict. Barones per talia banna constituuntur in quasi possessione prohibendi. per l. 1. & 2. C. de seruit. & aqua. Doctor. in l. qui flumimbus C. eod. ex tacito enim consensu vasallorum prædict. Baronibus est ius prohibendi acquisitum l. iniuriarum. ff. de iniur. §. si per me prohibuerit. Ang. in d. §. flumina super Gloss in omnibus. & in §. 1. eod. tit. in Gloss. & mare. Et ideo datur cautela vasallis, quod statim habita notitia de bannis similibus semper reclament, & appel-
16 lent, ut ponant se in tuto. ita Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 370. versi. Ioannes Burgund. Dux tradit. Grammat. dec. 64. num. 14. Et de materia vide Dec. in consi. 202. versic. nec obst. Alex. in §. Nec ua hic allegat. Et an liceat piscari in alieno lacu, sicut licet venari in alieno fundo. tradit Corn. in consil. 211. incipit, Vt in hac. in 4. uol. & an possit prohiberi uenatio. Dec. in consi. 197.

Tertio limita, nisi esset consuetudo, quod liceret uasallis in prædictis fluminibus piscari tantum pro usu publico, nam tunc talis consuetudo bene ualeret. argument. l. uenditor. §. si constat. ff. communia prædiorum, quia talis consuetudo habet uim priuilegii, in capit. nuper quibusdam. §. præterea, de uerb. signific. Consuetudo enim in illis multum operatur, ut in simili dicimus, quod non
17 liceat fabricare ponticelles super uiam publicam, † cum solum publicum debeat esse liberum usque ad cœlum. Spec. de causa poss. & propriet. §. nunc dicendum. versic. item quæritur. tamen consuetudo poterit in contrarium expectari, ut licitè pontes possint super uia publica fabricari. Bald. in l. item Lapilli numero octauo facit Gloss. supra allegat. in d. §. flumina. vidi multa decreta desuper per Regiam Cameram Summariæ, per quæ est prouisum vasallos in prædictis fluminibus piscari posse in dictis fluminibus cum hamo, & non cum retibus, vt est uidere in castro Fonticulorum super piscatione fienda in flumine Amiternino, quod defluit subtus ipsum castrum. & idem fuit prouisum in causis Baronis castri arum Fossæ, & sancti Eusanii, cum eius uasallis.

THEOREMA V.

18 Mater minor 25. annis infra annum non petens tutorem filiis suis dari, non priuatur eorum successione, quicquid dicat Bald. Nouell. in tractat. dotis. part. 11. ad finem men bri 13. versic. & sic uidetur. ista est communis opinio. Bald. in leg. precibus numero 17. C. de im pub. & aliis substit. Et hanc dicit communem Iaf. in l. minoribus. versic. fin. C. de his quibus ut indig. idem uoluerunt Rom. consi. 279. uisis, & Iason. sequens. Bald. in l. si ei dum. §. fin. num. 11. ff. qui satis dare coguntur. Mat. Socin. iunior in consi. 8. in præsenti numero 15. lib. 1. Grat. respons 83. princip. num. 7. libro 2.

THEOREMA VI.

19 Legitimare filios spurios, siue naturales est de reseruatis Principi, unde nullus alius, quam Princeps, uel Papa in suis terris legitimare potest, uel alter ab eis, ut sunt Comites Palatini, est communis opinio Doctorum. in Auth. quibus modis nat. effic. sui. & in c. per uenerabilem qui filii sint legitimi. ut de in legitimatione fienda non fit protogatio. Ant. de Butr. in c. 1. & ibi Gl. de off. delegat. Dec. in consil. 150. Dubitatur principaliter. attamen legitima-
20 tio infantis non poterit fieri, nisi per Principem, & non per Comites Palatinos absque speciali Principis rescripto. Bald. in l. Iubemus. C. de emancip. liber. Anchar. consi. 241. ex tenore num. 3. Iaf. in leg. eam quam, C. de fideicommiss. Curt. Sen. in consil. 4. num. 5. ibi alios id referentes, & hanc esse communem opinionem dicit Barbat. in consil. 34. præclarè col. 1. nu. 2. & Curt. Iun. in consil. 33. præsupponitur. nu. 4. Dec. in consi 55. & pro tenui. in princip. & in consi. 367. uiso. nu. 2. Parif. consil. 3. nu. 23. lib. 3. Marian. Soc. iunior in consil. 97. uiso. nu. 4. lib. 2. Bald. tamen in consil. 415. primo est uidendum. & 119. quidam exoratus. lib. 5. Corn. in consi. 17. egregiè. n. 1. & s. q. lib. 1. Marian. Soc. in præd. consi. 97. nu. 2. cum seq. tenuerunt contrarium. tamen eorum opinio est intelligenda, quando subsequuntur ratificatio illius, qui legitimatus fuit, qn erat infans, uel qn in priuilegio concesso prædictis Comitib. specificè concederetur, q potuisset legitimare etiam infantes, dicendo q possit legitimare quoscunque. ita rō. iuuāt Soc. Iun. consi. 3. ad fin. uersi. sed nu. 23. lib. 3. Gezadinus in consi. 6. nu. 45. Dec. in consi. 55. & pro tenui col. 3. ad finem uersi. super respondere. & col. 4. ante nu. 7. uersi. 3. respondetur. & idem in consi. 316. in ca su. col. 2. ac in consi. 367. uiso. nu. 2. & hanc dicit cōmunem opinionem in utroque casu. Parif. in d. c. s. 15. circa nu. 3. & est decisio Achillis de Grass. sub titulo de legitimat. incipit, In eadem fuit tentum.

THEOREMA VII.

21 Beneficia non possunt conferri infantibus, licet non simplicia. Glo. in c. si eo tempore. de rescrip. lib. 6. Abb. in cap. super inordinata, de præb. & cum Papa concedit literas incipiunt sic. Laudabilia tuæ infantiles ætatis indicia, ex quibus prout fide dignorum testimonijs accepimus, uerisimiliter cōcipitur, quod succedentibus annis te in uirum probare debeas uirtuosum, & c. licet quando confert maioribus dicat, Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & uirtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testim oniones inducunt, & c. attamen infantes benè possunt inuestiri de feudis. Bal. in l. eam quam, C. de fideicommiss. Marf. in l. unic. ff. ad l. Corn. de sicar. nu. 11.

THEOREMA VIII.

22 Minores ligantur statutis de compromittendo, & sic Regia Pragmatica Regni Siciliæ incipit, Odiaque, inter coniunctos iubente causas compromittendas esse inter coniunctos infra quattum

quartum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis vertentes. Ligantur enim minores ſtatutis generalibus quibuſcunque, niſi in eis excipiātur, uel pręd. ſtatuta faciant aliquid punibile. Bal. & Paul. de Caſtr. nu. 4. Salic. nu. 1. Alex. nu. 7. Iacobus de ſancto Georgio. nu. 8. in l. fin. C. de in integr. reſtit. Ang. & idem Paul. in l. ſi plures ff. de pact. Bal. in cōſ. 358. num. 2. lib. 3. incipit, Super eo. Alex. in conſil. 119. quoniam. nu. 35. & conſi. vlt. nu. 4. uol. 6. Barbat. in conſi. 44. illud aſſeram. col. pen. in fin. lib. 3. & hanc opinionem dicit communem Curt. in c. fin. de cōſu. fol. 76. col. 2. iuxta primam impreſſionem. Tiraq. in tract. de utroque retractu. 1. par. §. 1. Gloſſ. 13. & ita concludit Rot. Bonon. deciſio. 20. num. 11. & ſequen. Roman. idem uoluit in ſingul. ult. incipit, Item audiſti.

THEOREMA IX.

23 APpellatio a ſententia, diffinitiua † legitimè interpoſita de iure ciuili, nedum ſuſpendit indicatum, ſed etiam extinguit iudicatum, & eius effectus & facit iudicatum non iudicatum, ac ſi perinde non fuiſſet iudicatum. l. 2. verſ. cœterum ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. ad Turpi. latè Iaſ. in l. 1. nu. 9. ff. de re indic. De iure uero canonico ſuſpendit c. veniens. c. paſtoralis. §. prætereà. de officio delegat. Iaſ. ubi ſupra. nu.
24 10. dicit, † quod Epiſcopus per ſententiam depoſitur ab Epiſcopatu appellans integer remanet in officio, & honore ſuo, & fingitur non damnatus, & pendente appellatione excommunicare poteſt ſubditū, de quo per Lap. allegat. 2. num. 3. & nu. 6. hanc opinionem dicit eſſe communem Soc. in conſi. 76. viſa facti. nu. 4.

THEOREMA X.

25 MInor doloſè aſſerens ſe maiorem nō habet reſtitutionem in integrum, nec eis iura ſubueniunt, cum malitia eius ſuppleat ætatem. l. 2. & l. ſi alterius C. ſi min. ſe maior. dixerit. Ang. in conſil. 161. Domina Chaterina. num. 5. Afflict. in deciſ. 393. Hieronymus. num. 12. & quando iurauerit corporaliter, etiam ſi per inſtrumenta uoluerit probare contrarium, & ſic ſe eſſe minorem non admittitur. d. l. ſi alterius in fin. & Afflict. ubi ſupra nu. 13. ſecus ſi uerbo iurauerit, nam ſi per inſtrumenta probauerit ſe minorem, admittitur ad reſtitutionem: ſecus ſi per teſtes. d. l. ſi alterius. verſi. ſi tamen inſtrumento, ſi tamen per errorem dixerit ſe minorem, uel dolo aduerſarij benè reſtituitur l. 1. & d. l. ſi alterius. 2. reſponſo. verſic. quod ſi per iniuriam. & verſic. ſi aditus itaque. C. ſi minor. ſe maior. di-
26 xerit. & licet minor doloſè aſſerens ſe maiorem, † non reſtituatur, tamen benè poterit dicere de nullitate contractus, puta quia deficit ſolemnitas requiſita in contractu minorum a ſtatutis in aliquibus locis requiſita, prout eſt in Vrbe, ut in ſtatut. ſub tit. de pact. & donat. non ualid. capit. 23. lib. 4. & in nouis reformat. cap. 19. Ludouic. Roman. in conſi. 12. num. 5. verſic. reſpondendum. Cremen. in ſing. 162. ſtatuto cauetur. Mar. Socin. Iun. in conſi. 31. viſa præſertim. num. 26. & ſequen. Curt. Iun. in conſil. 118. præſupponitur. num. 9. verſi. nec præmiſſis. Soc. in conſi. 66. incipit, Fruſtra. nu. 28. lib. 1. & hæc eſt magis communis opinio, ut per Petrum de Benintend. dec. 47. aſſerentem ita concluſum per Rot. Bonon. & ſic in terminis ſtatutis Vrbis requirentis
27 præſentiam † conſanguineorum in contractibus minorum, ſi non interuenerunt, minor poterit dicere contractum nullum.

THEOREMA XI.

28 BAro in Regno Siciliæ dicitur ille, † qui habet caſtrum, ſeu caſtra, uel feudum quaternatum, habens ſub ſe aliud feudum, uel alia feuda quaternata, quæ alius tenet cum aſſenſu Regio in Baronia, uel in caſtro, uel in feudo ſuo: aliàs dicitur ſimplex miles, uel feudatarius. probatur in cōſtitutione poſt mortem ſub Rubr. de denunc. mort. baron. not. Afflictus in conſtit. ſi aliquis Baro nu. 1. ſub tit. de ſtatuen. Doct. & ibi Andr. de Iſern. & in c. 1. §. ſimiliter de c. qui cur. vendid. aliàs enim ſi haberet uaſallos, qui non habent feuda quaternata, uel Athenaſius ſub nomine feudi, non eſſet Baro ſub iſta dignitatis uoce, uel Barò dicitur ille, qui caſtrum habet a
29 Rege in titulum Baroniæ. Iſern. in ca. 1. §. ſimiliter de capit. qui curiam uendidit. col. 6. Dec. in conſil. 790. uiſo caſu propoſito in 3. uol. & erit in iſto caſu, tamquam Baro a Rege creatus ex certa ſcientia. Poteſt enim Rex nouas dignitates creare. Bart. in l. 1.
30 C. de dignitat. lib. 12. Idem † Iſern. in c. 1. §. ſi quis de controuer. inueſt. Laudenſis. in tract. de Principe num. 325. attamen in Regno Franciæ illi vocantur ſolum Barones, qui habent ſub ſe decem ſubfeu-
31 datarios. Comites, ſeu Marchiones dicuntur, † qui habent ſub ſe decem Barones, Duces decem Comites, & Rex decem duces. Caſſan. in ſuo cathalag. gloriæ mundi in quinta part. conſid. 46. col. 3. Et in aliis partibus non dicitur Baro, niſi habeat ſub ſe quatuor caſtellanos, & hoſpitale fundatum. idem Caſſan. in d. tract. in 8. part. conſid. 15. creatur etiam Baro, quando Rex ex certa eius ſcientia dicit alicui, ut capiat talem baroniam poſſeſſam a tali, tunc enim erit uerus Baro Afflict. in d. §. ſimiliter. & ibi Iſernide conſi. Soc. 67. in 1. uol.

THEOREMA XII.

32 REſcriptum ad lites ſubreptitiè impetratum nō eſt ipſo iure nullum, proceſſuſque uigore illius factus ualet iuxta veriorem opinionem. c. ſi autem. c. ſi plerunque de reſcript. latius Mendoſ. in reg. de ſubrogan. num. 8. q. 9. & hanc opinionem dicit communem Pariſis. in conſi. 124. ſententia lata. nu. 13. & 21. & poſt. nu. 22. uerſi. nec habet prædictis. uol. 4. benè tamen ope exceptionis uenit annullandum. & iſtam opinionem dicit communem Felin. & omnes Doct. excepto Andr. Siculo in c. cœterum de reſcrip. quod limitatur dupliciter, ut per Felin. ibi. col. 6. & iſta eſt communis opinio, quam tenetur Iudex ſequi in iudicando, ut probat tex. in cap. nouimus. de uerb. ſignific. & in l. 1. ff. de offic. quæſtor. & in princip. inſtit. de hæred. inſtit. Bart. & Doct. in l. 2. C. de pœn. iud. qui malè iudicauit. Iaſ. in Auth. nouiſſ. C. de inoff. teſtam. in 6. col.

THEOREMA XIII.

33 SI aliquis habet feudum ab aliquo Barone,† seu Comite, qui committit rebellionem, & sic prædict. feudatarius solutus est a iuramento fidelitatis, vt not. Gloss. in uerb. solutus est. in capit. primo. hic finitur lex Federici. Et talis feudatarius uendidit feudum, quod tenebat a prædict. Barone sine eius consensu, postea quam prædict. comes fuerit restitutus per Principem poterit vindicare dictum feudum tamquam alienatum sine consensu. nam aut prædict. feudum erat nouum stante rebellione prædict. Comitis, & tu sic erat deuolutum ad Regem, qui est directus dominus, & ab eo requirebatur consensus: aut erat feudum antiquum, & sic post mortem prædict. comitis rebellis, deuolucbatur ad agnatum, vt dicit Afflict. in cap. primo §. prætcrea, quæ sit, prima caus. benefic. amitt. & tunc requirebatur eius consensus. & sic in omnem euentum requirebatur consensus in prædict. venditione, ita dicit Gloss. prædict. in capit. primo hic finitur lex Feder. & ita tenet ibi Andr. de Isern. & omnes Doctor. ibi. & hanc opinionem dicit esse communem Afflict. in d. cap. 1. versic. nunc venio num. 3. in uer. feud.

THEOREMA XIV.

34 LIcet inuentarium per hæredem† non fuerit inceptum intra triginta dies, prout disponit text. in l. fin. C. de iure delib. dummodo infra sexaginta alios dies fuerit inceptum, & finitum, hæres poterit se iuuare cum eo, & acceptare hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarii, quicquid dixerit Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si plusquam per legem falcid. dicens requiri protestationem. nam contrarium in d. §. hæc stipulatio habetur. & contra eundem tenet Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de testam. in rubr. in 2. col. ubi pro se refert Iacobum de Aretio opinati.

THEOREMA XV.

35 DIstributiones quotidianæ † non debentur clericis tarde uenientibus, uel citius ante finitum officium exeuntibus, nec per statutum eas integras recuperare poterit ille, qui uni horæ, uel duabus interfit solum in officio, hoc tamen intellige pro ea hora, qua accessit tardius, uel citius recessit, non
36 pro aliis, in quibus negligentiam non commisit, † quia labor, & pecunia diuisionem recipiunt, ita in clem. 1. text. & ibi Anchar. numero 9. de celebrat. miss.

THEOREMA XVI.

37 DIstributiones quotidianæ † non computantur in ualore beneficii Oldrad. in consi. 140. & in casu extrauag. suscepti. distributiones applicantur Ecclesiæ seruientibus, ita Oldrad. ibi circa finem.

THEOREMA XVII.

38 DIstributiones quotidianas debet habere canonicus supernumerarius ex fructib. crescentib. pp industrias eorũ, qui habẽt præbẽdas Gl. & ibi Inn. in c. cum M. ferrar. de constit. quem sequitur Bal. in sua margarita in uer. canonicus uers. 2. & in l. fin. C. de alluuion. Bertach. in suo tract. de episcopo in 3. par. primi libri num. 22.

THEOREMA XVIII.

39 DIstributiones quotidianæ † non debentur etiã non residenti ex dispensatione Summi Pontificis, etiam si deseruiat per substitutum. Cald. in consil. 1. sub tit. de cler. non resid.

THEOREMA XIX.

40 DIstributiones quotidianas† canonicus percipere debet, si per eum fuerit expulsus a ciuitate, uel residere nõ potest sine periculo suæ personę per text. in c. ad audientiam de cler. non resid. & per text. in c. 1. eod. tit. & est consilium 17. Calder. sub tit. de præbend. & ibi tenet, quod infirmus non residens debet eas habere cum per ipsum non stet, sed propter infirmitatem per iura superius allegata.

THEOREMA XX.

41 DIstributiones quotidianas † debet habere clericus infirmus in capit. 1. de cleric. non resid. in sexto. Abb. & alii Doct. in cap. ad audientiam. eod. titul. debet tamen esse infirmus ea firmitate, quę impediret residere, uel interesse ratione prædict. infirmitatis, aliàs si non erat solitus residere, licet infirmaretur, attamen non debet habere prædictas distributiones, cum aliàs sanus non residebat. argument. l. 4. §. Stichus. ff. de statulib. Et est singulare Antonii Corseti in uerbo infirmus. An uero
42 ille, † qui duplici iure interest diuinis officiis, habere debeat duplices distributiones quotidianas? uide Bald. in consil. 470. in quarta part. decidit, quod sic. & de materia distributionum uide Philipp. Franc. in capit. primo de cleric. non resid. in sexto.

THEOREMA XXI.

43 DIstributiones quotidianæ, † ubi sunt ita tenues, ut negligantur, & ubi nullæ sunt tam in ecclesiis cathedralibus quam collegiatis, tunc tertia pars fructuum prouentuum, & quorumcumque tam dignitatum, quam canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum separari debet, & in distributiones quotidianas conuerti, & distribui inter diuinis interessentes, iuxta diuisionem faciendum per Episcopũ. ita disponit Conc. Trid. c. 3. incipit, Cũ beneficia in 21. sess. ut qui tenentur residere si nõ resideant, & competens seruitiũ nõ præstent, amittãt distributiones illius diei, & fabricæ illius ecclesiæ qua tenus indigeat, uel alio pio loco iuxta dispositionem Ordinarii applicentur ita disponit c. 3. incipit,

Episco-

Epiſcopi in 22. ſeſſ. idem Conc. Trident. ... quando ſunt ita tenues diſtributiones quotidianæ, poterit Epiſcopus eum conſenſu Capituli aliquot ſimplicia beneficia non regularia præd. diſtributionibus unire, etiam ſi ſint de Iure patronatus laicorum cũ conſenſu tamen eorum, vt ſtatuitur in cap. 15. incipit. In Eccleſijs cathedralibus in ſeſſ. 24. Concil. Trident.

THEOREMA XXII.

44 SVper diſtributionibus quotidianis non poteſt imponi penſio, † quia non ſunt fructus beneficii. c. licet. de præb. ita per multa iura concludit Gigas in ſuis conſil. ſeu reſponſis. in conſil. ſeu reſponſo 35. quem uideas, & ibi ponit de materia diſtributionum multas quæſtiones.

THEOREMA XXIII.

45 COmmunis opinio in iudicando, † & in conſulendo ſequenda eſt. Bar. in l. fin. C. de pœn. iud. qui malè indic. Doct. in cap. 1. & in c. ne innitaris de conſtit. & in c. 1. de re iudic. Soc. in conſi. 116. nu. 9. & illa dicitur communis opinio, quæ iuuatur opinione maioris partis. Soc. in conſil. 59. num. 10. Et
46 opinio, † per quam cõtraria ad concordiam reducuntur, eſt tenenda Soc. in conſi. 66. nu. 28.

THEOREMA XXIV.

47 VXori relictæ in teſtamento mariti dominæ, † & uſufructuariæ inſtitutis filiis hæredibus videntur ei relicta alimenta, quoniam maiorem affectionem teſtator habet ad filios, quam ad vxorem Gloſſ. in l. 1. C. ſi mulier ſecundo nupſ. Bar. in l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. Bald. in l. fin. C. de indict. vid. toll. & eſt text. in l. eum quidam prægnantem C. de inſtit. & ſubſt. l. cum acutiſſimi C. de fideicomm. &
48 illa verba † ſignificant quandam præeminentiam, ſicut habebat in uita teſtatoris l. 2. ff. rerum amotarum. Et tenetur, ut tutrix inuentarium facere l. tutor qui repertorium. §. 1. ff. de tutel. tenetur facere li-
49 brum rationum l. 1. §. officio ff. de tut. † & ratioc. diſtrah. & non conficiendo incurrit in quattuor pœnas.

50 Prima, † quia eſt præſumptio furti contra ipſam ſicut in hærede non conficiente inuentarium de bonis hæreditariis. in Auth. de hæred. & falc. §. ſancimus. & erit in arbitrio iudicis ipſam quæſtionare, quia iſta præſumptio eſt legitima probatio l. licet Imperator ff. de leg. 2.

Secunda eſt, quod in carceribus cauſam dicet leg. tertia. §. tutores. ff. de ſuſpect. tut. Bartol. in leg. ſi quid ſub conditione. ff. de teſtament. tut. licet mulier non poſſit aliàs carcerari. in Authent. ſed hodie C. de offic. diuerſ. iud.

Tertia, in infamiam incurrit leg. fin. C. arbitr. tut.

Quarta, quod iuratur in litem contra ipſam d. l. tutor, qui repertorium. Ludouic. Roman. in conſil. 182.

THEOREMA XXV.

51 VBicumque Summus Pontifex in ſua gratia facit collationem, eueniente uacatione, † & acceptatione ipſe Summus Pontifex dicitur per ſe ſuam gratiam exequi, cum ſit executor executorii, non requiritur alia fulminatio: ſecus quando mandat per alium prouideri, quia tunc dicitur alius executor, & opus eſt proceſſu. c. ſi ſuper gratia. de officio delegat. c. ſi exequutor. de conceſſ. præb. in 6. Guilielm. Caſſad. dec. 3. de præb. num. 14. & 15. fol. 138. Ferr. in conſi. 5. nu. 5.

THEOREMA XXVI.

52 PRoceſſus non poteſt fulminari vigore ſupplicationis ſignatæ ante litterarum † expeditionem per regul. Cancell. 29. quia eſt gratia informis, & imperfecta. ita Ferrer. in conſil. 26. num. 4. ubi ſubdit, quod de iure communi tunc dicitur gratia informis, quando litteræ non ſunt expeditæ per dec. Rotæ in nouis 458. incipit, Circa ſecundum. Et ideo per regulam Cancell. litteris non expeditis, non poteſt cauſa committi, nec iudicari: & capiens poſſeſſionem ante litterarum expeditionem, amittit omne ius, quod habet in beneficio. Felin. in ca. ueniens. de accuſat.

THEOREMA XXVII.

53 STatuto, vel conſuetudine induci poteſt, vt quis ſit ciuis quoad quædam; & quo ad quędam nõ, † vt not. Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap. arg. text. in l. 2. ff. ad Macedon. & in l. 2. C. de iure aur. ann. nec ex ſimili aggregatione poteſt redargui aliqua fraus, ſi fiat quemadmodum fuit olim facta in ciuitate Aquilæ de caſtris conuicinis, ita ut non eſſent ciues originarii, nec gauderent de introitibus, & redditibus dictæ ciuitatis, neque argui poteſt dolus in vniuerſitatem aggregantem prædicto modo aliquos forenſes ad ſubeundũ onera, & non ad participandũ de redditibus ipſius vniuerſitatis, quia cũ aggregati ſciant ſe aſſumi, & aggregari ſine participatione prædicta, non fit eis iniuria, nec de aliquo ſe conqueri poſſunt, cum ſcienti, & conſentienti non fiat iniuria, neque dolus. ad reg. ſcienti de regul. iur. in ſexto.

THEOREMA XXVIII.

54 VErba illa in quacumque conceſſione appoſita, videlicet. Veris exiſtentibus præ narratis, & non aliter, † nec alio modo, &c. Denotant, ut nihil videatur actum. Iaſon. in l. non ſolum §. morte. ff. de oper. nou. nunt. Alexand. conſil. 87. lib. ſecundo colum. quarta incipit, Viſo. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. numero 75. & eſt Gloſſ. in l. ſiquidem. C. de except. in Gl. magn. Et iſta uerba, Nec aliter, nec alio modo, inducunt conditionem, & formam præciſam. Deciſ. pedem. 164. numero 13.

THEOREMA XXIX.

55 Testes deponentes, quòd aliqui sunt oriundi ex aliquo loco, nullam fidem faciunt nam aliquem esse oriundum non est aliquid formale eadens sub sensu, eum eius essentia nec visu percipiatur, nec auditu, nec alio sensu corporeo. Sed bene aliqui actus percipiuntur visu, ex quibus colligimus eorum originem, vel oriundos esse per intellectum, puta quia viderunt eos nasci in prædicto castro, uel eos exercere actus, quos exercere solent alij eiues originarij, Testes enim debent deponere super eo, quod sensu, & intellectu percipiunt. l. testium. C. de testibus not. Innoc. in c. cum causam. de testibus. Vnde si non reddant rationem per aliquem sensum corporeum magis videntur iudicare, quam deponere de facto, ad quod sunt adhibiti. Et sic eorum depositiones non faciunt fidem Innoc. in d. ca. cũ causam. l. si vt proponis. C. de excep. rei iud. esse enim aliquem ciuem non est actus naturalis, sed ciuilis, quod apparet ex ipso nomine ciuis. Quia de iure naturali non erát ciuitates, & nascendo non nascebatur ciuis, ergo constitutio ciuilis facit aliquem ciuem, vel propter originem, vel adoptionem vel assumptionem, vel collectionem, iuxta tex. in l. ciues C. de incol. lib. 10. vnde omnes sunt ciues ciuiliter, & non naturaliter. Bar. in cons. 62. Punctus talis est. Quidá effectus est &c. vnde eum prædicti testes de prædictis actibus non deponant, nullam fidem faciunt per iura superius allegata.

THEOREMA XXX.

56 Originarij, & oriundi. Hæc nomina aliquando pro uno eodemq; ponuntur, vt dicit Glo. & ibi Azo in summa C. de municip. & origin. lib. 10. Attamen largo modo dicuntur ab origine patris, non sua per l. filios. C. eo. tit. oriundus vero dicitur, qui originem ducit ex eo loco, vnde maiores eius fuerunt. Quintil. Mendos. in Reg. Cancell. super regul. 16. incipit. Item voluit, q. de concurrentib. in 38. q. Vnde dicit Ias. in l. huiusmodi. §. legatum, de legat. 1. quòd oriundus dicitur ille de aliqua ciuitate, cuius pater in ea natus est, & originem ducit, licet filius alibi nascatur. & est Gl. notab. in c. 1. in §. 1. in verbo alienigenas de vsur. in 6. & gl. in l. ciues in Glo. 1. C. de in col. lib. 10. &c.

THEOREMA XXXI.

Absolutio a iuramento non opitulatur Minori maiori effecto, quando iuramentum non con-
57 tinebat aliquem turpitudinem & seruari poterat sine interitu salutis ęternę, & Doctores loquentes de minoribus contrahentibus siue renunciantibus subueniendũ fore, non obstante iuramento semper loquuntur subsistente causa doli iusta ex proposito, aut re ipsa ob enormẽ læsionem vltra dimidiam, uel ob aliam turpem causam, puta super vsuris, vt patet ex his, quę abunde Decius scribit in cons. 180. col. 4. Quibus causis cessantibus concludunt communiter Doct. non relaxari iuramentum a minorib. præstitum, quia si relaxaretur, esset contra text. in Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. quæ mandat sacramẽta puberum inuiolabiliter obseruari. Et illa Auth. esset verbalis, & nobis sequeretur de vẽto, si absolutio ob quamlibet læsionem minorib. concederetur, contra l. 2. in fin. C. communia de legat. l. si Prætor. ff. de iudic. c. commissa. §. porro de elect. in 6. l. 1. ff. ne quid in loco publ.

THEOREMA XXXII.

59 Legato seu oratori debetur integrum salarium et illius temporis, quo infirmatur, donec redierit. arg. opt. eorum quæ habentur per Bar. in l. hi qui. §. tamdiu. ff. Quib. ex causis maior. ubi Ambasiatori in firmato, & ægrotanti debetur salariũ, donec redierit. Refert, & sequitur Ale. in l. De diuisione. nu. 7. ff. sol. matrim. ubi allegat Corras. Quod etiam procedit in legato, vt refert Feder. de Senis in cons. 11. ubi allegat idem tenens Bar. in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordin. cognit. argum. tex. notab. & singularis in l. cum hæres. §. Stichus. ff. de stat. liber. Glo. notab. in l. Arboribus. §. de illo. in litera ægrotantis. ff. de vsu
60 fruct. vbi habetur, quod famulo ægrotanti debetur salarium etiam ratione temporis, quo ægrotat. Et ratio est, quia per eũm non stat, quo minus seruiat, arg. eorum quæ habentur per Doctores in l. diem functo de officio Assessor. in officiali ordinario. Sed magis ad particulare deueniendo dico, quòd iustitiarijs & Barcellis, qui mittuntur ad compescendum ho-
61 mines facinorosos, debetur salarium etiam ratione infirmitatis, quod ita probo. Clarum est in iure absentibus causa Reipublicæ deberi salarium, donec ęgrotat, quia habetur ratio infirmitatis, sicut habetur hyemis, nauigationis, & cæterorum, quę casu contingunt, vt dicit tex. in l. si cui. §. tamdiu. ff. ex quib. caus. maior. Modo iustitiarios, & Barisellos abesse reip. causa est tex. rotundus in l. qui mittuntur. §. Quæsitum. ff. eod. tit. Si absunt causa Reip ergo debetur salarium ex ratione infirmitatis. Et ratio est, quia in his vertitur publica vtilitas. Et sic non video, quare non debeatur.

THEOREMA XXXIII.

62 Officialis, qui maleficia dissimulatione non punit, acriter est puniendus. Bar. in l. 1. C. publ. lætit. lib. 12. & in l. 1. C. de desert. eod. lib. desunt multa.

THEOREMA XXXIIII.

63 Ciues alicuius Ciuitatis sũt nobiliores, & digniores comitatensibus & rusticis, vt probat tex. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edilit. edicto. secũdum intellectum Glos. ibi in verbo ex patribus & in Authen. de referend. in fin. & 24. d. cap. quando Episcopus. in verbo patriam. & capit. de Gente. 56. dist. & probatur per tex. in leg. 3. C. de naturalibus liberis. Ibi dignum est enim, vt qui sacratissimæ Romæ gloriatur, & ibi Salicet. dicit, quem esse notum ex nobili Ciuitate redundat ad eius gloriam, & dicit Bart. in l. un. C. de Alexand. primat. lib. 10. quòd gloriosius est esse mediocrem ciuem vnius nobilis ciuitatis, quam vnius modicæ ciuitatis primarium. Et hoc firmat Bartol. Cepoll. In tractatu de Imperatore eligendo, dum ponit de nobilitate ratione patrię, &c.

OPVSCV-

OPVSCVLVM II.

In quo ad Dictionarij, ſeu Vocabularij formam quàm plurimæ vtriuſque iuris difficillimæ voces iuxta receptos iuris interpretes declarantur, atque enucleantur: quæ Authori viſa fuere, aut difficiliores, magiſque notatu dignæ, aut ſibi conſulenti potiſſimum occurrerunt.

HVIVS II OPVSCVLI.

Summarium faciendum minimè cenſui, cum ſe ſe ſummet, & Alphabeti ordina res ſuas lectori diſtribuat, Volui tamen, quę notatu viſa ſunt digna ſummare ex his, quę occaſione dictionum incidenter ab Authore ſcripta fuere, & tanquam in alienis domibus occulunt, latentve. Cœtera ex ſe patent.

SVMMARIVM.

1 *Agere coactus infra certum terminum, per litis conteſtationem dicitur adimpleuiſſe; ſecus verò ſi peragere.*

2 *Aduerſatiuæ natura eſt, quod per eam intelligantur repetita verba, & qualitates præcedentis clauſulæ, dato quod talis clauſula habeat de per ſe orationem perfectam.*

3 *Aduerſatiua habet in ſe coniunctionem induſtiuam repetitionis.*

4 *Teſtes deponentes per verbum circiter, non percutiunt præciſe tempus, vt debent.*

5 *Clauſula. Conſtito vobis, appoſita in reſcripto facit executorem mixtam, & debet pars citari.*

6 *Cauſa ſi committatur alicui iudici Ordinario, cum his verbis, quod poſſit cauſam cognoſcere, videtur quoque commiſſum, quòd illam poſſit decidere.*

7 *Commendatarius non poteſt dici beneficiatus Eccleſiaſticus. Vnde iura loquentia contra clericos tenentes concubinas non habent locum contra commendatarios habentes beneficia.*

8 *Commendatores ſancti Iacobi de Spata magis accedũt laicis; quam clericis, & Religioſis.*

9 *Clericus, qui eſt primæ tonſuræ, & habet penſiones aliquorum beneficiorum eccleſiaſticorum, vel tertias, emolumenta eccleſiaſtica a vel fructus, licet veniant appellatione primæ tonſuræ, non diciter beneficiatus proprie, & puniri non poterit de aliquo delicto, tamquam beneficiatus.*

10 *Commendatores Sancti Ioannis Rhodij dici poſſunt Religioſi, & quare.*

11 *Subſtitutio facta illis de cyppi domus ſuæ de Caſata ſiue de Conſortaria, intelligitur de agnatis maſculis, & ſi remotis, & quare fœminæ, quæ dicuntur agnatæ, non dicantur de cyppo.*

12 *Fœminæ nuptæ vtuntur inſignibus, & armis mariti, & non patris.*

13 *Fœminæ tranſeunt in alienas familias, & per eas non conſeruatur domus ſeu agnatio.*

14 *Intereſt Reipublicæ, vt diuitiæ in maſculis conſeruentur.*

15 *Sordeſcit dignitas familiarum, & agnatorum perditis diuitijs.*

16 *Immunitas conceſſa alicui & generi ſuo poſterioribus ſuis non extenditur ad maſculos natos ex fœminis.*

17 *Iuriſditio ſi concedatur alicui cum dictione duntaxat intelliguntur excluſi pares iudices non maiores dignitate.*

18 *Clauſula ex certa ſcientia à Principe in conceſſione appoſita in modicis operatur læſionem iuris tertij, & quomodo cognoſcatur.*

19 *Clauſula ex certa ſcientia facit præſumi, quòd Princeps voluerit uti poteſtate abſoluta, & in quibus.*

20 *Vbi lex eſt in aſſignatione cauſæ, & vtitur verbo forte, talis cauſa non eſt finalis, ſed impulſiua.*

21 *Habitare dicitur quis continue in ciuitate licet caſu occurrente ſteterit per annum in comitatu.*

22 *Homagium per Procuratorem non interponitur, & quare.*

23 *Homagij reus licet ſit periurus, non tamen punitur pœna periurij ordinaria, ſed extraordinaria, ſi ſacra non tangantur.*

24 *In perpetuum, hæc dictio in contractu ſocietatis alicuius interpoſita, intelligitur ad vitam ſocij.*

25 *Maritus promittens reſtituere totam dotem integram, quam recepit, an poſſit detrahere illam partem, quæ ſibi competit vigore ſtatuti.*

26 *Clauſula Motus proprij appoſita ab inferiori a Principe non operatur effectum.*

27 *Reſcriptum ſi fuerit geminatum, præſumitur factum motu proprio.*

28 *Alienans feudum ſaluo conſenſu domini, nec aliter nec alio modo non amittit feudum.*

29 *Olim & iam dudum ſunt duæ dictiones aptæ ad omne tempus comprehendentes præteritum, & præſens.*

30 *Clauſula, quod ex ſola inſtrumenti oſtenſione poſſit capi debitor, in inſtrumento appoſita operatur, quod ad inſtantiam creditoris, ſeu ceſſionarij poſſit capi debitor ſine citatione.*

31 *Venditor dicens, quod ſi plus valet res vendita, donat emptori, illud plus refertur ad modicum.*

32 *Statutum dicens quòd aliquis habeatur pro ciue, intelligitur actiue, & paſſiue.*

33 *Clauſula per omnia, niſi fuerit appoſita in priuilegio ciuitatis, facit quòd non extendatur ad priuilegia poſtea conceſſa.*

34 *Piſcatores non poſſunt vermibus nocuis piſcari in flumine, alias puniuntur.*

35 *Piſtores, qui cum aceto ſolent lauare manus, ut panis exhaletur, & maior appareat, puniuntur.*

36 *Remotum quod dicatur, ſtatur arbitrio ſuperioris.*

37 Gene-

37 *Generalis renunciatio omnibus exceptionibus iuris, & facti extenditur ad vnam exceptionem solummodo competentem.*

38 *Est tanta virtus modificationis in dictione, Saluo; quòd vbi non inuenit, quid modificet, extinguit orationem pracedentem, & negationem resoluit.*

39 *Si quis dixerit, Concedo sicut, vel secundum quòd maiores mei concesserunt. Et maiores numquam concesserunt, non per hoc uitiatur secunda concessio.*

40 *Tortus non potest dici sponte confessus, & si notarius hoc diceret, posset puniri de falso, sed bene uoluntarie confessus.*

41 *Sponte non dicitur fieri, quando fit ab eo, qui cogi poterat.*

42 *Si accusatus confitetur omnia contenta in inquisitionem Saluo exc. illa verba limitant dictam confessionem.*

43 *Saluum conductum rumpens tenetur crimine læsæ maiestatis.*

44 *Præsidentes, & locum tenens Regiæ Cameræ Summariæ, non debent causam dicere, nec cognoscere absente Aduocato fisci, alias sententia rescinditur.*

45 *Statutum si est exorbitans, & correctorium, uerba in eo apposita sunt intelligenda secundum communem usum loquendi.*

46 *Successio transuersalium diuiditur in capita exceptis filijs fratrum, qui succedunt patrius in stirpes.*

47 *Si dixero mutua mihi centum super fundo Corneliano, certe intelligo pignorasse dictum fundum.*

48 *In dispositione Testatoris si apponatur dictio tantum, quod in uno conceditur, in alijs expresse denegatur.*

49 *Venditor, qui promisit defendere prout de iure emptorem, si res vendita euincatur per iniuriam iudicis, tenebitur de euictione, si non appellauit.*

50 *Si tibi placuerit, important arbitrium boni viri.*

A

AD. hæc dictio denotat idem, quod iuxta. Alex. in leg. si cui legetur, nu. 3. ff. de leg. 1.

Adæquare, hoc verbum potest intelligi tam actiue, quam passiue Bart. in l. 2. ff. de duobus reis. Iacob. de Nigris in repet. l. 1. ff. de leg. 1. nu. 14.

Agere dicitur quis litem contestando. l. amplius ff. rem ratam haber. Bar. in l. quinquaginta. ff. de excusat. tut. peragere uero significat perfectionem actus. l. vrbana familia. §. pernoctare. ff. de verb. sign.
1 unde infert ipse, quòd si in compromisso ponantur istæ clausulæ videlicet, quòd vna pars debeat agere infra certum terminum, alias cadat a causa, quod per litis contestationem adimpleuit ex parte sua, secus vero si fuit dictum, quòd infra dictum terminum debeat peragere: quod si non fuerit finita causa, incidit in pœnam in compromisso contentam.

Alimenta si testator mandat ex aliqua re præstari, illa res est tacite obligata pro præstatione ipsorum alimentorum. Glo. in l. Lucius, & ibi communiter scribentes. ff. de alim. legat. & in leg. Gaius. ff. de annuis legatis. per tex. in l. 2. ff. de alim. legat. secus tamen si ex illa re mandaret aliam rem præstari, quia tunc non nascitur hypotheca, sed actio personalis. l. fin. ff. de contrah. empt.

Alias, & alioquin important conditionem contrariam præcedenti, tex. est in l. alias. ff. de iureiur. not. 6
in l. diuortio. ff. de negot. gest. Capra. in consil. 72. nume. 19.

Aliqua. ista dictio est uniuersalis argumento eorum, quæ notantur per Glo. in clem. 1. de for. compet. & eorum, quæ not. Goff. in c. pastoralis. de offi. delegat. & in cap. super. de eo, qui cognouit consanguin. uxor. suæ, & in c. 2. §. 1. de decim. lib. 6.

Aliquando, significat idem, quod coram Ias. in l. 1. nu. 93. ff. de acquir. poss.

Aliquid hæc dictio verificatur in modica parte.
2 Glo. in clem. vnic. de for. compet. Bald. in l. 1. C. de testibus.

Aliquo modo. ista verba sunt generalia, & comprehendunt modos similes, & maiores expressis, si sunt geminata. Glo. in clem. 1. de re iudic. & in leg. cum pœnam. ff. de arbitr. faciunt notata in l. Balista ff. ad Trebell. Socc. in cons. 242. in 2. vol. nu. 3. & 4.

Alte, & basse. hæc clausula apposita in compromissis operatur, vt respectu læsionis non possit peti reductio ad arbitrium boni viri. Abb. in c. fin. nu. 4. de maior. obed.

Ambitiose. istud verbum significat idem, quod non iuridice. Bald. in l. præses Prouinciæ. in 3. colu. in princ. C. de transact.

Amplius. dictio est inclusiua. l. qui ita. ff. de dot. prælegat. Luc. de Penn. in l. 1. 2. col. C. de iure fisci. lib. 10. & nota quòd quando dictio, Amplius, refertur ad rem determinatam per nomen, ut lego amplius dote, tunc ponitur comparatiue, & inducit repetitionem. d. l. qui ita, quandoque ad aliquid determinatum refertur per prænomen, vt hoc amplius, tunc si non præcedat, quod repetat, non repetit. leg. seruus. §. si ei. ff. de leg. 1. si vero inuenit, quod repetat, tunc repetit. ut in l. si tibi pure. ff. de leg. 3. & ibi Bar. ubi plura cumulat de ista dictione Amplius.

Apud. hæc dictio importat prope, licet non in præsentia. l. id apud & l. penes. ff. de verb. sign. & aliquando importat idem, quod coram in l. de iure in princ. ff. ad municip.

Assidue dicitur quod fit horis cõgruis, & debitis, sicut verbum continue. Dominic. in proem. sexti libri in §. sacrosanctæ num. 3. & uide Rom. in consil. 263. ubi tractant de eo, qui iurauit semper stare in aliqua ciuitate, & postea absfuit per octo menses, & idem dic de verbo continue.

Autem. hæc dictio aduersatur præcedentibus in iure, & in facto. Bar. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de damno infecto, & natura aduersatiuæ est, quòd per eam intelligantur repetita verba, & qualitates præcedentis clausulæ, dato quòd talis clausula habeat de per se orationem perfectam Bal. in l. om-
3 nes populi. ff. de iust. & iur. & aduersatiua habet in se coniunctionem inductiuam repetitionis. l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fund. instr. & instrum. legat.

Aut. & Vel aliquando ponuntur pro id est, ubi ponuntur inter ea, quæ idem sunt Glo. no. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. aliquando Aut ponitur pro idest. l. nam Imperator. ff. de leg. 1. & quandoque. Aut, Vel, Et, Seu, ponuntur pro &, sed si alternatiue ponerentur, destruerent intellectum legis per ea, quę notantur per Bald. in l. fin. C. de sent. & interlocut. omn. iudic. hęc omnia ponit Glo. Montalui in l. 1.

in l. 1. tit. 6. de las herencias. lib. 3. legum Hiſpan. in uerbo. los ſobrinos.

Aut. per hanc dictionem, Aut ſufficit alteram partem eſſe ueram tex. in l. hæc verba ille, aut ille. ff. de uerb. ſignif. Afflict. in conſtit. dignum. num. 9. titu. de iure curiæ obſeruando.

Authoritate noſtra. hæc clauſula importat iuriſditionem delegatam. tex. eſt in c. cum aliquibus. de reſcript. lib. 6. Bart. in l. more. ff. de iuriſdit. omn. iud. Alex. in l. viro atque uxore. nu. 7. ff. ſolut. matr.

Adiudicare. iſtud verbum proprie pertinet ad iudicia diuiſoria, l. item Labeo. in princ. ff. famil. herc. Glo. not. in l. ſed & ſi res. ff. de public. in rem act. quam Glo. dicit not. Iaſ. in §. quædam. inſt. de act. in 1. colum.

B

Bene. iſtud aduerbium ſignificat idem, quod rite recte. Bald. in leg. 3. in princ. C. de appell. male autem aduerbium ſignificat idem, quod non recte, & pro opinione Bald. eſt tex. notabilis in l. eius dictum de verb. ſignif. ubi tex. dicit iuſte poſſidet, qui rite, & recte poſſidet, nam iſtud aduerbium iuſte idem ſignificat, quod rite aut recte, vt dicit Glo. in verbo iuſte in Authen. de hæred. & falc. in §. exhæredates, ergo iſtud aduerbium bene ſignificat idem, quod rite aut recte, de quo uide Hermanodeum ſuper Rubr. ff. de acq. poſſ. nu. 5.

Beſtia. hæc dictio intelligitur de fera. Bart. in l. 1. §. remouet. ff. de poſtul. & an intelligatur de viua vel de mortua tantum, uide Bar. in l. cum delanionis. ff. de fund. inſtr. & inſtrum. legat. qui dicit ſtandum eſſe conſuetudini.

Bona debitoris, quòd creditor poſſit capere. operatur iſta clauſula quod iudex poſſit concedere familiam ad aſſociandum ſine citatione. Matth. de Affl. in conſtit. pacis cultum, & idem in deciſ. 326.

C

Cadat, mittat, priuetur. hæc verba denotant ope exceptionis, non autem ipſo iure, niſi apponantur iſta verba, Mox. Statim, nam tunc ipſo iure eſt priuatus, non ope exceptionis, ita Bar. in Auth. ſed hæc. C. de vſur. nu. 5.

Caſte, & honeſte, quid hæc verba importent. vide Bal. in l. 3. C. de indict. uid. Toll. & ibi diffuſe tractat, quid ſi maritus relinquat eius vxorem dominam maſſariam, & vſufructuariam, donec honeſte, & caſte vixerit, quid importent iſta verba eum videas ibi.

Clam. quando dicatur aliquis actus fieri clam, dic quòd quando deficit præſentia iudicis, vel alterius, cuius præſentia requireretur; uel ſi fiat taliter, quòd non poſſit deuenire ad notitiam eius, cuius interest. Bar. in leg. 2. C. de bis, qui ex publ. ratioc. lib. 10. per illum tex. & Glo. in verbo occulte. idem ſi fiat aliquid de nocte, & etiam alijs modis, quos refert Felin. in c. cum quidam de iureiur. nu. 10.

Circa. hæc dictio denotat modicum tempus. in Authen. quomodo oporteat Epiſcopos in §. quanta igitur. coll. 1.

Citra. de hac dictione citra loquitur Bart. in leg. Celſus. ff. de vſucap. pen. col. late Bal. in l. falſus. in 4. col. C. de furt. Ant. de Butr. & alij Canoniſtæ in c. licet cauſam. de probat.

Circiter, & aliæ dictiones conſimiles referuntur ad modicam quantitatem. Gl. in cap. tuæ de deſpon ſat. impub. in verbo Circiter. vnde dicendo talis eſt circa duodecimum annum, vel poſſedit circa. 12.

4 annum, non probatur certum, & determinatum tempus, quod facit contra teſtes deponentes per hæc uerba not. in c. licet de probat. non eſt enim in iure determinatum, quantum tempus probent iſta uerba, ſicut etiam dictiones plus uel Vltra. Abb. in d. cap. tuæ per tex. in leg. hæc adiectio, ff. de verbo ſignifi.

Concorditer dr aliquid fieri, quãdo fit ab omnib. nemine diſcrepante, & non ſufficit, quòd fiat a maiori parte, ita eſt Glo. in c. cupientes. in §. ad hæc. de elect. in 6. & in clem. ne Romani de electione, in uerbo Concorditer. quas Glo. no. commendat, Iaſ. in l. de fideicommiſſo C. de tranſact. & ibi tractat quę differentia ſit inter concordiam, & pacem.

Conſtiterit, ſi ſub hoc verbo adijciatur aliqua conditio. vt ſi dictum fuerit, ſi conſtiterit, tunc oportet verificari per veras probationes, ſecus eſſet ſi non eſſet per viam conditionis, ſed monitionis, & quando dicitur in reſcripto ſi conſtiterit, vel conſtito vobis, tũc debet pars citari alias proceſſus eſt nullus Abb.

5 in c. conquerente de reſtit. ſpoliat. Et iſta clauſula facit executorem mixtum. & illud dicitur conſtare, qd conſtat ex probationibus, & iudicijs in c. non ſolum de regul. iur. in 6. vel per inſtrumentum, de quo vide Felin. in c. ſi conſtiterit, de accuſat. col. 2. nu. 5. Bal. in l. non dubium. ff. de legibus. in 8. colu. verſ. iuxta hæc quero. vide allegat. Lapi. 61. & vide Afflict. ſuper conſtit. Si damna clandeſtina. nu. 5.

Continuo. hæc dictio ſignificat ſine temporis interuallo. dec. & Abb. in c. cęterũ de reſcr. facit tex. in l. ſtipulatus ſum domũ. ff. de verb. obligat. niſi aliud materia ſuaderet, vt per Gl. & Bar. in d. l. ſtipulatus Glo. in leg. 3. §. in amittenda in verbo animo, & ibi Ang. ff. de acquir. poſſ. aliquando ſignificat ſtatim. Glo. in verbo continuo iuncto tex. ff. de donat. uniuerſaliter ſumitur pro integro eſt tex. in l. Paulus. §. Caius. ff. de liberal. cauſa.

Continue dicitur quod fit horis congruis, & debitis domin. in proem. 6. libri in §. ſacroſancto.

Cognoſcere hoc verbum includit poteſtatem decidendi, quando hoc verbum dirigitur ad perſonã, quę alias in illa cauſa poſſit decidere, quod facit, quia

6 ſi includeretur poteſtas ordinarij ſecundum ca. licet de off. ordin. ſi poneretur uerbum cognoſcere, non videtur excludere poteſtatem decidendi. Gemin. in c. legitima de app. lib. 6. in 4. col. nu. 13.

Commendator non eſt Prælatus intitulatus, vt ſunt iſti commendatores ſancti Iacobi de Spata, & Sancti Ioannis de Rhodio, & S. Lazari, & ſimiles, ſed procurator, vt eſt Glo. in l. nemo deinceps. de elect. in verbo cõmendare & eſt veluti perpetuus depoſitarius, & in l. commendare, ff. de verb. ſignif. & in l. Lucius. ff. depoſiti. & ſic ſola detentio ſeu detentatio eſt penes depoſitarium Gl. in c. ſi conſtiterit de accuſat. & ſic non eſt vere titulus beneficij, ſed titulus eſt apud alios, qui dicuntur rectores beneficiorũ, & commendatarij vtuntur tantummodo fructib. & emolu-

emolumentis temporalib. & administratio spiritualium est apud intitulatum Rectorem, qui præficitur authoritate Ecclesiastica; & sic vere commendator
7 non potest dici beneficiatus saltem ecclesiasticus, vnde iura loquentia contra clericos loquentes tenentes concubinas, non habent locum contra commendatarios habentes beneficia, bene verum est quòd habebuntur pro clericis primæ tonsuræ, qui non habent beneficia, licet habeant commendam, & ideo isti præceptores sancti Iacobi de Spata non cadūt sub reseruatione papali, vt no. Gl. in reg. Cācellariç octa
8 ua, & 33. & in nona regula, & quòd commēdatores sancti Iacobi de Spata habeantur, & magis accedant laicis, quam clericis, siue religiosis. Montalu. in l. fi. tit. 1. lib. 3. legum Hispaniarum, late scripsit de hoc,

Cognoscat. per hoc uerbum cognoscat, datur potestas decidendi. tex. & Glo. & ibi Philipp. Franc. in c. legitima. de app. in 6.

9 Clericus, qui est primæ tonsuræ, & habet pensiones aliquorū beneficiorum ecclesiasticorum, non dicitur beneficiatus propriè, quia titulus beneficij est apud alios taliter, quod puniri non poterit de aliquo delicto tamquam clericus beneficiatus, licet habeat emolumenta ecclesiastica, & fructus beneficiorum, no. Dec. in cons. 156. & idem erit in habente tertias, vel alia iura ecclesiastica, licet appellatione clericorū ueniant clerici primæ tonsuræ, vt in Auth. presbyteros. C. de episcopis, & cler. cum dicatur habere ordinem in c. cū contingat. de ętat. & qualit. bene uerum est, quòd isti cōmendatores S. Ioannis Rhodij dici
10 possunt religiosi, quia isti ex constitutione sui ordinis sunt professi, & religiosi uoto astricti, & possunt dici fratres, licet causa militiæ contra Turcas & Saracenos arma bellica non deposuerunt no. Cassan. in cō suet. Burgund. nu. 18. rub. 3. §. 5. eidem sentit Oldr. in cons. 93. loquendo in commendatorib. de Alcantara. Nec negandum puto commēdatores S. Iacobi non esse uere religiosos, ut concludit Couar. in lectu ra 4. in 2. par. c. 3. fol. 24. Vellaga. in spec. princ. cap. 1. num. 7.

Cum. hęc dictio denotat conditionem Iaf. in l. sti pulatio ista habere licere. §. incertam, ff. de uerb. obli gat. & quando ponitur inter personas cōiungit ęque principaliter, & nō accessoriè, quia persona non cedit alteri personę. Ale. in l. si ancilla. ff. de l. 2. & principa liter denotat tempus idem in l. huiusmodi. ff. eod. tit.

Credo. istud uerbum ęquiualet uerbo ueritatis ex pressiuo, & non dubitatiuo, quod facit ad pragmat. incipit, Quinta die ubi reus tenetur respondere posi tionibus per uerbum credit, uel non credit. ita Bald. in l. 1. C. de fal. cauf. adiect. legat. in fin.

Cyppus domus conseruatur in cōsanguineis ma sculis l. 1. §. sed & si seruus. ff. de uentr. inspic. per quē tex. ista no. Bal. in l. fin. ff. de in ius uoc. no. Benedict. Capra in cons. 8. nu. 4.

11 Cyppus. nota φ substitutio facta illis de cyppo domus fuę de Casata siue de Cōsortaria, intelligitur de agnatis masculis. Ludou. Gozadi. in cons. 79. nu. 6. Philipp. Corn. in cōs. 41. uol. 4. incipit, Videtur in hac consultatione. Et non intelliguntur, nec admittuntur filię agnatæ, quia licet sint agnatæ, non tamē ita per eas conseruatur agnatio, sicut per masculos, ad quam testator uidetur habuisse affectionē, & dicit ibi in litera s. quod appellatione Cyppi, uel Domus uel Familiæ, uel Consortariæ, ueniunt tantum illæ personæ, per quas Familia, seu Cōsortaria, uel agnatio recipit stabilitatem, fundamentum, & maiorem perpetuitatē, & maxime quando tales filiæ erant nuptæ, idem tenet Cor. in cons. 55. incipit, pro decisione, uolum. 1. ubi vult, φ in portionē deuoluta filiæ si substituat illos de domo, seu consortaria, intelligitur masculos substituisse, & sic fratrem exclusis filiabus, quia uidetur se retulisse ad agnationē, & magis dilexisse masculos, quam fœminas, per quos domus conseruatur, & in tantum hoc procedit, quod etiam si specifice nominetur casata Cęsarina, siue Herculana, intelliguntur agnati masculi, etiam si sint remoti, & non fęminę, licet sint de illa casata, per ea, quæ notantur in c. 5. de schismat. in 6. Bar. in l. tutelas ff. de capit. diminit. quia communiter fœminæ non de
12 nominantur, si sunt nuptę de domo patris, sed mariti, & vtuntur insignibus, & armis mariti, & non patris. Corn. in cons. 41. in. fi. & in cons. 26. vol. 4. etiā si ueniant agnati remoti, nam tunc, qui proximior est, ille succedet, & coniuncti magis præferuntur minus coniunctis. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso, & in l. pen. §. fratrem. ff. de legat 2. & ita consuluit per istam rationem Corn. in cons. 26. in princ. & in cons. 46. & in cons. 55. vol. 1. & tanto magis procedunt supradicta, ubi viget statutum, quòd agnati masculi excludant fœminas, nam intentio statuentium fuit, quia magis conseruatur cyppus, domus, familia, & casata in agnatis masculis, quam fœminis per ea, quæ dicit Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. & exhæred. Bar. in l. lib. rorum. ff. de verb. signifi. Bal. in l. cunctos populos. C. de summa trin. & fid. cathol. facit etiam, quod voluit Socc. in consil. 63. incipit, Viso testamento, col. 10. volum. 3. versi. ex quibus patet. q. 447. illa verba prolata a testatore, quòd bona sua vult maneree in familia cognitionis, & domus, intelliguntur
13 de masculis, & non de fœminis, quia fęminę transeunt in alienas familias, et per eas non conseruatur domus. seu agnatio. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in Rubr. de success. ab intest. & uerbum cognatio extenditur ad agnatos tantum, ut ibi per eum. Facit, quod dicit Barbat. in l. cum acutissimi C. de fideicomm. col. 76. eum sequenti, quod si testator dixit, quòd si filius meus decesserit sine aliquibus de con sistentia mea, intelligitur de agnatis. Ang. in consi. 248. incipit, punctus est, & Alex. in consi 125. vol. 7. in prin. incipit, Viso processu causæ quòd consortes dicuntur nati de eadem stirpe per lineam mascu linam. Verba enim ista in cyppo, vel ad agnationem bona mea perueniant: potius ad masculos, quam ad
14 fœminas referri debent. interest enim Reipublicæ, vt diuitiæ in masculis conseruentur l. 1. §. quamuis & §. publice ff. de uentr. inspic. sordescit enim di-
15 gnitas familiarum, & agnatorum perditis diuitijs l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest. & mulieres ut nubūt transeunt in alienam familiam. Barto. in leg. fin. C. de priuileg. schol. lib. 12. de quo uide ample consil. Barthol. Socc. 300. in 1. lib. nu. 6. 7. & 8. & 9. fa-
16 cit etiam quod immunitas concessa alicui & generi, siue posterioribus suis, non extenditur ad masculos natos ex fęminis. l. 1. §. 1. ff. de iur. immunit.

Dum

D

DVmtaxat. eſt dictio reſtrictiua. tex. et ibi Card.
Zabarell. in clem. vnica. de ſequeſtr. poſſ. &
fruct. vnde ſi alicui concedatur iuriſditio cum iſta
17 dictione, uel cum verbo ſolus intelliguntur exclu-
ſi pares iudices, & non maiores dignitate. Thoma. Grammat. in conſil. 2. de fori iudic. numer. 8. 9. & 10.

De, & Ex. hæ dictiones regulariter denotant cauſam immediatam, & proximam, aliquando remotam. Capr. in conſi. 22.

De ſuo corpore. hæc dictio denotat cauſam immediatam, & proximam, & non remotam. Bart. in l. 1. §. emancipatus de coniungen. cum emanc. liber. Capr. in conſi. 22. nu. 1.

Debet. iſtud verbum importat neceſſitatem. Gl. in clem. fin. de ſtat. Monach. & ibi Card. Glo. in c. ſi uir. de adult. Glo. & ibi Abb. in c. propoſuit de app. idem Alber. in c. 1. de deſponſat. impub.

Defendere. hoc verbum multipliciter accipitur, de quo vide Dominic. in cap. quo iure 8. d. & an prohibitus excipere poſſit ſe defendere, vide Bart. in leg. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Felin. in rubric.

De facto. de except. iſta clauſula appoſita in inſtrumento, quòd debitor poſſit cogi de facto, operatur, quod ſine citatione poſſit capi ad inſtantiam creditoris, ſeu eius ceſſionarij Bal. in l. 1. in 5. col. num. 5. ff. de reb. credit.

Donec. & Quoad. quando in obligatione venit aliquid, quod habet cauſam ſucceſſiuam, vt vſuſfructus tutela, & ſimilia. iſtæ dictiones habent vim repetitionis leg. pen. ff. de excuſat. tut. ſi uero venit in obligatione illud, quod habet cauſam momentaneam, non videtur facta repetitio. per tex. in leg. legatum ita eſt. ff. de ann. legat. & ibi Barto. & de iſtis dictionibus Donec, & Quoad, vide Bart. in leg. 1. ff. de condit. & demonſtr. & idem in dictione Dum. in leg. qui concubinam. §. vxori cum gl. ff. de legat. 3.

Iſta quoque dictio inducit conditionem leg. pater Seuerinam. §. fi. ff. de cond. & dem. Socc. in conſ. 68. nu. 3. & 8. in 1. vol.

Diu. hæc dictio diu ſecundum ſtylum Romanæ curiæ refertur ad 40. dies. Io. Andr. in c. ex parte de Priuileg.

Domus. quando teſtator dicit, quòd bona deueniant ad poſteros de domo, & familia ipſius teſtatoris, tunc domus accipitur pro agnatione l. cum unus ff. de alim. & cibar. legat. Capr. in conſ. 90. late, et ibi dicit, quod non ueniunt baſtardi.

Dormire, uerbum relatum ad virum, & mulierẽ ſonat in uitium. Io. de Anan. in c. 1. & in c. ſignificauit de adulter.

Dudum. hæc dictio ponit qualitatem de præterito, & remouet qualitatem de præſenti: & aliquando ponit qualitatem de præſenti, ſicut dictio olim ita not. Abb. Sicul. in cap. 1. de cler. excommun. depoſ. uel interdict. no. in c. olim. de officio delegat. & in proemio Digeſtorum.

E

ET. hæc dictio eſt copula, & ſi cadit in plures orationes principales principaliter copulatas non requiritur concurſus omnium, vt in l. 1. ff. de his qui no. infam. ubi dicit, quòd condemnatus de furto, de homicidio, de adulterio, & lenocinio ſit infamis, non oportet, quod de omnibus ſit condemnatus, ſecus ſi plures orationes copulentur acceſſorie ad aliud. in l. hęredi plures. ff. de condit. & demoſtr. Bart. in l. ſi is qui ducenta. §. verum, ff. de reb. dub. quandoque in una parte copulatis ponitur aliqua conditio, ſeu qualitas an videatur in alia repetita. puta dicendo, lego tibi fundum inſtructum, & domum utrum intelligatur domus inſtructa uide Bar. in l. Seyæ. §. Caio. ff. de fund. inſtr. & inſtrum. legat.

Nota quòd quandoque ponitur punctus inter plura, & tunc ſumitur loco copulæ. not. in l. cum duob. §. ſi in coeunda ff. pro ſocio. clem. ſępe. de verbo. ſign. Anchar. in clem. in pleriſque. de elect.

Et cœtera. hæc clauſula, & cętera, ſi eam appoſuerit notarius, & omiſerit apponere in contractu conſtitutum, non poterit virtute d. clauſulæ poſtea illud apponere. Alex. in conſil. 28. incipit, Viſo, & præhabito. lib. 2. tamen ſi fuerit appoſita in principio inſtrumenti, operatur, quòd videantur omnia, quæ tam de iure, quam de conſuetudine requiruntur, appoſita. ita Thom. Grammat. in deciſ. ſuis. in deciſ. 106. nu. 12. & 13.

Ex nunc. hæc dictio ſignificat actum uerbi prolati, & illud uerbum pro ut ex tunc ſignificat actum præſentem collatum in futurum, unde ſi diceret iudex ſi non ſatisfeceris infra talem terminum excommunicatus ſis, ex nunc prout ex tunc: idem eſt ac ſi diceretur excommunicatum te declaro, ſi in termino non ſatisfeceris, ita Bal. in cap. 1. de mil. uaſſ. qui contu. eſt, in uſib. feud. Felin. in c. licet cauſam, de probat. num. 6. Abb. in c. paſtoralis. Et in c. prætera de app. Glo. in clem. 1. de iure patronat. in uerbo ex tunc. & Gl. in clem. 1. in uerbo ex nunc. de conceſſ. præb.

Ex tunc prout ex nunc. iſtis uerbis uidetur effectus collatus in tempus præſens, Bal. in Auth. contra rogatur. C. ad Trebell.

Ex. hæc dictio ſignificat cauſam immediatam Capr. conſ. 22. Bal. in l. 1. C. de condit. inſert. nume. 3. tex. in leg. 1. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. & naufrag.

Et. hæc dictio copulatiua quid operetur appoſita in libello, uide Bald. in leg. 1. C. de condit. inſert. Dec. in authen. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo.

Etiam. hęc dictio implicat caſum contrarium no. Bar. in Auth. de defenſ. ciuit. in §. & iudicare coll. 3. & no. in l. 2. C. ſi min. ſe maior. dixerit.

Ex certa ſcientia. iſta clauſula ex certa ſcientia
principis operatur, quòd non poſſit probari con-
18 trarium. & in modicis operatur læſionem iuris ter-
tij. Afflict. in conſtit. dignum de iure ſuo curiæ obſeruando. nu. 7.

Et probatur quinque modis. primo quando inſeritur in conceſſione lex uel canon, qui obſtat: ſecundo quando apponitur in conceſſione præd. clauſula:

Tertio quando tenor rei gestæ, vel confirmatæ inseritur. Nota quarto quando secūda iussio emanauit. Quinto quando ex narratis certa scientia colligitur. ita Dec. in Auth. porrecta. C. de confirmat. ut. uel inut. & an pred. clausula operetur in consistentibus in facto. uide Bald. in l.fin.C.sent.rescin.non poss. in colum.fin.

Ista clausula etiam operatur apposita in rescripto præmissa causæ cognitione, quod licet alias non præsumatur, quod princeps non præsumeretur uti plenitudine potestatis, & sic potestate absoluta, nisi exprimatur, ut tenet Innoc. in c. innotuit. de elect. tamen
19 virtute præd. clausulæ uidetur vti præd. potestate absoluta, ita est Glo. sing. in c. ad hæc de rescr. Afflict. in c. 1. §. præterea ducatus. vers. tertio no. nu. 4. de prohib. feud. alienat. per Feder. & ibi quid operetur ista clausula apposita in alienationibus, & rescriptis, & an possit probari per testes.

Euidenter apparere dicitur aliquid, quando constat legitimis coniecturis. Bart. in leg. licet. ff. de leg. primo in princ. ubi eum vide eleganter loquentem.

F

FEre. dictio est diminutiua. Bal. in l. fi. C. de edicto d. Hadr. toll. & in l. 2. §. exactis. ff. de oti. iur.

Fida custodia. sub fida custodia si aliquis mandetur carcerari, intelligitur sub custodia militum, & clientulorum. l. 1. C. de custod. & exhib. reorum. Bellamer. dec. 330. si condemnatus.

Forte. ista dictio non est nota dubitationis, sed assertionis Glo. in c. 2. de testib. & Glo. in l. mutus ff. de proc. & in leg. si duo. §. 1. ff. de arbitr. & in l. in commodato. §. sicut. ff. commodat. Barbat. tamen in dicto cap. 2. de testibus dicit, quòd est dubitationis, de quo uide Felin. in cap. accedens il 1. ut lit. non contest. versic. vlt. nume. 10. nota tamen, quòd
20 ubi lex est in assignatione causæ, & ponit istud verbum forte, quòd talis causa non est finalis, sed impulsiua, Glo. not. in clem. 1. in uerbo appellandam, & ibi Imol. de appellat. & uide Abb. in cap. accedens supra allegato.

Forsan. hæc dictio apponitur affirmatiue, & non dubitatiue, ut in casu c. ex tenore, ibi nisi forsan eatenus, de rescript. & ibi gl.

Frustra. hæc dictio posita in aliqua dispositione legali inducit nullitatem actus ipso iure. Bar. in leg. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudic.

G

GRatia. hoc uerbum in dubio inducit plenam restitutionem non simplicem indulgentiā. Bar. in l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæst. Ancha. in cons. 408. incipit probata tanti viri sæuitia. nu. 4.

Gratiæ proprio motu concessæ per summum Pontificē, ita plenam & amplam interpretationem recipiunt, sicut vltimæ voluntates, ita est tex. in c. si motu proprio de præb. in 6. & c. in pluribus, eo. tit. Rom. in consil. 388. incipit in casu propos. ti themaus. numero 7.

H

HAbere. hoc verbum habet significationem dominij, possessionis, & nudæ detentationis, tex. est in l. stipulatio ista habere licere. §. hac quoque stipulatio. ff. de verb. obligat.

Habitare dicitur quis continuè in ciuitate, licet
21 casu occurrente steterit per annum in comitatu. Felin. in proem. decretal. super §. Rex pacificus nu. 4.

Homagium secundum consuetudinem hispanorum solet interpositis manibus intra palmas recipiētis alicuius nobilis promissionem, quæ interpositio est signum humilitatis, & obedientiæ ex parte promittentis, vt no. Inn. in c. olim inter. de restit. spolia. & istis palmis interpositis & promissio homagij habet in se quoddam genus humilitatis, & seruitutis, vt no. Gl. in l. si vsusfructus legatus. ff. de vsufr. Et
22 ideo per procuratorem non interponitur Bal. in l. 1. ff. de acquir. rer. domin. in fine. Et hoc procedit dicēdo in illo idiomate Doy my fe, y palabra haziendo como hago pleito omenage, como cauallero, y hombre hyodalgo segun fuero de España de cumplir, o hazer guardar tal cosa. Et si frangatur promissio incurrit in periurium. Fit etiam per interpositionem fidei inter Christianos, vt no. Io. And. & Host. in c. querelam. ne prælati vices suas; & alios refert sequendo istam opinionem. Felin. in cap. querelam. de iureiurando. B. r. Diaz. in sua pract. crimin. in verbo ac periurij, nam interpositio fidei habet uim iuramenti in cap. ad audientiam, quod met. caus. & sicut iuramentum repræsentat maiorem ita interpositio fidei. not. in quæst. cap. Tholos. quæst. 382. quæ est magna extensio. ad Authen. sacramenta pu
23 ber. C. si aduersus uendit. bene verum est, quod licet sit periurus, non tamen punitur pœna periurij ordinaria, sed extraordinaria, si sacra non tangantur Afflict. in constit. Regn. Sicil. rub. 55. nu. 11. Oldr. consil. 93. Et quomodo interponatur homagium vide leg. 2. tit. 5. par. 7. & in leg. 5. tit. 15. par. 3. Bald. in cap. 1. quo tempore miles, & in cap. 1. §. fin. per quos fiat inuestitura, Grat. in vot. 10. col. 3. & tex. in l. 4. tit. 25. par. 4.

I

INcontinenti. quando dicatur quis incontinenti appellare, uide Bar. in l. litigatoribus. C. de app. & Bar. in l. 1. §. libelli. ff. quando appell. sit.

Incontinenti dicitur id fieri, quando aliquid fit nullo actu extrinseco & voluntario interueniente. Salic. in l. cum antiquitas C. de testam.

Infra. hæc dictio continet contēta inter extrema, quibus adiungitur in c. 1. & in c. ex tuorum. de Authen. & vsu palij. Soc. in cons. 182. nu. 5. lib. 3.

Iniungimus. illud uerbum est præceptiuum, necessitatem importans Glo. & ibi Card. in clem. 2. §. 1. de relig. dom. & in clem. fi. §. 1. de pœn.

In perpetuum. hæc dictio significat sine fine. Glo. in l. p. sunt ff. de except. dol. & aliquando secundū subiectā materiam refertur ad hominis vitā, si actus de sui natura, vel disponēdi modus personā respiciat l. 1. ff. pro socio. l. de Gaio Seio. ff. de alim. & cibar. legat. & c. trāsmissæ de eo qui cognouit cōsanguineā

uxor.

vxor. suæ. & in cap. fin. de rescript. in 6. Anton. de Butr. in consil. 49. circa finem, uide Anto. de Butr. in consil. 19. & Calder. in consil. 17. sub tit. de uerb. signifi. Bar. in l. prætor. §. hoc interdictum, ff. de ope. nou. nunt. & idem in l. iurisperitos. in princ. ff. de excusat. tut. & an aliquid in hoc mundo possit esse perpetuum, vide eundem in l. eum qui debere. ff. de seruit. vrban. prædiorum & gl. in l. 1. ff. pro socio. & Bar. in 1. compilat. Codicis. & ibi Alex. & quod istud verbũ In perpetuum accipiatur secundũ subiectam materiam, ex eo apparet, quia appositum in contractu societatis alicuius, vt in l. verum. §. in heredem. ff. pro socio, uidetur intelligendum ad uitam socij per supradictam legem primam, vt tenet Socc. in consi. 278. in 2. vol. nu. 12. & ibi de hoc verbo nullo tempore, & an valeat pactum quod societas nullo tempore finiatur.

Immediate dicitur quicquid per rerum naturam continuatiue vnum, & idem est. Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. Capr. in consi. 18. nu. 12. Bald. in l. 1. C. de condit. insert.

Imò. hæc dictio ponitur correctiue. leg. si ita scriptum fuerit. ff. de hæred. instit. & ibi Bar. & quandoque ponitur pro &. vt in tit. C. de nou. Cod. facien. in §. quibus ibi immo. Glo. in l. si ita scriptum supra allegat.

Ipso iure. hæc clausula vbi non exprimitur in lege, vel æquipollens, & tractatur de pœna semper intelligitur per sententiam. Bal. in l. si qua C. de secund. nupt. quem refert pro notab. Afflict. in cap. Imperialem. nu. 2. de probib. feud. alien. per Feder. & significat sine ope exceptionis. Glo. in verbo ipso iure. in c. 1. de rescript.

In antea. hæc dictio importat abinde in posterũ. l. cum stipulatus sum mihi a Proculo. ff. de verb. obligat. Capr. in consi. 44.

Insolidum. hæc dictio quid significet in contractibus, & obligationibus. vide tex. in l. si diuisa. C. locat.

Itaquod. ista dictio est qualificatiua, & apponit conditionem dispositioni præcedenti. Socc. in consi. 49. in 1. vol. nu. 2. per tex. & ibi not. Glo. in c. significante de præben.

Irritum. hęc dictio non semper importat ipso iure, nisi virtute geminationis. tex. est. in Auth. ex causa. C. de lib. prætr. & exhæred. & ibi Bal. in 3. colu. Ias. in l. cum postea C. de pact. nu. 5.

Irritum. hoc verbum significat nullitatem actus ipso iure Glo. in l. in criminali. C. de iurisdit. omn. iudic. & Bar. in l. Iubemus. §. sane. C. de sacros. ecclesi. fallit quando ex uerbis sequentibus apparet de validitate actus. Philipp. Dec. in c. cum posteaquam C. de pact.

Inspectis, & lectis. hæc verba quid significent, uide Ias. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de uerb. obligat. nu. 65. & Bar. ibi.

Item. an hæc dictio sit repetitiua, vel continuatiua tu dic. quod aut per dictionem prædictam additur noua oratio omni perfectione in se perfecta, & tunc inducit continuationem, & non repetitionem, ut in l. item apud Labeonem. ff. de iniur. aut per dictionem Item non additur noua oratio, sed defectiua ex parte appositi, uel ex parte verbi, & tunc illud, in quo oratio deficit, suppletur ex præcedentibus, & tunc non inducit repetitionem. Ang. in §. item lapilli. instit. de rerum diuis. Bar. in l. 1. ff. de public. Bar. in l. in repetendis. ff. de legat. 3. ubi dicit, quòd quando est identitas personarum, uel rerum, dictio Item inducit repetitionem, & ibi facit plures distinctiones uide Bal. in l. fin. C. de indict. viduit. toll. ubi dicit, quòd in uno contextu dictio Item ponitur copulatiue, & in diuersis significat ordinem uerborum, & non copulam uide consi. Bar. 39. &c.

Iterum. hæc dictio Iterum si ex reiteratione actus infertur nouum grauamen, siue proferatur a lege, siue ab homine, tunc accipitur pro bis. leg. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de legat. 3. aut non infertur nouum grauamen, & tunc accipitur pro sæpius, siue ab homine siue a lege proferatur. leg. veluti. §. hæc vox. ff. de edend. cumulat. Angel. in proœmi. instit. §. 1. nu. 3.

Integre. ista dictio integre significat sine aliqua diminutione. Glo. in c. fin. & ibi est tex. & not. Card. de confirmat. vtili, vel inutili. Alex. in conf. 141. incipit, Viso testamento. in vlt. col. in 2. vol. Et an Ma-
25 ritus promittens restituere totam dotem integram, quam recepit, possit detrahere illam partem, quæ sibi competit uigore statuti, vide singul. Marsil. 687. incipit, Verbum integre, & ubi est aliqua diminutio, uel detractio, non dicitur integrum. Gozad. in consi. 42. nu. 8.

Inuiolabiliter. hæc dictio significat idest sine uiolatione, & corruptione tam ad agendum, quam ad excipiendum. Glo. est in c. 1. §. item sacramenta in Gl. 6. super uerbo violabiliter, aliquando importat secũdum decretum, aliquando sine ui. in cap. 1. in fin. de eo qui mittitur in poss. caus. rei seruandæ, uide Affli. de pact. iuram. firman.

Iustitiam facias. hæc clausula apposita in rescriptis dat potestatem decidendi. Gemin. in c. quoniam de immunit. ecclesiarum lib. 6. Anchar. in clem. Auditor. de rescr. & importat, vt seruetur ordo iudiciarius, & de iure pronuntietur. Felin. in c. 1. de constit. 16. col. Arnol. in com. 81. Cepoll. in conf. 68. 2. col. Bal. in c. cum venissent. de testam. & in l. Iustitia. ff. de iustitia, & iure.

Iuxta. illa res dicitur esse iuxta aliam, quando distat minus decem pedes ab ea. Bar. in l. decernimus C. de aquæductu. lib. 10. Felin. in c. ex parte de rescr. & eundem in c. quosdam. de rescript.

L

Libere. verbum intelligitur idest nullius contradictione vel iuris impedimento obstante. not. Cardin. in clem. fin. de ætat. & qualit. uide glo. in cap. Lator. de homicid. tex. in cap. primo de rescri. Bald. in leg. dnt. C. de testam. Glos. in clem. dudum. de sepult. & in cap. cum plures in uerbo libere. de offic. delegat. in sexto Dec. in cap. Quæ in ecclesiarum de constit. & significat etiam sine requisitione alicuius not. Abb. in cap. de multa. de præb. num. 3. & facit, quod notant Doct. in c. licet Episcopus. eod. tit. lib. 6.

M

Magis. hæc dictio posita inter extrema contraria semper stat electiue. inter extrema vero inæqualia stat comparatiue. Iaf. in l. fi Decem cum pet. eio in 1. no. ff. de verb. obligat.

Manu militari, significat idem, quod per ministros iudicis. Bar. in l. 1. §. necessaria. ff. si mulier. uen. no. in possess. &c.

Maxime. hæc dictio aliquando ponitur limitatiue, & taxatiue, in l. oratione. ff. de fer. in c. ad abolendam. de filijs presbyt. Quando ponitur intergenus, & speciem significat rationem in expressis fortiori vigore. Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo maxime, & in authen. habita. C. ne filius pro patre. Abb. in cap. Auditis de electione. Aliquando ponitur implicatiue, de qua dictione vide decis. Capyc. 163. nu. 2.

Mox. hæc dictio debet intelligi secundum subiectam materiam. Iaf. in l. edita. num. 25. C. de edend. de qua per Bar. in l. fructus. ff. solu. matrim. Glos. in uerbo incontinenti, & ibi Doct. in cap. præterea. de testib. cogen. Glo. in cap. an sit de app. Host. in cap. ueniens secundò de testib. Abb. in cap. quia propter. §. 1. de elect. et idem in cap. 1. de mutu. petit. uide l. tutores. C. de admin. tut. quomodo accipiatur ibi Mox. & decis. Pedemont. 58.

Multum seu Multi. hæc dictio verificatur in tribus. Ang. in §. fin. Inst. de iure person. potest etiam uerificari in triginta, & 40. tex. in c. Latores. de cler. excom. minis.

62 Motu proprio. hæc clausula motus proprij operatur effectum, quando est appositus per Papam, uel per Principem: secus tamen si apponatur per alium inferiorem, etiam per legatum de latere vel viceregem seu Regis Vicarium. vide Glo. in c. fin. de off. legat. in 6. Philipp. Franc. in cap. si motu proprio de preb. in 6. Iaf. in Auth. Quas actiones. C. de sacros. eccles. in vers. sum nunc in tertia parte. Et ibi dicit, quòd non nocet tertio, & quòd si est geminatum rescriptum, præsumitur factum motu proprio,

N

Nihil. est dictio vniuersalis negatiua. l. naturaliter. §. nihil commune. & ibi Glo. ff. de acqu. poss. & Io. de Imola in l. peregre. §. quibus. ff. eod. tit. Socc. consi. 184. in 2. vol.

Nisi. hæc dictio quid importet. dic quòd aut præcedit oratio affirmatiua, & tunc negat: aut præcedit negatiua, & tunc ponit, seu affirmat. Dyn. in regul. peccatum de regul. iur. in 6.

Non aliter, nec alio modo. Ista verba denotant, ut nihil uideatur actum. Iaf. in leg. non solum. §. Morte. ff. de nou. oper. nunt. Alex. in consi. 87. lib. 2. coll. 4. incipit, viso de quibus uerbis vide Gl. in l. siquidem in Glo. magna. C. de except. circa finem. uide Felin. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. nu. 85.

Nominatim aliquid relinqui quando dicatur, uide Bar. in l. turpia legata. §. fin. de legat. 1. Et in feudo operatur quòd alienans saluo consensu domini
28 non aliter, nec alio modo non amittit feudum. Feli. in c. quæ in ecclesiarum de constit. nu. 85.

Nullatenus. hæc dictio quid importet, uide Zenzer. in clem. 1. de sequestrat. poss. & fructuum. Felin. in c. ex parte de constit. vers. quintus casus est. nu. 7. Glo. in d. clem. 1. in verbo Nullatenus.

O

Obligans, se, & suos successores, nõ videtur obligasse singularem successorem. Bal. in l. empto rem. C. locat. nu. 8.

Occulte. nota quod illud dicitur occultè fieri, quãdo fit sine decreto, ubi decretum est necessarium. Bar. in l. 1. in fin. C. de prędijs Quriori non alienan. lib. 10.

Olim. uerbum denotat tempus præteritum. c. ex insinuatione de Simonia. Bar. in l. 3. §. hoc autem. ff.
29 de oper. nou. nuntiat, ubi dicit, quòd instrumentum saluatur, in quo dicitur Titius filius olim Sempronij, licet Sempronius viuat. Quia olim, & iam dudum est aptum ad omne tempus: nam complectitur tempus præteritum, & præsens. ita Barto. ubi supra, uide quæ notat idem in leg. eius qui in prouincia. ff. si cert. petat. quod not. Glo. fin. in c. ex parte de for. compet.

Omnes homines de mundo sciunt hoc. hæc dictio significat illos homines, qui de hoc verisimiliter scientiam habere possunt. Alex. in leg. 1. C. de testam.

Omni meliori modo. ista clausula apposita in testamento operatur, quòd debeatur etiam abintestato Bar. in l. Codicillis. §. Lucius. ff. de legat. 2.

Omnino significat, idest nullo iure retento in perpetuum. Ioan. Andr. in cap. dudum de conuers. coniugator. aliquando ipso iure. Glo. sing. in l. pecuniam ff. de condit. indebit. aliquando importat libere sine aliqua pactione Glo. sing. in cap. ex parte. 1. de offic. deleg. aliquando dispensationem excludit. Abb. in cap. inquisitionis in princ. de accusat. Et apposita in aliqua lege importat iam latæ sententiæ. Glo. in leg. 1. §. si pecuniam, ff. deposit. remouet omnem dispensationem, Abb. in cap. qualiter, & quando. 2. de accusat. & in clemen. hi qui. de ætate, & qualit. uide singulare Romani primum, & ibi Addit.

Ostensio. an ex sola instrumenti ostensione possit capi debitor, ista clausula apposita in instrumento
30 operatur quòd ad instantiam creditoris, seu eius cessionarij debitor possit capi sine citatione. Alex. Ang. & Imol. in l. si sic. ff. de legat. 1. Afflict. in consti. pacis. Maran. in suo specul. in uerbo preposui in princ. in 13. col. nu. 8. fol. 55.

P

Penitus. hæc dictio significat idem, quod ex toto. Glos. in cap. primo de supplen. neglig. Prælatorum, in sexto & ibi per Archid. est Ioan. Andr. Cepol. in consil. 35. nume. 5. & significat idem quod omnino. Et ubi præcedit oratio negatiua, significat idem, quod nullo modo, & nihil penitus innouari, idest nullo modo innouetur. leg. fin. C. de nouat. & ita declarat Socc. in l. qui vsumfructum, ff. de uerb. obligat.

Per. hæc dictio significat perfectionem, Barto. in l. quin-

l. quinquaginta. ff. de excusat. tut. vel curat. vnde infert ipse ad quæstiones aliquas ex prædicta Dictione.

Perpetuo. hęc dictio significat vsq; ad tertiam generationem Deo. in c. in presentia. nu. 45. de probat.

Perpetuo. ista dictio non semper significat sine fine, sed ad vitam alicuius. Felin. in cap. in Dec. de simon.

Per te ipsum. ista uerba important, quod non possit quis ponere substitutum in c. fin. de offic. dele. no. in c. cum dilecta. de rescript. Ias. no. in l. cum quis sub. nu. 4. C. de procur. Auendagn. super c. correcto his pan. in c. 4. 1. partis. nu. 33.

Plus. hæc dictio in teste, quando agitur de probādo aliquod certum, nihil operatur, secus quando agitur de probando aliquod incertum. Ias. diffuse in l. & si post tres. ff. si quis caut. nu. 7. vbi ponit plures ampliationes, & plures limitationes, & nota quod si
31 venditor dicit, quod vendit pro certo pretio fundū, & si plus valet, donat emptori, quod illud plus refertur ad modicum. Bal. in supra d. l. & si post tres. Bar. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig.

Per omnia. hęc dictio est maximi effectus, vt in exemplis positis per Alex. in l. 1. ff. de leg. 1. nu. 9. & substantia istorum uerborum in omnibus, & per omnia est, quòd inter duos adiecta non debet esse aliqua differentia. quod not. quia ista uerba plerumque apponuntur in contractibus per notarios, uide Bal. in l. omnia priuilegia, C. de episcopis, & cler. not. etiam ad effectum statuti dicentis, quod aliquis habeatur pro ciue in omnibus, & per omnia, quia intel
32 ligitur actiue, & passiue, ut no. Alex. & de priuilegijs concessis alicui ciui, prout talis ciuitas habet,
33 quòd non extendatur ad priuilegia postea concessa, nisi sit apposita ista clausula per omnia, ita Alex. in d. l. 4. &c.

Pluries, hæc dictio quando exprimitur a lege, non uidetur, quòd velit, quòd dispositio extendatur ad aliud ad nominatum. Glos. est not. in clem. 1. in verbo diocæsanis de iure patron. quam extollit Ias. in l. si constante ff. sol. mat. col. 14. vers. 4. limita. refert Cagnol. in repet. l. si quis maior. C. de transact. nu. 46. vide Iacobum de Nigris in l. per omnia. ff. de leg. 1.

Plurimis. hæc dictio requirit ad minus numerum trium. Doct. in l. continuus. §. item qui in insulam ff. de uerb. obligat.

Pluribus. dictio requirit ad minus numerum duorum, nisi dicat bis pluribus, & pluribus, nam tunc requirit numerum quatuor. Bar. in l. gemina. ff. arbor. furt. cæsar. & idem de pluries. Bal. in cap. olim de rescr.

Possum potes. vbicunque pręcedit negatiua, importat necessitatem. Gl. in reg. beneficium. de regul. iur. in 6. Bal. in l. 1. ff. de iniusto rupt. & irrit. testam. Abb. in c. 1. in 4. notab. de caus. poss. & propriet. quod procedit nisi resultet absonus intellectus, tunc enim importat præsumptionē, vt in c. quāto. de præsump. & ibi Felin. Bar. in l. Mæuius. nu. 20. ff. de leg. 2.

Erat uerbum potest requirat actum, uel sufficiat quod uerificetur in potentia. uide Bart. in leg. 3. §. si fie acceperit. ff. de statulib. & in leg. fructus. ff. solu. matr. & Doct. in l. quoties. §. fi. ff. de hæred. instit.

Perinde. hæc dictio significat & denotat similitudinem no Ang. per illum tex. in §. cum autem. Instit. quibus modis ius patr. pot. solu. sed non omnimodam maxime in pœnalibus. Bart. in l. sacrilegij. ff. ad leg. Iul. peculatus,

34 Piscatores non possunt uermib. nocuis piscari in flumine, alias puniuntur. Andr. de Iser. in constit. Regni Siciliæ. in constitut. de venditore veneni.

35 Pistores, qui cum aceto solent lauare manus, ut panis exhaletur, & maior appareat, puniuntur quoque. Auendan. in c. 19. in 1. par. nu. 30.

Plus, uel minus nihil plus importat, nec aliquid diminuunt de confessione. Bar. in l. Publia mæuia. in 1. no. ff. depositi.

Præter. si præcedit dispositio affirmatiua, & præcedit genus, & dictio præter adiungitur speciei in suo genere contentæ, tunc dictio præter ponitur exclusiue. l. nam quod liquide. §. fi. ff. de pœn. legat. uide Bar. in l. si ita legatum. ff. de leg. 1. aut non præcedit genus, & tunc ponitur inclusiue. l. sed & hæ. §. præter. ff. de procur. l. Pomponius. ff. eod. tit. l. 1. in fi. ff. de pignor. ait. Bar. in repet. l. Cæsar. ff. de publica. & uectigal. nu. 1. vide eundem Bar. in l. Scio. §. vxori. ff. de ann. legat. & uide Glo. in c. Ebron. 13. q. 2. ubi Glo. in uerbo preter. dicit, quòd in casu illius capituli ponitur dictio præter inclusiue, uide Ange. in §. cum autem. Instit. de adopt. nu. 4.

Præterea, Amplius, Item. hæ dictiones continuationem materiæ inducunt. Afflict. in c. 1. §. præterea ducatus. de prohibit. alienat. per Federic. nu. 3.

Procul. hæc dictio importat locum, ex quo uoces audiri nequeunt, Canonistæ in c. in sacris. de sepul. Fel. in c. quosdam. de præsumpt. Felin. etiam ibi dicit, quid dicatur remotum, & dicit, quod statur arbitrio superioris. Glo. in c. cum nullus. in verbo remota. de temporordinat. in 6.

Prius. hæc dictio denotat ordinem respectu eiusdem instantiæ, & non diuersæ. Butr. in c. in litteris. de restit. spoliat. nu. 12.

Producere, & Exhibere differunt, nam produce re verbū adaptatur ad ea, quæ iudicialiter fiūt: exhibere autem non. vnde exhibita ad informationem iudicis non dicuntur de actis. Guido. Papa in q. 241. nec de eis debet dari copia parti. idem in q. 242.

Protinus, hæc dictio significat idem, quod incontinenti. not. in l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. Bal. in l. 2. C. ut lit. penden. tex. in l. naturalem. §. fi. in uerbo statim. ff. de acquir. rerum domin. Ias. in l. 1. ff. de acquir. poss.

Prouideat. hoc verbum pertinet ad officium iudicis, & aliquando ad officium arbitratoris. Bald. in Authen. sed generaliter, C. de Episc. & clerici.

Prout. hæc dictio an & quando sit limitatiua præcedentium, uide Bar. in extrauag. ad reprimendam super uerbo prout Bald. in l. edita. in repet. C. de eden do. Aret. in consi. 155. incipit periculosum est.

Publice. hoc uerbum significat idem, quod coram populo. not. in leg. seruum quoque. §. publice. ff. de procur. & in l. 2. ff. ad municip. & in §. consequens instit. de suspect. tutor. & istud uerbum Publice est potentius, quam uerbum Palam. Felin. in cap. exceptionem. de except. Salic. in leg. ea quidem. de accusat. C. de Afflict. in constit. Baiuli locorum sub titu. de sacram. præstan. a Baiulis.

Punctus habetur pro copula Et, notatur in l. tri-

THEOREMA XXIX.

55 Testes deponentes, quòd aliqui sunt oriundi ex aliquo loco, nullam fidem faciunt nam aliquem esse oriundum non est aliquid formale cadens sub sensu, cum eius essentia nec visu percipiatur, nec auditu, nec alio sensu corporeo. Sed bene aliqui actus percipiuntur visu, ex quibus colligimus eorum originem, vel oriundos esse per intellectum, puta quia viderunt eos nasci in prædicto castro, uel eos exercere actus, quos exercere solent alij ciues originarij, Testes enim debent deponere super eo, quod sensu, & intellectu percipiunt. l. testium. C. de testibus not. Innoc. in c. cum causam. de testibus. Vnde si non reddant rationem per aliquem sensum corporeum magis videntur iudicare, quam deponere de facto, ad quod sunt adhibiti. Et sic eorum depositiones non faciunt fidem Innoc. in d. c. cũ causam. l. si vt proponis. C. de excep. rei iud. esse enim aliquem ciuem non est actus naturalis, sed ciuilis, quod apparet ex ipso nomine eius. Quia de iure naturali non erãt ciuitates, & nascendo non nascebatur ciuis, ergo constitutio ciuilis facit aliquem ciuem, vel propter originem, vel adoptionem uel assumptionem, vel collectionem, iuxta tex. in l. ciues C. de in col. lib. 10. vnde omnes sunt ciues ciuiliter, & non naturaliter. Bar. in cons. 62. Punctus talis est. Quidã effectus est &c. vnde cum prædicti testes de prædictis actibus non deponant, nullam fidem faciunt per iura superius allegata.

THEOREMA XXX.

56 Originarij, & oriundi. Hęc nomina aliquando pro uno eodemq; ponuntur, vt dicit Glo. & ibi Azo in summa C. de municip. & origin. lib. 10. Attamen largo modo dicuntur ab origine patris non sua per l. filios. C. eo. tit. oriundus vero dicitur, qui originem ducit ex eo loco, vnde maiores eius fuerunt. Quintil. Mendos. in Reg. Cancell. super regul. 16. incipit. Item voluit, ꝙ de concurrentib. in 38. q. Vnde dicit Ias. in l. huiusmodi. §. legatum, de legat. 1. quòd oriundus dicitur ille de aliqua ciuitate, cuius pater in ea natus est, & originem ducit, licet filius alibi nascatur. & est Gl. notab. in c. 1. in §. 1. in verbo alienigenas de vsur. in 6. & gl. in l. ciues in Glo. 3. C. de in col. lib. 10. &c.

THEOREMA XXXI.

Absolutio a iuramento non opitulatur Minori maiori effecto, quando iuramentum non con-
57 tinebat aliquem turpitudinem & seruari poterat sine interitu salutis ęternę, & Doctores loquentes de minoribus contrahentibus siue renunciantibus sub ueniendũ fore, non obstante iuramento semper loquuntur subsistente causa doli iusta ex proposito, aut re ipsa ob enormẽ lęsionem vltra dimidiam, uel ob aliam turpem causam, puta super vsuris, vt patet ex his, quę abunde Decius scribit in cons. 180. col. 4. Quibus causis cessantibus concludunt communiter Doct. non relaxari iuramentum a minorib. præstitum, quia si relaxaretur, esset contra text. in Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vẽditionem. quæ mandat, sacraméta puberum inuiolabiliter obseruari. Et illa Auth. esset verbalis, & nobis seruiret de vẽto, si absolutio ob quamlibet læsionem minorib. concederetur, contra l. 2. in fin. C. communia de legat. l. si Prætor. ff. de iudic. c. commissa. §. porro de elect. in 6. l. si. ff. ne quid in loco publ.

THEOREMA XXXII.

59 Legato seu oratori debetur integrum salarium et illius temporis, quo infirmatur, donec redierit. arg. opt. eorum quæ habentur per Bar. in l. hi qui. §. tamdiu. ff. Quib. ex causis maior. ubi Ambasiatori in firmato, & ægrotanti debetur salariũ, donec redierit. Refert, & sequitur Ale. in l. De diuisione. nu. 7. ff. sol. matrim. ubi allegat Cortas. Quod etiam procedit in legato, vt refert Feder. de Senis in cons. 11. ubi allegat idem tenere Bar. in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraordin. cognit. argum. tex. notab. & singularis in l. cum hæres. §. Stichus. ff. de stat. liber. Glo. notab. in l. Arboribus. §. de illo. in litera ægrotantis. ff. de vsu
60 fruct. vbi habetur, quod famulo ægrotanti debetur salarium etiam ratione temporis, quo ægrotat. Et ratio est, quia per eum non stat, quo minus seruiat, arg. eorum quæ habentur per Doctores in l. diem functo de officio Assessor. in officiali ordinario. Sed magis ad particulare deueniendo dico, quòd iustitiarijs & Barricellis, qui mittuntur ad compescendum bo-
61 mines facinorosos, debetur salarium etiam ratione infirmitatis, quod ita probo. Clarum est in iure absentibus causa Reipublicæ deberi salarium, donec ęgrotat, quia habetur ratio infirmitatis, sicut habetur hyemis, nauigationis, & cæterorum, quę casu contingunt, vt dicit tex. in l. si cui. §. tamdiu. ff. ex quib. caus. maior. Modo iustitiarios, & Barisellos abesse reip. causa est tex. rotundus in l. qui mittuntur. §. Quæsitum. ff. eod. tit. Si absunt causa Reip. ergo debetur salarium ex ratione infirmitatis. Et ratio est, quia in his vertitur publica vtilitas. Et sic non video, quare non debeatur.

THEOREMA XXXIII.

62 Officialis, qui maleficia dissimulatione non punit, acriter est puniendus. Bar. in l. 1. C. publ. lætit. lib. 12. & in l. 1. C. de desert. eod. lib. de suut multa.

THEOREMA XXXIIII.

63 Ciues alicuius Ciuitatis sũt nobiliores, & digniores comitatensibus & rusticis, vt probat tex. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de edilit. edicto. secũdum intellectum Glos. ibi in verbo ex patribus & in Authen. de referend. in fin. & 24. d. cap. quando Episcopus. in verbo patriam. & capit. de Gente. 56. dist. & probatur per tex. in leg. 3. C. de naturalibus liberis. Ibi dignum est enim, vt qui sacratissimæ Romæ gloriatur, & ibi Salicet. dicit, quem esse notum ex nobili Ciuitate redundat ad eius gloriam, & dicit Bart. in l. un. C. de Alexand. primat. lib. 10. quòd gloriosius est esse mediocrem ciuem vnius nobilis ciuitatis, quam vnius modicæ ciuitatis primarium. Et hoc firmat Bartol. Cepoll. In tractatu de Imperatore eligendo, dum ponit de nobilitate ratione patrię, &c.

OPVSCVLVM II.

In quo ad Dictionarij, ſeu Vocabularij formam quàm plurima vtriuſque iuris difficillimæ voces iuxta receptos iuris interpretes declarantur, atque enucleantur: quæ Authori viſa fuere, aut difficiliores, magiſque notatu dignæ, aut ſibi conſulenti potiſsimum occurrerunt.

HVIVS II OPVSCVLI.

Summarium faciendum minimè cenſui, cum ſe ſe ſummet, & Alphabeti ordina res ſuas lectori diſtribuat, Volui tamen, quę notatu viſa ſunt digna ſummare ex his, quę occaſione dictionum incidenter ab Authore ſcripta fuere, & tanquam in alienis domibus occulunt, latentve. Cœtera ex ſe patent.

SVMMARIVM.

1 *Agere coactus infra certum terminum, per litis conteſtationem dicitur adimpleuiſſe; ſecus verò ſi peragere.*

2 *Aduerſatiuæ natura eſt, quod per eam intelligantur repetita verba, & qualitates præcedentis clauſulæ, dato quod talis clauſula habeat de per ſe orationem perfectam.*

3 *Aduerſatiua habet in ſe coniunctionem inductiuam repetitionis.*

4 *Teſtes deponentes per verbum circiter, non percutiunt præciſe tempus, vt debent.*

5 *Clauſula. Conſtito vobis, appoſita in reſcripto facit exequutorem mixtam, & debet pars citari.*

6 *Cauſa ſi committatur alicui iudici Ordinario, cum his verbis, quod poſſit cauſam cognoſcere, videtur quoque commiſſum, quòd illam poſſit decidere.*

7 *Commendatarius non poteſt dici beneficiatus Eccleſiaſticus. Vnde iura loquentia contra clericos tenentes concubinas non habent locum contra commendatarios habentes beneficia.*

8 *Commendatores ſancti Iacobi de Spata magis accedũt laicis; quam clericis, & Religioſis.*

9 *Clericus, qui eſt primæ tonſuræ, & habet penſiones aliquorum beneficiorum eccleſiaſticorum, vel tertias, emolumenta eccleſiaſtica a vel fructus, licet veniant appellatione primæ tonſuræ, non dicitur beneficiatus proprie, & puniri non poterit de aliquo delicto, tamquam beneficiatus.*

10 *Commendatores Sancti Ioannis Rhodij dici poſſunt Religioſi, & quare.*

11 *Subſtitutio facta illis de cyppi domus ſuæ de Caſata ſiue de Conſortaria, intelligitur de agnatis maſculis, & ſi remotis, & quare fœminæ, quæ dicuntur agnatæ, non dicantur de cyppo.*

12 *Fœminæ nuptæ vtuntur inſignibus, & armis mariti, & non patris.*

13 *Fœminæ tranſeunt in alienas familias, & per eas non conſeruatur domus ſeu agnatio.*

14 *Intereſt Reipublicæ, vt diuitiæ in maſculis conſeruentur.*

15 *Sordeſcit dignitas familiarum, & agnatorum perditis diuitijs.*

16 *Immunitas conceſſa alicui & generi ſiue poſterioribus ſuis non extenditur ad maſculos natos ex fœminis.*

17 *Iuriſditio ſi concedatur alicui cum dictione duntaxat intelliguntur excluſi pares iudices non maiores dignitate.*

18 *Clauſula ex certa ſcientia à Principe in conceſſione appoſita in modicis operatur læſionem iuris tertij, & quomodo cognoſcatur.*

19 *Clauſula ex certa ſcientia facit præſumi, quòd Princeps voluerit uti poteſtate abſoluta, & in quibus.*

20 *Vbi lex eſt in aſſignatione cauſæ, & vtitur verbo forte, talis cauſa non eſt finalis, ſed impulſiua.*

21 *Habitare dicitur quis continue in ciuitate, licet caſu occurrente ſteterit per annum in comitatu.*

22 *Homagium per Procuratorem non interponitur, & quare.*

23 *Homagij reus licet ſit periurus, non tamen punitur pœna periurij ordinaria, ſed extraordinaria, ſi ſacra non tangantur.*

24 *In perpetuum, hæc dictio in contractu ſocietatis alicuius interpoſita, intelligitur ad vitam ſocij.*

25 *Maritus promittens reſtituere totam dotem integram, quam recepit, an poſſit detrahere illam partem, quæ ſibi competit vigore ſtatuti.*

26 *Clauſula Motus proprij appoſita ab inferiori a Principe non operatur effectum.*

27 *Reſcriptum ſi fuerit geminatum, præſumitur factum, motu proprio.*

28 *Alienans feudum ſaluo conſenſu domini, nec aliter nec alio modo non amittit feudum.*

29 *Olim & iam dudum ſunt duæ dictiones aptæ ad omne tempus comprehendentes præteritum, & præſens.*

30 *Clauſula, quod ex ſola inſtrumenti oſtenſione poſſit capi debitor, in inſtrumento appoſita operatur, quod ad inſtantiam creditoris, ſeu ceſſionarij poſſit capi debitor ſine citatione.*

31 *Venditor dicens, quod ſi plus valet res vendita, donat emptori, illud plus refertur ad modicum.*

32 *Statutum dicens quòd aliquis habeatur pro ciue, intelligitur actiue, & paſſiue.*

33 *Clauſula per omnia, niſi fuerit appoſita in priuilegio ciuitatis, facit quòd non extendatur ad priuilegia poſtea conceſſa.*

34 *Piſcatores non poſſunt vermibus nociuis piſcari in flumine, alias puniuntur.*

35 *Piſtores, qui cum aceto ſolent lauare manus, vt panis exhaletur, & maior appareat; puniuntur.*

36 *Remotum quod dicatur, ſtatur arbitrio ſuperioris.*

37 Gene-

37 *Generalis renunciatio omnibus exceptionibus iuris, & facti extenditur ad vnam exceptionem solummodo competentem.*

38 *Est tanta virtus modificationis in dictione, Saluo; quòd vbi non inuenit, quid modificet, extinguit orationem præcedentem, & negationem resoluit.*

39 *Si quis dixerit, Concedo sicut, vel secundum quòd maiores mei concesserunt. Et maiores numquam concesserunt, non per hoc uitiatur secunda concessio.*

40 *Tortus non potest dici sponte confessus, & si notarius hoc diceret, posset puniri de falso, sed bene uoluntarie confessus.*

41 *Sponte non dicitur fieri, quando fit ab eo, qui cogi poterat.*

42 *Si accusatus confitetur omnia contenta in inquisitionem Saluo exc. illa verba limitant dictam confessionem.*

43 *Saluum conductum rumpens tenetur crimine læsæ maiestatis.*

44 *Præsidentes, & locum tenens Regiæ Cameræ Summariæ, non debent causam dicere, nec cognoscere absente Aduocato fisci, alias sententia rescinditur.*

45 *Statutum si est exorbitans, & correctorium, uerba in eo apposita sunt intelligenda secundum communem usum loquendi.*

46 *Successio transuersalium diuiditur in capita exceptis filijs fratrum, qui succedunt patruis in stirpes.*

47 *Si dixero mutua mihi centum super fundo Corneliano, certe intelligo pignorasse dictum fundum.*

48 *In dispositione Testatoris si apponatur dictio tantum, quod in uno conceditur, in alijs expresse denegatur.*

49 *Venditor, qui promisit defendere prout de iure emptorem, si res vendita euincatur per iniuriam iudicis, tenebitur de euictione, si non appellauit.*

50 *Si tibi placuerit, important arbitrium boni viri.*

A

AD. hæc dictio denotat idem, quod iuxta. Alex. in leg. si cui legetur, nu. 3. ff. de leg. 1.

Adæquare, hoc verbum potest intelligi tam actiue, quam passiue Bart. in l. 2. ff. de duobus reis. Iacob. de Nigris in repet. l. 1. ff. de leg. 1. nu. 14.

Agere dicitur quis litem contestando. l. amplius. ff. rem ratam haber. Bar. in l. quinquaginta. ff. de excusat. tut. peragere uero significat perfectionem actus. l. vrbana familia. §. pernoctare. ff. de verb. sign. unde infert ipse, quòd si in compromisso ponantur istæ clausulæ videlicet, quòd vna pars debeat agere infra certum terminum, alias cadat a causa, quod per litis contestationem adimpleuit ex parte sua, secus vero si fuit dictum, quòd infra dictum terminum debeat peragere: quod si non fuerit finita causa, incidit in pœnam in compromisso contentam.

Alimenta si testator mandat ex aliqua re præstari, illa res est tacite obligata pro præstatione ipsorum alimentorum. Glo. in l. Lucius, & ibi communiter scribentes. ff. de alim. legat. & in leg. Gaius. ff. de annuis legatis. per tex. in l. 2. ff. de alim. legat. secus tamen si ex illa re mandaret aliam rem prestari, quia tunc non nascitur hypotheca, sed actio personalis. l. fin. ff. de contrah. empt.

Alias, & alioquin important conditionem contrariam præcedenti, tex. est in l. alias. ff. de iureiur. not. in l. diuortio. ff. de negot. gest. Capra. in consil. 72. nume. 19.

Aliqua. ista dictio est uniuersalis. argumento eorum, quæ notantur per Glo. in clem. 1. de for. compet. & eorum, quæ not. Goft. in c. pastoralis. de offi. delegat. & in cap. super. de eo, qui cognouit consanguin. uxor. suæ, & in c. 2. §. 1. de decim. lib. 6.

Aliquando, significat idem, quod coram Ias. in l. 1. nu. 93. ff. de acquir. poss.

Aliquid hæc dictio verificatur in modica parte. Glo. in clem. vnic. de for. compet. Bald. in l. 1. C. de testibus.

Aliquo modo. ista verba sunt generalia, & comprehendunt modos similes, & maiores expressis, si sunt geminata. Glo. in clem. 1. de re iudic. & in leg. cum pœnam, ff. de arbitr. faciunt notata in l. Balista ff. ad Trebell. Socc. in cons. 242. in 2. vol. nu. 3. & 4.

Alte, & basse. hæc clausula apposita in compromissis operatur, vt respectu læsionis non possit peti reductio ad arbitrium boni viri. Abb. in c. fin. nu. 4. de maior. obed.

Ambitiose. istud verbum significat idem, quod non iuridice. Bald. in l. præses Prouinciæ. in 3. colu. in princ. C. de transact.

Amplius. dictio est inclusiua. l. qui ita. ff. de dot. prælegat. Luc. de Penn. in l. 1. 2. col. C. de iure fisci. lib. 10. & nota quòd quando dictio, Amplius, refertur ad rem determinatam per nomen, ut lego amplius dote, tunc ponitur comparatiue, & inducit repetitionem. d. l. qui ita, quandoque ad aliquid determinatum refertur per pronomen, vt hoc amplius, tunc si non præcedat, quod repetat, non repetit. leg. seruus. §. si ei. ff. de leg. 1. si vero inuenit, quod repetat, tunc repetit. ut in l. si tibi pure. ff. de leg. 3. & ibi Bar. ubi plura cumulat de ista dictione Amplius.

Apud. hæc dictio importat prope, licet non in præsentia. l. id apud & l. penes. ff. de verb. sign. & aliquando importat idem, quod coram in l. de iure in princ. ff. ad municip.

Assidue dicitur quod fit horis cõgruis, & debitis, sicut verbum continue. Dominic. in proœm. sexti libri in §. sacrosanctæ num. 3. & uide Rom. in consil. 263. ubi tractant de eo, qui iurauit semper stare in aliqua ciuitate, & postea abfuit per octo menses, & idem dic de verbo continue.

Autem. hæc dictio aduersatur præcedentibus in iure, & in facto. Bar. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de damno infecto, & natura aduersatiuæ est, quòd per eam intelligantur repetita verba, & qualitates præcedentis clausulæ, dato quòd talis clausula habeat de per se orationem perfectam Bal. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & aduersatiua habet in se coniunctionem inductiuam repetitionis. l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fund. instr. & instrum. legat.

Aut. & Vel aliquando ponuntur pro id est, ubi ponuntur inter ea, quæ idem sunt Glo. no. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. aliquando Aut ponitur pro id est. l. nam Imperator. ff. de leg. 1. & quandoque. Aut, Vel, Et, Seu, ponuntur pro &, sed si alternatiue ponerentur, destruerent intellectum legis per ea, quæ notantur per Bald. in l. fin. C. de sent. & interlocut. omn. iudic. hæc omnia ponit Glo. Montalui in l. 1.

in L.j.tit.6.de las herencias. lib. 3. legum Hispan. in uerbo.los sobrinos.

Aut.per hanc dictionem, Aut sufficit alteram partem esse ueram tex.in l.hæc verba ille,aut ille.ff. de uerb. signif. Affl ct.in constit.dignum.num.9. titu. de iure curiæ obseruando.

Authoritate nostra. hæc clausula importat iurisdictionem delegatam.tex.est in c.cum aliquibus. de rescript.lib.6.Bart. in L more.ff.de iurisdit. omn. iud. Alex.in L viro atque uxore.nu.7.ff.solut.matr.

Adiudicare. istud verbum proprie pertinet ad iudicia diuisoria, l.item Labeo.in princ.ff.famil. herc. Glo. not. in L sed & si res. ff. de public.in rem act. quam Glo. dicit not.Ias. in §. quædam. inst. de act. in 1.colum.

B

Bene. istud aduerbium significat idem, quod rite recte.Bald.in leg.3.in princ.C.de appell.male autem aduerbium significat idem, quod non recte, & pro opinione Bald.est tex. notabilis in l.eius dictum de verb. signif. ubi tex. dicit iuste possidet, qui rite, & recte possidet, nam istud aduerbium iuste idem significat, quod rite aut recte, vt dicit Glo. in verbo iuste in Authen.de hæred.& falc. in §. exhæredatos, ergo istud aduerbium bene significat idem,quod rite aut recte,de quo uide Hermanodectus super Rubr.ff.de acq.poss.nu.5.

Bestia. hęc dictio intelligitur de fera. Bart.in l.1. §.remouet.ff. de postul. & an intelligatur de viua, vel de mortua tantum, uide Bar. in l.cum delanionis.ff.de fund.instr.& instrum. legat. qui dicit standum esse consuetudini.

Bona debitoris, quòd creditor possit capere.operatur ista clausula quod iudex potest concedere familiam ad associandum sine citatione. Matth. de Affl. in constit.pacis cultum,& idem in decis. 326.

C

Cadat,mittat, priuetur.hæc verba denotant ope. exceptionis, non autem ipso iure,nisi apponantur ista verba, Mox.Statim, nam tunc ipso iure est priuatus, non ope exceptionis,ita Bar. in Auth. sed hæc.C.de vsur.nu.5.

Caste,& honeste, quid hæc verba importent. vide Bal.in l.3.C.de indict.uid.Toll. & ibi diffuse tractat, quid si maritus relinquat eius vxorem dominam massariam, & vsufructuariam,donec honeste, & caste vixerit, quid importent ista verba eum videas ibi.

Clam. quando dicatur aliquis actus fieri clam, dicquòd quando deficit præsentia iudicis, vel alterius,cuius præsentia requireretur; uel si fiat taliter, quòd non possit deuenire ad notitiam eius, cuius interest. Bar.in leg.2. C.de his,qui ex publ. ratioc. lib. 10. per illum tex. & Glo. in verbo occulte. idem si fiat aliquid de nocte, & etiam alijs modis, quos refert Felin.in c.cum quidam de iureiur.nu. 10.

Circa. hæc dictio denotat modicum tempus. in Authen.quomodo oporteat Episcopos in §. quanta igitur.coll.1.

Citra. de hac dictione citra loquitur Bart. in leg. Celsus.ff.de vsucap.pen.col.late Bal. in L falsus. in 4.col.C.de furt. Ant.de Butr.& alij Canonistæ in c. licet causam.de probat.

Circiter, & aliæ dictiones consimiles referuntur ad modicam quantitatem.Gl. in cap.tuæ de despon sat.impub. in verbo Circiter. vnde dicendo talis est circa duodecimum annum, vel possedit circa. 12.
4 annum, non probatur certum, & determinatum tempus, quod facit contra testes deponentes per hæc uerba not. in c. licet de probat. non est enim in iure determinatum, quantum tempus probent ista uerba,sicut etiam dictiones plus uel Vltra. Abb. in d. cap. tuæ per tex. in leg.hæc adiectio,ff.de verbo signifi.

Concorditer dr aliquid fieri,quãdo fit ab omnib. nemine discrepante, & non sufficit, quòd fiat a maiori parte,ita est Glo.in c.cupientes.in §. ad hæc. de elect.in 6. & in clem. ne Romani de electione, in uerbo Concorditer.quas Glo. no. commendat, Ias. in L de fideicommisso C. de transact. & ibi tractat quę differentia sit inter concordiam, & pacem.

Constiterit,si sub hoc verbo adijciatur aliqua conditio. vt si dictum fuerit, si constiterit, tunc oportet verificari per veras probationes,secus esset si non esset per viam conditionis, sed monitionis, & quando dicitur in rescripto si constiterit,vel constito vobis, tũc debet pars citari alias processus est nullus Abb.
5 in c.conquerente de restit.spoliat. Et ista clausula facit executorem mixtum.& illud dicitur constare,qđ constat ex probationibus,& iudicijs in c.non solum de regul.iur.in 6.vel per instrumentum,de quo vide Felin.in c.si constiterit,de accusat.coll.2.nu.5. Bal. in l.non dubium.ff.de legibus.in 8.colu. vers. iuxta hæc quęro. vide allegat.Lapi.61. & vide Afflict. super constit. Si damna clandestina.nu.5.

Continuo.hæc dictio significat sine temporis interuallo.dec.& Abb.in c.cęterũ de rescr.facit tex.in l.stipulatus sum domũ.ff.de verb.obligat.nisi aliud materia suaderet,vt per Gl.& Bar.in d.l. stipulatus Glo.in leg.3.§. in amittenda in verbo animo, & ibi Ang. ff. de acquir.poss. aliquando significat statim. Glo.in verbo continuo iuncto tex. ff.de donat. uniuersaliter sumitur pro integro est tex.in L Paulus.§. Caius.ff.de libera l.causa.

Contine dicitur quod fit horis congruis,& debitis domin.in proem.6.libri in §.sacrosancto.

Cognoscere hoc verbum includit potestatem decidendi, quando hoc verbum dirigitur ad personã, quę alias in illa causa possit decidere,quod facit,quia
6 si includeretur potestas ordinarij secundum ca.licet de off.ordin. si poneretur uerbum cognoscere,non videtur excludere potestatem decidendi.Gemin. in c. legitima de app.lib.6.in 4.col.nu.13.

Commendator non est Prælatus in titulatus, vt sunt isti commendatores sancti Iacobi de Spata, & Sancti Ioannis de Rhodio,& S. Lazari,& similes, sed procurator, vt est Glo. in L nemo deinceps. de elect.in verbo cõmendare & est veluti perpetuus depositarius,& in l.commendare,ff.de verb. signif. & in L Lucius.ff.depositi.& sic sola detentio seu detentatio est penes depositarium Gl.in c. si constiterit de accusat.& sic non est vere titulus beneficij,sed titulus est apud alios,qui dicuntur rectores beneficiorũ, & commendatarij vtuntur tantummodo fructib. & emo lu-

emolumentis temporalib.& administratio spiritualium est apud intitulatum Rectorem,qui præficitur authoritate Ecclesiastica ; & sic vere commendator
7 non potest dici beneficiatus saltem ecclesiasticus,vn de iura loquentia contra clericos loquentes tenentes concubinas,non habent locum contra commendatarios habentes beneficia , bene verum est quòd habebuntur pro clericis primæ tonsuræ,qui non habent beneficia , licet habeant commendam , & ideo illi præceptores sancti Iacobi de Spata non cadūt sub reseruatione papali,vt no.Gl.in reg.Cācellariç octa
8 ua,& 33.& in nona regula, & quòd commēdatores sancti Iacobi de Spata habeantur,& magis accedant laicis,quam clericis, siue religiosis. Montalu.in l.si. tit.1.lib.3.legum Hispaniarum,late scripsit de hoc.
Cognoscat.per hoc uerbum cognoscat,datur potestas decidendi.tex.& Glo.& ibi Philipp. Franc.in c.legitima.de app.in 6.
9 Clericus,qui est primę tonsurę , & habet pensiones aliquorū beneficiorum ecclesiasticorum,non dicitur beneficiatus proprię , quia titulus beneficij est apud alios taliter,quod punitur non poterit de aliquo. delicto tamquam clericus beneficiatus, licet habeat emolumenta ecclesiastica,& fructus beneficiorum, no.Dec.in conf.156.& idem erit in habente tertias, vel alia iura ecclesiastica,licet appellatione clericorū ueniant clerici primæ tonsuræ,vt in Auth.presbyteros.C.de episcopis,& cler. cum dicatur habere ordinem in e.cū contingat.de ętat.& qualit.bene uerum est, quòd istecōmendatores S. Ioannis Rhodij dici
10 possunt religiosi,quia isti ex constitutione sui ordinis sunt professi,& religiosi uoto astricti, & possunt dici fratres,licet causa militiæ contra Turcas & Saracenos arma bellica non deposuerunt no.Cassan.in cō suet.Burgund.nu.18.rub.3.§.5. eidem sentit Oldr. in cons.93.loquendo in commendatorib. de Alcantara.Nec negandum puto commēdatores S. Iacobi non esse uere religiosos,ut concludit Couar.in lectura 4.in 2.par.c.3.fol.24. Vellaga.in spec. princicap. 1.num.7.
Cum.hęc dictio denotat conditionem Iaf.in l.stipulatio ista habere licere.§.incertam,ff.de uerb.obligat.& quando ponitur inter personas cōiungit eque principaliter,& nō accessoriè,quia persona non cedit alteri personę. Ale.in l.si ancilla.ff.de l.1.& principaliter denotat tempus idem in l.huiusmodi.ff.eod.tit.
Credo. istud uerbum equiualet uerbo ueritatis expressiuo,& non dubitatiuo , quod facit ad pragmat. incipit,Quinta die ubi reus tenetur respondere positionibus per uerbum credit,uel non credit.ita Bald. in l.1.C.de fal.cau.adiect.legat.in fin.
Cyppus domus conseruatur in cōsanguineis masculis l.1.§.sed & si tertius.ff.de uentr.inspic.per quē tex.ista no.Bal.in l.fin.ff.de in ius uoc.no.Benedict. Capra in cons.8.nu.4.
11 Cyppus. nota q̄ substitutio facta illis de cyppo domus suę de Casata siue de Cōfortaria,intelligitur de agnatis masculis.Ludou.Gozadi.in cons.79.nu. 6.Philipp.Corn.in cōs.41.uol.4.incipit, Videtur in hac consultatione. Et non intelliguntur,nec admittuntur filię agnatæ,quia licet sint agnatæ,non tamē ita per eas conseruatur agnatio, sicut per masculos , ad quam testator uidetur habuisse affectionē,& dicit ibi in litera s.quod appellatione Cyppi, uel Domus uel Familiæ,uel Consortariæ , ueniunt tantum illæ personæ,per quas Familia, seu Cōsortaria,uel agnatio recipit stabilitatem, fundamentum , & maiorem perpetuitatē,& maxime quando tales filiæ erant nuptæ,idem tenet Cor.in cons.55.incipit, pro decisione.uolum. 1. ubi vult,q̄ in portione deuoluta filiæ si substituat illos de domo,seu con sortaria,intelligitur masculos substituisse,& sic fratrem exclusis filiabus,quia uidetur se retulisse ad agnationē, & magis dilexisse masculos,quam fęminas , per quos domus conseruatur,& in tantum hoc procedit, quod etiam si specifice nominetur casata Cęsarina, siue Hercula na,intelliguntur agnati masculi,etiam si sint remoti,& non fęminę,licet sint de illa casata,per ea, quæ notantur in c.5.de schismat.in 6.Bar.in l. tutelas ff. de capit.diminit.quia communiter fœminæ non de
12 nominantur,si sunt nuptę de domo patris, sed mariti,& vtuntur insignibus,& armis mariti,& non patris.Corn.in cons.41.in fi.& in conf.26.vol. 4.etiā si ueniant agnati remoti, nam tunc , qui proximior est,ille succeder,& coniunctis magis præferuntur mi nus coniunctis.l.cum ita legatur.§. in fideicommisso,& in l.pen.§.fratrem.ff.de legat 2. & ita consuluit per istam rationem Corn.in cons.26.in princ. & in cons.46. & in cons.55.vol.1.,& tanto magis procedunt supradicta,ubi viget statutum , quod agnati masculi excludant fœminas,nam intentio statuentium fuit , quia magis conseruatur cyppus,domus, familia, & casata in agnatis masculis,quam fœminis per ea , quæ dicit Bald. in l. maximum vitium , C.de liber.præter.& exhæred. Bar.in l. lib. rotum . ff. de verb. signifi. Bal. in l.cunctos populos. C. de summa trin. & fid. cathol. facit etiam, quod voluit Soce. in consil.63. incipit, Viso testamento . col.10.volum.3. versi. ex quibus patet. q. 447. illa verba prolata a testatore , quòd bona sua vult mane re in familia cognominis , & domus , intelliguntur
13 de masculis, & non de fœminis,quia fęminę transeunt in alienas familias,et per eas non conseruatur domus,seu agnatio. Ioan. Andr. in addit.ad Spec.in Rubr.de success.ab intest. & uerbum cognatio extenditur ad agnatos tantum,ut ibi per eum . Facit , quod dicit Barbat. in l. cum acutissimi C. de fideicomm.col.76.cum sequenti, quod si testator dixit , quòd si filius meus decesserit sine aliquibus de con sistentia mea, intelligitur de agnatis. Ang. in consi. 248.incipit,punctus est,& Alex.in consi 115. vol. 7.in prin.incipit, Viso processu causæ quòd consortes dicuntur nati de eadem stirpe per lineam masculinam. Verba enim ista in cyppo,vel ad agnationem bona mea perueniant: potius ad masculos,quam ad
14 fœminas referri debent. interest enim Reipublicæ , vt diuitiæ in masculis conseruentur l.1.§. quamuis & §.publice ff. de uentr. inspic. sordescit enim di-
15 gnitas familiarum , & agnatorum perditis diuitijs l.quisquis C.ad l.Iul. Maiest.& mulieres ut nubūt transeunt in alienam familiam. Barto.in leg.fin.C. de priuileg. schol. lib. 12. de quo uide ample consil.Barthol.Socc.300.in 3.lib.nu.6.7.& 8. & 9. fa-
16 cit etiam quod immunitas concessa alicui & generi,siue posterioribus suis, non extenditur ad masculos natos ex fęminis.l.1.§.1.ff.de iur.immunit.

D

DVntaxat. eſt dictio reſtrictiua.tex. et ibi Card. Zabarell.in clem.vnica.de ſequeſtr. poſſ. & fruct.vnde ſi alicui concedatur iuriſdictio cum iſta
17 dictione, uel cum verbo ſolus intelliguntur excluſi pares iudices, & non maiores dignitate. Thomas Grammat. in conſil. 2. de fori iudic. numer. 8. 9. & 10.

De,& Ex. hæ dictiones regulariter denotant cauſam immediatam, & proximam, aliquando remotam. Capr. in conſi. 22.

De ſuo corpore. hæc dictio denotat cauſam immediatam,& proximam,& non remotam. Bart. in l. 1. §. emancipatus de coniungen. cum emanc. liber. Capr. in conſi. 22. nu. 1.

Debet. iſtud verbum importat neceſſitatem. Gl. in clem. fin. de ſtat. Monach.& ibi Card. Glo. in c. ſi uir. de adult. Glo.& ibi Abb. in c. propoſuit de app. idem Alber. in c. 1. de deſponſat. impub.

Defendere. hoc verbum multipliciter accipitur, de quo vide Dominic. in cap. quo iure 8. d. & an prohibitus excipere poſſit ſe defendere, vide Bart. in leg. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Felin. in rubric.

De facto. de except. iſta clauſula appoſita in inſtrumento,quòd debitor poſſit cogi de facto, operatur,quod ſine citatione poſſit capi ad inſtantiam creditoris,ſeu eius ceſſionarij Bal. in l. 1. in 5. col. num. 5. ff. de reb. credit.

Donec. & Quoad. quando in obligatione venit aliquid, quod habet cauſam ſucceſſiuam, vt vſuſfructus tutela,& ſimilia. iſtæ dictiones habent vim repetitionis leg. pen. ff. de excuſat. tut. ſi vero venit in obligatione illud, quod habet cauſam momentaneam, non videtur facta repetitio. per tex. in leg. legatum ita eſt. ff. de ann. legat. & ibi Barto. & de iſtis dictionibus Donec, & Quoad, vide Bart. in leg. 1. ff. de condit.& demonſtr.& idem in dictione Dum. in leg. qui concubinam. §. vxori cum gl. ff. de legat. 3.

Iſta quoque dictio inducit conditionem leg. pater Seuerinam. §. ſi. ff. de cond.& dem. Socc. in conſ. 68. nu. 3. & 8. in 1. vol.

Diu. hæc dictio diu ſecundum ſtylum Romanæ curiæ refertur ad 40. dies. Io. Andr. in c. ex parte de Priuileg.

Domus. quando teſtator dicit, quòd bona deueniant ad poſteros de domo,& familia ipſius teſtatoris,tunc domus accipitur pro agnatione l. cum unus ff. de alim.& cibar. legat. Capr. in conſ. 90. late, et ibi dicit,quod non ueniunt baſtardi.

Dormire, uerbum relatum ad virum, & mulierē ſonat in uitium. Io. de Anan. in c. 1. & in c. ſignificauit de adulter.

Dudum. hæc dictio ponit qualitatem de præterito,& remouet qualitatem de præſenti:& aliquando ponit qualitatem de præſenti, ſicut dictio olim ita not. Abb. Sicul. in cap. 1. de cler. excommun. depoſ. uel interdict. not. in c. olim. de officio delegat. & in proemio Digeſtorum.

E

ET. hæc dictio eſt copula,& ſi cadit in plures orationes principales principaliter copulatas non requiritur concurſus omnium, vt in l. 1. ff. de his qui no. infam. ubi dicit, quòd condemnatus de furto, de homicidio, de adulterio,& lenocinio ſit infamis, non oportet, quod de omnibus ſit condemnatus, ſecus ſi plures orationes copulentur acceſſoriè ad aliud. in l. heredes plures. ff. de condit.& demoſtr. Bart. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum, ff. de reb. dub. quandoque in una parte copulatis ponitur aliqua conditio, ſeu qualitas an videatur in alia repetita, puta dicendo, lego tibi fundum inſtructum,& domum utrum intelligatur domus inſtructa uide Bar. in l. Seyæ. §. Caio. ff. de fund. inſtr.& inſtrum. legat.

Nota quòd quandoque ponitur punctus inter plura,& tunc ſumitur loco copulæ. not. in l. cum duob. §. ſi in coeunda ff. pro ſocio. clem. ſæpe. de verbo. ſign. Anchar. in clem. in plerique. de elect.

Et cætera. hæc clauſula, & cætera, ſi eam appoſuerit notarius, & omiſerit apponere in contractu conſtitutum, non poterit virtute d. clauſulæ poſtea illud apponere. Alex. in conſil. 28. incipit, Viſo,& præhabito. lib. 2. tamen ſi fuerit appoſita in principio inſtrumenti, operatur, quòd videantur omnia, quæ tam de iure, quam de conſuetudine requiruntur, appoſita. ita Thom. Grammat. in deciſ. ſuis. in deciſ. 106. nu. 12. & 13.

Ex nunc. hæc dictio ſignificat actum uerbi prolati,& illud uerbum pro ut ex tunc ſignificat actum præſentem collatum in futurum, unde ſi diceret iudex ſi non ſatisfeceris infra talem terminum excommunicatus ſis, ex nunc prout ex tunc: idem eſt ac ſi diceretur excommunicatum te declaro, ſi in termino non ſatisfeceris, ita Bal. in cap. 1. de mil. uaſſ. qui contu. eſt, in uſib. feud. Felin. in c. licet cauſam, de probat. num. 6. Abb. in c. paſtoralis. Et in c. præterea de app. Glo. in clem. 1. de iure patronat. in uerbo ex tunc.& Gl. in clem. 1. in uerbo ex nunc. de conceſſ. præb.

Ex tunc prout ex nunc. iſtis uerbis uidetur effectus collatus in tempus præſens, Bal. in Auth. contra rogatur. C. ad Trebell.

Ex. hæc dictio ſignificat cauſam immediatam Capr. conſ. 22. Bal. in l. 1. C. de condit. inſert. nume. 3. tex. in leg. 1. §. ex incendio. ff. de incend. ruin.& naufrag.

Et. hæc dictio copulatiua quid operetur appoſita in libello, uide Bald. in leg. 1. C. de condit. inſert. Dec. in authen. ſi quis in aliquo documento. C. de edendo.

Etiam. hęc dictio implicat caſum contrarium no. Bar. in Auth. de defenſ. ciuit. in §.& iudicare coll. 3. & no. in l. 2. C. ſi min. ſe maior. dixerit.

Ex certa ſcientia. iſta clauſula ex certa ſcientia principis operatur, quòd non poſſit probari contrarium.& in modicis operatur læſionem Iuris tertij. Afflict. in conſtit. dignum de iure ſuo curiæ obſeruando. nu. 7.
18

Et probatur quinque modis. primo quando inſeritur in conceſſione lex uel canon, qui obſtat: ſecundo quando apponitur in conceſſione præd. clauſula:

B Tertio

Tertio quando tenor rei gestæ, vel confirmatæ inseritur. Nota quarto quando secūda iussio emanauit. Quinto quando ex narratis certa scientia colligitur. ita Dec. in Auth. potrecta. C. de confirmat. nu. uel inur. & an pred. clausula operetur in consistentibus in facto. uide Bald. in l.sin.C.sent.rescin.non poss. in colum.fin.

Ista clausula etiam operatur apposita in rescripto præmissa causæ cognitione,quod licet alias non præsumatur,quod princeps non præsumeretur uti pleni tudine potestatis,& sic potestate absoluta,nisi exprimatur, ut tenet Innoc.in c.innotuit.de elect.tamen

19 virtute præd.clausulæ uidetur vti præd. potestate absoluta, ita est Glo. sing. in c.ad hæc de rescr. Afflict.in c.1.§.præterea ducatus. vers.tertio no. nu.4. de prohib.feud.alienat.per Feder.& ibi quid operetur ista clausula apposita in alienationibus,& rescripis,& an possit probari per testes.

Euidenter apparere dicitur aliquid,quando constat legitimis coniecturis. Bart. in leg. licet. ff. de leg.primo in princ. ubi eum vide eleganter loquentem.

F

FEre.dictio est diminutiua.Bal.in l. fi. C. de edicto d.Hadr.toll.& in l.2.§.exactis.ff. de ori.iur.

Fida custodia.sub fida custodia si aliquis mandetur carcerari, intelligitur sub custodia militum, & clientulorum.l.1.C.de custod.& exhib.reorum.Bellamer. dec.330.si condemnatus.

Forte.ista dictio non est nota dubitationis,sed assertionis Glo.in c.2.de test.b. & Glo.in l. mutus ff. de proc. & in leg.si duo.§.1. ff. de arbitr. & in l.in commodato. §. sicut. ff. commodat. Barbat. tamen in dicto cap. 2. de testibus dicit,quòd est dubitationis,de quo uide Felin. in cap. accedens il 1. ut lit. non contest. versic. vlt.nume.10.nota tamen,quòd

20 ubi lex est in assignatione causæ, & ponit istud verbum forte, quòd talis causa non est finalis, sed impulsiua,Glo. not.in clem.1.in uerbo appellandam, & ibi Imol. de appellat.& uide Abb. in cap. accedens supra allegato.

Forsan. hæc dictio apponitur affirmatiue,& non dubitatiue,ut in casu c.ex tenore,ibi nisi forsan eatenus,de rescript.& ibi gl.

Frustra. hæc dictio posita in aliqua dispositione legali inducit nullitatem actus ipso iure.Bat.in leg. pen.§.ad crimen.ff.de public.iudic.

G

GRatia.hoc uerbum in dubio inducit plenam restitutionem non simplicem indulgentiā. Bar. in l.1.§.si quis vltro.ff.de quæst. Ancha.in cons.408. incipit probata tanti viri sententia.nu.4.

Gratię proprio motu concessę per summum Pontificē,ita plenam & amplam interpretationem recipiunt,sicut vltimę voluntates,ita est tex. in c. si motu proprio de preb.in 6.& c.si pluribus.eo.tit.Rom. in consil. 388.incipit in casu propol. ti themaus, numero 7.

H

HAbere. hoc verbum habet significationem dominij, possessionis, & nudæ detentationis, tex. est in l.stipulatio ista habere licere.§. hac quoque stipulatio.ff.de verb.oblig.

Habitare dicitur quis continuè in ciuitate, licet

21 casu occurrente steterit per annum in comitatu. Felin.in proem.decretal.super §.Rex pacificus nu.4.

Homagium secundum consuetudinem,hispanorum solet interpositis manibus intra palmas recipiētis alicuius nobilis promissionem, quæ interpositio est signum humilitatis, & obedientiæ ex parte promittentis, vt no.Inn.in c.olim inter.de restit.spolia. & istis palmis interpositis & promissio homagij habet in se quoddam genus humilitatis,& seruitutis, vt no.Gl.in l. si vsusfructus legatus. ff. de vsufr. Et

22 ideo per procuratorem non interponitur Bal.in l.1. ff.de acquir.rer.domin. in fine. Et hoc procedit dicē do in illo idiomate Doy o,y fe, y palabra haziendo como hago pleito omenage,como cauallero, y hombre hyodalgo segun fuero de España de cumplir, o hazer guardar tal cosa. Et si frangatur promissio incurrit in periurium. Fit etiam per interpositionem fidei inter Christianos,vt no.Io.And.& Host. in c.querelam. ne prælati vices suas; & alios refert sequendo istam opinionem. Felin.in cap.querelam. de iureiurando.B. 1.Diaz.in sua pract.crimin.in ver hoc periurij, nam interpositio fidei habet uim iura menti in cap. ad audientiam, quod mercau. & sicut iuramentum repræsentat maiorem ita interpositio fidei. not. in quæst.cap. Tholos.quæst. 382. quæ est magna extensio. ad Authen.sacram.cnta pu

23 ber. C. si aduersus uendit. bene verum est, quod licet sit periurus,non tamen punitur pœna periurij ordinaria, sed extraordinaria,si facta non tanguntur Afflict.in constit. Regn. Sicil. rub.5 5.col. 11.Oldr. consil.93. Et quomodo interponatur homagium vi de leg.2.tit.5.par.7.& in leg.5.tit.15. par. 3. Bald. in cap.1.quo tempore miles, & in cap. 1. §. fin.per quos fiat inuestitura. Grat.in vol.10.col.3.& tex. in l.4.tit.25.par.4.

I

INcontinenti. quando dicatur quis incontinenti appellare,uide Bar.in l.litigatoribus. C. de app. & Bar.in l.1.§.libelli.ff.quando appell.sit.

Incontinenti dicitur id fieri, quando aliquid fit nullo actu extrinseco & voluntario interueniente. Salic.in l.cum antiquitas C.de testam.

Infra.hæc dictio continet contēta inter extrema, quibus adiungitur in c.1.& in c.ex tuorum.de Authen.& vsu palij.Soc.in cons. 182.nu.5.lib.3.

Iniungimus.istud uerbum est præceptiuum, necessitatem importans Glo.& ibi Card. in clem.2.§. 1 .de relig.dom.& in clem.si.§.1.de pœn.

In perpetuum.hæc dictio significat fine fine.Glo. in l.p flunt ff.de except. dol. & aliquando secundū subiectā materiam refertur ad hominis vitā, si actus de sui natura,vel disponēdi modus personā respiciat l.1.ff pro Seio.l.de Gaio Seio. ff. de alim. & cibar. legat.& c.tā fruiis de eo qui cognouit cōsanguineā

uxor.

vxor. ſuæ. & in cap.fin. de reſcript. in 6. Anton. de Butr. in conſil.49.circa finem, uide Anto. de Butr. in conſil.19. & Calder.in conſil.17.ſub tit.de uerb. ſignifi.Bar.in l.prætor.§.hoc interdictum.ff. de ope. nou.nunt.& idem in l.iuriſperitos.in princ.ff. de ex cuſat. tut. & an aliquid in hoc mundo poſſit eſſe perpetuum, vide eundem in l. eum qui debere. ff. de ſeruit.vrban.prædiorum & gl.in l.1.ff. pro ſocio. & Bar.in 1.compilat.Codicis. & ibi Alex. & quod iſtud verbū In perpetuum accipiatur ſecundū ſubiectam materiam,ex co appatet,quia appoſitum in co tractu ſocietatis alicuius, vt in l. verum. §. in hæredem.ff.pro ſocio,uidetur intelligendum ad uitam ſocij per ſupradictam legem primam,vt tenet Socc.in conſ.278.in 2.vol.nu.12. & ibi de hoc verbo nullo tempore, & an valeat pactum quod ſocietas nullo tempore finiatur.

Immediate dicitur quicquid per rerum naturam continuatiue vnum,& idem eſt.Bal.in l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.Capr.in conſi.18.nu.12. Bald. in l.1.C.de condit.inſert.

Imò. hæc dictio ponitur correctiue.leg. ſi ita ſcriptum fuerit.ff.de hæred.inſtit.& ibi Bar.& quandoque ponitur pro &. vt in tit.C.de nou. Cod. facien. in §.quibus ibi immo.Glo.in l.ſi ita ſcriptum ſupra allegat.

Ipſo iure. hæc clauſula vbi non exprimitur in lege,vel æquipollens,& tractatur de pœna ſemper in telligitur per ſententiam.Bal.in l.ſi qua C.de ſecund. nupt.quem refert pro notab.Afflict.in cap.Imperia lem.nu.2.de prohib.feud.alien.per Feder.& ſignificat ſine ope exceptionis.Glo.in verbo ipſo iure.in c. 1.de reſcript.

In antea. hæc dictio importat abinde in poſterū. l.cum ſtipulatus ſum mihi a Proculo.ff.de verb.obligat.Capr.in conſi.44.

Inſolidum. hæc dictio quid ſignificet in contractibus,& obligationibus. vide tex. in l. ſi diuiſa. C. locat.

Itaquod. iſta dictio eſt qualificatiua,& apponit conditionem diſpoſitioni præcedenti.Socc. in conſi. 49.in 1.vol.nu.2.per tex.& ibi not.Glo.in c. ſignificante de præben.

Irritum.hęc dictio non ſemper importat ipſo iure,niſi virtute geminationis.tex.eſt.in Auth.ex cauſa.C.de lib.præter.& exhæred.& ibi Bal.in 3.colu. Iaſ.in l.cum poſtea C.de pact.nu.5.

Irritum.hoc verbum ſignificat nullitatem actus ipſo iure Glo.in l.in criminali. C. de iuriſdit. omn. iudic.& Bar.in l.Iubemus.§.ſane. C. de ſacroſ. eccleſi.fallit quando ex uerbis ſequentibus apparet de validitate actus. Philipp. Dec.in c.cum poſteaquam C.de pact.

Inſpectis,& lectis. hæc verba quid ſignificent, uide Iaſ.in l.qui Romę.§.duo fratres.ff.de uerb.obligat.nu.65.& Bar.ibi.

Item.an hæc dictio ſit repetitiua, vel continuatiua tu dic.quod aut per dictionem prædictam additur noua oratio omni perfectione in ſe perfecta, & tunc inducit continuationem,& non repetitionem, ut in l.item apud Labeonem.ff.de iniur. aut per dictionem Item non additur noua oratio,ſed defectiua ex parte appoſiti, uel ex parte verbi, & tunc illud, in quo oratio deficit,ſuppletur ex præcedentibus, & tunc non inducit repetitionem.Ang.in §.item lapilli.inſtit.de rerum diuiſ.Bar.in l.1.ff.de public. Bar. in l.in repetendis.ff.de legat.3.ubi dicit, quòd quando eſt identitas perſonarum,uel rerum, dictio Item inducit repetitionem,& ibi facit plures diſtinctiones uide Bal.in l.fin.C.de indict. viduit. toll. ubi dicit, quòd in uno contextu dictio Item ponitur copulatiue, & in diuerſis ſignificat ordinem uerborum, & non copulam uide conſ.Bar.39.&c.

Iterum.hæc dictio Iterum ſi ex reiteratione actus infertur nouum grauamen,ſiue proferatur a lege,ſiue ab homine, tunc accipitur pro bis.leg.fideicommiſſa. §. ſiquis decem.ff.de legat. 3. aut non infertur nouum grauamen, & tunc accipitur pro ſæpius, ſiue ab homine ſiue a lege proferatur.leg.veluti.§.hæc vox.ff.de edend.cumulat.Angel. in proœmi.inſtit.§.1.nu.3.

Integre.iſta dictio integre ſignificat ſine aliqua diminutione.Glo.in c. fin. & ibi eſt tex. & not. Card. de confirmat.vtili,vel inutili.Alex.in conſ.141.incipit, Viſo teſtamento.in vlt. col.in 2. vol. Et an Ma-
25 ritus promittens reſtituere totam dotem integram, quam recepit,poſſit detrahere illam partem,quæ ſibi competit uigore ſtatuti,vide ſingul.Marſil.687. incipit,Verbum integre, & ubi eſt aliqua diminutio, uel detractio, non dicitur integrum. Gozad. in conſi.42.nu.8.

Inuiolabiliter.hæc dictio ſignificat ideſt ſine uiolatione,& corruptione tam ad agendum,quam ad excipiendum.Glo.eſt in c.1.§.item ſacramenta in Gl. 6.ſuper uerbo violabiliter,aliquando importat ſecūdum decretum,aliquando ſine ui. in cap.1.in fin.de eo qui mittitur in poſſ.cauſ.rei ſeruandæ, uide Affli. de pact.iuram.firman.

Iuſtitiam facias. hæc clauſula appoſita in reſcriptis dat poteſtatem decidendi.Gemin.in c.quoniam de immunit.eccleſiarum lib.6.Anchar.in clem. Au ditor.de reſcr.& importat, vt ſeruetur ordo iudiciarius,& de iure pronuntietur.Felin.in c.1.de conſtit. 16.col.Arnol.in com.81.Cepoll.in conſ.68. 2.col. Bal.in c.cum veniſſent.de teſtam.& in l.Iuſtitia.ff. de inſtitia,& iure.

Iuxta.illa res dicitur eſſe iuxta aliam,quando diſtat minus decem pedes ab ea.Bar.in l.decernimus C.de aquæductu.lib.10.Felin.in c.ex parte de reſcr. & eundem in c.quoſdam.de reſcript.

L

Libere. verbum intelligitur ideſt nullius contradictione vel iuris impedimento obſtante. not. Cardin. in clem. fin. de ætat.& qualit. uide glo. in cap. Lator. de homicid. tex. in cap. primo de reſcri. Bald. in leg. dot. C. de teſtam. Gloſ. in clem. dudum. de ſepult.& in cap. cum plures in uerbo libere. de offic. delegat. in ſexto Dec.in cap. Quæ in eccleſiarum de conſtit. & ſignificat etiam ſine requiſitione alicuius not. Abb. in cap. de multa. de præb. num. 3. & facit, quod notant Doct.in c.licet Epiſcopus.eod.tit.lib.6.

M

Magis. hæc dictio posita inter extrema contraria semper stat electiue. inter extrema vero inæqualia stat comparatiue. Ias. in l. si Decem cum petiero in 1. no. ff. de verb. obligat.

Manu militari, significat idem, quod per ministros iudicis. Bar. in l. 1. §. necessaria. ff. si mulier. uen. no. in possess. &c.

Maxime. hæc dictio aliquando ponitur limitatiue, & taxatiue, in l. oratione. ff. de ser. in c. ad abolendam. de filijs presbyt. Quando ponitur intergenus, & speciem significat rationem in expressis fortiori vigore. Bar. in extrauag. ad reprimendum in verbo maxime, & in authen. habita. C. ne filius pro patre. Abb. in cap. Auditis de electione. Aliquando ponitur implicatiue, de qua dictione vide decis. Capye. 163. nu. 2.

Mox. hæc dictio debet intelligi secundum subiectam materiam. Ias. in l. edita. num. 25. C. de edend. de qua per Bar. in l. fructus. ff. solu. matrim. Glos. in uerbo incontinenti, & ibi Doct. in cap. præterea. de testib. cogen. Glo. in cap. an sit de app. Host. in cap. ueniens secundò de testib. Abb. in cap. quia propter. §. 1. de elect. etidem in cap. 1. de mutu. petit. uide l. tutores. C. de admin. tut. quomodo accipiatur ibi Mox. & decis. Pedemont. 58.

Multum seu Multi. hæc dictio verificatur in tribus. Ang. in §. fin. Inst. de inre person. potest etiam uerificari in triginta, & 40. tex. in c. Latores. de eler. excom. minis.

62 Motu proprio. hæc clausula motus proprij operatur effectum, quando est appositus per Papam, uel per Principem: secus tamen si apponatur per alium inferiorem, etiam per legatum de latere vel viceregem seu Regis Vicarium. vide Glo. in c. fin. de off. legat. in 6. Philipp. Franc. in cap. si motu proprio de preb. in 6. Ias. in Auth. Quas actiones. C. de sacros. eccles. in vers. sum nunc in tertia parte. Et ibi dicit, quòd non nocet tertio, & quòd si est geminatum rescriptum, præsumitur factum motu proprio,

N

Nihil. est dictio vniuersalis negatiua. l. naturaliter. §. nihil commune. & ibi Glo. ff. de acqu. poss. & Io. de Imola in l. peregre. §. quibus ff. eod. tit. Socc. cons. 184. in 2. vol.

Nisi. hæc dictio quid importet. dic quòd aut præcedit oratio affirmatiua, & tunc negatiuè: aut præcedit negatiua, & tunc ponit, seu affirmat. Dyn. in regul. peccatum de regul. iur. in 6.

Non aliter, nec alio modo. Ista verba denotant, ut nihil uideatur actum, Ias. in leg. non solum. §. Morte. ff. de nou. oper. nunt. Alex. in cons. 87. lib. 2. coll. 4. incipit, viso de quibus uerbis vide Gl. in l. siquidem in Glo. magna. C. de except. circa finem. uide Felin. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. nu. 85.

Nominatim aliquid relinqui quando dicatur, uide Bar. in l. turpia legata. §. fin. de legat. 1. Et in feudo operatur quòd alienans saluo consensu domini

28 non aliter, nec alio modo non amittit feudum. Feli. in c. quæ in ecclesiarum de constit. nu. 85.

Nullatenus. hæc dictio quid importet, uide Zenzer. in clem. 1. de sequestrat. poss. & fructuum. Felin. in c. ex parte de constit. vers. quintus casus est. nu. 7. Gl. in d. clem. 1. in verbo Nullatenus.

O

Obligans, se, & suos successores, nô videtur obligasse singularem successorem. Bal. in l. empto rem. C. locat. nu. 8.

Occulte. nota quod illud dicitur occultè fieri, quâ do fit sine decreto, ubi decretum est necessarium. Bar. in l. 1. in fin. C. de prędijs Qurion. non alienan. lib. 10.

Olim. uerbum denotat tempus præteritum. c. ex insinuatione de Simonia. Bar. in l. 1. §. hoc autem. ff.

29 de oper. nou. nuntiat, ubi dicit, quòd instrumentum saluatur, in quo dicitur Titius filius olim Sempronij, licet Sempronius viuat. Quia olim, & iam dudum est aptum ad omne tempus: nam complectitur tempus præteritum, & præsens. ita Barto. ubi supra, uide quæ notat idem in leg. eius qui in prouincia. ff. si cert. petat. quod not. Glo. fin. in c. ex parte de for. compet.

Omnes homines de mundo sciunt hoc. hæc dictio significat illos homines, qui de hoc verisimiliter scientiam habere possunt. Alex. in leg. 1. C. de testam.

Omni meliori modo. ista clausula apposita in testamento operatur, quòd debeatur etiam abintestato Bar. in l. Codicillis. §. Lucius. ff. de legat. 2.

Omnino significat, idest nullo iure retenta in perpetuum. Ioan. Andr. in cap. dudum de conuers. coniugator. aliquando ipso iure. Glo. sing. in l. pecuniam ff. de condit. indebit. aliquando importat libere sine aliqua pactione Gl. sing. in cap. ex parte. 1. de offic. deleg. aliquando dispensationem excludit. Abb. in cap. inquisitionis in princ. de accusat, Et apposita in aliqua lege importat iam latæ sententiæ. Glo. in leg. 1. §. si pecuniam, ff. deposit. remouet omnem dispensationem, Abb. in cap. qualiter, & quando. 2. de accusat. & in clemen. hi qui. de ætate, & qualit. uide singulare Romani primum, & ibi Addit.

Ostensio. an ex sola instrumenti ostensione possit capi debitor, ista clausula apposita in instrumento

30 operatur quòd ad instantiam creditoris, seu eius cessionarij debitor possit capi sine citatione. Ale. Ang. & Imol. in l. si sic. ff. de legat. 1. Afflict. in consi. pacis. Maran. in suo specul. in uerbo propositu in princ. in 13. col. nu. 8. fol. 55.

P

Penitus. hæc dictio significat idem, quod ex toto. Glos. in cap. primo de supplen. neglig. Prælatorum, in sexto & ibi per Archid. est Ioan. Andr. Cepol. in consil. 35. nume. 5. & significat idem quod omnino. Et ubi præcedit oratio negatiua, significat idem, quod nullo modo, & nihil penitus innouari, idest nullo modo innouetur. leg. fin. C. de nouat. & ita declarat Soce. in l. qui vsumfructum, ff. de uerb. obligat.

Per. hæc dictio significat perfectionem. Barto. in l. quin-

l. quinquaginta. ff. de excusat. tut. vel curat. vnde infert ipse ad quęstiones aliquas ex prędicta Dictione.

Perpetuo. hęc dictio significat vsq; ad tertiam generationem Dec. in c. in presentia. nu. 45. de probat.

Perpetuo. ista dictio non semper significat sine fine, sed ad vitam alicuius. Felin. in cap. in Dec. de simon.

Per te ipsum. ista uerba important, quod non possit quis ponere substitutum in c. fin. de offic. deleg. no. in c. cum dilecta. de rescript. Ias. no. in l. cum quis sub. nu. 4. C. de procur. Auendagn. super c. correcto his pan. in c. 4. 1. partis. nu. 33.

Plus. hæc dictio in testo, quando agitur de probando aliquod certum, nihil operatur, secus quando agitur de probando aliquod incertum. Ias. diffuse in l. & si post tres. ff. si quis caut. nu. 7. vbi ponit plures ampliationes, & plures limitationes, & nota quod si
31 venditor dicit, quod vendit pro certo pretio fundū, & si plus valet, donat emptori, quod illud plus refertur ad modicum Bal. in fin. l. & si post tres. Bar. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig.

Per omnia. hęc dictio est maximi effectus, vt in exemplis positis per Alex. in l. 1. ff. de leg. 1. nu. 9. & substantia istorum uerborum in omnibus, & per omnia est, quòd inter duos adiecta non debet esse aliqua differentia quod nos quia ista uerba plerumque apponuntur in contractibus per notarios, uide Bal. in l. omnia priuilegia, C. de episcopis, & cler. not. etiam ad effectum statuti dicentis, quod aliquis habeatur pro ciue in omnibus, & per omnia, quia intel
32 ligitur actiue, & passiue, ut no. Alex. & de priuilegijs concessis alicui ciui, prout talis ciuitas habet,
33 quòd non extendatur ad priuilegia postea concessa, nisi sit apposita ista clausula per omnia; ita Alex. in d. l. 4. &c.

Pluries, hæc dictio quando exprimitur a lege, non uidetur, quòd velit, quòd dispositio extendatur ad aliud ad nominatum. Glos. est not. in clem. 1. in verbo diocæsanis de iure patron. quam extollit Ias. in l. si constante ff sol. mat. col. 14. vers 4. limita. refert Cagnol. in repet. l. si quis maior. C. de transact. nu. 46. vide Iacobinū de Nigris in L. per omnia. ff. de leg. 1.

Plurimis. hæc dictio requirit ad minus numerum trium. Doct. in l. continuus. §. item qui in insulam ff. de uerb oblig.

Pluribus. dictio requirit ad minus numerum duorum, nisi dicat bis pluribus, & pluribus, nam tunc requirit numerum quatuor. Bar. in l. gemina. ff. arbor. furt. cæsar. & idem de pluries. Bal. in cap. olim de rescr.

Possum potes. vbicunque pręcedit negatiua, importat necessitatem. Gl. in reg. beneficium. de regul. iur. in 6. Bal. in l. 1. ff. de iniusto rupt. & irrit. testam. Abb. in c. 1. in 4. notab. de caus. poss. & propriet. quod procedit nisi resultet absonus intellectus, tunc enim importat præsumptionē, vt in c. quāto. de præsump. & ibi Felin. Bar. in l. Mæuius. nu. 20. ff. de leg. 2.

Etiam verbum potest requirat actum, uel sufficiat quod ueri ficetur in potentia. uide Bart. in leg. 3. §. si sic acceperit. ff. de statuliber. & in leg. fructus. ff. solu. matr. & Doct. in l. quoties. §. si. ff. de hæred. instit.

Perinde. hæc dictio significat & denotat similitudinem no Ang. per illum tex. in §. cum autem. Instit. quibus modis ius patr. pot. solu. sed non omnimodam maxime in pœnalibus. Bart. in l. sacrilegij. ff. ad leg. Iul. peculatus.

34 Piscatores non possunt uermib. nocuis piscari in flumine, alias puniuntur. Andr. de Isern. in constit. Regni Siciliæ. in constitut. de venditore veneni.

35 Pistores, qui eum aceto solent lauare manus, ut panis exhaletur, & maior appareat, puniuntur quoque. Auendan. in c. 19. in 1. par. nu. 30.

Plus, uel minus nihil plus importat, nec aliquid diminuunt de confessione. Bar. in L. Publia mauia. in 1. no. ff. depositi.

Præter. si præcedit dispositio affirmatiua, & præcedit genus, & dictio præter adiungitur speciei in suo genere contentæ, tunc dictio præter ponitur exclusiue. l. nam quod liquide. §. fi. ff. de pœn. legat. uide Bar. in l. si ita legatum. ff. de leg. 1. aut non præcedit genus, & tunc ponitur inclusiue. l. sed & hæ. §. præter. ff. de procur. l. Pomponius. ff. eod. tit. l. 1. in fi. ff. de pignor. act. Bar. in repet. l. Cæsar. ff. de publica. & uectigal. nu. 1. vide eundem Bar. in l. Seio. §. vxori. ff. de ann. legat. & uide Glo. in c. Ebron. 13. q. 2. ubi Glo. in uerbo preter. dicit, quòd in casu illius capituli ponitur dictio præter inclusiue, uide Ange. in §. cum autem. Instit. de adopt. nu. 4.

Præterea, Amplius, Item. hæ dictiones continuationem materiæ inducunt. Afflict. in c. 1. §. præterea ducatus. de prohibit. alienat. per Federic. nu. 3.

Procul. hæc dictio importat locum, ex quo uoces auditi nequeunt, Canonistæ in c. in sacris. de sepul. Fel. in c. quosdam. de præsumpt. Felin. etiam ibi dicit, quid dicatur remotum, & dicit, quod statur arbitrio superioris. Glo. in c. cum nullus. in verbo remota. de tempor. ordinat. in 6.

Prius. hæc dictio denotat ordinem respectu eiusdem instantiæ, & non diuersæ. Butr. in c. in litteris. de restit. spoliat. nu. 12.

Producere, & Exhibere differunt, uam produce re verbū adaptatur ad ea, quæ iudicialiter fiūt: exhibere autem non. vnde exhibita ad informationem iudicis non dicuntur de actis. Guido. Papa in q. 241. nec de eis debet dari copia parti. idem in q. 242.

Protinus, hæc dictio significat idem, quod incontinenti. not. in l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. Bal. in l. 2. C. ut lit. penden. tex. in l. naturalem. §. fi. in uerbo statim. ff. de acquir. rerum domin. Ias. in l. 1. ff. de acquir. poss.

Prouideat. hoc verbum pertinet ad officium iudicis, & aliquando ad officium arbitratoris. Bald. in Authen. sed generaliter, C. de Episc. & clerici.

Prout. hæc dictio an & quando sit limitatiua præcedentium, uide Bar. in extrauag. ad reprimendam super uerbo prout Bald. in l. edita. in repet. C. de eden do. Aret. in consi. 155. incipit periculosum est.

Publice. hoc uerbum significat idem, quod coram populo. not. in leg. seruum quoque. §. publice. ff. de procur. & in l. 2. ff. ad municip. & in §. consequens instit. de suspect. tutor. & istud uerbum Publice est potentius, quam uerbum Palam. Felin. in cap. exceptionem. de except. Salic. in leg. ea quidem. de accusat. C. de Afflict. in constit. Baiuli locorum sub titu. de sacram. præstan. a Baiulis.

Punctus habetur pro copula Et, notatur in L. triplici.

plici.ff.de verb.signific. & in l. in re coniuncti. ff. de legat.3. Capr.in conf.7.nu.7.&c.

Q

QVandocunque. hæc dictio de sui natura est larga, & non refertur, nisi ad proxima, casus est in c.cũ dilecta.de donat. Capr.in conf.44.n.12.

Quam citius potero. intelligũtur ista verba cum moderamine temporis. Præpos.Alex.in c.1. in prin. de nou.form.fidelit.

Quatenus,est dictio ampliatiua. Bal.in l.antiquitus.C.de vsufruct.

Quasi.hæc dictio est nota impropriaetatis. Bar. in l.hoc colore.ff.de iudic.tex.in l.si eum dotem.§.fin. ff.sol.matr. Ale.in l.si filio.§.si vir in quinquenniũ ff. eo.ti.Bar.in leg.si antea nuptias,& ibi Gl.ff.sol.mat.

Quemadmodum.hæc dictio significat similitudinem absolutam Dec.in leg.si familia. ff. de iurisdit. omn. iudic.nu.18.

Quibuscumque. ista dictio non semper recipit habilitatis restrictionem. Gl.in clem.1.in verbo quauis.de re iudic. Homandett. in reper.l.pe.nu.7. C. de acquir.poss.

Quoad. quousque.& similes dictiones adiectæ causæ momentaneæ, quæ momento expediuntur, non important repetitionem aliquam. Bar.in l.legatum. ff. de ann. legat. Ias.in l.cum qui ita. §.qui ita stipulatus,num.8.de verb.obligat.

Quoad ista dictio importat idem, quod donec. Bal.in l.3.C.de capt.& postlimin.reuers.

Quodammodo.hæc dictio denotat impropriaetatem.l.Prætor.§.1.& ibi Bar.ff.de edend.gl.Bartn. & alij. in l.si me in vacuam.ff.de acquir.poss. tex. in l. 4.§.Cato.ff.de uerb.obligat. dicit quoad hoc non est melior tex.de iure.

Quondam.hæc dictio debet subaudiri in instrumento faciente mẽtionem de persona,quæ iam erat mortua,& si non dicatur expresse, non propter hoc instrumentum redditur falsum. Glo.in l.uiro atque vxor.e.& ibi Alex.ff.solut. matrim.

Quodcumque. hæc dictio importat omnimodam generalitatem tex.est in c. solitæ de maior. & obed. ubi Abb.in vlt. notab.de quo vide Curt.Iun. in 1. volum. consi. 48. incipit, Præsupp. in facto. colum.1. & idem in consi.1.volum.1.Bal.in l. 1. in 34.quæst.ff.de rerum diui.l.facit clem.1.de iudic.& comprehendit omne id, quod uenit secundum impropriam significationem. Cust. in d.consi.1. quando subiecta materia id patitur:nam si repugnat, recipit restrictionem de habilitate. L. ut gradatim. ff. de solut.Glo.in §.sed hæc solemnia 1ult.de verb.obligat. de qua uide Gigan. in suo tract. de pension: in q.97.nu.1.&c.

Quoquomodo hæc dictio denotat principaliter, & incidenter per directum,vel indirectum.Gl.in c. ut inquisitionis.§.prohibemus,de hæret.in 6.

Quotidie dicitur aliquid fieri, etiam si fiat aliquo interuallo interposito. Felin.in proœm.decretal. in c. Rex pacificus.nu.3.

R

REbus sic stantib. hæc clausula intelligitur,quando quis renunciat omni iuri,qd habet,uel habere potest in aliqua re.Bal.in l.quod Seruius.ff. de condit.causa data caus.non secut.nu.4.

Rato manente pacto. hæc clausula operatur, ut quis possit uti remedijs contrarijs copulatiue. Ias.in l.cum proponas.nu.4.C.de transact. de qua clausula uide Bar.in l.qui fidem ff.eo.& ibi tex. idem Bar. in l.cum pater.§.libertis.ff.de legat.2.& de ista clausula uide Bar.in l. qui fidem.ff.de transact.ubi latius loquitur de ea.

Recipere,& habere, qualiter ista uerba accipiantur, & intelligantur,dic cum effectu.l.nomen filiarum.§.habere.ff.de uerb.signifi.l.1.§.hæc uerba. ff. quod quisque iur.de pœn. dist. 1. §. hæc uerba Bertran.in consi.142.nu.2.

Renuncians omni legum auxilio, omnibusque exceptionibus iuris,& facti &c. hæc clausula subsequens post speciales casus expressos,operatur,ut ista generalis renunciatio trahatur ad omnia alia remedia competentia saltem non maiora expressis, not. Gl.& Doct.in l.4.§.quæsitum.ff.si quis caut.nisi talis clausula sit apposita cum signo uniuersali, puta quascumque,& quibuscumque,nam tunc comprehendit etiam maiora. Imol.in c.1.de indic.Felin. in c.sedes de rescr.& ista generalis renunciatio extendi-

37 tur ad vnam exceptionem solummodo competen tem.est decis.Capyc.88,nu.5.& 6.

Residui appellatione continetur totum.l.2.C.de hæred.instir.Cape.in consi.18.num. 17. & Ias. in d. l.& idem de uerbo cæterorum, & reliquorum, & de verbo Amplius.

Rite,& Recte inter se differunt. nam Recte importat iustitiam & rectitudinem causæ. Rite autem importat solemnitatem & ualiditatem in ordine procedendi. Bar.in l.hoc colore. ff.de iudic. Hercul.in l. 4.§.condemnatum.ff.de re iudicat. Anton.de Nigris super c.item si quæ uniuersitates in princ. sub Rub. quod personæ producat.

S

SAluo. dictio est modificatiua præcedentium. Gl.in leg. item Labeo.ff.famil.hercisc.quam ad hoc allegat Angel.in consil. 289. incipit, Inter cætera, & est tanta virtus huius modificationis, quòd,vbi non inuenit,quid modificet,extinguit ora-

38 tionem præcedentem, & negationem resoluit, & allegat. tex. in l.si quis filio.in §. 1. ff. de leg. 1. & Glos.in constitut.huius Regni. domini a uassallis, quam Glo.dicit notabilem Angel.in consi.289. incipit inter cætera.

Sed,hæc dictio siue sit apposita expresse, siue tacite semper est aduersatiua. Bald. in leg. 1. nume. 33. C. de bis quæ pœn.nom.

Si. hæc dictio, & dictio Cum. inducunt conditionem. Bart.in leg.quodcumque.§. non solum. ff. de uerbo. oblig.at. Ias.in leg.stipulatio ista habere licere.§.incertam. ff. eod.

Si, hæc dictio, & dictio Nisi appositæ in ultimis voluntatib, siue adijciantur verbis dispositiuis siue executiuis,semper inducunt conditioné Ale.in l.de pupillo.§.meminisse,ff.de nou.oper.nunciat.de quibus per Bar.in l. 1. ff.de condit. & demonstr. ubi tractat de istis dictionibus Nisi, Si,& Cum.

Sicut,& ſecundum, an iſtæ dictiones inducant, vel faciant conditionem, ut ſi dicatur, Concedo ſicut,uel ſecundum, quod maiores mei conceſſerunt, an iſto caſu, Si maiores numquam conceſſerunt,per hæc uitietur ſecunda conceſſio? communiter concluditur,quod non. Iaſ.in l. ſi quis in aliquo. C. de edend. Bar.in l.1.§.Item Iulianus ff. de conſtit. pec. de quibus dictionibus uide in uerbo ſicut.in c.1. de Sacra vnctione.in c.cleros.21.d.

Simpliciter.hæc dictio ſignificat idem, quod ſine plica,& ſine inuolutione. Gloſſ.in clement.ſæpè. in verbo ſimpliciter de uerbor. ſignific. Aret.in l. fin. C.de furt.

Sine intermiſſione.iſta uerba denotant continuationem actus temporibus congruis. Ant. in proœm. Gregor.2.col.Glo.in c.fin.26.diſt.in ca. numquam de conſecr.diſt.5.

Solitum.hæc dictio uerificatur in uno actu,aliud enim eſt dicere ſolitum fieri,aliud conſuetum eſt fieri quia conſuetudo requirit bonum actum. Bart. in l.Mela.§.ſed & ſi alimenta. ff. de alimen. & cibar. legat.

Solum.hæc dictio eſt taxatiua, & excluſiua. not. Bal.in l.1.C.de bonor. poſſ.contra tabul.

Spontè,& uoluntariè differunt inter ſe, nam tortus non poteſt dici ſpontè confeſſus, & ſi notarius
40 hoc diceret in actis poterit puniri, † ut falſarius, poterit tamen dicere uoluntariè.Bald.in c. 1.§.iniuria. de pac.iuram.firman.quem refert Afflict.in ca. 1. in verſic.tertio.not.num.8.& not,quod non dicitur fie
41 ri ſpontè,quando fit ab eo,qui cogi poterat. Dec. in c.cum M.ferrar.de conſtit.nu.30.

Sola facti ueritate inſpecta. hæc clauſula operatur,quod poſſint termini incipere ab Articulis, quibus probatis, ſtatim poteſt procedi ad ſententiam; Io.Andr.in ca.fin.de hæret.in 6. Put.in ſuo tractat. Syndicatus.in uerbo reſtat.nu.10.fol.243.

Statim.hæc dictio importat ipſo iure. Barto.in l. Imperator ff.de iure fiſci.l.Iubemus.§.fine. C.de ſacroſ.eccleſ. aliquando importat temporis interuallū puta unius mentis ſpatium.text.cum Gl.& ibi not. Iaſ.nu.13.in l.diuortio.ff.ſol.matrim. Bar.in l. 1.§. qui præſens.ff.de uerb.obligat.Canoniſtæ in c. cum homines.de decimis.

Supra ſcriptum. hæc dictio refertur ad proximū Capitulum, quando commodè non poteſt referri ad aliud: ſecus ſi poteſt referri.Bar.in l.1.§. hoc edicto.ff.de poſtulando.

Sum,es,fui.hoc uerbum denotat ueram, & propriam eſſentiam,declarat Bar.in l. ſi Maritus. §. legis Iuliæ.ff.de adult.Glo.in l. mercis appellatione. ff.de uerb. ſignific.

Sub. hæc dictio ponitur ſubrogatoriè, & non acceſſoriè,puta ſi teſtator mandauerit hæredi, quod ſoluat mihi fundum ſub pœna decem, non poſſum utrumque petere, ſed altero debeo eſſe contentus. Bal. in l.1.C.de his quæ pœn.nomin.nu.17.

Saluo iure. hæc verba appoſita in aliqua conſtitutione modificant,& limitant,& reſeruant. Gloſſ.celebris.in l.item Labeo.§.1.ff.famil.erciſc. facit text. in c.Raynaldus.in uerbo ſaluo. de teſtam. unde dicit Ang. in conſil. 21. quod ſi accuſatus confitetur
42 omnia contenta in inquiſitione. Saluo,&c.quod illa uerba limitant dictam confeſſionem.uide Ant. Corſett.in ſingular.ſuis. in uerbo ſaluo iure. incipit iſta uerba.

Sed & ſi. hæc dictio aduerſatur in facto, & non in iure.Bar.in l.qui quartum.ff.de leg.1.

Sigillatim. hæc dictio ſingularem expreſſionem denotat.Bar.in l.3.ff.

43 Saluum conductum rumpens tenetur crimine læſæ Maieſtatis,Hieron.Gratus in conſil.69. num. 1.& 92.Boerius in deciſ.179. & ſupradictum conſilium incipit, In præſenti cauſa uol. 2. & expirat morte,niſi uerba ſint ampla.Ioan. Fab.in §. item ſi adhuc.inſtit. mandat. & concedi poteſt teſtibus, ut ueniant ad deponendum liberè.in c.hortamur. 3.q. 9.in uerbo amputari.Et Aduocatus fiſci non concedit ſaluum conductum. Afflict. in deciſ.4. & ibi Vrſill. in ſuis addit. per totum. ubi multa cumulat de materia Saluiconductus. & not. quod locumtenēs ſeu præſidentes Regiæ Cameræ Summariæ, non
44 debent cauſam dicere, † nec cognoſcere abſente aduocato fiſci,aliàs ſententia reſcinditur.Gloſſ. in l. ſi fiſcus. de iure fiſci, & in prædicta deciſ. & addit. uide multa de aduocato fiſci, & in deciſ.366. & in loco Procuratoris Cæſaris eſt hodie locumtenens, & Præſidens Regiæ Cameræ Summariæ. l. fin. C. de aduocat. fiſci.

Saluo iure. Nota quod iſtud uerbum nihil confert non habenti aliquod ius. ita Felin. in c. excommunicamus.il 1.de ſent.excommun. & idem tenet idem Felin.in c.inter Monaſterium.in 3.col.uerſic. clauſula. Saluo iure.

Semper.hæc dictio quid denotet.uide Felin.in c. Rex Pacificus.nu.4.

Similia dicuntur,quorum qualitas eſt una. Eadem dicuntur,quorum ſubſtantia eſt una. Aequalia,quorum qualitas eſt una. Ariſt. in Metaph. lib. 5.in ca.de æquali. Alber. de Roſa in l. non poſſunt. ff. de legibus. & ibi dicit, quod ubi eſt eadem ratio, & lex eſt certa, proceditur de ſimilibus ad ſimilia.

Similiter, hoc uerbum ſignificat ſimilitudinem facti,& modi,Innoc.in c.ex reſcripto. de iureiuran. Soc.in conſi.281.in 2.uol.

Si quando. Hæc dictio importat conditionem. Bar.in l.1.ff.de condit.& demonſtr. Afflict.in conſtit. minoribus.nu.1.de iure Balij.

Si quis. Hæc dictio ſi quis comprehendit etiam feminam Bar.in l.1.ff.de uerb. ſignif. Afflict.in ca. 1.§.præterea ſi quis in fine.de probib.alienat. feud. per Federicum.

Sine ſtrepitu.de plano,& ſine figura iudicij.quid importent hæc uerba,uide conſilium Oldradi.115. incipit,In iudicio.

Solet.Hoc uerbum ſignificat perēnitatem. l. qui ſaltum,& ibi notant Doct.ff.de legat.3.

Statim. Hoc uerbum ſignificat ſummariam cognitionem,& idem de uerbo, Illicò, & Protinus. uide Bar.in l.1.nu.2.ff.iudic.ſolu.& idem de uerbo Conſeſtim.uide addit.ibi.

45 Statutum ſi eſt exorbitans,& correctorium, uerba in eo appoſita ſunt intelligenda ſecundum uſum communem loquendi.in cap.ex litteris. de ſponſal. Bar.in l.Labeo ff.de ſuppell.legat. Matheſil. in ſingul.95.l.Auunculus ff.de uerb.ſignif.& Doct.in l. 1.§.remouet.ff.de poſtulando.

46 Succeſſio tranſuerſalium † diuiditur in capita

exceptus

exceptis filijs fratrum, qui succedunt cum patruis in stirpes.in Auth.post fratres.& ibi Bal.C.de legit. hæred. Non tamen habet locum ista regula in successione rectæ lineæ ascendentis, uidelicet si est auus,& auia paterna.Et auus Maternus solus, uel è contra. Auus, & auia computantur pro una persona,quia linea coniungit eos. in Auth. defuncto, C. ad Tertull.

Super. Hæc dictio iuncta in/oratione certæ rei, eius rei,cui adiûgitur,hypothecam inducit. Si enim
47 dixero mutua mihi centum super tali fundo. † certè pignorasse intelligo dictum fundum.casus est notabilis in l.codicillis.§.instituto.ff. de legat.2. quem ad hoc ponderauit Bar.in l.in fundum.ff.de annuis legatis.Roman.in consi.388.incipit, In casu propositi thematis.nu.1. Hieron.Gigas. in tractat.de pension.q.51.

T

Tamquam.hęc dictio est similitudinis.ita Bar. in l.omnes populi. ff.de iust.& iur.Foller.latè super pragmat.de cens.in uerbo tamquam.nu. 1. & 2.fol.242.ubi multa congerit Felin.in ea.nolite, de maior.& obed.

Tantum. hæc dictio taxatiua, & aliæ similes taxatiuæ in materia pia, & fauorabili non excludunt similem casum, eâdem rationem habentem,sed dissimilem. Bart. in l. si constante in num. 9. prima par.princip. coll. 7. quod probatur in l.illud iuncta Glo.in uerbo causa.C.de sacrosf.eccles.& in l. ob æs alienum.C.de præd.minor. & in dispositione testa-
48 toris posita, † quod in uno conceditur, in alijs expressè denegatur,ut notatur in c. cum ecclesia Sutri na.de caus.poss.& propriet.

Totiens, quotiens. hæc dictio per quot uices uerificetur,uide Rom.& Imo.in l. si finita ff.de damn. infect.Bal.in l. 1.C.de his quæ pœn.nomine.nu.37. Bar.in l.si duo §.fin.ff.de arbitr.Bal.in cap. olim.de rescript.& in dict.l.si duo.§.semel. & dic, quod per duas uices.Ang.in d.l.si finita. Afflict.46. dicit Regia pragmatica.& uide addit.ad Bar. super l.Græce. ff.de fideiuss.& Alexan. in l.si finita.ff.de damn. infecto.

Tenere. istud uerbum significat cum effectu tunc temporis.not. Anchar. in clem. ne in agro.de statu monach.not.in ca.relatum. de cler. non resident.& in l.nomen.§.habere.ff.de uerb.signif.

Temerè.significat stultè,fatuè, sine consilio, sine causa aliquid agere,& aliquâdo facilè.Luc. de Pěn. in l. magistros.C.de profess.lib.10.

Trahi.hoc uerbum significat inuitè, uel quod qs trahatur inuitus.l.si quando.& ibi Bal.C.de testi.& in l.quamuis ff. de in ius uoc.& ca.statutum.§.1.de rescript.lib.6.

Transferre,uel commutare. ista uerba quid significent,& quomodo intelligantur,uide Afflict. in cōstitut.diuæ memoriæ.in §.hac edictali.nu.6. sub titulo de reuocatione alienationis feud. & terū feud.

Tria dicuntur multa. Bar.in l. licet ff.de leg.1.

Tunc. ista dictio significat extremitatem temporis.l.4.§. fin.ff.de condit.& demonstr.Anch.in consil.354.nu.3.

V

Venditor promittit de iure,& de facto defendere emptorem. Per ista uerba obligatur uenditor de iure facere ea, quæ de iure sunt, & sic non tenetur eum defendere a uiolentia, & potentia alicuius potentis,nisi tempore contractus inerat talis causa. Ista clausula de facto operatur, quod debebit uenditor in iudicio liti sistere,& expensas facere, quòd est facti, & sic emptorem in iudicio defendere de iure cum facto. Et si res euincatur per iniuriam Iudicis,
49 per ista uerba tenebitur de euictione, † quando uenditor est in culpa,quia non appellauit. Bald.in l.expulsis.C.de act.empt.& uendit.

Vendidit,dedit,& tradidit.hæc uerba apposita in instrumentis operantur,scilicet dedit,imponitur impropriè,idest dedit,si ipse fuit dominus, aliàs dedit, & tradidit idem important, quando apponuntur in contractibus uenditionis Barto.in l. ex empto.ff. de act.empt.& uendit.

Vendicare potius intelligitur in dubio de iure, quàm de facto Gulielm. de Cun. in l. 1. C. de his quib.ut ind. Dec.in consi.189.in 2.col.in fine.

Velut,& ueluti. hæ dictiones inducunt fictionē. Bal in l.pen.C.de interdict.matrim. Ias.in l.si quis in aliquo.nu.5.C.de edendo.

Video.hoc uerbum potest referri ad omnem sensum,per quem repręsentatur aliquid intellectui. Bar tol.in l.si cui fundus.§.si Titio.ff.de leg.2.

50 Videtur iudicio tuo, † uel si tibi placuerit,impor tat arbitrium boni uiri.l. si sic legatum. & ibi Bart. nu.2.ff.de leg.1.

Videlicet. hæc dictio est declaratiua, restrictiua, & modificatiua l.uidelicet ff.ex quibus caus.maior. in §.pen.instit.de Attilian.tutor.& l.1.ad fin. ff. de leg.2. Beltram.in cons.57.in 2.par.

Vt.hæc dictio causam impulsiuam denotat, text. est.& ibi not. Alber.de Rosa in l.si mulier.C.de iure dot.Soc.in cons.81.in 2.uol.

Vtrque.hæc dictio est collectiua. Vter, & Alter. est distributiua. Bar.in l.cum quidam.C. de impub.& aliis subsstit.

OPVSCVLVM III.

In quo agitur, quando Iudicibus liceat a pœnis legalibus recedere.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam legi faciunt Iudices, qui pœnam ab ea impositam reis non imponunt,& eadem pœna ultra infamiam puniuntur.*

2 *Index procedens ad petitionem partis accusantis, nullo modo potest mutare pœnam legalem.*

3 *Multum interest inter pœnam delicti, & pœnam contumaciæ.*

4 *Quando Iudex procedit ex officio, & inquisitione in grauissimis,& enormibus si uult,potest a pœna ordinaria,non recedere.*

5 Iu-

5 *Iudex ſi tranſgreditur in pœnis imponendis formám legis, eo ipſo præſumitur in dolo.*

6 *Vbicumque pœna eſt certa, & a lege taxata, ſi quis eſt pauper, & non habet, unde ſoluat etiam Cameræ Regis, debet in corpore luere.*

7 *Per minimam pęnam non purgatur magnum crimen.*

8 *Iudex non debet tantum punire contumacem, quantum puniret commiſſum.*

9 *Sententia Iudicis eſt ipſo iure nulla, ubi ſine cauſa minorauit pęnam, & ipſemet poterit reuocare.*

10 *Iudex non poteſt recedere ab ordine imponendi pœnam.*

11 *Iudex non poteſt imponere inſolitas pœnas.*

12 *Executio pœnarum in cauſis criminalibus debet fieri palam, & non in occulto, neque intra carceres, ſeu in nocturno tempore.*

13 *Coram Principe omnis pęna eſt arbitraria.*

14 *Vbicumque a lege additur in pœna perpetuò; adimitur diſpenſatio.*

15 *Si Iudex non uult moderare pœnam, non propterea poterit appellari.*

16 *Iudex cogitur minorare pœnam in delicto, in quo deficit dolus.*

17 *Cum requiratur dolus ad imponendam pœnam corporalem, culpa lata non æquiparatur dolo.*

18 *Ex præſumptionibus nemo erit damnandus corporaliter.*

19 *Ea, quæ caſu accidunt, non nocent agenti.*

20 *Occidens in ludo ſolito pugnantem ſecum, non tenetur aliqua pœna. limita ut ibi, &c.*

21 *Qui tempore carnis priuij emittit ſpingardam, & percuſſit aliquem cum papiro effecto, ſi interfecit, aut uulneratus eſt alius, tenetur pœna extraordinaria.*

22 *Paruitas rei furatæ eſt cauſa minorandi pœnam.*

23 *Propter modicitatem rei non receditur a iure communi, intelligitur in ciuilibus, non in criminalibus.*

24 *Nobili, qui diu ſeruiuit Reip. committenti aliquod delictum, minoratur pœna.*

25 *Inceſtus in figura matrimonij commiſſus, punitur mitius.*

26 *Falſificans litteras Iudicis mitius punitur, ſi eæ ſunt iniuſtæ.*

27 *In delictis carnis ſemper mitius agitur.*

28 *Si ex impoſitione pęna ordinariæ ſequeretur maius damnum, pœna minoratur.*

29 *Quando lex punit affectum, licet non ſequatur effectus, poterit pœna minorari.*

30 *Magiſterium, ætas, coniunctio, nobilitas, multitudo, conſanguinitas, & ebrietas, ſunt cauſa minorandi pœnas in delictis.*

31 *Conſuetudo poteſt mutare pœnam in mitiorem.*

32 *Pluralitas filiorum eſt cauſa minorandi pœnam in patre.*

33 *Iracundia orta aliter, quam ex facto offendentis, eſt iuſta cauſa minorandi pęnam.*

34 *Mitius agetur cum eo, qui diu ſtetit intra carceres.*

35 *Peritia magna alicuius artis, uel magna dignitas perſonæ diminuunt pœnam delicti.*

36 *Iudex excuſatur, ſi non caſtigauerit potentes.*

37 *Propter dignitatem perſonæ leuius mortis genus infligitur.*

38 *Adminiſtratio tutelæ differt executionem corporalē, donec reddat computum adminiſtrator.*

39 *Excuſatur, ſi quis excedat modum ſe defendendo.*

40 *Amicitia Iudicis eſt cauſa minorandi pęnam.*

41 *Actus non conſummatus, cum agitur de pœna corporali excuſat a tanto.*

42 *Si aliquis dedit potum alicui, ut dormiret, & præter intentionem mortuus eſt, ex bono fine mitius punitur.*

43 *Occidens adulterum, ſi non poterit adulterium probare concludenter, ſed præſumptiuè, mitius punietur.*

44 *Ebrietas quando excuſet a delicto, & quando pęnam adaugeat.*

45 *Quando reus confitetur ad ſui defenſionem occidiſſe, punitur mitius.*

46 *Si exterus nouus delinquit contra legem Regni, de æquitate non punitur.*

47 *Iudex eccleſiaſticus ſi cognouit de crimine, & puniuit: ſæcularis cognoſcens mitius puniet.*

48 *Miſericorditer agendum cum eo, qui deliquit captus amore Virginis.*

49 *In crimine non liquidè probato, minoratur pęna.*

50 *Infamia pęnæ corporali æquiparatur, cum inducat verecundiam.*

51 *Intellect. ad l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adult.*

52 *Intellect. ad l. qui ædes. & ad l. ſi fortuito. ff. de incēd. ruin. & naufrag.*

REgula eſt, quod Iudices non debent recedere a pœnis legalibus, non enim eſſe debēt clementiores legibus, ut in Auth. de Iudicibus. §. oportet. coll. 6. & iniuriam legiſa-
1 ciunt Iudices, † qui pœnam ab ea impoſitam reis non imponunt, imò ipſi puniuntur, ut infames, ut in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de ui publica. & in l. fin. C. ne ſanctum baptiſma. & in c. ut clericorum. de uit. & honeſt. cleric. & eadem pœna ueniunt puniendi, quā debebant imponere, ut in d. l. fin. Et hoc ſi dolosè non impoſuerunt. Iſern. in tit. quæ ſint regal. in uerbo, & bona committentium. ſequitur Put. in ſuo tractat. Syndicat. in prædict. pœn. in ca. iuxta prædicta quæro. Et ibi dicit, quod ita fuit practicatum tempore Regis Caroli. & idem tenet Glo. in conſuet. Burgund. iu Rubr. 1. §. 5. in Gloſ. arbitrariè. num. 24. Et quando liceat inferioribus Iudicibus a pęna legis recedere, uide Dominic. a Sot. in lib. de iuſt. & iur. lib. 5. ubi eleganter loquitur more ſuo de hoc.

Et maximè iſtud eſt tenendum, & practicādum, quando Iudex procederet ad petitionem partis ac-
2 cuſantis, † nam tunc nullo modo poteſt mutare pęnam legalem: & licet pęna aliquando minorari poſſit ex cauſis, de quibus in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his qui not. infam. tamen iſtud eſt, quando procederetur ex officio Iudicis, non inſtante legitimo accuſatore. Hoſt. in c. in Archiepiſcopatu de raptor. & ſequitur Hippol. in ſua practica criminali in uerbo conſtante num. 34. I .. Fab. referendo Hoſtien. in ſumma in §. 1. inſtit. de public. iudic. col. 2. & iſtud probatur in l. 3. tit. 22. par. 3. in legibus Hiſpaniarum, quæ dicit poſſe remitti pęnam propter paupertatem. Nam loquitur de pęna, quæ applica-

tur

tur fisco, & non parti, ut probant uerba supradictæ l. 3. in legibus Hispaniarum, in illis uerbis. Quæ peccasse a la corte del Rey. De mulcta autem, quæ possit remitti propter paupertatem, satis clarum est, ut not. Bar. in l. illicitas §. fin. ff. de officio Præsidis. Multum enim interest inter pœnam delicti, &
3 pœnam contumaciæ, † ut not. Gl. in c. cupientes. §. uerum in parte suspensos. de elect. lib. 6. & in capit. statutum. §. insuper. de rescript. eod. lib. & per Iasonem in l. properandum. §. sin autem. C. de Iudiciis. Et quo iure ista remissio propter paupertatem fiat. vide Marant. in suo specul. tit. de sent. num. 31. Itaque stante accusatore iudex omnino sequi tenetur pœnam a lege impositam. Idem tenet Luc. de Penna in l. 1. C. de desertor. lib. 12. col. 11. & maximè aduertat, quod etiam quando procedit ex inquisitio-
4 ne, † & officio in delictis grauissimis, & enormibus, quod potest iudex, si vult, a pœna ordinaria, nō recedere. Alber. in c. cum super. de confess. num. 10. licet non sit negandum, quod etiam in istis potest minorem pœnam imponere, ut ibi Abb. & in tantum est pœna taxata a lege a iudice sequenda, quod etiam propter nobilitatem personarum non licet dictam pęnam mutare, sed eadem pęna pariter nobiles, & ignobiles puniuntur. Bald. in l. nemo. clericus. C. de sacros. eccles. quod est maximè practicandum, quando proceditur ad instantiam accusatoris, ut per Afflict. in decis. ult.

Item non solum est hoc tenendum in pœnis legalibus, sed etiam in consuetudinariis, & statutariis, nam ab istis sicut a legalibus, non licet recedere tam in ordinariis, quam etiam in extraordinariis criminibus. Bal. in c. 1. de constit.

Item si Iudex transgreditur in pęnis imponen-
5 dis formam legis eo ipso præsumitur in dolo. l. Iubemus in fine. C. de testam. & tamquam dolosus debet puniri. Bald. in 1. uol. consil. 233. & sequitur Hippol. in sua pract. criminal. in §. succesiuè nu. 9. & punitur, ut per Glo. & ibi Doct. in l. 1. C. de seruit. & aqua. Tamen si iudex expresse dicit, quod alterat pęnam Iuris, præsumitur iusta causa motus. Spec. in tit. de accusat. §. 1. uersic. quid si iudex. sequitur Felin. in cap. qualiter, & quando. de accusat. item dicit Bal. in l. fin. C. de probat. quod siue sit excedendo, siue sit diminuendo, iudices debent esse contenti pęnis legalibus, prout scriptæ sunt, & ita eas imponere Hippol. ubi supra in fine. & facit Gl. in c. fin. de iure patronat. & faciunt multa, quæ dicit Tiraquellus in tract. de pęnis. ubi hæc latius scripsit. Item quia a pęnis legalibus non est recedendum, ut concluditur per Hippol. & Doctor. ubi supra, quod ubi a lege pęna est imposita, ibi non habet locum, & cessat iudicis arbitrium. & idem tenet Bald. in l. obseruare §. proficisci ff. de offic. præsidis. versic. 25. Ias. in l. more ff. de iurisdict. omn. iud. Felin. in c. inter cæteras de rescript.

6 Item ubicumque pęna est certa, & a lege taxata, si quis est pauper, & non habet, unde soluat etiam Cameræ Regis, debet in corpore luere. Et sic loco pœnæ legalis, & ordinarię subrogatur pęna corporalis, si uero pęna esset extraordinaria, uel aliqua mulcta imponenda, qui non habet in bonis, luet in corpore, sed propter paupertatem potest pęna remitti, ita dicit Bar. in d. l. illicitas. §. fin. ff. de offic. Præsid. & secundum istam opinionem, & distinctionem est intelligendus text. in l. 3. tit. 22. part. 3. & text. in l. quicumque. C. de seru. fugit. & uideatur Apostilla Abb. in c. Odoardus. de solut. ubi sequitur Bart. Et in tantum pęna legis determinata est sequenda, Quod si non stante causa ut propter immanitatem criminis, uel similem, de quibus per Doct. in cap. 1. de constit. si iudex maiorem pęnam imponit quam reperiatur a lege, est quid detestabile, & multum reprobandum. Hipp. in consi. 21. num. 48. facit tex. in l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. & sumpt. funer. & quod not. Bal. in l. 1. C. de sacros. eccles. Et in tantum est hoc uerum, quod etiam in arbitrariis iudex non debet esse minus grauiosus. Bald. in l. si fugitiui. nu.
7 7. C. de seru. fugitiuis, † quia per minimam pęnam non purgatur magnum crimen in l. 1. C. de sportulis.

Item non solum in pęnis legalibus non licet recedere iudici, sed etiam in punienda contumacia mo-
8 dum seruabit, nec se tantum extendet, † quod in amissione totius causæ puniat contumacem ita not. Bald. in l. & in multis. C. de appellat. & quod not. Anchar. in c. constitutus. de fideiuss. Ang. & Imol. in l. cum stipulatus sum mihi. ff. de uerb. obligat.

Item a pęnis legalibus adeo non est recedēdum, quod si fortè iudex recedit, & minorem sine causa pęnam imponit sententia est ipso iure nulla, & idem
9 iudex, † qui eam tulit poterit reuocare.

Item non solum ab impositione pęnarum non
10 est recedendum, † sed neque ab ordine imponendi, ne illudatur, puta si alicui debet manus abscindi, & postea ipse debeat suspendi, ut moriatur non debet prius mori, & postea manus abscindi, sed prius manus est abscindenda, & postea mors infligenda. not. Glo. & ibi Bar. in l. omnes iudices. C. de delator. lib. 10. Et sequitur Corset. in singul. suo. in uerbo pęna. & ideo qui debet concremari uiuus, uiuus concremabitur, & non mortuus, ut in l. uniuersæ. C. ubi causæ fiscal. l. qui ædes. ff. de incend. ruin. naufrag. ibi uinctus, uerberatus, igni necari iubetur, &c.

11 Item, nec insolitas pęnas iudex imponet. not. Angel. in l. incredibile. C. de pęn. & de iure Regni Hispaniarum uetantur expressè pęnæ insolitæ, de quibus in l. 6. tit. 31. par. 7. uide Puteum in tract. Syndicatus. in uerbo pœna. cap. an iudex. Ias. in l. si quis mihi bona. §. 1. ff. de acquir. hæred. num. 50. Debent enim esse iudices conformes legibus, quæ appellantur inexorabiles, ut in l. fin. C. de tabul. lib. 10. nec recedere debent ab ordine imponendi pœnas a lege statutas, & ideo executio pœnarum debet in causis criminalibus fieri palam, & non in occulto pnta no
12 cturno tempore, † uel intra carceres, quia cum punitio fiat in exemplum totius populi, debet esse publica, & in loco publico, & non in secreto, aliàs pręsumeretur contra iudicem, & in Syndicatu potuisset arbitrariè puniri. Gulielm. Benedict. in ca. Raynutius. de testam. in uersic. Mortuo itaque testatore la prima numero 107. pro quo est textus in l. fin. tit. 21. par. 7.

Neque ex summaria informatione torquebit, nisi sit maior magistratus. Afflict. dec. 391. & Thom. Grammat. uot. 3. & multa iura potuissent hic adduci contra iudices a pœnis legalibus recedentes. de

quibus

qu'bus per Doct. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff.
de his qui not. infam. & in l. & si seuerior. C. eod.
tit. per Luc. de Penna in l. 1. C. de desertor. & occul-
13 tat. lib. 12. Et hic est notandum, † quod coram Prin
cipe omnis pœna est arbitraria. Bal. in l. 1. col. 6. C.
summa trin. & fid. cathol. Et ubicumque in pœnæ
impositione additur perpetuo, in tantum est sequen
14 da illa pœna, † quod adimitur dispensatio Gloss. in
cap. cupientes. §. uerum. de elect. lib. 6. in uerbo per-
petuo.

Et licet prædicta sint uera, attamen aliquando a
iure conceditur facultas recedendi a pœnis legali-
bus expressis, & si vult moderare, his casibus pote-
rit, licet non cogatur moderare, nec ob id teneretur
in Syndicatu l. non quicquid. & ibi. Paul. ff. de iu-
dic. Salicet. & Fulgos. in d. l. & si seuerior. sequitur
Felin. in c. qualiter, & quando. 2. de accusat. nu. 43.
ubi dicit, quod si Iudex non vult moderare pœnam,
non propterea poterit appellari, licet aliquando co-
gatur moderare pœnam, ut in minore committente
aliquod delictum. Et in delicto, in quo deficit do-
15 los, † qui communiter solet interuenire, poterit
minorari pœna, ut not. Bal. in d. l. & si seuerior. Ale-
16 xand. in 2. uol. consi. 144. Et qualiter puniatur † mi
nor, ponit Dec. in l. ferè omnibus. ff. de reg. iur. Hip-
pol. in l. si quis te. C. de Sicar. Item si punitur cri-
men culpa commissum, & non dolo, de necessitate
pœna minoratur in l. si potator. & in l. item Mela. ff.
ad l. Aquil. & in l. 1. tit. 31. par. 7. Bal. in l. 1. C. unde
ui. Hippol. in l. 1. §. diuus. ff. ad l. Cornel. de sicar. &
in l. 1. C. eod. tit. etiam si culpa sit lata, nam cum re-
quiratur dolus ad imponendam pœnam corpora-
lem, culpa lata in isto casu non æquiparatur dolo.
17 Gloss. † & communis opinio Doctor. in l. in actio-
nibus. ff. de iureiur. in litem. Cepol. consi. 36. Bal. in
l. quicumque. C. de seruo fugit. Bart. in l. quod Ner-
ua. ff. depositi. notatur in l. lege Cornelia ff. ad l. Cor
nel. de sicar. & est l. 4. tit. 8. par. 7. Si uero cessat cul-
pa, & præsumitur dolus. Ex præsumptionibus, ne-
18 mo erit damnandus † corporaliter. Innoc. in c. quia
uerisimile. de præsumpt. Bald. in l. fin. C. de probat.
Hippol. in sua pract. criminali. in §. quoniam num.
31. & in d. l. 1. C. ad l. Corn. de sicar. num. 57. Et ex
hoc colligitur alia causa, scilicet, quando deficit pro-
batio uera, & condemnatur aliquis ex præsumptio-
nibus. Glo. in cap. inter sollicitudines. de purgat. ca-
non. sequitur Ias. in l. si quis mihi bona. §. sed quid
si mandaui. ff. de acquir. hæred. Felin. in d. ca. quali-
ter, & quando. num. 39. Si uero cessat omnino cul-
pa in occidente, uidelicet, quia cum esset amicus oc-
cisi, fecit actum solitum fieri, & in loco solito, & in
forma solita, & accidit casus, in nihilo tenetur, si in
de fuit sequuta mors. l. 4. tit. 8. par. 7. & in lib. 6. tit.
15. ead. par. & in l. 15. tit. 13. lib. 8. Nam uidentur
19 ea, † quæ accidunt, casu accidisse, & non nocent
agenti. l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. Et sic occidens in
20 ludo solito pugnantem secum, † non tenetur. Soc.
in consi. 16. 1. uol. consiliorum. Cepol. in caut. 2. ni-
si ludus esset in impellendo alium, nam puniretur
arbitrariè. l. 6. tit. 15. part. 7. nec poterunt uxor, nec
filij in alijs petere, nec damna, nec expensas, uel
operas. l. fin. ff. de his qui deiec. uel effuder. Afflict.
in constit. qui de alto. Dummodo in tali ludo nihil
sit culpæ commissum, nam tunc teneretur extraor-
dinariè, & ad expensas, & damna, ut in eo, qui tem-
21 pore carnis priuij emittit spingardam, & percussit
aliquem cum papiro effecto, nam licet sit solitum
fieri, attamen quia & si solitum est, aliquando tamē
accidit mors ex tali immissione, puniendus esset, ita
exemplificat Put. in tract. Syndicatus. par. pen. in c.
tu qui uadis in fine. & in c. præcedenti. & alia exem
pla ponit Grammat. in uoto 23. Dec. allegat alia
consilia in d. l. ferè.
22 Item est alia causa minorandi pœnam, paruitas
rei furtatæ, etiam si sit cum effractione domus, uel al
terius qualitatis, licet debuisset mori propter tale cri
men, quando furtum esset in maiori quantitate: rece
ditur tamen propter paruitatem rei. Hipp. in sing.
182. & in d. §. diuus. num. 5. Afflict. in constit. Re-
gni Siciliæ fol. 83. col. 3. in constitutione si damna
clandestina, & ibi Isern. Et paruitas incendii est iu-
sta causa minorandi pęnas contra incendiarios mor
tis a lege statutas. Bal. in l. data opera, C. qui accusar.
non poss. Ang. in Apostillis ad Angel. in tract. Ma-
leficiorum. in uerbo, & uestem celestem. num. 13.
23 Et licet propter † modicitatem rei non recedatur a
iure communi. in l. quamuis. ff. ut in poss. legat. intel
ligitur in ciuilibus, non in criminalibus.
24 Item si aliquis nobilis, † qui diu seruiuit Reipu
blicæ, committat aliquod delictum, minorabitur ei
pęna. Grammat. in dec. 23.
25 Item incæstus in figura matrimonij commissus,
punitur mitius l. si adulterium. §. incæstum. & §. fra
tres. ff. de adulter.
26 Item falsificans litteras Iudicis mitius punitur,
si eæ sunt iniustæ. c. olim ex literis. & ibi Abb. de re-
script.
27 Item in delictis carnis mitius † agetur. Bal. in c.
at si clerici. num. 11. de iudic.
28 Item est causa minorandi pęnam, † si ex imposi-
tione ordinariæ pęnæ sequeretur maius damnum,
utputa si aliquis est condemnatus in amputatione
manus, ex qua propter eius maximam senectutem,
uel infirmitatem, seu debilitatem sequeretur mors,
nam Iudex tunc poterit, uel differre executionem,
uel commutare pęnam prædictam in aliam mitio-
rem. Salic. in d. l. quicumque. quem sequitur Petrus
de Rauenna in suo Alphabeto aureo, in parte Iudex
tamen si non vult, non cogitur hoc facere, & loquen
do in pregnante, cuius partus debilitaretur. Bartol.
in l. Imperator ff. de stat. homin. Cepol. in caut. 2.
29 Item quando lex punit affectum, licet non se-
quatur effectus, poterit pęna minorari l. 3. titul. 13.
lib. 8. ordin. Salicet. & Bald. in l. is qui cum telo. C.
ad l. Corn. de sicar. Felin. in tract. de conatu in fine.
Afflict. in decis. 276. Grammat. in uot. 8. Afflict. in
constit. 11. Rubr. lib. 1. num. 3. Aliam causam mi-
norandi pęnam, uide per Alex. in 2. uol. cons. 190.
30 Item Magisterium, ætas, coniunctio, nobilitas,
multitudo, consanguinitas, aut ebrietas, & alia mul-
ta posita per Put. in tract. Syndicatus in part. pen. in
c. quot sunt quæ faciunt.
31 Item consuetudo potest mutare pęnam in mitio-
rem. Bald. in dict. l. data opera col. 4. Felin. & Ab-
bat. in ca. qualiter. & quando. il secundo de accusat.
num. 38.
32 Item pluralitas filiorum est causa minorandi
pęnam in patre, qui si necaretur, eius filii fame
perirent.

perirent. Put. in d. par. pœn. cap. quid si per statutum in fine.

33 Itē iracundia orta aliter, quā ex facto offendentis est insta causa minorandi pęnam. Rom. in l. cum mulier. ff. solut. matrim. Felin. in cap. dilecti filii. de except. Thom. Grammat. uot. 23.

34 Item si quis stetit diu in tra carceres, ut in leg. oēs C. de pœnis. Item si persona est honesta, non solita delinquere ut in l. post idoneum. C. quib. mod. infam. irrogat. Grammat. in d. uoto 23. col. fin.

35 Item peritia magna alicuius artis, uel magna dignitas personæ. Cepol. in caut. 2. Et excusatur Iu-

36 dex si non castigauerit potentes. Glo. in cōsu. Burg. Rubr. 1. §. 5. in Glo. arbitrariè. nu. 32.

37 Item propter dignitatem personæ leuius mortis genus infligitur, nam nobiles decollantur, ignobiles suspenduntur, Bal. in d. l. data opera. l. 8. tit. 31. p. 7. Glo. in c. quisquis. 2. q. 8.

38 Item administratio tutelæ differt executionem corporalem, donec reddat computum administrator, & idem in magno Mercatore. L. 1. & ibi Ang. C. de bon. pro script. & in l. interdum ff. de publican. Cepol. in d. cautela. Ias. in l. seruus uni. ff. de leg. 1.

39 Item si quis excedat modum se defendendo. Io. Andr. in c. significauit. de pęn. & remiss. Hipp. in l. is qui aggressorem C. ad l. Cornel. de sic. num. 151. & in sing. 100. facit, quod not. Abb. in c. significasti. de homicid. Afflict. in constit. Rubr. titul. num. 18. Alex. in 2. uol. consi. 140. Hippol. in d. §. quoniam, num. 93.

40 Item amicitia iudicis est causa minorandi pęnam Glo. in cap. nisi de offic. legati. in princ. licet eam ibi reprobet Barbat.

41 Item actus non consummatus, cum agitur de pęna corporali, ut probatur in l. 1. §. fin. ff. de extraordin. crimin. Bal. in d. l. data opera. nu. 77. Gloss. in d. constit. rubr. 11. lib. 1.

42 Item bonus finis, nam si aliquis dedit poculum alicui, ut dormiret, & mortuus est, minoratur pęna mortis imposita a l. si quis aliquid. ff. de pęn. per l. 3. §. sed & Senatus. ff. ad l. Corn. de Sycar. Hipp. in d. l. lege Cornel. de Sycar. & in sua practica in §. ulterius, & ibi ponit aliquos casus Dec. in 1. part. consil. 9. & in d. l. ferè.

43 Item causa minorandi pęnam est adulterium, quando occidens adulterum non potest illud probare, nisi præsumptiuè. Put. in suo tractat. Syndicat. in parte Officialis offensa. c. 1.

44 Item ebrietas, somnum, uel furor in clem. unic. de homicid. & in c. aliquis. 15. q. 1. quod est uerum, nisi furiosus commiserit aliquod atrocissimum delictum, nam tunc punitur pęna ordinaria. Hipp. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sycar. num. 47. Et delinquere per ebrietatem est lata culpa. Bal. in d. l. data opera.

45 Item sola confessio, † quia reus confitetur ad sui defensionem occidisse. Abb. & Felin. in c. auditis. de præscriptionibus. Hipp. in sua practic. §. postquam num. 24. & in isto casu poterit practicari doctrina Angeli, & Pauli. in l. 1. §. fin. ff. si portio hæredit. pet. & ibi est notabilis Apostilla ad Paulum.

46 Item si exterus nouus delinquit contra legem Regni, de æquitate non punitur. Doct. in d. l. cunctos populos. C. de summa trin. & fid. cathol. Isęr. in Rubr. quæ sint regalia. col. 3.

47 Item si iudex ecclesiasticus cognouit de crimine, & puniuit, si secularis de eodem cognoscit, minoranda est pęna. Boer. in dec. 289.

48 Item si captus amore virginis delinquat. Aym. de tempor. antiquit. fol. 18. col. 4. nu. 46.

49 Item in crimine non liquidè probato minoratur pęna. Put. in d. tract. in uerbo compositio. num. 5. & licet Hippol. in dict. l. prima C. ad Corn. de sicar. numero 61. & in pract. §. quoniam. numero 96. dicat, quod quando ex aliqua causa minoratur pęna corporalis, quod tunc non possit imponi alia corporalis, sed relegationis, seu exilii, seu pecuniaria argumento text. in l. si adulterium cum incæstu. §. Imperatores ff. ad l. Iul. de adulter. tamen ista sua determinatio non est uera, imò potest imponi alia minor pęna, licet corporalis eiusdem oneris. Bal. in l. penult. C. de naut. fen. & in l. 3. C. de probat. Felin. in dict. capit. qualiter, & quando. numero 35. nor. in tractat. gabella. part. 7. quæstione quinta. Salicet. in l. ultima C. de rapt. virg. Gandin. in tit. de homicid. Angel. in §. interdum. instit. de furt. & sic ei qui debet mori, potest obtruncari manus, uel percuti flagello, aut poni in triremibus, & ita practicatur. Paul. in secundo uol. consil. 36. in nou. impressione. Non obstat d. §. Imperatores, quia ibi dicit, quod si occisa fuerit adultera a marito iusto dolore moto adhibita distinctione personarum, sufficit, si relegetur, non tamen dicit, quod pęna conuertatur in pecuniariam, nam relegatio perpetua est pęna infamiæ. Bart. in l. eius. §. fin. ff. de testam. & cum imponatur pęna infamatoria ut in l. ad tempus ff. de decur. non potest censeri punitus pęna corporali, nam infamia pęnæ corporali æquiparatur,

50 cum inducat uerecundiam in l. pecuniæ. ff. de alimen. & cib. legat. & sic in effectu in casu d. §. Imperatores, pęna corporis afflictiua imponitur, & non inducit litera præcisam necessitatem illam imponendi, sed dicit litera, quod sufficit, si illam imponat: non tamen negatur, quin aliam sufficientem ualeat quoque imponere; secus si lex non subrogasset. Non obstat text. in l. qui ædes. & in leg. si

52 fortuito. ff. de incend. ruin. & naufrag. quia in casu illarum legum, ubi cessante dolo debet propter culpam extraordinaria pęna imponi, non potest corporalis imponi, ut supra dixi, & ideo leuior pęna imponitur, ut probant dicta uerba l. qui ædes. ibi leuius castigatur. Et istud leuius de iure Regni Hispaniæ est interpretatum in relegationem quinque annorum, ut in l. 5. tit. octauo, & in l. 6. tit. 15. part. septima. Et cum dicta lex, qui ædes loquatur in delictis culpa, & negligentia commissis, non potest in argumentum induci, quod in alijs delictis dolo commissis, quibus a iudice minoratur pęna, debet fieri commutatio in relegationem, uel pecuniariam pęnam, quia istud nullo modo probat dicta lex, imò Bald. in l. supradicta data opera. in secunda colum. dicit, quod dicta leg. qui ædes, & l. qui fortuito, non loquuntur de necessitate in pęna corporali mortis, uel mutilationis membri, sed in alio genere pęnæ corporalis bene loqui possunt.

OPV-

OPVSCVLVM IIII.

In quo adducuntur caſus aliqui, in quibus punitur mendacium de iure ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Diſcrimen inter mendacium dicere, & mentiri.*
2 *Mendacium quid ſit.*
3 *Qui negat ſe poſſidere aliquam rem, de qua interrogatur, conuictus de mendacio, qua pœna puniatur.*
4 *Inquilinus interrogatus reſpondens ſe ſimpliciter poſſidere; deinde ut inquilinus, condemnatur ad expenſas.*
5 *Hæres affirmans ſe hæredem ex minori parte quã ſit, qua pœna puniatur.*
6 *Filiusfamilias talem ſe eſſe negans perdit priuilegium.*
7 *Hæres contendens rem hæreditariam eſſe ſuam, conuictus de mendacio amittit beneficium diuiſionis.*
8 *Negans propriam ſcripturam punitur ad duplum.*
9 *Dominus negans ſeruum eſſe ſuum, conuictus, perdit beneficium noxæ deditionis.*
10 *Conuentus ſuper reſtitutione pecuniæ indebitè ſolutæ, & negans accepiſſe, ad quam probationem aſtringatur.*

1 ANimaduertere licet, † quod differt mendacium dicere, & mentiri: nam qui mentitur, ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur. Sed qui mendacium dicit, ipſe fallitur, quantum in ſe eſt. Vir bonus præſtare debet, ut non mentiatur: prudens uero ne mendacium dicat, neve alterum iudicet in homine, alterum non.

2 Mendacium eſt octaua filia de decem, & octo filiabus, quas habet Auaritia, & eſt falſa ſignificatio uocis cum intentione fallendi.

3 Qui negat ſe poſſidere aliquam rem, de qua interrogatur; ſi conuincatur de mendacio, amittit poſſeſſionem illius rei, & transfertur in actorem. l. fin. ff. de rei uendicat.

4 Inquilinus, qui interrogatus, ſi poſſidet aliquam rem, reſpondet ſimpliciter ſe poſſidere, licet poſtea dicat ſe, ut inquilinum poſſidere, attamen debet condemnari ad poſſeſſionem reſtituendam, quam habet, & propter mendacium ad expenſas. Et ita eſt deciſ. Sacri Conſil. Domini Matthæi de Afflict. 126. incipit, Petrus Gammitela.

5 Hæres, qui ex minori parte, quam eſſet, ſe hæredem affirmat, conuictus de mendacio conuenitur in ſolidum. l. de ætate. §. ſi tamen. ff. de interrogat. act. cœteræ tamen defenſiones hæreditariæ ſunt ei ſaluæ. l. ſi filius. §. fin. ff. eodem tit.

6 Filiusfamilias, qui negat ſe eſſe filiumfamilias tempore contractus propter mendacium perdit priuilegium ſimile l. ſed ſi ex parte. §. interdũ. ff. quod cum eo.

Fideiuſſor, qui negat ſe eſſe fideiuſſorem, conuictus de mendacio amittit beneficium diuiſionis. l. ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuſſ.

7 Hæres, qui contendit rem hæreditariam eſſe ſuã, conuictus de mendacio, perdit beneficium falcidię. l. hæreditatem. §. fin. ff. ad l. falcid.

8 Negans propriam ſcripturam ſi conuincatur de mendacio, punitur ad duplum. in Auth. contra qui propriam, & ibi Doct. C. de non numerat. pecun.

9 Dominus conuentus ex delicto ſerui, ſi negat ſeruum eſſe ſuum, conuictus de mendacio, perdit beneficium noxæ deditionis in l. 1. & in §. 1. ff. ſi ex noxal. cauſa agatur. l. 1. §. interdũ. ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicatur.

10 Conuentus ſuper reſtitutione pecuniæ indebitè ſolutæ, ſi negauerit pecuniam accepiſſe, & cõuictus fuerit de mendacio, tenetur probare pecuniam debitam ſibi accepiſſe, ad quam probationem non teneretur, cum pro eo eſſet præſumptio, quod pecunias debitas recepiſſet. text. eſt in l. cum de indebito. ff. de probat.

OPVSCVLVM V.

In quo continetur, qualiter probetur conſuetudo immemorialis, ſeu immemorabilis: & quot requiruntur ad text. in l. ſi arbiter. ff. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandam immemorialem conſuetudinem teſtes deponentes de uiſu deponere debent illud uidiſſe per ſpatium ſaltem quadraginta annorum.*
2 *Ob antiquitatem temporis, & negocij difficultatem admittitur teſtimonium de auditu.*
3 *In immemoriali conſuetudine teſtis etiam, non interrogatus, tenetur ſui dicti rationem reddere.*
4 *In factis antiquiſſimis excedentibus memoriam hominum ſufficit probatio per famam.*
5 *De communi opinione fama, quæ requiritur ad immemorialem, debet tranſitum facere uelut in notorium.*
6 *Teſtes deponentes ad conſuetudinem immemorialem, debent eſſe maiores annorum quinquaginta quatuor, & quod attigerint annos quinquaginta quinque.*
7 *Licet quis præſumatur bonus, non tamen præſumitur bonæ famæ, neque idoneus.*
8 *Quando uerbis geminatis aliquid in poſitiuo gradu requiritur in teſte, probanda eſt qualitas eius.*
9 *Data incapacitate perſonæ, quæ poſſidet; immemorialis poſſeſſio nihil proficit, ut eius uirtute poſſit acquiri.*

10 *Si probatur immemorialis consuetudo in laico quoad exigendas decimas; præsupponitur, quod ante Concil. Lateranense habebat decimas.*

11 *Reseruata Principi in signum specialis præeminentiæ possunt immemoriali consuetudine acquiri.*

12 *Sine actibus probandis ex quibus tacitus consensus populi possit colligi, procedit immemorialis consuetudinis probatio.*

13 *Consuetudo immemorialis ualet, & tenet, etiam si Ecclesiis sit onerosa.*

14 *Reprobata consuetudine a lege absolutè; censetur quoque immemorialis reprobata.*

15 *Consuetudo immemorialis semper præsumitur iusta, & rationabilis.*

16 *In omnibus præscriptionibus scientia, & patientia eius contra quem præscribitur, requiritur; sed non in immemoriali, &c.*

17 *Non qualibet consuetudo, sed sola immemorialis dat fidem instrumentis priuatis.*

18 *In consuetudine immemoriali bona fides præsumitur, & si non allegetur.*

19 *Consuetudo immemorialis facere non potest, ut qui nō est Tabellio sit Tabellio, licet possit facere, quod suis scripturis fides adhibeatur.*

20 *Possessio clericatus non suffragatur ad obtinendum beneficium, sed requiritur exhibitio tituli.*

21 *Consuetudo immemorialis tribuit iurisdictionem ad instar seruitutis discontinuæ.*

22 *Per priuilegium, uel consuetudinem, ut quis possit cognoscere de appellationibus, non uidetur priuilegiatus, ut possit cognoscere de nullitatibus.*

23 *Regulariter omnes exactiones præsumuntur esse prohibitæ nisi a iure permittantur.*

24 *Solus Rex uectigalia imponit.*

25 *Inter potiores causas uectigalia imponendi est necessitas, uel utilitas publica.*

1 PRimum enim requiritur, quod testes deponentes de uisu illud saltem uiderint per spatium quadraginta annorum, ut de iure Hispaniarum probatur in l. octaua, & in l. 10. tit. primo lib. septimo ordi. & idem probatur in l. 41. Tauri, & de iure communi ita esse probant Anton. de Butr. post alios in capit. ueniens. de testibus. & Doctor. post Innocent. in cap. ueniens de uerborum signific. Alexand. in Apostill. ad Bartol. in leg. proprietatis omnium C. de probat. Thom. Grammat. in consil. ciuil. uot. 12.

Secundum debet probari, quod non solum ipsi testes uiderint per spacium quadraginta annorum; sed quod eadem audiuerint a maioribus suis, ut not. Glos. in cap. 1. de præscript. lib. 6. Et ex hoc sequitur hodie, quod non solum forma, & alia adminicula ad probationem immemorabilis consuetudinis debent concurrere, sed probatio de uisu per spacium quadraginta annorum. Et ita intelliguntur hodie notata per Io. Andr. & Abb. & Felin. in ca. licet ex quadam de testibus, & quod not. Bart. in l. si arbiter. ff. de probat. & in l. 2. ff. de aqua pluuiali arc. & in l. hoc iure. §. ductus. aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiu.

Tertium probandum est, quod testes audiuerunt
2 a maioribus deponentibus, † quod maiores ipsi
sic uiderunt, & audiuerunt a Superioribus, suis
maioribus, nam ob antiquitatem temporis, & ne-
gocii difficultatem admittitur testimonium de au-
ditu, ex ratione d. c. licet ex quadam, & not. Spec. in
tit. de test. §. 1. in uersic. item quod non prohibet, &
Glo. in d. l. si arbiter.

Quartum a testibus iurandum est, quod ipsi testes numquam uiderunt, uel audierunt dici contrarium, & sic non solum de affirmatiua, ut supra dixi, sed de negatiua, quod numquam audiuerunt dici contrarium, debent deponere, ut dicit Glo. in d. c. 1.
Et iure regio Hispaniarum. l. 9. tit. 16. part. 3. Et in
3 huiusmodi † casu testis etiam non interrogatus te-
netur sui dicti rationem reddere. Ias. in l. cum hi. §.
vult. ff. de transact. in 6. & 10. limit. nec requiritur,
quod probetur actus, sed memoriam non extare,
quod aliter sit gestus, ut probat Rochus de Curte in
c. fin. de consuet. 7. requisit.

Quintum a teste iurandum est, quod de illa im-
memoriali, super qua deponit est publica uox, & fa-
ma, ut est Gloss. in d. cap. 1. & iure Regni probatur
in l. 6. tit. de las præscripciones lib. 3. ordi. & in leg.
4 19. tit. 16. part. 3. Et licet † iure communi in factis
antiquissimis excedentibus memoriam hominum
sufficiat probatio per famam. Innocent. in cap. quid
per nauale. & in cap. ueniens. de uerborum signi-
fic. Bald. in l. conuenticulam col. penult. C. de epi-
scopis, & clericis, & in dict. l. proprietatis, & Gloss.
in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negoc.
gestis, & ista est communis opinio, ut dicit Felin. in
cap. ueniens. colum. 5. de testibus Alexand. in con-
sil. 4. in 2. uol. & in primo uol. consil. 90. Alexandr.
& Ias. in l. cum aliquis. C. de iure delib. Idem Iaso
in l. admonendi. ff. de iure iurand. num. 242. Felin.
ubi supra. Aretin. in consil. 15. Corn. in consil. 48.
col. 2. Dec. in ca. cum causam in 2. notab. de probat.
& in capit. 1. colum. 3. de appellat. tamen hodie ad
probandum immemorialem consuetudinem non
sufficeret, cum ea, quæ dicta sunt debeant probari co
5 pulatiuè. Et ultra additur, † quod de communi opi-
nione ista fama debet transitum facere, uelut in no-
torium, ut dicit Angelus in d. l. proprietatis domi-
nium. & nisi testes deponerent expressè in probāda
immemoriali, quod sit omnium communis opinio
eius, quod deponunt non concluderent, nec est pro-
bata immemorialis consuetudo. Alex. in 2. uol. con-
sil. 136. quem sequitur Cassaneus in consuet. Bur-
gundiæ Rubr. 1. §. 2.

Sextum requiritur, quod testes deponentes de
immemoriali consuetudine, sint maiores annorum
6 quinquaginta quatuor, & sic quod attigerint annos
quinquagintaquinque. Et in probanda ætate ita
dicit Bald. in leg. de tutela. C. de in integrum re-
stitut. & nominatim Ioannes miles. in suo reper-
tor. in uerbo prædicti testes. & Gloss. Cassan. in
consuetud. Burgundiæ ubi supra. Gomes. in Gloss.
in l. 41. Tauri, imò in casu, in quo probatur maio-
ratus, & præscriptio iurisdictionis debet extrinse-
cè probari, quod testes deponentes sunt bonæ fa-
7 mæ, † nam licet quis præsumatur bonus capit.
final. de præsumpt. non tamen præsumitur bonæ
famæ, neque idoneus. Angel. in Authent. de hæ-
redibus, & falcid. §. hinc nobis num. 28. col. 1. Nam
fama

fama conſiſtit in facto probando, iuxta text. in leg.
de minore.§.plurium, & ibi Bart.ff.de quæſtion. &
ideo iſta qualitas bonæ famæ,quæ eſt in teſtibus exi
gitur in dict. l.41. & articulari, & probari debet ex
notatis per Bart.& Angel.in l.2.§.diem ff. quemad-
modum teſtam.aperi.& not.Dec.conſil.321. num.
21. & Apoſtilla ad Bald. in l. cum precibus. C. de
probat.& plures alios refert Carrerius in ſua pract.
crimin.num.162. ex quorum dictis colligitur pro-
bationem huius qualitatis requiri,quando in ſuper-
latiuo gradu bona fama exigitur. & iſtud ſequere-
tur per Didacum de Couarr. in ca.relatum.nu.6.de
teſtam.Et idem dicerem probandam qualitatem te-
8 ſtium, † quando uerbis geminatis aliquid in poſi-
tiuo gradu requiritur in teſte,ut not.Aym. in tract.
de tempor.antiquit. prima part in uerſic.quæritur.
num.37. fol. 44. & omnia ſupradicta requiruntur
in probanda prædicta conſuetudine. Et niſi pro-
betur tota probatio corruit, ut in l.29.titul.16. par.
tertia,& de iure communi ſentit Gloſſ.in d.cap.pri-
mo Ferrar. in ſua practic. in forma actionis confeſ-
ſoriæ ſuper ſeruit.colum.5.not.Afflict.in conſtitut.
Quadragenalem:unde eliciuntur infraſcriptæ con-
cluſiones.

Prima,quod data incapacitate perſonæ,quæ poſ
9 ſidet,immemorialis poſſeſſio nihil proficit,† ut eius
uirtute poſſit acquiri.Ioann.Andr.in cap.2.de præ-
bend. in ſexto Abb. & ibi Rochus de Curte in cap.
fin. de conſuet. in §. requiſito ubi aſſerit hanc eſſe
communem. Et ideo laici beneficia conferre,
uel prælatos eligere etiam ex immemoriali con-
ſuetudine non poſſunt. Si tamen allegetur pri-
uilegium Papæ, ut eſt in poſſidente decimas cum
ſit laicus, ſi probatur immemorialis conſuetudo
10 præſupponitur, † quod ante Concilium Lateranen-
ſe habebat decimas,ut uaſallus,uel ut priuilegiatus.
Abb.in cap.continebatur.de his quæ fiunt a prælat.
& not.Gloſſ. in conſuetudine Aluerniæ ca. de præ-
ſcript.art.19.

Secunda concluſio eſt,quod reſeruata Principi in
ſignum ſpecialis præeminentiæ poſſunt immemo-
11 riali conſuetudine acquiri.Bald.in l.reſcripta.C.de
prec.imper.offer.poſt Glo.in ca. quod translationé.
de offic.legati. not. Iaſ. & Iacobi.de ſancto Georgio
in l.imperium ff. de iuriſdictione omnium iudic. &
Felin.in c.cum nobis.de probat.

Tertia concluſio eſt,quod ſine actibus probãdis,
ex quibus tacitus conſenſus populi poſſit colligi,
12 procedit immemorialis † conſuetudinis probatio,
iſta eſt communis opinio,teſte Roch. in d.c.fin.fol,
paruo 38.

Quarta concluſio eſt, quod licet regulariter con-
ſuetudo eccleſiis oneroſa non ualeat, ut in cap.1.de
conſuetud. tamen in cõſuetudine immemoriali hoc
13 non procedit: † nam ualet, etiam ſi eccleſiis, ſit
oneroſa,Bal.in cap.1. qui feud.dare poſſ. Roch.ubi
ſupra. fol. 51. & Felin. in capit. cauſamque in fin.
de præſcript. Stephan. Autrer. in clement. prima,
de offic. ordin. in reg.4.fall.nu.50.

14 Quinta concluſio eſt, quod reprobata conſuetu-
dine a lege, cenſetur immemorialis reprobata,nam
omnis conſuetudo, cenſetur excluſa. Abb. in capit.
cum ex offic. de præſcript. & Roch. ubi ſupra fol.
53.& Felin.in cap. accedentes de præſcript.de quo
per Doctorem de Duenna in reg. 144. contrarium
tamen tenet Afflict.in conſtit. Regni cap. cum ſatis
uerſi.ſed ego limitarem.

Sexta concluſio eſt, quod licet in conſuetudini-
bus, quæ dicatur & ſit rationabilis relinquatur ar-
bitrio Iudicis,tamen conſuetudo immemorialis ſem
15 per præſumitur iuſta, & rationabilis, † etiam ſi eſ-
ſet contra diſpoſitionem legis anterioris,ut not. Ale
xandrin.in capit.fruſtra 8.diſtinct.& Roch. ubi ſu-
pra fol.55.

Septima concluſio eſt, quod licet regulariter in
aliis præſcriptionibus ſcientia, & patientia eius,
contra quem præſcribitur, requiratur: ſi tamen
16 probetur immemorialis,† hoc non requiritur. Glo.
in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid.&
æſtiu. Iaſ. in l. Imperium ff. de iuriſdict. omn. iu-
dic.

Octaua concluſio eſt, quod licet ualeat conſue-
tudo, ut ſcripturæ priuatæ detur fides, ut in ca. cum
dilectus de fid. inſtrum. tamen cum talis conſuetu-
do diſponat ſuper reſeruatis Principi, a cuius pote-
17 ſtate pendet, † ut detur fides uoci mortuæ, non
quælibet conſuetudo ſufficit, ſed immemorialis, ut
inſtrumentis priuatis detur fides, & ita not. Abbat.
Felin.& Doct.in d.c.cum dilectus. Bald.in l.1. C.
ad Velleiam.

Nona concluſio eſt, quod licet regulariter præ-
ſumptiones ſint allegandæ, ut in l.ſi adulterium cũ
inceſtu.§.idem ff.de adulter.& ideo bona fides non
præſumatur,ſi non allegatur,ut not. Ang.in l. eum
qui.§.fin.ff.de public.Afflict.in conſtit.iuſtit. col.4.
18 tamen in conſuetudine † immemoriali bona fides
præſumitur,& ſi non allegetur. Felin.in c.cum no-
bis.de præſcript.

Decima concluſio eſt, quod licet immemorialis
conſuetudo ſit potiſſima, non tamen poteſt facere,
19 ut qui non eſt tabellio, † ſit Tabellio; licet facere
poſſit,quod ſuis ſcripturis credatur,tamquam tabel
lioni,& ſic licet non faciat tale,facere poteſt, ut ha-
beatur pro tali, & ſic poteſt dici quodammodo ad
rei ſimilitudinem Alchimiſta, de quo per Felin. in
c.cum nobis de præſcriptionibus. Et facere quoque
poteſt,ut præſumatur titulus,ubi non eſt:not.Felin.
in cap. ex parte de teſtib. Ideo cum quæritur, an
20 quis ſit clericus ad obtinendum beneficium, non
ſufficit poſſeſſio clericatus, ſed requiritur exhibitio
tituli, ut probat Bald. in cap. dudum. de electior.
quod extendo etiam ſi allegetur immemorialis
ultra quadraginta annos, ut hic. his decem
concluſionibus breuiloquio colliguntur, quæ
per diuerſa uolumina Doctorum ubique ſunt
ſparſa.

21 Nota inſuper, † quod conſuetudo immemorialis
tribuit iuriſdictionem ad inſtar ſeruitutis,quam di-
ſcontinuam uocant Doctores in l.Imperium. ff. de
iuriſdict.omn.iudic.& in l.ſeruitutes la 3.ff. de ſer-
uitut.& in l.2. C.de ſeruitut. & aqua. Et etiam in-
ſtantia appellationis poteſt præſcribi. nota tamen,
quod ſtantibus priuilegiis baronibus conceſſis per
Regem, ſi fuiſſet inductum, quod de cauſis appel-
lationum poſſint cognoſcere mediante prædicta cõ
ſuetudine immemoriali,quod ubicumque implicitè
per uiam appellationis, non deuolueretur cauſa ad
eos, ut notatur in leg. ſi expreſſim. ff. de appellat.

ibi per uiam nullitatis principaliter adiri nó potest,
22 quia dato priuilegio, uel consuetudine, ut quis cognoscere possit de appellationibus, non uidetur priuilegiatus, ut cognoscere possit de nullitate, ut not. Petrus Iacobinus in tit. de condit. & lege uers. item cum appelletur, & Alber. & Florian. in l. si quis diu turna. ff. si seruit. uendicetur, & ibi concludunt omnes, quod præscripta instantia appellationis, non uidetur præscriptum, ut possit cognoscere per simplicem querelam, ut not. Balb. in tract. præscript. in 2. par. princip. nu. 24. fol. 16. & plura not. Felin. in ca. auditis de præscript.

Et illa præscriptio iurisdictionis, uel consuetudinis immemorialis introductæ debet esse probata, ut supra, sicut etiam dicimus in exactione portagiorum, & similium rerum maximè inter dominos, &
23 uasallos, † quo casu omnes exactiones præsumuntur esse prohibitæ regulariter, nisi a iure permittantur, ut in c. quia cognouimus 10. q. 3. uel nisi legitima consuetudine confirmetur in c. conquestus 9. q. 3. & idem esset si a statuto a non recognoscentibus superiorem, Innoc. in ca. 1. de excess. prælat. quia recognoscentes, non possunt uectigalia imponere leg. uectigalia C. de uectigal. quod facit contra Barones, & dominos temporales huius Regni secundum Io. Fab. in l. 1. eod. tit. Bal. in l. pen. C. de naut. fen. So-
23 lus enim Rex uectigalia imponit, † ut in cap. super quibusdam §. 1. de uerb. signific. Bat. & communis Doct. schola in c. 1. quæ sint regalia. Et id sine legitima causa facere, non potest, aliter esset error, secundum Hostiensem in tit. de immun. ecclesiarum. §. a quibus in sua summa. Et inter potiores causas est necessitas, uel utilitas publica secundum Host. in d. loco quem sequitur Io. Fab. in l. 1. C. noua uectigalia institui non posse; nam cessante causa necessaria, cessare debet portagium, uel exactio secundum Bald. in Rubr. de consuet. col. fin. de quo latè per Tiraquel. in c. cum cessante de app. Put. in tract. Syndic. ca. de Regum, & Principum excessibus. c. excedunt quoque dum filias Isern. in tit. quæ sint Regalia. in uersic. flummum, &c.

OPVSCVLVM VI.

In quo practicabilia quædam annotata sunt utilissima his, qui causas in omni Tribunali agunt, præsertim Neapolitano.

Fragmenta sunt: plura desiderantur, sicut in cœteris ob inexpectatam Auctoris mortem.

Capita rerum quæ discutiuntur.

CAP. I.

Super executione pacti instrumenti pro censu.

SI fiat præceptum de soluendo censum, aliàs ad dicendum causam, quare non debeat exequi uirtute pacti: Et reus comparet per se, uel per suum Procuratorem, & petit se audiri, decernitur cognito de pacto, & partibus, & Procuratoribus auditis. Infra biduum prouidebitur.

Si fiat mandatum ad declarandum, si sit filius, & hæres, & si tenet, & possidet, & ad soluendum censum, aliàs ad dicendum causam, quare non debeat exequi pro dicto censu uirtute pacti. Reo respondente decernitur, quod declaret infra terminum statuendum, & facta declaratione, & ipsis auditis prouidebitur; aliàs captis pignoribus cogatur.

Quod si Procurator rei dicat, se non informatum, & se uelle informari: datur terminus ad se informandum, & declarandum, & facta declaratione, & ipsis auditis prouidebitur, aliàs captis pignoribus compellatur.

Et si comparet, & declarat se filium, & hæredem, & tenere, & possidere, & allegat satisfactionem: tunc datur terminus ad illam probandam, & si monitus dicere sibi incumbentia taceat, si appositum sit pactum de exequendo, decernitur fore exequendum: & si deest pactum, si quantitas est infra sex uncias, committitur, si ultra datur libellus.

CAP. II.

De exequutione Laudi.

FIt mandatum ad soluendum, aliàs ad dicendum causam quare non debeat exequi laudum. Reus, aut comparet, aut non comparet, si comparet decernitur ipso uiso, & partibus, seu earum Procuratoribus auditis prouidebitur infra biduum. Et ex tunc sint iudicialiter partes monitæ, & si non comparet dicetur ipso uiso in contumaciam prouidebitur, & si fiat contra hæredes ad declarandum, si sunt filii, & hæredes, & ad soluendum: aliàs ad dicendum causam quare non debeat exequi uirtute laudi, & tunc obseruatur, & decernitur pro exequutione laudi, & pacti.

CAP.

CAP. III.

Super recognitione Apochæ.

Fit præceptum ad recognoscendum. Principalis, seu eius Procurator cum speciali mandato debet comparere, aliàs condemnatur. Verum Procurator principalis ex æquitate solet habilitari, quod si ad primam, uel infra tantum terminum comparuerit legitimè, & recognouerit, deleatur. Et si principalis, uel eius Procurator cum mandato, ut supra, comparet, & recognoscit scripturam, & allegat remissionem. Curia antiquitus, & præeminentia Magnæ curiæ numquam consueuit remittere, uerum aliquando a paucis annis facta recognitione curia remisit habenti priuilegium remittendi uasallos, seu subditos iuridicè citatos super recognitione scripturarum; & si nihil opponit, & est liquida scriptura, datur terminus ad soluendum: & si allegatur satisfactio, datur certus terminus, & non iuris ad soluendum. Et sub isto uerbo non teneri, potest & solet probari solutio, uel aliquid æquipollens excludens intentionem Agentis. Et si dicatur, quod est illiquida, & lecta appareat de illiquidatione, datur terminus iuris, uel alius melius usque ad probandum incumbeatia iuxta quantitatem debiti, & distantiam loci contractus, & loco originis debitoris distantis a Ciuitate Neapolis; & si recognita fuerit infra sex uncias actore petente, potest & debet committi, aliàs non committitur.

Et nota, quod nulla exceptio impedit recognitionem scripturæ, quia est peritura, uerum facta recognitione prouidetur super exceptionibus oppositis iuxta earum naturam, & Procurator asserens habere potestatem recognoscendi instat in eius exceptionibus, & recusat recognoscere, & respondet curia decernit, ut recognoscat citra præiudicium oppositarum, & facta recognitione prouidebitur super eis. Et si est retinens in recognoscendo, fiunt debita mandata pœnalia, quod respondeat, & sic cogitur ad recognoscendum, & facta recognitione curia prouidet super eius exceptionibus, ut iuris est, & parte audita, &c.

Et nota, quod aduersus recognitionem non datur reconuentio, nisi resultans ex eadem scriptura. Et quando est datus terminus ad probandum aliàs ad soluendum, & nihil ponit, nec probat, eo elapso fit condemnatio seruata iuris forma, & si producuntur examinantur testes, aut producuntur scripturæ, & tunc iudicis est uidere depositiones testium, & scripturas, & si producentem non releuant, antiquitus absque decreto de exequendo fiebat condemnatio seruata forma iuris. sed nunc fit decretum de exequendo, & non intimatur, & expeditur commissio de exequendo, ut supra. Verum quando iudici uidebitur, uel partes uelint percunctari testium depositiones, & scripturas præsentatas ipsis petentibus, impartitur, facultas infra breuem terminum ad percunctandum, & postea si nihil aliud opponitur, si stat reus in probatis, dicitur non molestari, sed absolui: si uero non, decernitur fore exequendum, & fit commissio absque intimatione dicti decreti.

Et si Procurator sine potestate recognoscendi scripturam negat esse scriptam propria manu sui principalis: tunc petente actore, seu eius procuratore præfigitur terminus, quod ratificetur a principali aliàs captis pignoribus compellatur. Et si habet potestatem recognoscendi, tunc sufficit eius negatio, & non opus erit recognitione principalis. Et si procurator cum mandato, uel principalis negat, tunc datur terminus ad conuincendum arbitrio Iudicis statuendus. Et quando datur terminus ad probandum aliàs ad soluendum, proceditur summariè, & quando soluta datur terminus ad probandum, proceditur ordinariè, & quando committitur similiter ordinariè. Et quando ad conuincendum, similiter proceditur summariè.

CAP. IIII.

Super interpositione decreti pignoris exequuti.

Quod si citatur reus ad redimendum pignus exequutum, non debet apponi clausula iustificata, siue sit uirtute sententiæ, siue pacti, siue obligationis, siue laudi, siue scripturæ recognitionis, siue constitutionis Neapolitanæ, aut aliter exequutum authore Prætore, & uocatur in Banca, & tunc siue Procurator debitoris compareat, siue non, interponitur decretum: uerum si allegatur satisfactio, & creditor petit declarari tempus, debitor tenetur declarare ante, uel post pœnam obligationis accusatam; aut ante, uel post factam exequutionem; & tunc creditore contradicente non auditur ante pœnam accusatam, nec ante latam sententiam, & ante decretum de exequendo, sed bene auditur ante, & post factam exequutionem, & tunc interponitur decretum, ut supra, & mandatur supersederi infra terminum iudicis arbitrio statuendum, infra quem iussit doceri parte citata de allegata solutione, uel supersederi debet in liberatione bonorum exequutorum, ut interim possit doceri de solutione, ut supra post pœnam accusatam, & ante, & post exequutionem factam, sed non ante accusationem pœnæ, nec ante sententiam, seu decretum, ut supra, & proceditur summariè.

CAP. V.

Super pignore.

Fit præceptum ad redimendum pignus, & reus citatus si non comparet; interponitur decretum; si comparet per se, uel per eius procuratorem, & petit terminum ad redimendum, & tunc similiter interponitur decretum, & conceditur dilatio ad redimendum arbitrio Iudicis iuxta quantitatem petitam, & facultatem debitoris, & creditoris, consideratis considerandis. Et si pars, uel eius procurator negat pignus, tunc non interponitur decretum, sed datur terminus arbitrio Iudicis ad docen-

docendum de pignore, & proceditur summariè. Sed si interponitur decretum, & eo interposito pignus conuentionale uendatur minori pretio, tunc fit mādatum ad soluendum residuum, aliàs ad dicendum causam quare non debeat exequi pro residuo cum clausula iustitiæ, & tunc decernitur (uisis actis prouidebitur.) Et si liquet de debito per publicas scripturas, aut priuatas recognitas, & tunc si non opponitur de satisfactione, uel de alijs, pronuntiatur exequendum pro residuo. & si opponitur, mandatur capi informationem de prætensis binc inde parte requisita. & sic fit mandatum pro residuo, quando pignus fuit negatum, & deinde uerificatum, & est venditum minori quantitate, quam est debitum, & tunc uisis actis pronuntiatur, quod exequatur pro residuo. Si non opponitur de satisfactione post uenditionem pignoris, quia ante non potest. Et si opponitur de satisfactione post venditionem, tunc prouidebitur, quod capiatur informatio parte citata, & si constat liberatur absque interpositione decreti de exequendo. Et si fit contumax, debet suo creditori integrè satisfacere de debito, & expensis.

CAP. VI.

Super recognitione Apochæ vt supra.

SI allegatur litis pēdētia, uel exceptio rei iudicatæ, datur terminus ad docendū de pendentia litis, uel re iudicata. Et nota, quod Magna Curia non admittit declinatoriam fori pro citatis super tenore instrumenti, uel ad recognoscendum apochā pro priuilegiatis, præterquam si essent clerici, & doceant de clericatu regulariter. Et quando quis uocatur pro causa ciuili, & pro alia summa excedente ducatos triginta sex, si non comparuit, condemnatur, uel datur terminus ad libellandum in contumaciam, sed ad electionem actoris. Si uero infra summam prædictam similiter condemnatur, vel committitur alicui ex iudicibus pedaneis. Et si conuentus opponit de remissione: committitur similiter salua remissione. Et si uoluerit reus reconuenire suum actorem, remittitur salua reconuentione. Item si citatio, uel mandatum est de quantitate excedenti summam prædictā, potest actor reducere ad summam saluo iure petendi residuum, & tunc Iudex committit.

CAP. VII.

Super animalium interceptorum in alieno, uel proprio territorio.

SI sunt intercepta animalia in alieno territorio, in quo prætenditur habere ius aquandi, pasculandi, & pernoctandi ab antiquo, & esset in pacifica possessione, & satisdatur de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, & fit mandatum exequutiuum, quod stante satisdatione animalia restituantur statim, ne pereant, cum clausula iustificata ipsis prius restitutis. Et si pars non obtemperat, fit aliud mandatum incusando contumaciam, & quod restituat, & soluat pœnam ratione spreti mandati, aut dicat quare non tenetur restitutis ipsis prius, & tunc si non comparuerit, uocatur in Banca, & condemnatur ad pœnam, & decernit animalia esse restituenda, uel decernitur uisis actis extra bancam prouidebitur: & tunc mittitur commissio pro restitutione, & pœnæ exactione.

Et si comparet, & in primo, uel in secundo mandato comparuerit, & allegauerit non teneri, quia nō sufficit satisdatio, sed debet fieri depositum, quia territorium est interceptoris animalium, & pars fatetur. Sed prætensum ius negatur, tunc non fit restitutio nisi prius facto deposito. Et si petitur, quod durante lite, se abstineant a pascuis, debent se abstinere. Verum si dominus animalium prætendit, & dicit se habere ius pasculandi, & pars aduersa negat, tunc docto de titulo per instrumentum, sufficit satisdatio, & non debet se abstinere, sed animalia debent restitui, & capitur informatio de prætensis utriusque partis citra præiudicium ipsarum partium petitorij, & possessorij ordinariè intentando infra terminum statuendum, salua matura deliberatione super prætensa pœna incursa, & ipsius exactione, quod si prætendatur animalia esse intercepta in proprio territorio domini animalium, uel in territorio terræ suæ originis, tunc sufficit satisdatio, & non sufficit, nec debet se abstinere a pascuis.

CAP. VIII.

Citatio, & practica super tenore instrumenti.

CItationes super tenore instrumenti liquidi possunt fieri etiam super tenore instrumēti illiquidi, liquidandi per aliud instrumentum liquidum, in forma probanti sumptum, uel per aliam scripturam publicam, de qua debet fieri mentio in citatione, ut pars sit instructa, & certa comparere, & debet esse cum peremptorio, & non comparente actore in ultimo peremptorio, reus comparet in ultimo termino, si est dies iuridica, tunc prima die iuridica accusat contumaciam contra actorem, & petit ipsum condēnari ad sextam partem bonorum, & ad expensas, & petit se licentiari, & tunc accusator contumaciarum perquirit diligenter talem citationem in Manuali. Et ea non reperta debet recipere copiam citationis, & relationis, quam portat reus, & accusare contumaciam actoris, & debet facere annotationem in suo Manuali, & postea elapso triduo debet actor uocari in Banca, & condemnari, ut dictum est, ad prædictam sextam bonorum partem, & ad expensas, & reus licentiari, & decernere, ut de expensis, ut solet magna curia facere, ut babeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit. Et si pro actore aliquis comparet ipsum excusando, uel infirmitate, uel alia de causa, & tunc decernitur, quod detur libellus ad primam, & uterque comparcat, aliàs ex nunc licentiatur. Et hoc idem seruatur in ciuili. solet etiam quando reus accusat contumaciam contra actorem habere terminum unius mensis, uel duorum ad ipsum uocari faciendum in Banca. Et quando reus est aduena, ne uexetur in expensis, solet actor uocari cum cartula ad primam, & si non comparet reus licentiatur, & omnia ista scribuntur per actuarium ad id requisitum. Et instrumentum excedens libram

auri

aliti debet esse subscriptum a Iudice, & tribus testibus infra vero à Iudice, & duobus. & si testes sint illiterati subscribunt cum signo †. si est in loco ubi sunt literæ, ualet, alias non. si est dubium, remanet prouidendum Auditis partibus. Quod si allegatur exceptio infirmitatis, carceris, seu nullitatis, uel submonitionis ad bellum, admittuntur,& datur terminus dierum duorum ad probandum, quod si actor velit probare contrarium, auditur.

Quòd si opponitur de falsitate relationis, aut qd non fuit citatus in loco domicilij, & hoc dicat procurator, non auditur: si uero hoc dicat principalis, haberi tunc debet ea ratio, quæ de iure habenda erit, & si allegatur de illiquiditate, uel quòd non est sub scriptum, legitur, & videtur, & si ita est, non proceditur. & si allegatur satisfactio, & producuntur testes in promptu, examinantur. & si fit depositum sub cautione de restituendo, liberatur. & si non producuntur testes in promptu, nec fit depositum, in uinculis eam dicet: & si constiterit de solutione, actor punitur iuxta formam ritus.

Si instrumentum est stipulatus per procuratorem creditoris uti procuratorem. etiam quòd sibi & procuratori sit promissa solutio, non potest præsentari secundum formam ritus. Et si procurator proprio nomine sibi, & principali suo stipulatus est, ut vtrique insolidum fiat solutio, tunc potest præsentari. Et si procurator stipulatur procuratorio nomine,& sibi promissa est solutio & principali, tunc ambobus agentibus,& comparentibus potest procedi,& condemnari. Et si notarius stipulatus est pro absente creditor & ad instantiam notarij,& creditoris præsentatur instrumentum, debitor condemnatur & instrumentum potest liquidari, quia duæ personæ faciunt vnam, notario & principali comparentibus.

Si instrumentum præsentatur per tutorem infan tium, facto præambulo, & adimpletis solemnitatib. de quibus fit mentio in citatione, tunc bene potest condemnari,& liquidari per tutorem absque pupillis infantibus. Si sunt maiores infantibus, tunc citatio debet continere, & fieri, ut supra ad instantiam pupillorum, & tutoris, & tunc ipsis pupillis,& tutore comparentibus instrumentum liquidatur,& debitor condemnatur. Et si aliqui sunt infantes, & aliqui sunt maiores septennio, sufficit quòd comparéant maiores cum tutoribus. Et si fit dubium, quòd non sint infantes, condemnatur debitor, & ex vrbanitate supersedetur in exequendo per crastinum, vel alios plures dies secundum locorum distantiam.

Si sunt mulieres Neapolitanæ siue actrices, siue reæ, non tenentur comparere in Palatio, sed in ecclesia propinquiori domus earum, exteræ uero in Palatio comparent;& si sunt honestæ, & non soluunt, carcerantur in eorum domibus: si præsentant supplicationem ante liquidationem instrumenti seruatur eius tenor, & impeditur liquidatio. Si vero alterius scripturæ fit liquidatio, ea habebitur ratio, quæ de iure habenda erit. Si allegatur infirmitas debitoris; prouidetur quòd accedat actuarius, uideat, & referat: tunc si creditor petat, & uelit quòd fiat liquidatio in domibus infirmi, tunc debet accedere iudex ad domum infirmi, & ibi fit liquidatio, & recipitur satisdatio a debitore, quod stante eius infirmitate habebit domum pro carcere, & cum conualuerit se præsentabit in carceribus Magnæ curiæ tam pro debito, quam pro pena,& expensis. Si vero actor est infirmus, non cogitur debitor accedere ad domum creditoris, immo si uenit ad domum curiæ, & non comparet in tribunali, non potest debitor condemnari, etiam si sit in supportícu domus. Debet ergo portari in Sedia ad tribunal, & quando non potest petere procuratore creditoris fit decretum, quòd citatio ex causa non expiret.

Quod si allegetur, quod est uendita pars feudi absque assensu Regis, tunc si non constat de eo, vel per lecturam instrumenti, in quo continetur dictus assensus aut per priuilegium consensus impetrati,& si sunt tunc uenditi fructus, tunc relinquitur dispositioni iuris communis. Et si est instrumentum locationis seu affictus, si non est tunc renunciatum patientiæ non prestitæ, uel ex instrumento præsentato, uel alio præsentando non constat, non proceditur: & licet instrumentum sic pactionatum in fauorem creditoris, vel ante satisfactionem, nihil ex parte ipsorum sit adimplendum; tunc est liquidum, & potest liquidari, & condemnari: & si tempore satisfactionis, & solutionis esset aliquid adimplendum per creditorem, tunc similiter potest liquidari, & condemnari, uerum fit depositum, & non liberatur nisi adimpleantur unico contextu hinc inde promissa iuxta formam instrumenti. Et si instrumentum est citrò, vltroque obligatorium, non potest præsentari, nisi in casibus prædictis. Et si instrumentum est confectum extra Regnum cum a iure requisitis secundum consuetudinem loci stipulati cum testimoniali de fide, & legalitate notarij, licet nô sit stipulatum,& celebratum more istius Regni, poterit præsentari.

Quòd si condemnatus super tenore instrumenti comparet de sero, vt supra, & sequenti curia instat cum supplicatione, quòd fiat uerbum, tunc inspicienda est supplicatio: & si dicit, quòd Magna curia prouideat, aut referat, erit in eiusdem Magnæ curiæ electione procedere ad liquidationem siue ad relationem. Et si supplicatio non præsentatur die decretationis, uel saltem die sequenti, tunc non tenet supplicatio, & proceditur ad liquidationem, nisi sit dies sequens festiuus. nam tunc intelligitur proximus sequens: quòd si non regitur curia, licet debeat supplicatio præsentari C. pro T. attamen sufficit tunc temporis quod intimetur per Portterium, & si præsentatur C. S. debet parte petente dari satisdatio more solito, quod si relata causa remittatur ad Magnam Curiam, tunc debitor debet requiri su per inserto tenore decreti, uel saltem cum succincto tenore decreti dictæ remissionis, & in tali requisitione accusata contumacia nô expectatur triduum. verum non potest vocari die accusatæ contumaciæ, sed proximo sequenti, si regitur Curia. Si opponitur: quod instrumentum est illiquidum, quia est pro missa certa quantitas tabularum vel grani, in quo non moratur debitor, tunc non potest præsentari aliud instrumentum protestationis, quod tempore promissionis creditor, uel alius pro eo, ubi fuit, potest præsentari, & condemnari, uerum si non præsentatur tale instrumentum protestationis, non potest præsentari, neque condemnari, nisi creditor

ditor esset illius loci, uel habitaret in loco, in quo est promissa talis consignatio.

Mille citati super tenore instrumentorum nō possunt comparere per procuratorem cum speciali mandato, quia oportet fieri liquidationem de facie ad faciem, & tenetur principalis comparere. Quod si non est stipulatum de facie ad faciem inter partes, proceditur de periurio, licet contrarium hodie per abusum fiat. Et si condemnatus coram uno ex iudicibus compareat, debet satisdare, alias remanet condemnatus, & si satisdat intra triduum, ut primum fuerit requisitus, debet comparere, alias non expectatur triduum. Et in actione de periurio siue Stellionatus non admittitur reconuentio, nisi emergeret, uel resultaret ex eodem instrumento, &c.

Citatus peremptorie super causa criminali, si die citationis, uel post commissum delictum fuerit visus, & nihilominus allegatur eius absentia, non admittitur. Si uero extra supradictos casus fuerit allegata, admittitur delato iuramento alleganti, & tunc datur dilatio ad denunciandum, & comparendum iuxta distantiam loci. Si allegatur submonitio, eodem modo datur terminus ad docendum de submonitione dierum duorum. Verum in supradictis casibus hodie interponitur decretum huiusmodi, quòd fuit reputatus contumax, & condemnatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & pœnam in mandato contentam: uerum si comparuerit infra tot dies, deletur a contumacia, & pœna. Et quando fiscus vel pars offert probare contrarium, additur in decreto. Verum si fuerit conuictus, dilatione prædicta non gaudet, quòd si constatet curiæ prædictum delinquentem pro alio delicto fuisse contumacem, & delinquentem, licet fuerit allegata absentia, non datur prædictus terminus ad denunciandum, etiam si fuerit allegata absentia, quia pro contumace nemo loquitur.

Si citata mulier pro causa criminali fuerit Neapolitana, & fuerit citata ad recipiendum copiam capitulorum, potest comparere per procuratorem cum speciali mandato. Si est citata ad informandum, debet comparere personaliter in ecclesia propinqua suæ domui. Si est extera personaliter comparet in Palatio Magnæ Curiæ. Et similis modus seruatur, quando sunt citati vltra denarium numerum.

Si citati allegatur infirmitas, & est Neapolitanus, & est in ipsa ciuitate, vel eius districtu, bannitur, & condemnatur sub conditione, quod præsenti vel sequenti die accedat actuarius, qui uideat, & referat, & ipso reperto infirmo deleatur. Et si pars, vel fiscus contradixerit, decernitur quòd accedat Medicus sumptibus petentis insimul cum actuario, qui uideant, & referant, & eo reperto infirmo, deleatur, & hoc quando pars non vult stare assertioni actuarij. & si delictum est graue, solet decerni, quòd præstet cautionem de se præsentando ut primum conualuerit in Palatio Curiæ, a quo non discedat sine expressa licentia, & ei tunc consignatur domus pro carcere. si uero timetur quòd non obstante securitate per ipsum præstita seu præstanda, quod aufugiet secreto, mittuntur satellites ad ipsum ducendum ad carceres.

Quod si allegatur infirmitas extra territorium, tunc debet produci instrumentum infirmitatis publicum in forma probanti cum literis Medici ab eo continentibus qualitatem, & speciem infirmitatis, vel dictum instrumentum cum subscriptione Medici loco literarum. Nam si solum præsentatur instrumentum absque literis Medici, vel subscriptione ipsius, seu litteræ absque instrumento, nihil ualent, & non releuant. & tunc temporis non obstantibus ipsis condemnatur delinquens. Et si infirmitas est talis quæ impediat, tunc decernitur supersederi, & quod citatio non expiret; Et si dubitatur de instrumento, decernitur fisco intimari, & remanet causa prouidenda, & condemnatur, & dicitur, quod si legitime constiterit de infirmitate infra talem terminum, quod deleatur.

Si citatio dictat, quod compareat prima die iuridica, secunda debet accusari contumacia, & si dictat quod compareat secunda immediate sequenti, & tunc dies relationis computatur pro vno die, & pro primo sequenti accusatur contumacia. verum si dictat, quod compareat secunda die post citationem tunc dies relationis non computatur pro die, sed accusatur secunda die post dictam relationem. & si dicat, quod compareat infra dies duos, & tunc dies relationis attenditur, & computatur, & accusatur die proxima sequēti contumacia: verum si dictat infra dies duos post mandatum seu citationem immediate sequentes, & tunc dies relationis non computatur pro termino, sed accusatur secunda die post diem talis relationis.

OPVSCVLVM VII.

In quo continentur Singularia in materia Apprețij, & Collectarum. Quæ ab vniuersitatibus locorum ex superindicto, aut quouis onere ordinario, vel extraordinario, Impositioneve Principibus, Regulis, aut earundem Dominis, illorumque Cameræ soluuntur.

Iuri communi Primum, & omnibus adaptanda; Pragmaticis deinde Regni constitutionibus conformia Cum allegationibus paucis domini Paridis de Puteo.

SVMMARIVM.

A

Accidia non debet alicui afferre commodum. nu. 28.

Alleuiandus est, qui pluras habet filios; qui pauciores, onerandus. num. 12.

Ad Appretium faciendum quot eligendi, & ex quo ordine ciuium. nu. 1. fol.

Ad Appretium faciendum quantitas arbitraria est. num. 2.

Appretio

Immu-

SINGVLARE I.

Electio taxatorum, siue appretiatorum pro catasto, seu appretio confirmando sic fieri debet. Vt congregata tota
1 vniuersitate in loco solito, & consueto de communi, & pari omnium voto eligantur sex vel tres homines iuxta locorum qualitatem. Videlicet unus, uel duo de melioribus,

liotibus, totidem de medioctibus, & totidem de Popularibus, & pauperibus, qui sint Idonei fideles, & nulli suspecti. Qui præstito iuramento, quòd deposi tis odio, rancore, consanguinitate, amicitia, & alijs affectioöibus, æstiment, & appretient omnia bona hominum vniuersitatis in cedulis ipsorum contenta, & alia etiam occupata, quæ forte per ipsos homines in cedula non ponerentur & habita quantitate, uel ualore ipsorum bonorum redditum, & fructuū iuxta cōsuetudinem illius vniuersitatis, licet melius sit, & magis conueniens quòd valor proprietatis æsti metur iuxta mentem capituli Regni. Et habita massa seu quantitate seu numero, vel valore ipsorum bonorum vel redditiuum, quia omnis ęstimatio fit secundum valorem redditus, & qualibet res, cuius fructus est ualor vnica una annua, potest poni in ualore de stabilibus vnciarum decem. Cōsiderent quoque Appretiatores locorum, & possessionum distantiam, & qualitatem seu bonitatem, & onus ipsorum bonorum. & deducto dicto onere, vt si forte pro illis soluitur census, vel aliqua pensio, dicto onere deducto æstiment, & appretient. & sic habita dicta massa facto numero vnicarum, & ualoris bonorum pro
2 qualibet uncia proprietatis, ponatur pro solutione collectarum granum vnum, duo, vel plus, vel minus iuxta quantitatem collectarum, & dictorum appretiorum arbitrio statuatur, cum sit appretium. Et quòd collectorum taxatio debeat fieri ex æstimatione prædictorum, textus est bene clarus in l. 1. & ibi per Bar. C. de censib. lib. 10. & l. Quæro. ff. de vsufr. legat. Considerantur in appretio onus, & utilitas filiorum, & expensæ, & grauamina redundantia ex fi
3 lijs, & similiter utilitates ut sic grauetur vel releuentur, considerantur enim expensæ necessariæ pro filijs & familia iuxta facultates cuiuslibet, & deductis
4 expensis necessarijs appretiabuntur bona.

SINGVLARE II.

Homines vniuersitatis in appretio conficiendo debent præsentare eorum cedulas continentes
5 corū bona mobilia, & stabilia cōfinata, & quātitatē, & valorē ipsorum & si sint censualia, vel franca, & ea de quib. reddūnt laicis, vel ecclesiasticis personis. Et pecuniam, quam exercent in Mercantijs: & si cedulam quis præsentare non poterit, dicat uerbo. Itē ponatur in dicta cedula, seu dicatur uerbo, & ars, & ministerium offerentis cum numero filiorum, & filiarum, & cum distinctione, & arte ipsorum. & similiter ponatur numerus famulorum, & aliarum personarum seu familiæ sibi necessariæ. Item ponatur infectio ægritudinis, si quam habet. Item ponan
6 tur alia iura, quæ sunt in censibus, seu excadentijs, & redditibus in quantitate, & valore ipsorum.

SINGVLARE III.

Homines vniuersitatis præsentantes eorum cedulas vel dicentes oretenus eorum bona appretiatorib. non tenentur iurare, quod omnia posuerunt, uel dixerunt, ne aperiatur via periuri, quod
7 euitari debet. l. ne arbitrarijs, C. de arbitr. & ideo animaduertendum est, quòd fiat inquisitio de bonis negatis, & non positis in cedula, uel non dictis verbo. Si quod enim in bonis mobilibus, vel stabilibus vel animalibus inueniatur non positum neque dictum in appretio, applicetur curiæ. Et si offerens cedulam iurauit se alia bona non habere, puniri posset de Sacramento pelerato. Adhoc, scilicet ad inquirendam bona negata, eligantur Inquisitores per vniuersitatem in numero taxatorum, qui (ut dictum est in prin
8 cipio) iurabunt ut Taxatores. videlicet quod depositis odio, rancore, & cæteris, ut supra, quicquid inuenerit negatum, vel non positum pro parte curiæ capient, & attestabunt eaque assignabunt officialibus Domini dictæ terræ. Qui inquisitores post terminū dierum octo a die electionis incipient eorum inquisitionem, eamque infra mensem vnum post dictos octo dies numerandum expediant; & non prius ad inquisitionem ipsam deuenietur. Statuat vniuersitas ipsa de beneplacito, & uoluntate Domini, quod de rebus negatis inquisitores tertiam habeant partem, itaut sine fraude inquisitionem faciant. Et si inquisitor aliquis inueniatur culpabilis in inquisitione, vel
9 dolo fecisse, pœna unius vnciæ auri feriatur, satisfacta prius vniuersitate. Quicquid propterea damni habuit vniuersitas illo anno pro dolo, culpa, & negligentia ipsorum inquisitorum resarciatur ab illis. Aduertendum tamen est, quod ius competens fisco ad vindicandum talia bona negata finitur quinquen
10 nio. & elapso quinquenoio non poterit amplius vindicare. Bar. in l. commissa. ff. de publican.

SINGVLARE IIII.

Etas filiorum ideo poni dēt in cedula, quia ætas xvj. annorum, licet excuset a muneribus perso
11 nalibus, non tamen excusat a muneribus patrimonialibus, & sic a collectis. l. sextum decimum ætatis annum, in prin. de variatione & excusat munerum.

Item, quia inspicitur onus, & vtilitas filiorum, & filiarum iuxta conditionem parentum, & ætatem filiorum, & filiarum ad compensandum onus, uel vti
12 litatem æstimandam. Qui plures ergo habet filios, est in appretio alleuiandus; & qui habet pauciores, est oneradus. sic est etiam eorum qualitas attendenda, vt qui habet familiam debilem vel inutilem, alleuietur; Qui vero fortem, robustam, frugem, & utilem, oneretur, licet se excuset. leg. fin. in uerbo numerum.

SINGVLARE V.

Domus habitationum non ponitur in appretio. Pro quo bene facit, quod habetur in l. vniuersi.
13 C. de vectigal. coniuncto tex. & Glo. Domus vero, quæ locantur, ponuntur in appretio, deductis tamen expensis, quę concurrunt in reparatione earundem. Et tanto minus ponatur valor domorum, vel fructus pro illo anno, unde ex quo de domibus habitationum non soluitur collecta, si aliquis ciuis habitat domum conductam, debet releuari, & de taxatione eius deducatur pensio, quam soluit pro domo habitationis. Luc. de Penna in leg. in his. C. de præd. & omnibus rebus nauic. lib. 11. Filiusfamilias habitans seorsum a patre, facit foculare. leg. placet. ff. de muner. & oner. notatur in c. penult. de excess. Prælatorum.

SIN-

SINGVLARE VI.

EMphyteota Ecclesiæ, uel baronis an soluat col-
lectam pro his bonis. Dico quod sic. Andr. de
Isern. in c. Qualiter vasallus iurare debeat, &c. De-
ducto tamen onere, quod debetur pro illis ecclesiæ.
Isern. in c. quæ sint Regalia in verbo plaustrorum,
& in verbo taliter, vbi vide quomodo æstimetur. Si-
militer possessiones, pro quibus soluitur census ali-
cui feudo, ponuntur in appretio, deducto tamen one
re, redituve census. Pro hoc facit Cap. Regni Porre
16 cta. Per quod eximuntur a Collectis bona feudalia,
de quibus debetur seruitium, vel adohamentum Re
giæ curiæ. Ergo a contrario sensu de alijs soluitur
collecta, uide Andr. de Isern. in d. §. Plaustotum.
Idem tenet Luc. de Penna. in l. fi. C. de fund. limitr.
lib. 10.

SINGVLARE VII.

REs, licet pretiosa nullius tamen redditus, uel fru
ctus non ponitur in appretio. l. 2. C. de præd. &
17 reb. nauic. lib. 11.

SINGVLARE VIII.

ITem Appretiatores modificent expensas necessa-
rias, & familiam necessariam secundum condi-
18 tionem vniuscuiusque.

SINGVLARE IX.

ITem si quis habet boues, iumenta, & alias be-
stias, & animalia, & cum ipsis lucratur, & facit
19 industriam, debet sibi imponi solus industriæ ualor
& sic fructus, & non valor Animalium.

SINGVLARE X.

ITem si filij septem, vel octo annorum custodiunt
porcos & uaccas, an debeant taxari pro indu-
20 stria? Dic quod ab annis octo supra sic & leuiter.

SINGVLARE XI.

PLus æstimantur bona uicina vniuersitatis, quam
polita de longinquo. tex. & ibi Bar, in l. pro lo-
cis. C. de annon. & tribut. lib. 10. Et hoc propter ex-
pensas conductionis, operariorum, & iumentorum
pro fructibus, & ipsorum conditione. Et ideo plus
æstimanda sunt bona habitantium in ciuitate, quam
exterorum, ibi possidentium. Item magis, seu pluris
æstimantur bona inclusa intus mœnia Ciuitatis,
quam extra posita. Luc. in l. fin. C. de quib. mun. vel
præstat. liceat nem. se excusare. lib. 10.

SINGVLARE XII.

ITem, Appretiatores debent habere consideratio-
nem, quòd illi, qui habent magnam familiam, &
22 onera filiorum vel nepotum, vel faciunt illos stude
re, ueniant alleuiati in aliquo vltra alios, qui non sic
grauantur.

SINGVLARE XIII.

MAritus tenetur ad collectas pro bonis dotalib.
uxoris l. neque stipendium. ff. de impens. in
23 Reb. dotal. facit Bar. in l. Lucius. §. idem. ff. ad mu-
nicip.

SINGVLARE XIIII.

SI aliquis locat possessionem ad nummos, & con
ductor percipit fructus, conductor ipse tenetur
24 ad collectas. Bar. in l. j. C. de annon. & tribut. li. 10.

SINGVLARE XV.

VSufructuarius agnoscat onus collectarum, &
sic mulier, quæ habet quartam, vel tertiam in
25 bonis uiri soluit collectam, sicut mulier, quæ habet
dodarium in bonis feudalibus, soluit adoham, vt est
casus in l. Quæro. ff. de vsufruct. De hoc tangitur in
simili in cap. 1. de Capitulis Corradi. §. similiter per
Andr. de Isern. in c. releuium. in c. fin. in uerbo impo
situm. Pro hoc facit C. de ann. & tribut. l. 1. lib. 10.
& l. omnis. Et quod not. Isern. in c. Quæ sint Rega-
lia. in vers. Plaustrorum.

SINGVLARE XVI.

ARs, & Industria æstimatur. Et in eo loco pro ea
26 soluitur collecta, ubi persona eam agit, & exer
cet. l. 1. C. de mulieribus, & in quo loco. lib. 10. Et si
artifex non vtitur arte sua, ponitur nihilominus in
27 catasto & appretiatur, proinde ac si artem exerce-
28 ret, quia accidia non debet alicui afferre commodũ
per l. eleganter vers. hoc enim. ff. de dolo. Aduerte ta
men quòd artifex, qui uiuit ex sola arte, & aliud
29 non habet, non tenetur de ea soluere collectam.
Bald. in Authen. Defuncto. C. ad Tertullianum.
30 Item artifices sexagenarij excusantur a collectis,
si utantur arte mechanica, & per consequens arte
manuali, non tamen excusantur mercatores sexage
narij, quibus in uendendo ętas non officit. l. maiores
ff. de iure immunitatis. l. manifest. C. qui ætate lib.
10. in l. sextum decimum. C. de uacat. & excusat.
mun. Quatenus tamen dictum est, quod uiuentes
solum ex arte, non sunt collectandi secundum Bald.
aduerte, quia contrarium seruatur, & bene. Artifices
enim nõ sunt inter pauperes numerandi, posito quòd
nihil possideant. Idem in habente uires corporis in-
tegras, quamuis aliam substantiam non possideat,
quia collectandus est. cap. quod super extra de uoto.
Luc. de Penna in l. fi. C. de quib. mun. nem. &c. lib.
10. Iser. in §. Plaustrorum. Quę sint regalia in 2. col.
Aduertendum tamen, quòd industria, & artificium
non taxatur, sicut proprietas, sed taxatur minus. un-
de stabilia, seu stabiliũ ualor est unc. 100. & appre-
tiatur unc. 100. certe pro industria uenient unc. 80.
quia est minus ponenda industria, quam possessiones
quæ sunt magis certę. Pro qualibet uncia industriæ
uel artificij debet taxari in unc. octo. Hoc tamen
simplex dictum, & intellectum est iniquũ, quoniam
non omnes artes, & industrię sunt ęquales, & non
omnes homines faciunt unam industriam, uel exer-

cent

centunam artem,ſed unus meliorem,& melius alte ro. Et ideo arbitrium taxatorum hoc circumſpiciat, vt pro modo patrimonij,& prout ars reddit aliquem diuitem,& expertum,ita ipſum taxet, ita eſt tex. cũ
31 Gl.in l.1.C.de mun.patr.lib.10.& l.frandem C.de ann.lib.10.itaque conſideratis,& deductis deducen dis ſi aliquis lucratus fuit 100.vneias,taxetur, quòd lucretur de induſtria tantum 13.taren.

SINGVLARE XVII.

Proprietas induſtriæ taxetur tareno uno, qui reda dit ad ſummam ſunt vnciç tres, & tareni 10. & ſic plus,uel minus. Item ubi æſtimatur pecunia mer
32 catorib.ſeu artificibus,non debet eis imponi induſtria manuum ſeu mechanicas, quia non debet grauari duplici onere:ſi uero mercentur non cum pecunia extranea,uel clericorum, ſi pecunia eſt laici, qui eſt taxata,non grauetur. Si uero pecunia eſt clericorum,qui non taxantur, tunc ponatur induſtria Mer-
33 catoris iuxta quantitatem lucri eum tangentis,quia pecunia & res clericorum non poſſunt a laicis colle ctari.l.3.& 2.C.de Epiſc.& cler.& in c.Regni.item ſtatuimus. Item eſt littera Cancellariæ, quæ incipit, Robertus Iuſtiniano Aprucij ultra &c. Qua cauetur,quod Nobiles tenentes feuda nobilia non tenetur pro mercimonijs,ſed induſtrijs pro eorum vita, & ſuſtentatione procedentibus,ſecus ſi ad quæſtum, pro quo facit tex.in c.dilecti extra de decimis.& ibi per Glo.& Imol.& per Luc.de Penn.in l. fin. C. de mancip.& quo loco &c.lib.11.

SINGVLARE XVIII.

Mulieres uero viduæ habentes in bonis citra vnam unciam annuam non taxentur. Miſerã dum eſt enim his.arg.tit.C.quãdo Imper.inter pup. & uiduam. & ſic virudua, & pupillorum bona mo dificentur,quæ non debent taxari, ſicut quod taxentur bona aliorum viriliter, & vt uber procurantium bona eorum.

SINGVLARE XIX.

Nobilibus tamen,& nobiliter viuentibus ex ori gine vel conſuetudine modificetur,& conſiderentur expenſæ iuxta qualitatem perſonarum ipſo-
35 tum. Quarum onus eximatur a quantitate taxæ et s contingentis, ita quòd expenſæ deducendæ ſapiant modeſtiam & non prodigalitatem.

SINGVLARE XX.

Iudicibus annalib. pro illo anno, in quo iudicatus officium exercuerunt,iuriſperitis, Doctorib. No
36 tarijs publicis,Profeſſorib. & Medicis in quacumq; ſcientia,& Patris litteratis non ponatur induſtria,& ſic perſonę imò eorum expenſę conſiderentur, vt ſit de Nobilib. de quib. ſupradictũ eſt, quia in hac par te tractantur vt Nobiles.& in hoc bene dictum eſt,
37 quia Doctores, & iuris periti nobiles ſunt, vt per Bar.in l.iudicis.C.de dignit.lib.12. ubi tex.dicit, ꝙ idem eſt in Notarijs Principum.ſimiliter dicendum eſt de alijs notarijs,ut per Bar.in l.præclara C.de prl mipilo.lib.12. Et eſt tex.in c. de multa de prębend. ubi litteratę perſonę nobiles ſunt, & ęquiparantur nobilib. quia propter ſcientiã mundus illuminatur, & ſcientia prodeſt non tantum homini habenti eam ſed toti vniuerſitati.Nã orbis terrarum ſine litteratis regi non põt,ut in Auth.Habita.C.ne filius pro patre.Facit ad hoc,quod uoluit laſ. in l. placet in 1. col.C.de ſacroſ.eccleſ.uidelicet.Quod capitatio,hoc eſt collecta imponitur habito reſpectu ad capita, & ſic ad perſonas nõ imponitur Nobilib. ſed Ruſticis tãtũ,ut dicit dominus Paris in quodam ſuo conſilio, ꝙ forma Appretij in Regno eſt ex antiqua,& longa conſuetudine impetrata, & dicit quod litterati non taxantur in collectis pro induſtria ſcientię, ſed pro bonis tantum.

SINGVLARE XXI.

Terræ laboratorię ponuntur in appretio & terræ ſteriles,& non laboratorię facta compenſatione
38 fertilium cum inſertilibus ſecundum arbitrium appretiatorum,conſiderata tamen temporis qualitate, & terrarum. Et hoc ſi fiat appretium ęſtimando pro prietatem,ſi vero cõſideratur annuus redditus,& ſic fructus, terrę ſteriles non ęſtimantur,facit tex. pro his.C.de ann.& trib.lib.10.& l.territorium C.de cẽ ſib.lib.11.vbi Gl.& Bar.in l.forma cẽſuali ff.de cẽſib.

SINGVLARE XXII.

Item ſi facto appretio bona poſita in appretio alienentur ſecundum animum,qui ea emit, onus di-
39 ctorum bonorum ſoluere debeant emptores venditori de collecta vſque ad appretium reuocandum.ſi uero dicta bona Forenſi,uel clerico uendita fuerint, uenditori ſoluere debeat collectam pro bis bonis, donec appretium renouetur. De hoc eſt tex. in l.2. C.de omni agro deſerto.lib.11. Pro quo etiam vide conſil. Bal.incipit,cauetur ſtatuto communis de Peruſio,ubi ei uidetur tenere,quod ille ad quem peruę-
40 nit res affecta onere collectarum, ipſe debet ſoluere quamdiu mutatur illa indictio,ſeu impoſitio.

SINGVLARE XXIII.

Appretiatores electi per uniuerſitatem ſe ipſos nõ taxent,nec eorum bona,ſed facto appretio eligantur tres probi uiri vniuerſitatis, unus de meliori
41 bus,alius de mediocribus, & alius de pauperibus. qui iurabunt in præſentia ſyndici,& vniuerſitatis ut ſup.de Appretiatoribus, & hoc antequam appretiũ publicetur. Si Appretiatores improbe extiment,iudex poteſt ex officio corrigere,& releuare oppreſſos,ut habiles per Bar.in l.Arbitro.ff.Qui ſatiſd.cogantur. Si in cataſto fuit factus error, & aliquis prætendit
42 ſe grauatum in eodem,poteſt petere infra annum, ut emendetur,& corrigatur cataſtum alias elapſo anno non poterit ulterius hoc petere. Caſus eſt ſingularis in l.qui ſe grauatos.C. de cenſib. lib. 10. quem not. Bar.in l.1.ff.de cenſibus.

SINGVLARE XXIV.

Filij Clericorum exiſtentes cum patribus presbyteris taxentur de eorum induſtria,quia non ſunt in poteſtate parentum.

SINGVLARE XXV.

ITem, quicumque tenentes aliqua iura in censibus, tenentur pro ipsis iuribus, & censibus collectari,
44 & consueuit taxari talis census pro quolibet tareno valor vnius vnciæ.

SINGVLARE XXVI.

ITem, si quis habet boues, & cum dictis bobus laborat terras suas tantum, vtrum æstimetur valor bonorũ, bobum, & industriæ, & dic quòd tantum de-
45 bet poni valor bonorum, & industriæ, non autem debet poni valor dictorum bobum.

SINGVLARE XXVII.

SI quis habet diuersa domicilia, & singulis negotiatur, vel tenet animalia, ex quib. fructus percipit, vel sine aliquo domicilio habet animalia, & ma-
46 gna in dictis locis, vtrum in singulis locis taxabitur pro collectis? Dic, aut habet diuersa domicilia, aut vnum. Si diuersa in singulis est taxandus pro negociationib. quas ibi agit, & rebus mobilibus, quas ibi habet. leg. filij. §. fin. ff. ad Municipal. si autem habet vnum domicilium, sed negotiatur in diuersis locis, siquidem moratur in aliquo loco ad modicum tempus puta in nundinis, & lucrum nundinatum affert in locum domicilij, in dicto loco domicilij taxabitur pro dictis bonis, & mercibus. l. cuius. C. de incolis. lib. 10. l. cum quidam. ff. de fund. instructo. l. Cum delanionis. §. Sabinus de legat. 3. Si vero æqualiter negociatur in diuersis locis, non quasi in Nundinis, sed veluti ibi domicilium habens, quòd potest, ut leg. Labeo. ff. ad municip. ut qui longo tempore ibi moratur conducens ibi domum ad annum, & anno nam, & victualia pro vsu totius anni præparat, & conseruat, & his similia facit, & ex ipsa pecunia repositis emptionibus, & venditionibus quæstum agit, boues aut alia animalia ibi tenet, ut ibi ven dat, fructusque inde percipiat, & conseruet. Et tunc aut pro ipsis mercibus, quæstibus, & animalibus alia subit onera, puta vectigalia, pedagia, & huiusmodi similia; vel de animalibus soluit ius pascui, aut non. Primo casu non est in aliquo loco in collectis taxandus, ne duplici grauetur onere. l. Nane. §. cum autem ff. ad l. Rhodiam de Iactu. leg. 3. cum ibi notatis in Glo. pen. C. de princ. agen. in reb. Et hoc verum, nisi aliquo in loco ipso prædia, & bona possideat, alia onera subiens, & ex vrgenti causa, nihilominus cum eis componatur.

Secundo vero casu cum alia non subit onera, taxandus est in loco, ubi negotiatur, & animalia sua pascua sumunt, non autem in loco, ubi domicilium habet. d. leg. filij. §. final. Et de mune. publ. leg. fin. & hoc verum, si in eisdem locis domicilium non habet sed aliter ibi habitat, ut notatur in d. §. final. vide, quod notatur 13. quæst. 1. §. his itaque in Glo. in cap. Bouum. Item, quia taxatores cum habeant ostendere quæstum negotiationis, & animalia fructusque eorum inspicere, melius facient in loco negociationis & pascuorum. l. fin. in 2. resp. C. de ann. & tribus l. per equatores. C. de cens. libr. 10. Luca. de Penna in leg. fin. C. quibus muner. nem. & c. lib. 10.

SINGVLARE XXVIII.

SI colonus colit agros alienos ad partem fructuum vel aliquis custodit animalia pascenda ad partẽ
47 fructuum, an pro ipsa parte fructuum, quam percipit, teneatur contribuere in collectis? Dic quod sic de decimis c. nobis, & c. tua loci. Idem dicendum si colono non certam partem fructuum, sed certam pecuniam percipit. Luc. de Penna in d. l. fin. C. quibus muneribus, &c.

SINGVLARE XXIX.

SI habens domicilium in una ciuitate, in alia autem possessiones: defert fructus in loco domicilij illosque ibi vendit, lucrumq; percipit in quo loco taxabitur in subuentionibus & in collectis? Respon.
48 Quod in utroque loco in Ciuitate, ubi nascuntur fructus ratione possessionis, in alia vero ubi sunt delati ratione lucri, & negociationis. l. fin. C. de muner. patr. Ad municipal. l. filij. §. fin. Nam ubi fructus in alium locum translati sunt, desinunt esse illius ciui-
49 tatis, vbi nati sunt xxij. q. t. c. si quis iam translat. sic etiam statuitur in decimis c. ex parte extra de decimis & cap. non est. Luca. de Penna in d. l. fin. de quibus muner.

SINGVLARE XXX.

INuadens agrum alienum de fructibus, quos inde percipit, tenetur ad collectas.

SINGVLARE XXXI.

ITem qui tenet pignus, siue prætorium, siue conuẽtionale. Item subtrahens rem alienam vel emens
51 sciens pro fructibus, tenetur ad collectas. Luc. in d. leg. fin.

SINGVLARE XXXII.

PIscator, & Venator an de lucro piscationis, & venationis teneantur ad collectas? Dic, quod aut piscator & venator in publico, & tenetur: secus in
52 priuato. Quia tunc deducendum est pretium, quod Domino Lacus, Fluminis, seu Maris, vel loci venationis soluit, & pro his sunt taxandi, nisi fructus prædij in venatione, uel piscatione consisterent. leg. Item. §. ancupationem. de usupubl. l. uenationem de vsu. Et idem dicas in alijs omnibus, qui aliquid acquirunt, uel quærunt. Luc. in loco præallegat.

SINGVLARE XXXIII.

SI merces, uel animalia sunt aucta, uel diminuta post emptionem in eorum pretij, cuius temporis seu pretij consideratio haberi debeat, An pretij, quo empta sunt, an uero quo uendi possunt? Respon. Neutrum, sed æstimandum est pretium, quo ualent, quando

quando imponi debet collectā.arg. ad l.Rhod.de Iactu.l.Nauis.§.non autem d.loca.

SINGVLARE XXXIIII.

TRansferẽs aliò incolatum tenetur munera prius impoſita in loco primi incolatus ſubire.l.incola ff.ad Municip. quæ autem poſtea imponuntur, non
54 tenetur ibi ſubire.l.1.C.de ſurdis.lib.10.Luc.in l.1. C.de mulier.& in quo loco. Quod intellige verum ad collectas impoſitas ratione perſonæ,& alias,ſi collecta reſpicit bona, bona non euitant collectas pro bonis.poſito quòd alibi habitet.l.reſcripto.ff.de muner.& honor.ad fin. Andr. de Iſer. in tit. Quæ ſint Regalia in verbo plauſtrorum. Luc. in l. 1.C.de incol.lib.10.

SINGVLARE XXXV.

DE pecunia otioſa,& alijs mobilibus,& ſupellectilibus non debet ſolui collecta.Luc.in d.l.in his,& in l.fi.C.de fund.limit.lib.11.& ſic per conſe
55 quens pro annulis.margaritis,& alijs Iocalib. non ſoluitur collecta.Quod intellige in collecta reiterabili,& ſæpius ſoluenda,ſecus ſi ſemel tantum ſoluenda, vt pro neceſſitate vrgenti hoſtium, uel reparatione murorum,quia tunc talia appretiatur. Luc. in d. l.fi. C. de fundat.limit.vide Bald. in l. etiam. C.de exequutione rei iudicatæ.

SINGVLARE XXXVI.

CIues contraxerunt multa debita, an uenientes nouiter ad habitandū,teneantur ad illa contribuere. videtur quòd ſic quia habent priuilegia.arg.l. Non ſolū.§.1.ff.de excuſat.tutor. Contra quod talia debita prius contracta noui ciues non tenentur,niſi talia debita ſint contracta propter priuilegia obtinenda.l.2.C.de ſucceſ.rerum priuatarum. l. prouidendum.C.de decur.lib.10.& ibi Lucas de Penn.idem in l.1.C.de priuil.corp.lib.11.

SINGVLARE XXXVII.

CIues exempti facti immunes tempore neceſſitatis puta propter incurſiones hoſtium,vel murorum refectionem,coguntur ad collectas,nam ceſſante neceſſitate ceſſat exemptio Luc.in l 1.C, de capitat.ciui.cenſ.exim.lib.11. Non debent compelli ci-
56 ues ſoluere collectas pro alijs ciuib. ſed quiſq; ſuū debet portare onus,& repreſaliæ non debent fieri cōtra vnū,vel aliquos pro tota collecta.Ang. ne filius pro patre,ne vxor pro marito.Luc.in l.j.C.vt nullus ex vicaneis pro alien. vican.debit.lib.11. Et ideo ſi vniuerſitas alicuius loci, vel maior pars efficitur nō ſoluendo,videtur,quòd alij non compellātur pro illis ad collectas.tamen in contrarium facit quia tale
57 debitum non a ſingulis,ſed tamquam ab vniuerſitate exigitur. ſed vniuerſitas reſidet in uno etiam ſi tota deficiat.l.fi. ff. Quod cuiuſque vniuerſ.Luc. in d.l. 1.C.ut nullus ex vicaneis &c. Bar.in l.ſi ſe §. actor.ff. de re iudicata ubi expreſſe vult, quòd onus
18 pauperum,& non valentium ſoluere ſpectet ad vniuerſitatem.

SINGVLARE XXXVIII.

PRinceps debet remittere debita,& collectas,ſi populus eſt egenus. Luc.in l.ſi quis. C. de omni a-
59 gro deſer.lib.11.

SINGVLARE XXXIX.

MErcatores,qui emunt,& diſtrahunt illico pecora,non ſunt pro illis in æſtimo taxandi,niſi ex
60 ipſa pecunia item negotientur,quæ pecunia fœnori, & lucro deſtinata,& non ocioſa,non computatur inter mobilia ſed inter ſtabilia potius,& ſic eſt ponenda in appretio Luc.in l.fi.C.de fund.limit.lib.11.in tantum quòd etiam forenſi negotiatori,vel fœneratori in ciuitate aliqua imponitur collecta pro tali pecunia.l.patrimoniorum,& ibi Bar.ad municipal.l.filij §.fin.eod.tit.alias eſt in l.munerum. §. patrimoniorum.de muner. & honor. Quod fallit in nobile honeſte negotiante non ad lucrum, ſed ſolum ad uitæ ſuſtentationem,vt nobilius viuat, quia pro tali negotiatione non eſt collectandus, Lucas ibid.

SINGVLARE XL.

QVæ vſu conſumuntur,& parata ſunt ad uictū, & ſupellectilia domus, & ſimilia collectis nō
16 contribuunt. Luc.in l.fi.C.de fund. limit.lib. 11.

SINGVLARE XLI.

LIcet vir ſit immunis ab onere collectarum ex priuilegio, uel ratione propriæ dignitatis, tamen
62 hæc immunitas non trahitur ad bona uxoris. Luc. in l.mulieres.C.de dignitat.lib. 12.

SINGVLARE XLII.

VNiuerſitas,& quilibet debitor fiſci cogitur debitum & collectas deferre ad Theſaurarium ſuis
63 ſumptibus,ſi eſt in prouincia:alias non tenetur deferre extra prouinciam.Luc.in l.1. C. de can. largit. lib.10.

SINGVLARE XLIII.

SI iudex, uel baro concedat immunitatem alicui, ipſe tenetur ſoluere pro illa.l.1.C. de oper. publ.
64 lib.10.& de Decurion.l.nemo iudex.Luc.de Penn. in l.1.C.de immunit.nemin.conceden.lib.10.

SINGVLARE XLIIII.

IMmunes,& alij exempti nō excuſantur a ſuper indicto ideſt a munerib. & collectis extraordinarijs
65 impoſitis cauſa neceſſitatis,ut pro hoſtium in curſione,& ſimilibus caſibus. Lucas in Rubr. de ſuper in dicto lib. 10.& in l.Qui immunitatem. C.de munc. patr.eod.lib.

SINGVLARE XLV.

BOna ſunt ſuppoſita,& hypothecata pro ſolutione collectarū quaſi cuidā ſeruituti,& hęc trāſeūt

66 cum onere ipsorũ ad quemcumq;l.in venditione,ff. de act.emp.& ita nota Bal.in c.de pac. Constantię.c. imperialis.§.1.in Glo. municipibus iuxta finem.

SINGVLARE XLVI.

OFficiales ad petitionem syndici, & collectorum ex officio suo inquirere debent bona debentiũ
67 soluere collectas, ubi sunt, de quo in l. missi opinatores C.de exact.tribut.lib.10.

SINGVLARE XLVII.

IVdex ex officio debet inquirere bona negata, uel non posita in appretio,& exonerare grauatos. le.
68 sextum decimum annum §.si.ff.de vacat.& excusat munet.& d.lege Missi opinatores.

SINGVLARE XLVIII.

SYndicus,vel collectores si sint negligentes ad colligendum,& non soluunt tempore statuto, tenẽtur ipsi soluere de suo. in d.l. Missi. supra allegata.

SINGVLARE XLIX.

COndemnatus soluere collectas solitas non potest appellare:Glo.in l. sextum decimum,ff.de
70 vacat.mun.l.si Pater.§.rem.C.Quomodo, & quando non est necesse. Potest tamen conqueri infra annum a non debita impositione post confectum appretium a tempore sententiæ.l. Qui se grauatos. C. decens.lib.11.& ibi per Gl.& Bar.& sic annus currit a tempore publicationis,& non ante.§.si vero, in Auth.de incest.nupt.coll.3.

SINGVLARE L.

PRopter paupertatem Iudex potest quem eximere a collectis.Glo.in l.omnia. C. de annon. & tribut.lib.10.

SINGVLARE LI.

SI Princeps remittit vni collectas, & sic concedit priuilegium immunitatis,debet sibi computari,
72 & non accrescere oneri aliorum ciuium. l. 1. C. de oper.publ.lib.10.& l.nemo iudex.C. de decurion.

SINGVLARE LII.

SIcut bona possunt vendi propter collectas non solutas,ita etiam propter pęnam incursam,& quia collectę non fuerunt solutę in termino statuto adsol
73 uendum, & ad eundem spectat percipere collectarum ius & pęnam,Bal.in l.edicto.C.si aduers.fiscũ & ibi quæ requirantur in uenditione pignorum ob cessationes a solutione collectarum.

SINGVLARE LIII.

CIuitas non potest concedere alicui immunitatẽ in præiudicium fisci,sed in suum præiudicium
74 puta quia ipsa vniuersitas soluit Glo. in l. quinque summates C.de decurionibus.lib.10.

SINGVLARE LIV.

SI vnus de vniuersitate efficitur pauper,ista paupertas non redundat in præiudicium Fisci, sed vni-
75 uersitatis Gl.in l.2.C.de apoc.publ.lib.10.

SINGVLARE LV.

SI est concessa immunitas collectarum hominib. alicuius loci,ratione possessionum talis immunitas non extenditur ad possessiones postea quæsitas, l.non enim.C.de constit.priuil.fin.

SINGVLARE LVI.

VTrum collecta sit imponenda, habito respectu ad capita ita quod vnusquisq; æqualiter soluat,
76 an uero per ęs,& libram, idest secundum facultatẽ vniuscuiusque distinguitur. Quia positio talis collectæ respicit capita singulorum,puta pro custodia ciuitatis,ad quam singuli tenentur, vel quod effugiendo ne ciues exeant ad exercitium,uel ut pons, seu fons reficiatur,quę omnia respiciunt singulas personas,& commodum singularum personarum,& tũc pro numero capitum collecta est imponenda,ut quilibet soluat æqualiter.Sin vero pro his,quę respiciunt commodum uniuersale.& ex quo nullus sentit commodum particulare, tunc pro modo facultatum singuli tenebuntur.Luc.in l.si.C.de quibus nemini liceat lib. 10. Tamen in eo quod dictum est pro ciuib. mittendis ad exercitium contrarium est, uerũ quia debet solui per ęs,& libram,idest pro facultatibus uniuscuiusque,quia non omnes de uniuersitate, sed aliqui accedere debent. Similiter quod dictum est pro refectione Fontis,Pontis,& Murorum,uel ia-
77 rum, quod imo non debet solui per capita, sed pro facultatibus uniuscuiusque, tenet Cepolla in tract. de seruit.rustic.prædiorum,& ita tenet Bar. in l. pe Bithiniam.per illum,tex.C.de immun.nem.conced. lib.10.& ita tene.

SINGVLARE LVII.

SI bona sẽmel catastata, & descripta in appretio perueniant ad ecclesiam, uel ecclesiasticam personam,an nihilominus teneantur ad collectas. Luc.
78 in l.diuina C.de super indict.li.10. arguit ad partes tandem conclusit saluo tamen meliori iudicio,quod teneantur ad collectas,tamen ꝙ dicta bona efficiantur exempta,& eximantur ab onere collectarum,est uera conclusio contra d. Luc. prout habetur in quadam additione Neapolitana in constitutionibus Regni.sub Rub.quod clericus clericaliter uiuens.

SINGVLARE LVIII.

AN clerici teneantur ad collectas pro bonis etiam patrimonialib. eos tangentibus? Concluditur ꝙ non.Sed quid de clericis congiugatis? Dic quod
79 tales clerici coniugati tenentur ad collectas.c. Ioannes extra de clericis coniugatis.c.1.eo.tit.lib.6.c.litteris de uita,& honestate clericorum. in Glos. & in constitutione Regni incipiente Robertus,sub Rub. quod clerici coniugati soluant collectas.

SIN-

SINGVLARE LIX.

Sed quid de fratribus tertij ordinis sancti Francisci, Pizochis, seu conuersis, an teneantur ad collectas? Dic ut per Bart. in l. si nuper. ff. de
80 iureiurand. Qui tenet, † quod non tenentur. Bal. in l. prima. ff. Quod cuiusque vniuersitatis.not. tamen Bartol. in leg. Incola. ff. ad Municip. tenet, quod si aliquis de Municipio post collectam impositam fiat conuersus alicuius Monasterij, tenetur ad collectas, quia in tali conuerso præsumitur fraus. l. Qui sub prætextu. C. de sacrosanct. Eccles. pro qua ultima opinione comprobanda emanauit constitutio Regni Regis Roberti incipientis, Robertus Primogenitus. Quod autem dictum est de cle-
81 ricis coniugatis non habet locum in clericis Græcis, quia illi non tenentur ad collectas, licet enim sint coniugati, tamen quo ad omnia sunt clerici, & habent ex priuilegio, quod possint uxores ducere, ut extra de cleric. coniugat. Ergo tale priuilegium non debet redundare in eorum odium. l. quod fauore. C. de legibus. Sed clerici latini coniugati non sūt clerici nisi quoad duo: uidelicet quoad priuilegium fori in causis criminalibus. Et quoad hoc uerberantes eos sint excommunicati, ut d. cap. 1. de cler. coniugat. lib. 6.

SINGVLARE LX.

82 Item adde † quod Clerici primæ tonsuræ non obligantur oneribus, & debitis ciuitatis Bar. in l. cum de hoc. de except. rei iudicat.

SINGVLARE LXI.

83 Syndici, Camerarij, Magistri Iurati, & Baiuli Ciuitatum immunes sunt a collecta durantibus eorum officiis. Luc. de Penn. in l. præcepit. C. de canon. largit. lib. 10.

SINGVLARE LXII.

Non compellantur tantum ditiores ad soluendum, aliis quiescentibus, ut per abusum quoti-
84 die fit. c. accedentes. de præscript. Et aliorum remissio non faciat alios tribulare. l. 1. C. de commerciis, & Mercatorib. Luc. in d. l. 1. C. de quibus muner. nemini liceat.

SINGVLARE LXIII.

Carens, arte, uiribus, & bonis non est collectandus, neque qui pro suo corpore mendi-
85 cat. l. a. §. non eodem ad l. Rod. † de iactu. Lucas ubi supra. Alex. in l. si se ff. actor de re iudica. in 4. additione.

SINGVLARE LXIV.

In firmus corpore habens tantum bona, quorum fructus uix ei alimenta subministrant, est a col-
86 lectis alleuiandus Luc. ibid. Sed † nihilominus in collectis considerantur non tantum uires, & ualitudo corporis, sed etiam animus, & eius uires si ex industria quid lucratur. Si enim est corpore debilis, aliàs autem consilio pollet, ut quia bonus Architectus, nihilominus si quid ex industria prædicta aliquid lucratur, æstimandum est, & pro utribus animi laborare tenetur. Lucas ibid.

SINGVLARE LXV.

Alienans bona sua in Clericum, uel Ecclesiam, uel alium exemptum in fraudem fisci pro collectis euitandis, perdit dicta bona, & fisco sunt ap-
87 plicanda, & qui minister fuit fraudis tantumdem soluat de suo. l. adire. §. infra eundem. ff. ad Municip. Luc. in l. final. C. de annon. & tribut. libro decimo.

SINGVLARE LXVI.

An liceat debitori collectæ obiicere compensationem fisco, uel communi, cuius est debitor.
88 Iacob. de Beluis. in auth. de collat. post princ. dicit, quod sic Lucas de Penn. in l. obsistere. C. de annon. & tribut. lib. 10.

SINGVLARE LXVII.

Si bona catastata deoluuntur ad fiscum, cui pro illis collecta debebatur, an ipse dominus teneatur contribuere? Vel tanto minus recipere de col-
89 lectis? Dic, † quod teneatur tanto minus exigere, & compensare. Iacob. in tractatu de homag. 12. colum. uersic. sed pone quædam Ciuitas, ubi habetur etiam, quod Princeps concedens immunitatem alicuius, debet tanto minus ab vniuersitate exigere, ut dicta gratia non noceat vniuersitati. Et idem ponit Iacob. in præcedenti colum. in uersic. Sed pone Serenissime Rex.

SINGVLARE LXVIII.

Pone quod res censitæ, pro quibus soluitur collecta, deducto censu, ut in Superioribus est demonstratum, reintegrentur feudo propter mortem
90 uasalli, † uel alterutrum. Ex quo dicta bona semel fuerunt catastata; Feudatarius, seu Baro teneatur contribuere pro illis in collectis. Luc. de Penn. in l. 1. C. de omni agro deserto. arguit pro, & contra, & non uidetur firmare pedes. Tandem ad tollendam dubitationem emanauit constitutio Regis Roberti, quæ incipit, Talis exposuit, quod non ipse teneat, & possideat, quæ constitutio communiter non habetur in impressis. Quod pro excadentiis, seu morticiis deuolutis ad feudatarium non teneatur feudatarius contribuere in collectis.

SINGVLARE LXIX.

Scholaris non tenetur ad collectas. Isern. in Auth. habita in 10. col. si pars agri casmate perit, uel
91 animalia perierunt, uel arbores, & uites exiccatæ fuerunt, debet pro illis rebus ita peremptis releuari a collectis. l. forma. §. illam æquitatem. ff. de cens. & ibi Bar.

SIN-

SINGVLARE LXX.

92 Syndicus,& Collectores negligentes exigere col lectas,possunt elapso tempore capi, & coguntur soluere de proprio.Bar.in l.si se.§.actor.de re iudic. Bartol.in l. Missi opinatores. C. de exactor. tribut. lib.10.

SINGVLARE LXXI.

93 Propter collectas non solutas non potest destrui domus debitoris, nec capi tegulæ, hostium, uel aliæ res affixæ l.cætera.§.hæc Senatus.de legat.6.

SINGVLARE LXXII.

Si quis est descriptus in æstimo Communis, & vult alienare prædia, non debet extrahi de æsti-
94 mo, nisi prius appareat, † quod ille, in quem alienauit,sit bene soluendo,aliàs tenetur primus. Ias. in l.Placet in fin.C.de sacros.Eccles.

SINGVLARE LXXIII.

95 Onus soluendi tributa fiscalia, & collectas tran sit ad possessorem, etiam si possideat rem in pignus, idest, quia ex quo percepit fructus, ipse tenetur ad collectas: & pactum in contrarium factum non ualet l.Iuuet Debitorem.& ibi Ias.ff.de pact.

SINGVLARE LXXIV.

96 Si quis habet fundos steriles, & quosdam fertiles,si alienauit fertiles tantum, & ob hoc efficiatur non soluendo, tenetur ad tributa pro omnibus etiam sterilibus emptor,& possessor fertilium. leg.si quis.C.de omni agr.desert.lib.11.

SINGVLARE LXXV.

Liber collectoris probat,si scriptus sit ab eo, qui sit per vniuersitatem electus. Bar.in l. Quidam.
97 §.Nummularios ff.de edendo in fin.Et ita aliquem non soluisse collectam probatur inspectione libri, in quo soluentes descripti sunt Bar.in l.in illa stipulatione in 3.col.uersic.& prædicta faciunt. ff.de uerb. obligat.

SINGVLARE LXXVI.

98 Collector fraudans aliquid, uel exigens plus debito,soluit in duplum.l.Missi,& ibi Bart.C. de exact.tribut.lib.10.l.1.& ibi Bartol. C.de super exact.lib.10.

SINGVLARE LXXVII.

Solutio particularis collectarum fieri non po-
99 test collectante inuito, † sed debet integrè ei solui. Bartol. in leg. fin. C. de apoch. publ. libro decimo.

SINGVLARE LXXVIII.

100 Si plures possideant fundum pro communi, & indiuiso, cogitur unus ex ipsis integram collectam soluere,si uelit fiscus,secundum Bald.in l.1. in 3.col.uersic.item si sunt duo consortes.C. de hæred. uel act.uend.

SINGVLARE LXXIX.

101 Collectarum immunitas nouis ciuibus conce di potest his scilicet, qui superueniunt ad habitandum ciuitatem.l.euacuatis C.de decur. lib.10.

ALLEGATIONES PARIDIS DE PVTEO

Tempore Regis Alfonsi Primi, qui primus imposuit focularia in Regno; Quia facto consilio generali per vniuersitates, & Barones Regni in Ciuitate Beneuentana, obtulerunt Regi ducatum vnum pro quolibet foculari singulis annis.

Regia Curia prætendebat, quod filij familias habitãtes cum patribus, & habentes patrimonium puta bona materna, seu alia, ex quibus possẽt uiuere extra substantiam paternam exercentes. Ita quod possunt, si uellent facere foculare de per se, quod computentur pro foculari separato ultra foculare paternum.

Item prætendebat, quod si plures filijfamilias mortuo patre simul habitarent, uiuerent in communi, ex quo quilibet esset sui iuris, quod deberent computari pro tot focularibus.

Item prætendebat, quod licet in Ciuitate, seu terra essent Viduæ inhabiles, & pauperes; nihilominus computentur in numero focularium,& ciuitas teneatur pro illis.

Quantum ad primum uidetur, quod istud nõ est iuri consonum per id quod dixit Bar.in l.4.§.actor.
102 ff. de re iudic. ubi dixit, † quod quotiens collecta debet solui per fumantes, omnes habitantes in una familia habentur pro uno fumante. Et ita uoluit Bal.in l.etiam. C. de exequut.rei iudicat. Quod in contribuendo pater cum filio habetur loco unius capitis.per tex.in l.2.C.qui mun.lib.10. & idem dixit Bal.in Auth.defuncto.C.ad Tertull. in ult. col. Nam filius cum patre debet uocari ad idem munus, nisi sit emancipatus.l.1.C.de filiofamil.min.

Hinc Bal.in l.1.ff.Quod cuiusque vniuersit. notat. Quod si statutum dicit, quod quælibet uilla, in qua sunt decem focularia, uel ultra, debeat tenere decem equos, & dubitatur qualiter diuidatur inter eos,

ret eos, ſi ſunt in Villa decem focularia. Dicit ipſe,
103 quod diuidatur in focularia, † non in capita pro-
pter eonnumerarionem focularıorum in ſtatuto fa-
ctam. Angel. in l. Qui uinum. §. eui duleia. ff. de trit.
uin. & oleo legat. in eollatione uini Amphorani ex
quo cum in parlamento nuper celebrato per Sere-
niſſimum Regem Alphonſum in ciuitate Beneuen
tana Regnicolæ promiſerunt ducatum unum anno
quolibet, quod filii habitantes cum patribus non fa
ciunt diuerſum foculare, quia ſunt in familia patris,
Et licet habeant bona, unde ſeorſum uiuere poſſint,
non propter hoc conſtituunt diuerſum foculare.
104 Quia ſunt de eadem familia, † & collecta, quę im
ponitur, intelligitur imponi per capita patrum fami
lias, ut dixit Bald. in d. l. etiam, libra enim patris eſt
libra filij. l. 3. C. de filiofam. min. lib. 10. 2. uol. &
notatur in l. tria onera. ff. de excuſat. tutorum: Si au
tem habitarent ſeorſum a patre, licet habeant bona
caſtrenſia, uel quaſi, faciunt foculare, qui habentur
pro patribus famil. l. 1. & 2. de eaſtr. pec. l. pen. C. de
inoffic. teſtam. Et uoluit tex. in l. 1. de immun. nem.
conced. Vbi habetur, quod Referendarij, & Conſi-
liarij Principis habentes bona caſtrenſia, uel quaſi,
105 teneantur ad munera, † licet forma apprezij in
Regno antiqua, & ex longa conſuetudine approba-
ta dicat, quod litterati non taxentur pro induſtria
ſcientiæ, ſed pro bonis. Et ſic concluditur, quod dicti
filijfamilias non cenſentur pro diuerſo foculari,
quia aliàs eſſet Regnum grauare, & ſubditos exco-
riare, ut dixit Bald. in l. ueluti. ff. de iuſt. & iur. Vbi
exclamat contra Principes, qui ſubditos excoriant.
Ad ſecundum uero caput de filijsfamilias ſimul
habitantibus mortuo patre, & uiuentibus in com-
muni, an computentur pro uno foculari, uel pluri-
bus? Dicit, quod computantur pro uno foculari
authoritate Rayn. Barto. & Nicolai de Neapoli in l.
106 tria onera. ff. de excuſat. tutor. Vbi dixerunt, quod
filii mortuo patre in communi uiuentes debent ha-
bere unum æſtimum, & non plura, ſi bona ſunt in-
diuiſa inter eos, ſecus ſi diuiſa. Et facit dictum Bald.
in l. egi. de except. rei iudicatæ. Et quod uoluit Bart.
in d. l. actor. Vnde concluditur, quod fratres ſimul
habitantes ſoluent pro uno foculari, etiam ſi eſſent
uxorati, quoniam facerent unum foculare propter
legem Parlamenti, quæ loquitur de focularijs, ut di
ctum eſt in primo dubio. Vel etiam ſi habitarent cũ
patribus, & eſſent uxorati. Sed ſi filius habitaret ſe-
107 orſum etiam ſi uiueret de ſubſtantia paterna, † fa
ceret aliud foculare, & ſolueret de per ſe. argum. d.
§. cui Dulcia.
Ad tertium dubium, quid uideatur de foculari-
bus inhabilium, & pauperum, dicendum eſt com-
108 putari in numero, cum alijs diuitibus, & ualenti-
bus ad onus. per Gloſſ. in l. 2. C. de operis publicis.
lib. 10. Vbi ſi unus eſt pauper, non debet redundare
in incommodum fiſci, facit, quod dixit Bal. in l. Ma-
giſtratus. de Magiſt. conuen. argum. illius tex. quod
villa teneatur pro focularijs mortuis, ſicut tenere-
tur pro uiuentibus, qui non ſunt ſoluendo. Et facit,
quod habetur in l. citra. §. Deſinentium. de muner.
& honor. & habetur in d. l. 2. C. de oper. publ. licet
Rayn. uideatur contradicere in Auth. vt iudices ſi-
ne quoquo ſuffrag. per illum text. Facit quod habe-
109 tur in l. 1. ut null. ex Vicar. lib. 11. ubi de ciuitate,
quæ efficitur pauper, & ſunt ibi multi diuites an te-
neantur pro ea ſoluere? Bart. in l. Munerum. §. pa-
trimoniorum. ff. de mun. & honor. dicit, quod onus
deficientium de iure communi non tenetur ſubire
collector, nec alius per l. 1. C. Vt nulli ex Vicar. ni-
ſi aliud lege Municipali caueatur, quę eſt ſeruanda.
Et dicit Iſern. in titul. Quæ ſint Regalia. in §. Plau-
110 ſtro, † quod pauper non tenetur ſoluere, quia pro
aqua, & aere non ſoluitur collecta, licet ipſe dicat,
quod fiſcales dicant, quod teneantur ſoluere. facit
Gl. in c. omnis anima. de cenſ. ubi dicit, Quod Chri
ſtus, qui erat pauper, ſoluit tributum Cæſari, & di-
xit Bald. in l. etiam, quod renouatur æſtimum pro-
pter depauperatos, & pauperes qui dietim laborant
& ut uictum habeant, non tenentur ſoluere. Et idē
dicit in his qui ſunt nouiter depauperati, allegat. l.
inditionis, & l. 1. C. de anno. & tribut. lib. 10. & di-
cit Barto. in l. omnis eodem tit. quod Officiales ra-
tione paupertatis poſſunt dimittere collectas. Et ſic
concluditur, quod pauperes cedunt in commodum
diuiſum per ſupradicta.

F I N I S.